XIV. F. 4.
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XIV
F
4
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CANONVM
ECCLESIASTICORVM
COLLECTORES
GRÆCI ET LATINI.

Biblioteca Nazionale NAPOLI V. E. III

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
IVRIS CANONICI VETERIS
IN DVOS TOMOS DISTRIBVTA.

QVORVM VNVS
CANONVM ECCLESIASTICORVM
CODICES ANTIQVOS,
tum Græcos, tum Latinos complectitur;
Subiunctis vetuſtiſſimis eorumdem Canonum Collectoribus Latinis:

ALTER VERO
INSIGNIORES IVRIS CANONICI VETERIS
Collectores Græcos exhibet.

Ex antiquis Codicibus MSS. Bibliothecæ CHRISTOPHORI IVSTELLI.

HORVM MAIOR PARS NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT,
Cum verſionibus Latinis, Præfationibus, Notis, & Indicibus huic editioni neceſſariis.

Operâ & ſtudio GVLIELMI VOELLI *Theologi ac Socij Sorbonici*,
Et HENRICI IVSTELLI, CHRISTOPHORI F.



LVTETIÆ PARISIORVM,
Apud LVDOVICVM BILLAINE, in maiori Aula Palatij, ad inſigne
Magni Cæſaris, & Sancti Auguſtini.

CIↃIↃCLXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

PRÆFATIO
AD LECTOREM
DE HVIVSCE OPERIS EDITIONE.

INTEGRVM ſanè biennium eſt, CHRISTIANÆ LECTOR, ex quo ad hoc opus, quod nunc tibi tandem repræſentamus, typis excudendum animum appulimus: tantundem enim temporis poſtulabat, vr omnibus numeris abſolutum in lucem ederetur. Si quidem probè norunt eruditi quantum laboris & vigiliarum in eiuſmodi veteribus libris, vel conquirendis, vel eruendis, vel caſtigandis, vel transferendis impendendum ſit.

Ex literario Chriſtophori Iuſtelli penu, torum ferè depromptum eſt, qui vt erat antiquitatis Canonicæ ſtudioſiſſimus, eam quam nactus fuerat ſpartam pro virili plurimùm exornauit, & dum vixit, ſiue in edendis, ſiue in colligendis veterum Canonum libris ſedulam operam nauauit. Cùm enim à multis acciperemus tres Canonum Codices, qui olim à Iuſtello editi fuerant, propter raritatem exemplarium ab omnibus eruditis vehementer exoptari, exiſtimauimus reipub. literariæ nos operæ pretium facturos, ſi Codices illi quos ipſe Iuſtellus ſecundis curis emendauerat, & auctiores reddiderat, iterum rypis mandarenrur, vnáque cum eis, quinque præcipui Iuris Canonici veteris Collectores Græci, quos ille paratos habebat, ſed morre præuentus publici iuris facere non potuit, ederentur. Et ne quid huic operi deeſſet, quod antiquitatis Canonicæ ſtudioſi deſiderare poſſent, conſilio & hortatu amicorum, nonnullas eiuſdem argumenti vererum Auctorum elucubrationes, quæ ad complementum operis neceſſariæ videbantur, adiunximus, omniáque in vnum corpus compegimus.

Quoniam verò omnes illi Codices & Collectiones Canonum ius illud rantùm verus ſpectant, quod potiſſimùm in Codice Eccleſiæ vniuerſæ continetur, quo etiam Eccleſia Catholica primis ſeprem Eccleſiæ ſæculis tum in Conciliis, tum in iudiciis Eccleſiaſticis vſa eſt; nihil autem eorum complectuntur, quæ ad ius nouum atrinent, quod quidem veteri ſucceſſit circa an. Chriſti 836. & paulatim inualuit in Occiden-

tis partes, publicatâ ſcilicet nouâ Iſidori Mercatoris Collectione, à Riculpho Archiepiſcopo Moguntino, ex Hiſpaniis in Gallias aduectâ, quæ priſcorum Pontificum Rom. à Clemente ad Siricium epiſtolas continebat, & demum poſteriorum Pontificum decretalibus epiſtolis accreuit: integrum ipſum opus non abs re Bibliothecæ Iuris Canonici veteris titulo inſcribendum cenſuimus.

Totum opus, quòd in nimiam magnitudinem creuiſſet, in duos ſumus partiti tomos. In priorem coniecimus tres Canonum Codices iam antè à Iuſtello editos, ſcilicet Eccleſiæ vniuerſæ, Romanæ, & Africanæ; antiquiora Romanorum Pontificum decreta; priſcam item Latinam Canonum editionem nondum editam; tres denique vetuſtiſſimos Latinorum, qui via & ratione Canones eoſdem collegerunt, Martinum ſcilicet Bracarenſem, Fulgentium Ferrandum & Creſconium Epiſcopum Africanum.

Poſteriori tomo concluſimus omnes Iuris Canonici veteris Collectores Græcos, Ioan. Antiochenum, Alexium Ariſtinum, Simeonem Magiſtrum & Logothetam, Arſenium Monachum, Photium Patriarcham, & Theodorum Balſamonem.

In quibus omnibus edendis hanc adhibuimus operam, vt ea quæ iam edita fuerant emendatiſſimè cuderentur, collatis priùs exemplaribus optimæ notæ iam editis, aut Codicibus manu exaratis. Quæ autem nunc primùm in lucem proferuntur, curauimus vt quàm ſimillima forent manuſcriptis libris ex quibus eruuntur, notatis ad marginem variis aliorum Codicum lectionibus, aut amanuenſis hallucinationibus: vel, ſi quid in illis emendandum aut illuſtrandum eſſet, obſeruationibus nonnullis eidem margini appoſitis. Tum denique, vt hoc operis omnibus vſui eſſe poſſet, Græcis Latinam perpetuò verſionem, ſiue veterem, ſiue nouam, Græco textui quoad fieri potuit conſonam & reſpondentem è regione adiecimus.

In fronte totius Bibliothecæ poſuimus Codicem Eccleſiæ Vniuerſæ, vt omnium antiquiſſimum & præſtantiſſimum, quippe qui cæteris aliis collectionibus materiam ſuppeditauit. Collectus autem fuit paullo poſt Concilium Conſtantinopolit. I. ſub Theodoſio Magno, à Stephano quodam Epheſino Epiſcopo, vt præferebat olim vetus Bibliothecæ Palatinæ Codex, quem vidit Iuſtellus, vt refert illuſtriſſimus Petrus de Marca Archiepiſcopus Toloſanus. Perierat illius Codicis memoria, edito poſt Synodum Trullanam à Græcis Eccleſiæ Orientalis Codice, ſed eum in lucem reuocauit ac reſtituit Iuſtellus, Canonibúſque Conciliorum Epheſini, & Chalcedonenſis locupletauit; continebat enim cùm primùm editus eſt, Canones tantùm Concilij Nicæni, quinque topicorum Ancyrani, Neocæſarienſis, Gangrenſis, Antiocheni, Laodicenſis, tum etiam Conſtantinopolitani primi, nec vltrà progrediebatur.

Vnde hîc mirari ſubit, * illuſtriſſimum olim virum ſumma dignitate, & multiplici doctrina clarum non ſatis animaduertiſſe differentiam, quæ inter vtrumque illum Codicem intercedit,

*Card. Perronius in reſponſione ad Magnæ Britanniæ Regem lib. 1. cap. 33.

dum à Codice Eccleſiæ Orientalis argumentum ducit, vt malæ fidei Iuſtellum arguat, quòd in Codicem Eccleſiæ Vniuerſæ Sardicenſes Canones non admiſerit. Sed cùm certiſſimum ſit, vt omnes eruditi norunt, Codicem Eccleſiæ Vniuerſæ non debere confundi cum eo, qui nunc Orientalis Eccleſiæ Codex dicitur, qui à Ioanne Tilio editus eſt primùm Lutetiæ an. 1540. ex MS. Codice Eccleſiæ Pictauienſis, illius ſummi viri tota argumentationis ſtrues corruat neceſſe eſt, cùm falſo innitatur fundamento. Et certè non erat cur in Iuſtello genuinum infringeret ob Canones Sardicenſes; cùm inter emunctæ naris viros compertiſſimum ſit, Synodi Sardicenſis Canones in illo primario Eccleſiæ Codice non extitiſſe. Huius aſſertionis teſtis idoneus eſt Dionyſius Exiguus, qui Codicem Græcum verſione nouâ donauit, dum in præfatione ad Stephanum Epiſcopum ait, in Chalcedonenſis Concilij decretis finem eſſe Græcorum Canonum, quibus ſe ſubiicere Sardicenſis & Africani Concilij decreta, quæ Latinè ſunt edita, declarat. Ex quibus verbis colligimus Synodum Sardicenſem, à Græcis inter Orientales Synodos non fuiſſe relatam, quippe cuius Canones non Græcè ſed Latinè primùm editi fuiſſent. Sed alia eáque potiſſima extitit ratio, cur ſtatim ab initio illius Synodi Canones ab Orientalibus Eccleſiis non fuerint admiſſi; nimirum ob Canones de appellationibus ad Romanam Sedem, qui è diametro Canonibus Antiochenis aduerſabantur, quos Epiſcopi Orientales ediderant, qui appellationes extra diœceſim grauiter & iniquo animo ferebant: quemadmodum & Africani Patres, qui eamdem ob cauſam Sardicenſes Canones neglexerunt, nec appellationes tranſmarinas lubenter admittebant, quippe qui eâdem quâ Orientales prærogatiuâ ſe tuebantur, vt ex variis Codicis Eccleſiæ Africanæ Canonibus palam eſt.

Neque etiam te mouere debet, ERVDITE LECTOR, quod * vir doctiſſimus, & de antiquitate canonica bene meritus, Codicem illum perſtringat, dum ait à Iuſtello decorari titulo ſpecioſo, & nimis generali Codicis Eccleſiæ Vniuerſæ; rationes enim quas ad id aſtruendum aſſumit, adeò leues ſunt, vt per ſe facilè diſſoluantur. Non enim neceſſe eſt, vt illa Collectio Codicis vniuerſæ Eccleſiæ titulo gaudeat, vt omnes Conciliorum Canones à ſingulis Eccleſiis receptos & editos complectatur; ſed ſufficere videtur, quòd primis Eccleſiæ temporibus quibus editus fuit hic Codex, illo ſolo, nec alio vteretur Eccleſia vniuerſalis in diſceptandis de diſciplina controuerſiis, quemadmodum à Concilio Chalcedonenſi factum legimus.

* *Franc. Florens diſſert. de origine Iuris Can. parte 1.*

Codicem Eccleſiæ vniuerſæ ſequitur Codex Canonum Eccleſiaſticorum Dionyſij Exigui, quem iam ediderat Iuſtellus ex eleganti & antiquiſſimo ſeptingentorum circiter annorum manuſcripto libro. Conflatus eſt autem ex iiſdem Canonibus, quibus præcedens Eccleſiæ vniuerſæ Codex Græcus vſque ad Conſtantinop. Concilium I. ex quo tres tantùm Canones refert, vt erant in Græca auctoritate, quibus addidit XXVII. tantùm Concilij Chalcedonenſis Canones: po-

ſtremò Sardicenſis, & Africanorum Conciliorum ſtatuta, quæ Latinè non Græcè edita fuerant, ſubiunxit. Adeò vt Dionyſianus ille Codex partim ex Græcorum, partim ex Occidentalium Synodis compoſitus fuerit. Porro ne quid eorum quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectant, prætermiſiſſe videretur, Dionyſius, Conciliorum Canonibus, quotquot ab ipſo Romanorum Pontificum decreta reperiri potuerunt, ſub vna numerorum ſerie, eo quo iam modo Patrum Canones ordinauerat, primus ſubnectere curauit. Antiquiores enim Collectores decretales Pontificum epiſtolas omiſerant, Synodorum contenti regulis. A Siricio autem incepit, quia antiquiores non reperit, & in Anaſtaſio deſinit; nam quæ ab Hilaro ad Gregorium minorem viſuntur, ad hanc primam Dionyſij Collectionem non pertinent, ſed ab aliis Dionyſio poſterioribus additas eſſe dubium non eſt. Cæterum tanta fuit huius Codicis auctoritas, vt Caſſiodorus Dionyſij æqualis & ſuperſtes in libro de diuinis lectionibus dicat, vſu celeberrimo eum fuiſſe ab Eccleſia Romana complexum. Et certè abſolutè Corpus Canonum appellari meruit, can. 1. d. 19. eóque nomine à poſterioribus Latinorum collectoribus laudari ſolet. Quod ſimiliter Romani Gratiani correctores confirmant, in præfatione quam Gratiani decreto præfixerunt. Frequentiſſimus autem eius vſus fuit in Conciliis & ſcriptoribus Gallicanis à tempore Caroli Magni, cui ab Hadriano I. Pontifice Romano dum eſſet Romæ circa annum Chriſti 807. donatus eſt in vſum Eccleſiarum Occidentalium.

Quoniam verò Dionyſius Exiguus confuſione priſcæ tranſlationis offenſus nouam ſuam editionem, de qua egimus, adornauerat, vt ex eius præfatione conſtat, non ingratum fore duximus antiquitatis ſtudioſis antiquiſſimam illam verſionem Latinam Dionyſiano Codici ſubiicere. Hæc igitur nunc primùm in lucem prodit ex octingentorum annorum Codice manu exarato Bibliothecæ Chriſtophori Iuſtelli, cui nec par, nec ſecundus extat vſquam alius, niſi is qui aſſeruatur in Bibliotheca Vaticana: qui ambo Codices priſcæ iſtius, & omnium antiquiſſimæ verſionis teſtes locupletes eſſe poſſunt. Et ne id gratis fingere videamur, lege quæ ſcripſit eruditiſſimus Iacobus Sirmondus in cenſura Anonymi de regionibus & Eccleſiis ſuburbicariis, vbi ſic loquitur: *Tantùm abeſt vt ſuburbicarij vocem hoc loco reſpuam, vt noua tibi auctoritate confirmaturus ſim antiquiſſima Nicænorum Canonum editionis in Bibliotheca Vaticana, vbi ſextum hunc Nicænum canonem, hoc titulo & exordio conceptum memini.* DE PRIMATV ECCLESIÆ ROMANÆ, ET ALIARVM CIVITATVM EPISCOPIS. ANTIQVI MORIS EST, VT EPISCOPVS VRBIS ROMÆ HABEAT PRIMATVM, VT SVBVRBICARIA LOCA, ET OMNEM PROVINCIAM SVAM SOLLICITVDINE GVBERNET. Qui canon cùm iiſdem planè verbis conceptus habeatur in Codice Iuſtelli, alterum alteri eſſe quàm ſimillimum euidenter oſtendit. Ne pigeat etiam adire illuſtriſſimum Toloſanæ ſedis Archiepiſc. Petrum de Marca, teſtem omni exceptione maiorem, in doctiſſima ſua de Sacerdotio & Imperio Concordia, vbi docet poſt Synodum

Chalcedone habitam Canones Græcos Latinitate fuiſſe donatos, & Occidentalibus communicatos, interpretatione in eam rem elaboratâ, cuius meminit Dionyſius Exiguus, eiúſque exemplar antiquiſſimum retinere adhuc Bibliothecam Vaticanam à viris eruditis laudatam, & alterum venerandæ antiquitatis Codicem MS. virum de antiquitate Canonica optimè meritum Chriſtophorum Iuſtellum. Verùm plura de illo Codice dicere non opus eſt, cùm cætera peti poſſint ex præfatione propria, quæ infrà ſuo loco poſita eſt.

Sequitur Codex Canonum Eccleſiæ Africanæ, quem tibi damus ex prima editione Iuſtelli, emendatiorem tamen in nonnullis, etſi ſecundas curas non ei adhibuerit. Fuit autem hic Codex primùm Latinè, deinde Græcè editus, & à Græcis in Codicem Eccleſiæ Orientalis poſt Concilium Trullanum relatus. De quo plura dicere ſuperuacaneum eſſet, cùm abundè de eo & Conciliis Africanis, ex quibus depromptus eſt, diſſeruerit Iuſtellus in doctiſſima præfatione quam huic Codici præmiſit, & in obſeruationibus ac notis quas illi ſubiecit.

Obiter tamen hîc obſeruare licebit, à nonnullis eruditis viris olim fuiſſe dubitatum an eſſet illa Canonum Africanorum Collectio priuati cuiuſdam opus, an Concilium aliquod Africanum; & hac de re * eminentiſſimum virum cumulatiſſimè in vtramque partem diſſeruiſſe, eo tamen modo vt in eam partem quæ priuatum opus eſſe exiſtimat, propenſior ſit: oppoſitam nihilominus partem quam non modò plerique ex recentioribus, verùm etiam antiqui melioris notæ ſcriptores ſequuti ſunt, amplectendam eſſe vt veriorem ob ſequentes rationes exiſtimamus. Etenim Dionyſius Exiguus in præfatione ſui Codicis illos Canones Concilium Africanum appellat, & in contextu ait, *Incipit Synodus apud Carthaginem Africanorum, quæ conſtituit Canones* CXXXVIII. In Capitularibus etiam Caroli Magni, & in aliis collectionibus anonymis iidem Canones ſub titulo ex Concilio Africano citati paſſim occurrunt, & hunc ipſum titulum antiqui Codices MMSS. ſemper retinent, ex quibus in veterem Eccleſiæ Rom. Codicem, atque in vulgatos Conciliorum tomos fluxerunt. Tum etiam Creſconius Africanus Epiſcopus cap. XXX. & CLIV. vtriuſque collectionis ſuæ, hanc ipſam Africanam Synodum vocat Concilium Carthaginenſe vniuerſale. Non eo ſenſu quo deſignari ſolet Concilium totius diœceſeos Africæ, alioqui Carthaginienſes pleraſque alias Synodos æquè vniuerſales appellare potuiſſet, ſed quòd illud ex pluribus Conciliis Africanis, quaſi compoſitum compactúmque ſit. Præterea poſt trigeſimum tertium huius Codicis canonem hæc in textu leguntur, *Recitata ſunt etiam in iſta Synodo diuerſa Concilia vniuerſæ prouinciæ Africæ, tranſactis temporibus Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi.* Immo ante triginta tres ipſos Canones ſic habetur: *Deinde quæ in Conciliis Africanis promulgata ſunt, actis præſentibus inſerta noſcuntur.* Quibus teſtimoniis nihil euidentius afferri poteſt, nam & iſti Canones priores XXXIII. ex primo & ſecundo Carthaginienſibus Conci-

** Card. Perronium, in reſponſ. ad Magnæ Britan. Regem lib. 1. cap. 49.*

liis, & ex Hipponenſi deprompti ſunt. Denique Græci ipſi qui Codici Eccleſiæ Orientalis illos ipſos Canones in Græcum tranſlatos poſt Concilium Trullanum, à quo approbata eſt hæc Africana Collectio, inſeruerunt, ipſam Collectionem, ſemper Concilium Carthaginienſe vocant. Vt ex Photio, Zonara, Balſamone, cæteriſque Collectoribus Græcis liquidò conſtat. Cætera de hoc Codice, vt & de Conciliis Africanis, ſcitu digna ſatis ſuperque expoſita ſunt, tum à Iuſtello loco citato, tum à doctiſſimo viro Petro Franciſco Chiffletio Societatis Ieſu Theologo, ſuis ad Ferrandum & Creſconium notis, quos legiſſe lectorem non pœnitebit.

Primum tomum claudunt tres antiquiſſimi Canonum Collectores Latini, Fulgentius Ferrandus, Martinus Bracarenſis Epiſcopus, & Criſconius vel Creſconius Epiſcopus Africanus. Ferrandi Collectione nulla eſt apud Latinos antiquior, floruit enim Iuſtini & Iuſtiniani temporibus in Eccleſia Carthaginienſi, cuius fuit Diaconus, vt ex Chronico Victoris Tununenſis conſtat. Eius etiam honorificam facit mentionem Facundus Hermianenſis in Africa Epiſcopus, & Creſconius in præfatione ſui Breuiarij Canonici, qui quidem longè poſt Ferrandum ſuam collectionem elaborauit. Vixit enim Creſconius, vt ex Codice MS. Vaticano, quem citat illuſtriſſimus Annalium conditor Card. Baronius ad ann. Chriſti 527. colligitur, eo tempore quo Ioannes Patricius victoriam de Saracenis in Africa reportauit, quam Cedrenus ad annum 3. Imperij Leontij refert, hoc eſt, vt ex Anaſtaſio in Hiſt. Eccleſiaſtica diſcimus, anno Chriſti 690.

Ferrandi in Canonibus viâ & ratione digerendis opus vnum eſt & ſingulare, quod Breuiationis Canonum titulum præfert: At Collectio Canonum Creſconij duas veluti partes habet. Prior Breuiarium Canonicum dicitur, in quo diſciplina omnis Eccleſiaſtica ad Ferrandi exemplum breuibus quibuſdam ſummulis, & per ſubtilitatem titulorum, vt loquitur Iuſtinianus, comprehenditur, citatis tantùm quæ ad rem ſpectant, ad ſingulos titulos Conciliorum Canonibus, aut Pontificum decretis. Poſterior verò integros Canones ac decreta διὰ πλατέων eo ipſo ordine quo in Breuiario citantur exprimit, inſcribitúrque in MSS. Codicibus, vel Concordia Canonum, vel liber Canonum. Vtriuſque Breuiarium primus in lucem edidit Petrus Pithœus, ex Codice MS. Eccleſiæ Trecenſis, Lutetiæ Pariſiorum, anno Chriſti 1588. non autem Nicolaus Faber, vt putat Altaſerranus. Hanc editionem in hoc opere ſecuti ſumus, ſed emendatam & diligentiſſimè collatam cum duabus aliis poſterioribus, Altaſerrani ſcilicet & Chiffletij, quas ille Auguſtoriti Pictonum anno 1630. hic Diuione anno 1649. typis mandari curarunt. Concordiam verò Canonum Criſconij antehac non editam, ex antiquo manu exarato libro Bibliothecæ Collegij Claromontani, nunc primùm publici iuris facimus. Hanc porro acceptam referre debes eruditiſſimis viris Societatis Iesv preſbyteris, Philippo Labbeo, & Gabrieli Coſſartio inſignis huius Bibliothecæ præfecto, qui eâ quâ præditi ſunt

humanitate hunc Codicem nobiſcum communicarunt, ex quo diligenter collato cum alio Codice Bibliothecæ Thuanæ, qui Creſconij nomen præfert, ſed multis Canonibus, & decretis interpolatus eſt, & diuerſa methodo abs vero & germano Criſconij fœtu conſcriptus, atque etiam cum Codicibus Dionyſij Exigui, & Eccleſiæ Romanæ, ex quibus totus deptomptus eſt Creſconius, hanc noſtram editionem confecimus, caſtigatis, ſi qui reperti ſunt amanuenſis erroribus, & adſcriptis margini, ſi quæ notatu dignæ viſæ ſunt, variantibus lectionibus.

Partim autem conueniunt duo illa Eccleſiæ Carthaginienſis lumina, & partim diſcrepant. Conueniunt quidem ſi formam ſpectes, paria quippe ſunt omnia; neque enim illi, vt Dionyſius Exiguus, Conciliorum ordinem, & Canonum conſequentiam ſecuti ſunt; ſed habitâ materiarum ratione, Canonicam omnem diſciplinam, certis capitibus, ad ſingula ſubnotatis canonibus & decretis, via & ratione complexi ſunt. Ferrandus quidem triginta duobus ſupra ducenta, Creſconius omnino trecentis.

In quo bis fallitur illuſtriſſimus Annalium conditor: primùm quòd tomo 5. ad annum Chriſti 419. numero 90. Ferrando trecenta prorſus tribuat capitula, cùm id Creſconio peculiare ſit. Deinde, quòd tomo 7. ad annum Chriſti 527. Breuiarium Canonicum Criſconij cum Breuiatione Canonum Ferrandi confundat, dum ait Creſconium Collectioni ſuæ ſubieciſſe eam, quam eodem fermè tempore Ferrandus elaborauit, ſed alio planè ordine non citando, ſed recitando Canones, quámque meritò Breuiarium Creſconius appellauerit. Nam præterquam quòd Ferrando faciat Creſconium æqualem, qui reuera ducentis ferè annis poſterior fuit, certiſſimum eſt ex omnibus libris editis & MSS. opus Ferrandi eſſe dumtaxat CCXXXII. Capitulorum, & à Creſconiana Collectione planè diuerſum. Etenim licèt in methodo & ratione tradendi conueniant, ordo tamen Ferrandi multo ſpectabilior eſt & accuratior, quàm Criſconij.

Si de materia item quæſtio ſit, non parum inter ſe differunt, quippe multa habent propria & peculiaria. Ferrando certè propria ſunt, quæcumque refert ex Conciliis Conſtantinopolitano, Zellenſi ſeu Tiellenſi, Suffetulenſi, Septimunicenſi, Macrianenſi, Iuncenſi, Mazaranenſi ſeu Maradianenſi, Thenitano, & Thuſdritano ſeu Thuſduritano, quorum ne meminit quidem Creſconius.

Similiter Creſconio proprij ſunt Canones Apoſtolorum, & Chalcedonenſis Concilij, decreta item Romanorum Pontificum Siricij, Innocentij, Zoſimi, Cæleſtini, Leonis, & Gelaſij, quæ à Ferrando nuſquam laudantur.

Ferrando quidem & Criſconio communes ſunt Canones Nicæni, Ancyrani, Neocæſarienſes, Gangrenſes, Antiocheni, Laodicenſes & Sardicenſes: ſed cum hoc diſcrimine, quòd Creſconius has ſeptem Synodos, ex editione Dionyſij Exigui iiſdem verbis, &

numeris exhibeat ; non item Ferrandus , qui Codicibus vſus eſt in vtroque planè diuerſis , & Dionyſianâ editione vetuſtioribus. Verùm quæ diximus de vtriuſque ſiue conſonantia , ſiue diſcrepantia , faciliùs intelliget Lector ex altera tabularum quæ ad calcem tomi primi huius operis poſitæ ſunt , quas lubenter nobis dedit clariſſimus vir de literis optimè meritus Gulielmus Bluetus , quem hîc honoris cauſâ nominamus.

Cæterum monendus es , Lector, in Ferrando diuerſas ferè vbique eſſe à Creſconianis , & Dionyſianis notas numerales Canonum Carthaginienſium. Quæ diuerſitas ex eo nata eſſe videtur, quòd omnes pariter collectione Canonum Carthaginienſium non vſi ſunt. Nam Græci quidem , & Dionyſius Exiguus omnes eius CXXXIII. Canones vna ſerie , & conſequentia numerarunt , tanquam vnius eſſent Synodi , vt reuera ſunt ; alij verò ex vna Synodo quaſi duas fecerunt , nec eodem planè modo. Nam Codex vetus Canonum Eccleſiæ Romanæ editus Moguntiæ anno ſalutis 1525. priùs exhibet primos XXXIII. Canones ſub nomine Concilij Carthaginienſis : deinde centum reliquos ſub nomine Concilij Africani. Eâdem diuiſione vſus eſt Creſconius , qui Canones illos priores XXXIII. adſcribit Concilio quod Carthaginienſe ἁπλῶς nuncupat , ſed alios centum velut ex altero Concilio refert , quod cap. 30. & 154. Carthaginenſe vniuerſale appellat. At Ferrando minùs placuiſſe illam Collectionem veroſimile eſt : ſiue quòd in ea quædam deeſſe , quædam redundare , alia inconcinnè ſeiuncta , vel connexa eſſe deprehenderit : ſiue quòd ipſos fontes adire , quàm ipſos riuulos ſectari maluerit. Quapropter ex toto illo Concilio anni CDXIX. ex quo Africana Collectio emanauit , ſex tantùm vltimos Canones, qui ſoli eius proprij ſunt, ſpectauit ; & ex eis titulos 2. 3. 4. & 6. capitulis ſuis 73. 195. 196. & 197. inſeruit , reliquos Canones , ex quibus Africana conſtat Collectio , non ex ipſa Collectione , ſed ex ſingulorum Conciliorum Africæ integris actis retulit.

Atque etiam ex hoc fonte nata eſt ea , quæ inter Creſconium & Dionyſium Exiguum in annotandis ad Canones numeris diuerſitas apparet. Cùm enim Dionyſius , ſicut & Græcus Africanæ Collectionis Codex , Canones vno ductu numerent CXXXIII. Creſconius autem primùm XXXIII. deinde rurſus ab vnitate initio repetito centum , vt vetus Eccleſiæ Rom. Codex , neceſſe eſt numeros poſterioris Concilij apud Creſconium eſſe ſemper ternario & tricenario minores , quamuis in priore Concilio cum Dionyſianis numeris planè conueniant. Ex quo facilè deprehendere eſt , quandonam Creſconius nomine Concilij Carthaginienſis intelligat prius, & quando poſterius. Nam de priori ex Canonibus XXXIII. conſtante refert Canones XXVII. iiſdem quibus apud Dionyſium numeris prænotatos : ex poſteriori autem centum Canonibus definito , citat Canones diuerſis locis LX. ad quorum ſingulos Creſconij numeros addi debent XXXIII. vt Dionyſianos exæquare poſſint.

Supereſt

Supereſt vt de Mattino Bracatenſi nonnulla dicamus. Eum inter Latinos Canonum Collectores non omittendum iudicauimus, quippe qui & antiquitate & ordine ſit inſignis. Fuit enim Ferrando ſuppar, & Dionyſio Exiguo æqualis. Opus, quod ex Codice potiſſimùm Eccleſiæ Orientalis, & nonnullis Occidentalibus Synodis, iiſque Hiſpanicis decerpſit, aliquâ methodo & atte pollet. In duas enim partes diſtribuitur. Prior de perſonis, tebus, & ritibus Eccleſiaſticis agit; poſterior res ad laïcos pertinentes complectitur. Huius auctoris duæ ſunt editiones. Vna vetus & vulgaris, quæ in omnibus Conciliotum tomis exſtat. Altera recentior, quam in lucem edidit ex antiquis MSS. Garſias à Loayſa in ſua Conciliorum Hiſpaniæ Collectione. Veterem & vulgaram tibi damus, quæ tamen nouum opus iure cenſeri ac dici meretur, vt quæ ſingulari curâ ab eruditiſſimo viro Ioanne Douiatio ſacrorum Canonum Interprete Regio cum cæteris editionibus, & libris manu exaratis collata ſit, adnotatis ad marginem tum variis lectionibus, tum Conciliis ex quibus, tanquam fontibus, ſuos Martinus Canones deprompſit. Et quandoquidem ad vmbilicum vſque perductus eſſet primus huiuſce operis tomus, cùm Martini Bracarenſis Collectio, & Liber ſeu Concordia Canonum Criſconij nondum edita in manus noſtras venere, coacti fuimus huic primo volumini appendicem adtexere, quæ geminum illud non contemnendum antiquitatis monumentum comprehenderet, ne lectores ſtudioſi ſe aliquâ veterum Collectionum fraudari meritò queterentur. Sed de Collectoribus Canonum Larinis hactenus: nunc ad Græcos eiuſdem veteris Iuris Canonici Collectores accedamus, quos ſecundo Bibliothecæ noſtræ tomo fuimus complexi.

Ptopoſitum Chriſtophoro Iuſtello fuerat, hoſce quatuor tantùm auctores in lucem edere, ſcilicet Ioannem Scholaſticum, Ariſtinum, Simeonem Magiſtrum, & Arſenium, cum Prolegomenis Photij in ſuum Nomocanonem nondum editis. Sed nos amicorum victi precibus, integrum Photij Nomocanonem itetum ſub incudem reuocandum ſuſcepimus, ob eas rationes, quas ſtatim ſumus expoſituri.

De quatuot primis Collectoribus pauca dicemus, cùm Iuſtellus in præfatione propria, quæ ſuo loco poſita eſt, ſatis multa diſſeruerit. Ioannis Antiocheni Scholaſtici dicti geminum eſt opus; vnum enim Collectio Canonum inſcribitur, altetum verò Nomocanonis titulum præfert. In his edendis ſicut in ſequentibus exemplaria MSS. quæ penes Iuſtellum erant ſecuti ſumus. Collectionem Canonum, cum aliis libtis editis, atque etiam cum egregio & antiquiſſimo Codice manuſcripto illuſtriſſimi viri Petri Seguierij Franciæ Cancellarij diligenter contulimus, varietate lectionum margini adſcriptâ.

Continet autem hæc Collectio, quam in quinquaginta titulos digeſſit Ioan. Scholaſticus optimâ & accuratâ methodo, omnes Conciliorum Canones, qui in Codice Eccleſiæ vniuerſæ, & à Iuſtiniano

approbato continentur, quibus primus adiunxit non modò Apoſtolorum Canones LXXXV. qui à Concilio Trullano approbati ſunt, ſed nonnullos alios quos ſuo loco notauimus: & prætereà Sardicenſes, & D. Baſilij LXVIII. quos omnes non ſummatim, ſed longè latéque exſcripſit.

Vbi obſeruare licet, quàm multa in illo auctore recenſendo peccauerit * vir eruditus in ſelectis de Iure Canonico diſſertationibus. Primùm, quòd Collectionem Canonum à Nomocanone non diſtinguat. Deinde, quòd auctorem Collectionis faciat Theodoretum Cyri Epiſcopum, non Ioan. Scholaſticum, eâ potiſſimùm ductus ratione, quòd Concilij quinti œcumenici ſub Iuſtiniano celebrati Collectio illa mentionem non faciat: quaſi verò Synodus illa aliquos ediderit Canones, vt illius meminiſſe oportuerit? Præterea, quòd Theodoretus, quem auctorem huius Collectionis adſtruit, Conciliorum & Patrum Canones non integros referat, ſed ſententiam tantùm quàm breuiſſimo verborum compendio certis titulis includat. Denique, quòd ex duabus D. Baſilij epiſtolis tantùm XXVII. non plures Canones auctor Collectionis adducat. Quæ omnia quàm longè aberrent à vero, tum ex præfatione Iuſtelli infrà poſita; tum ex ſola lectione duorum Ioan. Antioch. librorum, quos nunc primùm in lucem damus, nullo negotio eruditus Lector intelliget. Sed hæc optimo viro benignè condonanda ſunt, qui ſi manuſcriptos Codices vidiſſet & diligenter euoluiſſet, facilè ſuam ſententiam mutaſſet.

* Franciſ. Florens diſſert. de Origine Iuris Can part. 2

Vt Collectionis, ita Nomocanonis auctor cenſetur Ioan. Antiochenus, non Theodoretus, licèt Codex MS. Bibliothecæ Regiæ, ex qua deſumptus eſt, hunc titulum præferat; id quod Florenti impoſuit, & errandi anſam aliis eruditis viris præbuit. Huius generis ſcriptorum auctor fuit ille Ioan. Scholaſticus; primus enim Conciliorum Canonibus concordantes Iuſtiniani leges adiunxit, τὰ συνᾴδοντα νόμιμα, quem poſtea ſequuti ſunt Photius & alij complures. Diligenter autem exemplar, quod ex Bibliotheca Regia exſcripſerat Iuſtellus, cum Oxonienſi MS. antiquo & inſigni contulit, & varias lectiones ad marginem collocauit. Ne mirum autem tibi videatur, LECTOR, quòd tituli & numeri legum quæ in hoc libro citantur & referuntur, titulis & numeris noſtrorum librorum non in omnibus reſpondeant, cùm hæc varietas non tam ex Amanuenſis hallucinatione, quàm ex eo quòd certè veteres illi diuerſos à noſtris libros diuerſa ratione digeſtos & collectos habuerint.

In Alexio Ariſtino, & Simeone Logotheta non eſt quòd immoremur; ambo enim artis prorſus expertes in ſuis Collectionibus ſimpliciter mentem & ſenſum Canonum breuiter, & per ſubtilitatem titulorum exprimunt: cum hoc tamen diſcrimine, quòd diuerſo ordine in recenſendis Conciliis vtantur. Ille namque ſeriem & ordinem, qui eſt in Codice Eccleſiæ Vniuerſæ ſequutus eſt, additis

initio ſuæ Collectionis Apoſtolorum Canonibus, & in calce Sardicenſibus, Carthaginienſibus, Trullanis, & S. Baſilij, ex tribus epiſtolis illius petitis. Hic verò dignitatem Synodorum amplexus, primò quatuor œcumenicas, deinde topicas ſeptem, tum Trullenſem, & tres prædictas Baſilij epiſtolas expreſſit.

Hos ſequitur Arſenius Monachus, Patriarcha Conſtantinop. qui accuratâ methodo vniuerſam Canonicæ diſciplinæ ſcientiam, ex Conciliis & Patribus in Concilio Trullano approbatis collectam centum ſupra vnum, & quadraginta titulis complexus eſt, additis in fine cuiuſque tituli capitibus quibuſdam ex legibus petitis. Ideóque illius opus Nomocanonis nomine, in fine Codicis Græci MS. non immeritò inſcribitur. Vnde autem illa κεφάλαια νομικὰ depromſerit Arſenius non facilè eſt deprehendere. Multa olim & varia iuris πρόχειρα à Baſilio, Leone Philoſopho, & Conſtantino Porphyrogeneta Imperatoribus Orientis Baſilicorum auctoribus ſæpius edita ſunt: an autem ex illis ſua fortè capitula excerpſerit Arſenius, non noſtrum eſt definire, ſed eruditis & iuris Græci peritis diſceptandum relinquimus.

Vltimum in noſtra Bibliotheca locum inter Collectores Græcos occupat Photius, non quòd dignitate, vel ſcientia cæteris inferior ſit, ſed quòd præcedentes iam editi eſſent, cùm integrum illius Nomocanonem edere decreuimus. Floruit autem Photius Nicolao I. & Hadriano Secundo Pontificibus Romanis, quibuſcum graues inimicitias & diſcordias exercuit, imperantibus in Oriente Baſilio Macedone, & in Occidente Carolo Caluo. Zonaras eum appellat ἄνδρα τῶν ἐπισήμων πρωτοασηκρῆτις τότε τυγχάνοντα ἐν λόγοις ὀνομαστότατον, virum inſignem primarium à ſecretis, tunc in eruditionis nomine celebrem: & Cedrenus ἄνδρα ἐπὶ σοφίᾳ γνώριμον, celebrem ſapientia virum. Inter præclara ingenij ſui monumenta reliquit & hunc quem tibi exhibemus Nomocanonem. De quo cùm multi eruditi & grauiſſimi viri quererentur, quòd in præcedentibus editionibus infinitis propemodum mendis ſcateret: quòd in multis etiam deficeret, ac quamplurima confusè & interturbato ordine contineret, nec Latina cum Græcis vbique bene conuenirent, tandem ad hoc præſtantiſſimum antiquitatis monumentum integrum Græcè & Latinè typis & prælo committendum nos accingimus.

Itaque in hac editione pro exemplari ſumpſimus editionem, quam Iuſtellus olim Lutetiæ emiſerat è Codice MS. Bibliothecæ Palatinæ, quam cum alia ſubſequenti quæ Lutetiæ etiam Græcè & Latinè edita eſt anno 1620. diligenter contulimus, & vtramque cum antiquiſſimis MSS. Bibliothecæ Eminentiſſimi Cardinalis Iulij Mazarini, quos humaniſſimus Poterius huius diuitis & numeroſæ ſupellectilis promuſcondus nobiſcum lubentiſſimè communicauit; ſicque illius beneficio opus illud inſigne ſanitati perfectæ, integritati priſtinæ, natiuóque ſplendori reſtituimus. Græco textui addidimus Latinam tranſlationem, non eam quam Gentianus Heruetus, ſed

quam Henricus Agylæus olim elaborauerat; tum quòd Agylæus meliori vſus eſt, & ampliori Codice Græco quàm Heruetus; tum etiam quòd Agylæi tranſlatio magis ad ſtylum, & genium iuris peritorum accedat, in quorum potiſſimùm gratiam nouus hic à nobis ſuſceptus eſt labor. Ita tamen vt quæ in ea deficerent verſione noua ſupplerentur, quæ cum Græco non omnimodè congruerent emendarentur, mutatis etiam nonnullis, quæ minùs propriè in rebus Theologicis viderentur expreſſa.

Auctoritas porro Nomocanonis Photij tanta fuit, vt illum Græci omnibus ſuis Collectionibus præfigerent, quippe qui totius canonicæ diſciplinæ elementa contineat, vt obſeruauit Theodotus Balſamon Patriarcha Antiochenus, qui iuſſu Emanuelis Comneni Imperatotis Orientis, & Michaëlis Anchiali Patriarchæ Conſtantinopolirani, hunc Photij Nomocanonem perpetuis interpretatus eſt commentariis; quibus elucubrandis in hoc potiſſimùm incubuit, vt leges à Photio allatas cum Baſilicis conferret, & ad vſum ſui temporis reuocaret.

Photij Nomocanoni ſubiunximus tria de Synodis œcumenicis opuſcula à Iuſtello cum Nomocanone iam edira, quorum primum eiuſdem Photij nomen præfert, ſecundum Nili, tertij auctor ignoratur; in quibus edendis, vt à mendis expurgarentur, & Latina Græcis magis congruerent diligenter curauimus. Iis autem attexuimus libellum ſynodicum auctoris anonymi, ſed antiqui, quem olim Græcè & Latinè Francofurri 1601. euulgauerat Ioannes Pappus: qui quidem liber omnes tam ſacras, quàm profanas Synodos à temporibus Apoſtolorum ad Photij vſque ſæculum breuiter & perſpicuè complectitur. Quod eâ mente ac conſilio fecimus, vt Lector non aliunde quàm ex ipſo opere noſtro hiſtoriæ Eccleſiaſticæ elementa repeteret, quibus à difficili, & ſeria præcedentium opuſculorum lectione mentem quandoque recrearet.

Tandem vt operi & labori noſtro coronidem imponeremus, poſtremum in Bibliotheca noſtra collocauimus egregium Theodori Balſamonis Patriarchæ Antiocheni volumen, quod ſub Paratitlorum nomine, ſed tantùm Latinè quondam ediderat Ioannes Leunclauius. Nunc verò Græcè primùm è tenebris erutum in lucem damus. In hac autem editione duobus MSS. Codicibus vſi ſumus, quorum vnus fuit illuſtriſſimi viri Caroli de Montchal, Toloſanæ ſedis dum viueret Archiepiſcopi; alter verò clariſſimi nuper Senatoris Aquiſextienſis Nicolai Claudij Peireſcij; quem poſtremum nobis commodauit clariſſimus etiam vir Gulielmus Fabrotus Caroli Annibalis filius. Latinam Leunclauij tralationem Fabrotus pater cum Græco textu diligenter contulit & emendauit, perpetuiſque notis, iiſque eruditiſſimis totum opus illuſtrauit, quas ſimul nunc primùm tibi exhibemus: quibus addidimus eiuſdem Leunclauij binos ad Paratitla Notatorum libros multiplici eruditione refertos, ne iuris ſtudioſi quidpiam nos ab illo nominatiſſimo auctore ſubripuiſſe arbitrarentur. Nihil hîc de inſcriptione,

argumento, & auctore collectionis dicimus, cùm iſta tum à Leunclauio, tum à Fabroto ſuis in notis accuratè & eruditè pertractata fuerint.

Atque hæc ſunt, ERVDITE LECTOR, quæ de conſilio ac inſtituto noſtro in hoc opere elaborando tibi exponenda videbantur: Non enim hîc ampliori commendatione vti neceſſe eſt, quippe cùm ex totius operis lectione, quis illius ſit ſcopus, quæque inde vtilitas accedat, facile tibi erit deprehendere, & quàm veriſſimè ante omnem etiam Canonum Collectionem dixerit * Beatus Cyprianus, *Diſciplinam eſſe fundamentum religionis, cuſtodem ſpei, retinaculum fidei, & ducem itineris ſalutaris.*

* *De habitu virginum.*



S. Athanaſius in Epiſtola ad orthodoxos.

Οὐ γὰρ νῦν κανόνες καὶ τύποι ταῖς ἐκκλησίαις ἐδόθησαν, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων ἡμῶν καλῶς καὶ βεβαίως παρεδόθησαν.

Non nupera aut nouitia res eſt Canonum Eccleſiaſticorum inſtitutio, ſed à primis vſque Patribus per manus rectè tradita eſt, & fundata Eccleſiis.

S. Leo I. Epiſtola 62. ad Maximum Antiochenum Epiſcopum.

Vniuerſæ pacis tranquillitas non aliter potuit cuſtodiri, niſi ſua Canonibus reuerentia intemerata ſeruetur.

S. Gregorius I. lib. XI. Epiſt. 44. ad Ioannem Panormitanum Epiſcopum.

Tunc ſtatus membrorum integer manet, ſi fidei caput nulla pulſet iniuria, & Canonum manet incolumis, atque intemerata ſemper auctoritas.

Digitized by Google

ELENCHVS EORVM
QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Quæ aſteriſcis notantur, nunc primùm in lucem prodeunt.

IN PRIMO TOMO.

CODEX *Canonum Eccleſiæ Vniuerſæ à Concilio Calchedonenſi, & Iuſtiniano Imperatore confirmatus, Græcè & Latinè, emendatior quàm in primâ editione.* pag. 29.

CHRISTOPH IVSTELLI *Notæ in Codicem Eccleſiæ Vniuerſæ, emendatæ & auctæ.* 69.

Codex Canonum Eccleſiaſticorum DIONYSII EXIGVI; *ſiue Codex Canonum vetus Eccleſiæ Romanæ. Ex antiquiſſimo Codice MS. Bibliothecæ* CHRISTOPH. IVSTELLI. 101.

Epiſtola Synodica S. Cyrilli, & Concilij Alexandrini contra Neſtorium à Dionyſio Exiguo in Latinum ſermonem tranſlata. 175.

Collectio Decretorum Pontificum Romanorum auctore Dionyſio Exiguo. 183.

Altera Collectio Decretorum Pontificum Rom. Collectioni Dionyſianæ addita. 249.

* *Priſca Canonum editio Latina, complectens Canones Conciliorum Ancyrani, Neocæſarienſis, Nicæni, Sardicenſis, Gangrenſis, Antiocheni, Laodicenſis, Conſtantinopolitani, & Calchedonenſis, nunc primùm edita ex vetuſtiſſimo Codice MS.* CHRISTOPH. IVSTELLI. 277.

Codex Canonum Eccleſiæ Africanæ, Græcè & Latinè ex editione CHRISTOPH. IVSTELLI *an. 1615. in multis emendata.* 321.

CHRISTOPH. IVSTELLI *Notæ & obſeruationes in Codicem Eccleſiæ Africanæ.* 418.

FVLGENTII FERRANDI *Eccleſiæ Carthaginienſis Diaconi Breuiatio Canonum.* 448.

CRISCONII *Epiſcopi Africani Breuiarium Canonicum.* 456.

* *Indiculi duo in Ferrandum & Criſconium; quorum vnus materiam Canonum, alter verò conſonantiam & diſcrepantiam inter vtrumque declarat, è MS. exemplari* GVLIELMI BLVETI *in Senatu Pariſ. Aduocati, nunc primùm editi.* 467.

IN APPENDICE TOMI I.

* MARTINI BRACARENSIS *Epiſcopi Collectio Orientalium Canonum, adſcriptis ad margines tum variis lectionibus, tum fontibus ex quibus Canones illi deprompti ſunt, curâ & ſtudio* IOAN. DOVIATII *ſacrorum Canonum profeſſoris Regij, nunc primùm edita.* 7.

* CRISCONII *Epiſcopi Africani alterum opus, quodliber Canonum, ſeu Concordia Canonum inſcribitur, in quo integri Conciliorum Canones & Pon-*

tificum decreta referuntur. Ex Codice MS. Bibliothecæ Claromontanæ Societatis IESV. *nunc primùm editum.* 35.

IN SECVNDO TOMO.

* IOANNIS ANTIOCHENI *Scholaſtici dicti, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Collectio Canonum in quinquaginta titulos diſtributa, Græcè & Latinè, quæ nunc primùm in lucem prodit è Codice MS. Bibliothecæ Claromontanæ Societatis* IESV. 499.

* *Eiuſdem* IOANNIS SCHOLASTICI *Nomocanon, Græcè & Latinè è Codice MS. Bibliothecæ Regiæ nunc primùm in lucem editus.* 603.

* ALEXII ARISTINI *Synopſis Canonum, Græcè & Latinè è Codice MS. Bibliothecæ Regiæ nunc primùm edita.* 673.

* SIMEONIS MAGISTRI ET LOGOTHETÆ *Epitome Canonum, Græcè & Latinè è Codice MS. eiuſdem Bibliothecæ Regiæ nunc primùm edita.* 710.

* ARSENII MONACHI *Patriarchæ Conſtantinop. diuinorum Canonum Synopſis, ſiue Nomocanon, Græcè & Latinè nunc primùm edita ex Codice MS. eiuſdem Bibliothecæ Regiæ.* 749.

PHOTII *Patriarchæ Conſtantinopolitani Nomocanon cum* THEODORI BALSAMONIS *Patriarchæ Antiocheni Commentariis, Græcè & Latinè è Codice MS. Bibliothecæ Palatinæ anno 1615. editus à Iuſtello: in hac verò editione ad Codicem MS. Eminentiſſ. Cardinalis Mazarini collatus.*

* *Cum Prolegomenis eiuſdem Photij è Codice Bibliothecæ Oxonienſis Græcè & Latinè nunc primùm editis.* 789.

Eiuſdem PHOTII *opuſculum de ſeptem Synodis œcumenicis Græcè & Latinè.* 1141.

NILI *Metropolitæ Rhodij de ſanctis & œcumenicis Synodis enarratio ſynoptica Græcè & Latinè.* 1155.

Auctoris anonymi de ſex œcumenicis Synodis opuſculum Græcè & Latinè. 1161.

Συνοδικὸν, *ſiue libellus ſynodicus anonymi auctoris, omnes Synodos tam orthodoxas, quàm hæreticas, à tempore Apoſtolorum ad octauam œcumenicam complectens, Græcè & Latinè.* 1166.

* THEODORI BALSAMONIS *Collectio Conſtitutionum Eccleſiaſticarum è Codice, Digeſtis, & Nouellis Iuſtiniani congeſta, olim à Leunclauio Latinè ſub Paratitlorum nomine primùm edita, nunc verò è duobus antiquiſſimis Codicibus MSS. inter ſe collatis Græcè primùm prodit, cum eiuſdem Ioan. Leunclauij verſione in multis emendata.*

* CAROLI ANNIBALIS FABROTI *Notæ perpetuæ in eamdem collectionem Theod. Balſamonis nunc primùm editæ.*

IOANNIS LEVNCLAVII *in Paratitla Notatorum libri duo.*

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM
QVÆ IN HIS DVOBVS BIBLIOTHECÆ Iuris Canonici veteris Tomis continentur.

In quo ex litteris quæ paginarum numeris ſubiiciuntur, A ſupremam, B mediam, C infimam paginæ partem denotat; numeri verò qui litteris poſtponuntur, paginæ columnam oſtendunt.

A

ABBAS qui eligendus. 671. *b*. 774, *b*. 1054, *a*.
Abbatis electio & inſtitutio. 1261, *a*.
Abbatem quid efficiat. 1334. *b*.
Abbatem vnum duobus monaſteriis præſidere prohibitum, 838, *c*. 1054, *c*. 1259, *b*.
Abbatum inſpectores Epiſcopi, monachorum Abbates. 1259, *b*.
Abbatiſſæ electio. 671, *b*. 1262, *a*.
Abortionis medicamenta vetita. 38, *c*. 77, *b*. 121, *b*. 279, *c*. 582, *a*. 681, *b*. 705, *b*. 722, *c*. 737, *c*. 781, *a*. 1312, *a* 1411, *c*, 2.
Abſtinebant priſci Chriſtiani à ſanguine, idolothytis & ſuffocato. 41, *a*. 80, *a*. 123, *b*. 1289, *b*, 1.
Abſtrahens ad eccleſias confugientes maieſtatis crimine reus. 1299, *a*.
ἀκανόνιστα βιβλία. 54, *c*. 600, *a*.
ἀκανονίστων. 59. *c*.
de Acatio. 146, *a*, 2. 147, *a*, 2. & ſeq.
Accuſare ſeipſum. 53, *b*. 89, *b*. 148, *a*. 345, *a*.
Accuſatio clericorum, aut laïcorum aduerſus Epiſcopos non paſſim admittenda. 56, *c*. 66, *b*. eorum exiſtimatio diſcutienda, antequam ad accuſationem recipiantur. 56, *c*. qui Epiſcopum accuſare non poſſint. 57, *a*, *b*. 534, *b*. 621, *c*. & ſeq. 770, *b*. 949, *c*. & ſeq.
Accuſatus à communione non ſuſpenditur pendente accuſatione. 147, *a*. 239, *a*, 1. 341. *b*.
Accuſans Epiſcopum dat pœnas. 1255, *c*, 4.
Accuſantis ordinandum inſontem mulcta. 1316, *a*.
Accuſatio contra clericos duorum eſt menſium. 1329, *b*.
Accuſator Epiſcopi ordinandi falſus. 1336, *c*.
in Accuſatione Epiſcopi, aut presbyteri, duo, vel tres teſtes requiruntur. 30, *a*. 116, *b*, 2.
Acephali hæretici. 86, *b*, 2.
Aconitum. 887, *c*. 989, *a*.
Ἀκρόασις gradus pœnitentiæ publicæ. 36, *b*. 76, *c*, 1.
Acta Conciliorum & rerum Eccleſiaſticarum in commentarios relata. 160, *b*, 2. 309, *c*. 375, *a*.
Acta municipalia. 162, *c*, 1. 378, *c*.
Actio aquæ pluuiæ arcendæ, quando inſtituenda. 1305, *b*.
Actio criminalis & ciuilis clericorum. 146, *b*, 1. 339, *b*. 732, *b*.
Actio pia imperia adauget. 1361, *c*.
Actiones perſonales competentes, & præſcriptione centum annorum exemptæ, quæ. 1247, *b*.
Actor volens apud Archiep. Conſtantinop. agere poteſt. 1274, *c*.
Adam non eſt à Deo factus mortalis. 166, *c*, 1. 388, *c*. 735, *c*. 770, *a*
Adminiſtrator municipalium rationem reddat. 1276, *c*.
Adoratio & cultus imaginum Chriſti, Dei genitricis, Apoſtolorum, & ſigni crucis. 754, *b* 1153. 1154. 1211, *a*. Templorum, ſepulchrorum, & reliquiarum Sanctorum. 1153, *c*.
Adparitor Epiſcopus factus remouetur. 1163, *a*. admittitur. ibidem.
Adparitor quando fiat Epiſcopus. 1318, *b*.
Adparitores ad eccleſias fugientes. 1301, *a*.
Adulteræ vir ordinari non poteſt. 40, *a*. 122, *b*, 2. 181, *a*, 2. 682, *a*. 725, *c*.
de Adulteris, & quomodo puniri debent. 584, *a*. & ſeq. 652, *c*. 653, *a*. & ſeq. 707, *a*. 739, *c*. 780, *b*. 1102, *a*. & ſeq. 1110, *b*.
Chriſtiana religio Adulterium in vtroque ſexu pari ratione condemnat. 200, *a*, 2.
qui interueniente repudio, alij ſe matrimonio copularunt, ſunt Adulteri. 200, *c*, 2.
qui vxore viuente, quamuis diſſociatum videatur coniugium, ad aliam copulam feſtinarunt, ſunt Adulteri. ibidem.

ã

Digitized by Google

Aduocatus hæreticus non ſit. 1191, *a*.
Ædium ſacrarum curatela. 1302, c.
Æditu is legatum. 1305, *a*.
Æditu os interdicto de tabulis exhibendis conuenitur. 1310, *b*.
Ægyptos Epiſcopo Alexandrino ſobiecta. 31, *a*. 55, c. 117, *b*, 1. 133. *b*, 1. 284. *b*, 1. 302, c, 1. 508, *a*. *b*. 678, *a*. 715, *b*.
Ægyptiaca diœceſis. 91, c, 1.
Æliæ Epiſcopos ordinem honoris habeat. 31, *b*. hooris conſequeotiam. 117, c, 1. 284, c, 1. 508, *a*.
Ælia Hieroſolyma dicta. 71, *a*, 2.
Ætas perfecta. 78, *c*. 2 legitima, ibidem.
quo Ætatis anno Chriſtus baptizatus. 40, *b*. 78, *b*, 2.
Ætate pater. 153, *a*, 1. 356, *a*. 429, *b*, 2.
Affectata honorum potentia. 432, *a*, 1.
Africanæ diœceſis prouinciæ. 169, *b*, 2. 328, c. 329, *a*. 418, *c*. 1.
Africana Concilia. 312, *b*. & ſequentibus.
Africanorum Canooum Codex, quo tempore compoſitus, & in Eccleſia receptus. 317, c. 318, *a*.
Africana Concilia Latinè non Græcè ſcripta. ibidem, *b*. in Græcum ſermooem verſa. ibid.
Agapæ. 42, *a*. 52, *b*. 80, *b*, 2. 124, *b*, 1. 290, *a*, 1. 558, *c*. 559, *a*. 755. *b*. 916, *b*. in dominicis, & eccleſiis fieri prohibitæ, ibidem.
Agere iure Apoſtolico. 361, *b*. 431, *a*, 1. iure publico. ibidem.
τὰ ἄγια quid. 86, c, 2.
Agricolarum Samaritanorum priuilegium & ius. 1358, *a*.
Agricolis ruſticari die Dominica conceditur. 1242, c. 1251, *b*.
Aleæ luſus prohibitus. 1269, *c*. ab Epiſcopo impeditur. ibidem.
Agrippinus Carthaginenſis Epiſcopus. 382, *c*. ſub eo prima ſynodus Africana celebrata. ib.
Alexander Epiſcopus Alexandrinus. 402, *a*, 2. abdicat & anathemati ſubiicit Arium presbyterum in ſynodo Alexandrina. 1174, *b*. cum cæteris Patriarchis præfuit Concilio Nicæno I. 1141, c. 1175, *a*.
Alexander Epiſcopus Conſtantinopolitanus interfuit eidem Concilio. ibidem. *b*.
Alexandrini Patriarchæ diœceſis. 31, *a*. 55, *c*.
Alexandrious Epiſcopus diem celebrationis Paſchæ nuntiabat. 405, *b*. 442, *a*. 2.
eius priuilegia. 429, *c*, 2. 933, *a*. *b*.
Alexandrina ſynodus Dionyſij. 1171, c.
alia eiuſdem. ibid.
Alexandri. 1174, *b*.
Athanaſij. 1185, *b*.
alia eiuſdem. ibidem c.
alia eiuſdem. 1186, *a*. Cyrilli. 1192, *b*. Timothei. 1195, *b*. alia eiuſdem. 1196, *c*. Petri Mongi. 1197, *c*.
ad Altare Dei nominati. 433, *b*. 1.
diuinis Altaribus reconciliari. 356, c.
aliud Altare erigere. 337, c.
Altari inſeruire. 335, *c*.
qui Altari aſſident, ex altari alantur. 516, *a*.
Altaris ſacri miniſtri. 350, c.
Altaria improbata, & euerteoda. 370, *c*. 734, *b*.
Amatorium poculum dari prohibitum. 987, *c*. 988, *c*. 1312, *a*.
ἀμβλωθρίδια. *Vide ſuprà* Abortionis medicamenta.
Diuus Ambroſius, ne qoidem neophytus, necdum baptiſmo initiatos electus Epiſcopus. 69, *c*. eius electio præter canones facta, ibidem. ab Eccleſia tamen approbata. ibid.
per Ambitum noo ordioetur antiſtes. 213, *a*.
Aoachoretæ. 1333, *c*.
Anathema à Chriſto. 52, *b*.
Anathemariſmi doodecim S. Cyrilli contra Neſtorium. 179, *c*, 2. 180, *a*.
Ancillæ peccare coactæ ab Epiſcopo liberantur. 1274, *c*.
Ancillam io ſceoam pertrahens, aut ex ea liberari prohibens proſcribitur. 1280, *b*.
Ancyrana ſynodus. 1173, *a*. edidit caoones xxv. 501, c. antiquior Nicæna. ibidem.
Angelorum cultus damnatus. 53, *a*. idololatria occulta dicitur. ibidem. 88, *a*, 2. 131, c, 1. 689, *a*.
Angelici hæretici. ibid. *b*, 2.
Anomœi hæretici. 55, c.
Anniuerſarij dies martyrum. 150, *b*, 2. 350, *b*. iis diebus legeodæ paſſiones martyrum. ibid.
Annooæ militares non transfereodæ. 1247, *a*.
Aotiochiæ Epiſcopus. 31, *a*. Orientis adminiſtratiooem habet. 56, *a*. in Cypro non ordinat. 60, *b*. & ſeq. diœceſeos Orientalis Exarchus appellatus. 92, c. non modò Metropolitanos ſuæ diœceſis, ſed & Epiſcopos ordinandi ius habet. 206, *a*, 1.
Antiochena Eccleſia. 144, *a*, 1. 333, *c*. germana Romanæ. 204, c, 1. ius Patriarchicum obtinet, noo tam pro ciuitatis magnificentia, quàm quòd prima primi Apoſtoli ſedes fuerit. 205, *c*, 2.
Antiochena ſynodus Demetrij. 1171, *b*. Arianorum. 1177, *a*. alia eorumdem. 1178, c. aliæ eorumdem. 1179. Meletij. 1189, c. Ioannis. 1193, *a*, c. Zenonis Imp. 1197, *a*. Eutychianorum. 1200, *a*. Aoaſtaſij Magni. 1203. c.
Aotiocheni Concilij Canooes xxv. 501. *c*. 794, *a*.
quod ipſa ſeruauit Antiquitas, nos quoque cuſtodiamus. 144, *b*. 335, c.
Appellationum gradus. 56, c. 63, c. 65, *b*. 136, *b*, 1. 531, *b*. 619, *b*. & ſeq. 770, *b*, c. 955, *a*. & ſeq. 1278. c.
Appellatio ad ſedis Rom. Epiſcopum. 138, *c*, 1, 2. 330, *b*. 402, *a*, *b*, c. 403, *a*. 731, *b*.
Appellatio Epiſcoporum. 138, c. 1. 2. *& ſeq. vt ſuprà* Clericorum. 143. *c*, 1. *a*, 2. 332, *b*. *vide inf.* Retractatio ſententiarum. Epiſcopalium.
Appellare non licet à ſynodo diœceſeos. 57, *c*. 58, *a*. à ſententia Patriarchæ. 424, *c*, 2. 967, *b*. 1279, *a*. à iudicibus electis. 339, *c*. 421, *c*. ab arbitri ſententia. 422. *a*, 1. ad Concilium vniuerſale, & œcumenicum. 58, *a*. 424, c, 2.
Appellationum vſus in veteri Eccleſia. ibid. *b*. extra diœceſim nullus. ibidem c. 1.
Appellationes tranſmarinæ prohibitæ in Africa. 344, *b*. 425, *b*, 2. 736, *b*.
Apiarij cauſa. 171, c, 1. & ſequentibus. 173, *b*, 2.

& ſeq. 401, *b*. & ſeq. 407, *a*. & ſequentibos.
Apocriſiarij monachorum. 1327. *b*.
Apocriſiarius monaſteriorum qualis, & quis. 1326, *b*.
Apocriſiarius monaſterij oullibi de fide diſcepret. 1244, *b*.
Apocriſiarij ea monaſteriis prodire poſſunt. 1256, *c*. ſi dogmatibus qoibuſdam ſimpliciores perturbaot, quid faciendum. ibidem & 1257, *a*.
Apollinariſtæ. 58 *b*. 133, *b*. 302. c. 1191, *b*. eorum domus Eccleſiæ addicuotur. 1250, *c*.
Apollinarius hæreticus Laodicenus, 1156, *b*. 1162, *a*. 1189, *c*. 1190, *c*. 1235, *b*. 1237, *c*. eios error. ibidem.
Apoſtoli Petri ſedes, vt ſacerdotalis eſt mater dignitatis, ita eſt Eccleſiaſticæ magiſtra ratioois. 215, *a*, 1.
Apoſtolica petra, ſuper qoam Chriſtus vniuerſalem conſtruait Eccleſiam. 190, *c*, 2.
Apoſtolica ſedes. 142, *b*. 329, *b*. 359, *b*. 365, *b*. 403, *b*.
Apoſtolorum doctrioa ſeruanda. *Vide ſuprà* Antiquitas.
Apoſtolorum Concilium Hieroſolymitanum. 1166, *b*.
Apoſtolorum feriis exactio prohibita. 1243, *a*.
de Apoſtatis, & quomodo cum iis agendum. 191, *a*, 1. 574, *c*. & ſequentib. 781, *c*. 1122, c. eorum pœnæ ciuiles. 984, *a*. & ſeq.
Arbores ſacrinæ. 433, *a*. 2.
Arborum cultus. 371, *a*. 433, *a*, 2.
Archiepiſcopus primæ Iuſtinianæ. 607, *a*. 1337, *b*. 1347, *a*. eius ſubiectæ ciuitates. ibidem.
Archigeton qoi fieri poſſit. 1273, *c*.
Archimandritæ. 1239, *b*.
Archiphereciræ. 1359, *c*.
IN Sanctis Canonibus, *ſub titulo* LXXIX. *qui primus eſt Antiocheni Concilij, his verbis inuenitur expreſſum*: Omnes qui auſi fuerint diſſoluere definitionem ſancti & magni Concilij de ſalutifera ſolemnitate Paſchali, excommunicandos, & de Eccleſia pellendos eſſe cenſemus. Can. 1. Concil. Antiochen.

Ex epiſtola Mappinij Archiepiſcopi Remenſis ad Nicetium Epiſcopum Treuirenſem. Concil. Galliæ tom. 1. pag. 293.

LICET *nihil noui vos de his rebus inuenire cognoſcimus, quod priſca Patrum ſolertia non potuit reperire, tamen abſurdum eſſe videtur, vt à nobis recipiantur, qui à vobis ſecundùm* SERIEM CANONVM *Eccleſiaſticâ ſeueritate abdicantur.*

Ex Hincmari Remenſis Archiepiſcopi opere LV. Capitul. ad Hincmarum Laudunenſem Epiſc. cap. 21.

QVOD *non niſi viginti capitula, quæ habemus in Nicæno Concilio fuerint conſtituta, &c. Sed & Actio* XI. *Calchedonenſis Concilij, in qua ſcriptum habetur*; Regula XCV. *de vacante Epiſcopo, &c.* Et paulò pòſt. *Leontius ex eodem* CODICE, *legit Regulam* XCVI. *de his qui ad Epiſcopatum vocati, &c. Quas Regulas, connumeratis à capite* XX. *Capitulis Nicæni Concilij, ſi quis per ſingula* CONSEQVENTIA CONCILIA *ex ordine numerauerit, in Antiocheno Concilio, loca præfatorum numerorum tenere inueniet. Vnde manifeſtum eſt non niſi tantùm* XX. *capitula in Nicæno Concilio conſtituta.*

Ex Antonij Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconenſis lib. 1. de emendat. Gratiani dialogo XI.

CANONES *Concilij Antiocheni receptos eſſe conſtat, & in* CORPORE CANONVM *poſitos ante Concilium Calchedonenſe, vt in eiuſdem Concilij actione* XI. *apparet, ex libro etiam Latino, quem eodem nomine* CORPVS CANONVM *dicimus, quem apertè Leo IV. in Epiſtola ad Epiſcopos Britanniæ approbat.*

Ex Annal. Eccleſ. Cæſaris Baronij Cardinalis tom. III. anno Chriſti CCCXLI. num. XXXIV.

ILLVD *compertum eſt, ex quâdam* ANTIQVIORI *nobis incomperta* COLLECTIONE, *in Concilio Calchedonenſi duos Canones Antiochenæ Synodi, in actione* IV. *atque* XI. *ad verbum eſſe citatos, ſed abſque titulo Antiocheni Concilij, quorum quidem in eo* CODICE QVI IN SYNODO PROBATVS EST, ATQVE LECTVS, *actione* XI. *prior* XCV. *alter* XCVI. *erat numero conſignatus: cùm tamen iidem in Concilio Antiocheno* XVI. & XVII. *ordine deſcribantur. vt planè appareat, non ex ipſo Antiocheni Concilij Codice editos eſſe, ſed ex quadam antè iam factâ* COLLECTIONE COMMVNI MAIORVM AVTHORITATE PROBATA.

Ex Iacobi Leſchaſſerij IC. Conſultatione de controuerſia inter Paulum V. Pontificem, & Rempublicam Venetam, anno 1607.

INNOVANDA *mihi eſt & inſtauranda Codicis Canonum Eccleſiæ primitiuæ memoria, & à tenebris obliuionis, quibus iamdiu ſepulta fuit, excitanda, vt ex hac reſtitutione fiant manifeſta, tam quæ erant in eo Codice, quàm quæ non erant, quæque tamen vulgò ſolent illi falsò tribui confirmandæ & tuendæ cupiditati & ambitioni quorumdam, quaſi ex authoritate ſanctorum Canonum veteris Eccleſiæ. Neque enim exiſtimare debemus ſanctiſſimos & ſapientiſſimos Patres illos veteres Eccleſiam iure incerto, ſine regularum & definitionum collectione certa rexiſſe, vel Canones quibus illa regeretur habuiſſe ſparſos, vagantes, nullius collectionis corpore concluſos, vt pro libidine cuiuſcunque licuiſſet per falſi crimen ſuppoſititios Canones Eccleſiæ obtrudere, qui mos ſemper fuit ambitionis & cupiditatis humanæ, quod libuiſſet authoritati Eccleſiæ vniuerſæ tribuere. Poſtulant à nobis Patres illi, vt de ſua pietate & prudentia potiùs ita ſentiamus, voluiſſe illos Eccleſiam habere corpus certum regularum ſui iuris, quas ex certis Conciliis collegerint, & Concilia certo ordine diſpoſuerint, certóque & immutabili numero Canones illorum complexi ſint, cui neque addi, neque detrahi à quoquam poſſet, vt hoc quaſi vallo & muro ſeptum iuris corpus aduerſus falſi crimen vndique tutum eſſet. Neque tantùm vt falſum præuenirent ſolebant veteres iura ſua in certa corpora colligere, ſed etiam vt vim omnem iuribus extra collectiones publica authoritate factas vagantibus & diſperſis adimerent. Ob eaſdem cauſas Theodoſius Imperator Nouella de confirmatione corporis ſuarum Nouellarum, ait ſe in corpus vnius codicis conſtitutiones præceſſorum ſuorum redegiſſe; ne aliter niſi ex ipſo codice in iudicio proferrentur. Eandem rationem & conſilium ſequutus Juſtinianus codicem ſuum fecit, conſtitutiones in multa volumina diſperſas in vnum corpus colligendo, quod ipſe teſtatur l. vn. C. de emendatione Codicis Iuſtiniani, vnde iura extrauagantia poſteritas appellauit, quæ non in corpore codicis, ſed extra corpus diuagarentur, vt Iuſtiniani verba vſurpem, quibus eodem loco vſus eſt. Ea fuit primum, antequam componeretur Codex Theodoſianus, prouidentia & vigilantia Patrum Eccleſiæ Catholicæ, quæ collectionem ſuam corpus codicis canonum nuncupauit, quemadmodum & Imperatores corpus codicis conſtitutionum ſuarum dixerunt. Quare etiam in more habebat*

Eccleſia alia iura quæ illi obtrudebantur codice ſuo non comprehenſa, velut notha & adulterina nullíuſque authoritatis reiicere, quod Gallicani Epiſcopi factitarunt, teſte acerrimo authoritatis Romanæ defenſore Nicolao I. Papa, qui in epiſtola quam ad illos ſcripſit relata in Codicem Gratiani, can. ſi Romanorum, diſtin. 19. hæc illorum verba recenſet. Quanquam, *inquit*, quidam veſtrûm ſcripſerint haud illa decretalia priſcorum Pontificum in toto corpore Codicis canonum inueniri deſcripta. *Sed quis meliùs nos docuerit hanc mentem & prouidentiam Eccleſiæ Catholicæ quàm eadem ipſa, quæ cùm conueniſſet in Concilio Calchedonenſi, quod quatuor primorum œcumenicorum poſtremum eſt, actione octaua, cognoſcens de controuerſia mota de epiſcopatu, nonageſimum quintum & nonageſimum ſextum canones citat corporis ſui canonici, & ex eorum iure de controuerſia pronuntiat, cuius actionis octauæ verba ſunt hæc:* Glorioſiſſimi iudices dixerunt: Legantur hi canones. Leontius reuerendus Epiſcopus Magniſiæ ex Codice legit regulam nonageſimam quintam: Si quis Epiſcopus vacans ſuper Eccleſiam vacantem ſemetipſum iniiciens ſubripuerit ſedem, præter perfectum Concilium, hunc expellendum eſſe, licèt omnis populus quem arripuit, eum elegerit. Perfecta verò ſynodus illa eſt, cui intereſt & metropolitanus Epiſcopus. Idem reuerendus Leontius ex eodem codice legit regulam nonageſimam ſextam: Si quis Epiſcopus ordinationem acceperit epiſcopatus, & populo præeſſe decretus non acquieuerit ordinationi, neque ei perſuaſum fuerit proficiſci ad Eccleſiam ſibi commiſſam, hunc excommunicatum eſſe donec coactus acquieſcat, aut quicquam de eo Epiſcoporum prouinciæ ſynodus perfecta definiat. *Hi duo canones reperiuntur hodie in Concilio Antiocheno, quod libro continetur, qui vulgariter appellatione Canonum Apoſtolorum & Conciliorum inſcribitur, ſúntque illi duo canones, alter ſextus decimus, alter ſeptimus decimus Concilij Antiocheni. Horum numerorum ope adiuti, & eo ordine quo canones illi collocati fuerunt in Codice Canonum antiquo, & illo quo reperiuntur hodie in Concilio Antiocheno, nos viam & rationem, ſi qua eſt, reperire debemus, quâ codicem antiquum, quo Eccleſia catholica in Concilio Calchedonenſi vſa eſt, reſtituamus. Ita enim compoſitum codicem antiquum eſſe oportuit, vt canones illi duo, nempe ſextus decimus, item ſeptimus decimus Concilij Antiocheni, reperiantur alter nonageſimus quintus, alter verò nonageſimus ſextus in ſerie Canonum totius illius codicis antiqui. Quod vt fiat primùm obſeruandus nobis eſt ordo, quo collocata fuerunt Concilia in Codice antiquo, initium à Nicæno facientes. Qui quidem ordo inuenitur hodie in locis quatuor veteris memoriæ, qui ad noſtram vſque ætatem conſeruati ſunt. Primus locus reperitur in Concilio Conſtantinopolitano in Trullo can.* ἐπισφραγίζομεν. *vbi hoc ordine recenſentur: Concilium Nicænum, Ancyranum, Neocæſarienſe, Gangrenſe, Antiochenum, Laodicenſe, Conſtantinopolitanum, Epheſinum & Calchedonenſe, quod actione octaua citat canones nonageſimum quintum & nonageſimum ſextum huius codicis. Eodem ordine diſponuntur in Codice canonico Græco Eccleſiæ Orientalis Lutetiæ Pariſiorum edito, diligentia Iohannis Tilij Engoliſmenſis, qui poſt editionem quam Cardinali Turnonio dicauerat, Epiſcopus Meldenſis factus eſt. Hac eadem ſerie collocantur in Codice Moguntino, qui editus eſt anno 1525. quem Moguntinum Codicem dicunt eſſe veterem Romanum ij qui recognouerunt codicem Gratiani iuſſu Gregorij XIII. in præfatione recogni-*

Digitized by Google

tioni ſuæ præfixa. Seruauit eum ordinem Pontifex Romanus Leo quartus in enumeratione quam facit horum Conciliorum ſcribens ad Epiſcopos Britanniæ, can. De libellis. diſtin. 10. Horum quatuor teſtimoniorum duo prima feruntur ab Eccleſia Orientali, duo poſteriora Roma nobis conſeruauit locus Occidentis omnium celeberrimus. Quare certiſſima ſunt hæc teſtimonia ab Eccleſia vniuerſa lata de ordine Conciliorum in codice canonico, quem in manibus habebat illa in Concilio Calchedonenſi. Imò tanta fuit Eccleſiæ religio in compage corporis canonum conſeruanda, vt cùm ordinem temporis non ſeruaſſet in collocatione Conciliorum Ancyrani & Neocæſarienſis, quæ Nicænum Concilium poſterius tempore ſequuntur collectionis ordine, lectores monuerit ita factum propter reuerentiam quæ debetur Nicæno, quod primum omnium œcumenicum ipſa celebrauit. Quod ſuum conſilium præfixum eſt initiis Conciliorum Ancyrani & Neocæſarienſis inſcriptione quæ etiamnum in codicibus Græcis ſeruata eſt, cuius inſcriptionis ratio vulgò ignoratur, & videtur hodie ſine vllo vſu his Conciliis præfixa, ſoluto corpore codicis antiqui, & vagis & diſperſis ſingulis extra ſuum corpus Conciliis per volumina, quæ vbique eduntur, Conciliorum. Poſt ordinem quem habuerunt in codice antiquo ſingula Concilia obſeruatum, enumerandi ſunt Canones illius codicis initium à primo Canone Nicæni Concilij ſumentes, neque cùm ad finem cuiuſque Concilij peruenerimus, à dinumeratione tamen ceſſandum eſt, ſed continua nec interrupta numerorum ſerie vtendum, quâ numerandi formâ vſum eſt Concilium Calchedonenſe. Eâ cùm peruenerimus ad Canonem ſextum & decimum Concilij Antiocheni à Concilio Calchedonenſi citatum, qui Canon incipit in Codice Orientali, Εἴ τις ἐπίσκοπος σχολάζων, & in Codice Romano Moguntiæ edito, Si quis Epiſcopus vacans, reperiemus illum Canonem eſſe nonageſimum ſextum Codicis Orientalis quem dedit Tilius, at verò eſſe nonageſimum quartum Codicis Romani Moguntiæ editi. Nam in Codice Orientali viginti Canones Concilij Nicæni, quinque & viginti Ancyrani, quindecim Neocæſarienſis, viginti Gangrenſis, ſexdecim Antiocheni, hi, inquam, omnes numeri coniuncti ſex & nonaginta efficiunt. At in Codice Romano viginti Canones Concilij Nicæni, quatuor & viginti Ancyrani, quatuordecim Neocæſarienſis, viginti Gangrenſis, & ſexdecim Antiocheni; hi, inquam, coniuncti numeri quatuor & nonaginta efficiunt. Rurſum ab his duabus rationibus differt ratio Concilij Calchedonenſis. Nam ratio Codicis Romani Canonem ſextum & decimum Concilij Antiocheni efficit quartum & nonageſimum Codicis canonici antiqui: ratio Concilij Calchedonenſis eum facit quintum & nonageſimum: at ratio Codicis Orientalis ſextum & nonageſimum. Quod verò attinet ad contextum & verba Codicum Orientis & Romani, planè conſentiunt, neque plus verborum eſt in hoc quàm in illo. In hoc ſolo differunt, quòd in Conciliis Ancyrano & Neocæſarienſi Canon quidam in vno ex illis codicibus, in alio diuiſus eſt in duo membra, & ex vno duo facti ſunt Canones. At componendæ huic paruæ codicum controuerſiæ, obſeruanda eſt antiqua ratio quæ proculdubio fuit in vſu Concilio Calchedonenſi, ſicque certiſſima fides Codici canonico antiquo reſtituetur. Initium faciam controuerſiæ Codicum componendæ à Concilio Ancyrano. Hoc quinque & viginti Canonibus conſtat in Codice Orientis, at quatuor & viginti tantùm in Codice Romano: hoc ideo quia quartus & quintus Canones huius Concilij in Codice Orientis, vnicum Canonem efficiunt, qui quartus eſt in Codice Romano. Præſtat autem ratio Codicis Orientis, eáque veteres vſi ſunt. Nam Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus vbi-

Digitized by Google

cunque in Nomocanone citat Concilium Ancyranum, hanc rationem ſequitur. Theodorus quoque Balſamo libro ſecundo commentariorum diuidit Concilium Ancyranum in quinque & viginti Canones. Harmenopulus iudex Theſſalonicenſis eandem ſequutus eſt rationem in tota epitome ſanctorum Canonum, & ſectione quinta tituli quarti diſtinctè & diuiſim citat Canones quartum & quintum Concilij Ancyrani, qui in Codice Romano pro vno habentur. Sed & diſertè citat Canonem quintum & vigeſimum huius Concilij ſectione quinta tituli tertij. Ex Latinis Ferrandus Diaconus Eccleſiæ Carthaginenſis ſequitur & hanc rationem in Breuiarij capitibus centeſimo quadrageſimo octauo, & deinceps vſque ad centeſimum quinquageſimum quintum, & aliis item capitibus. Hæc dicta ſint de rationum differentia Canonum Concilij Ancyrani, quæ eſt inter codices. Concilium verò Neocæſarienſe tot Canones habet in Codice Orientali, quot & in Codice Tiliano, nempe quindecim. At in Codice Moguntino, qui vetus Romanus eſt, quatuordecim Canones habet. Hæc verò differentia ex eo nata eſt, quòd tertius & decimus Canon Codicis Orientis Tiliani, qui incipit ἐπιχώριοι. Item quartus & decimus incipiens οἱ δὲ χωρεπίσκοποι, pro vnico Canone duabus partibus ſiue periodis conſtante citantur in Photij Nomocanone. Ambo citantur ab eo pro vnico decimo tertio, ſcilicet prior pars eius Canonis titulo tertio capite quarto, & poſterior titulo primo capite vigeſimo nono. Balſamo verò Photij commentator libro ſecundo diuiſit hunc decimum tertium Canonem Concilij Neocæſarienſis ex duabus periodis compoſitum in duos Canones, quibus diuiſum & ſeparatum commentarium ſubiunxit. Quæ res effecit, vt vnicus Canon in duos Canones diuiſus habeatur, in Codice Orientali quem Tilius publicauit. Indè quoque factum eſt, vt Canon proximè ſequens huius Concilij, qui eſt decimus quartus in Nomocanone Photij titulo primo capite trigeſimo, apud Balſamonem pro quinto decimo numeretur. Codex Romanus vetus Moguntiæ editus, & Criſconius cum Photio conueniunt. Quare ſecundùm antiquam rationem, quam ſecutum eſt Concilium Calchedonenſe, Ancyranum conſtat quinque & viginti Canonibus, & Neocæſarienſe quatuordecim: qui numeri coniuncti cum viginti Canonibus Concilij Nicæni, viginti Gangrenſis, ſexdecim Antiocheni, efficiunt quinque & nonaginta, qui numerus tribuitur à Concilio Calchedonenſi ſexto decimo Canoni Antiocheni Concilij: vt illum fuiſſe oporteat quintum & nonageſimum Canonem Codicis Eccleſiæ primitiuæ vniuerſalis. Atque hic eſt Codex Canonicus veteris Eccleſiæ Catholicæ, ſiue Conciliorum quatuor œcumenicorum veterum, in quo reſtituendo, & in lucem à tenebris reuocando veritatis amans hanc operam collocaui. Conſtabat omnino nouem Conciliis. Primum omnium erat Nicænum, quod duo Concilia Diœceſεων, quamuis tempore priora, conſequebantur, propter eius dignitatem, vt Codex ipſe antiquus docet: poſtea collocata erant tria Diœceſεων Concilia, Gangrenſe, Antiochenum, Calchedonenſi actione octaua citatum, & Laodicenſe: compagem claudebant tria poſteriora Concilia œcumenica, Conſtantinopolitanum ſcilicet, Epheſinum & Calchedonenſe. Hic verò Codex ſumma veneratione ab Eccleſia colendus videtur, tanquam ſuum inſtrumentum à corpore ſacræ Scripturæ & auctoritate & antiquitate ſecundum.

Ex Hieronymi Aleandri IC. Romani diſſertat. II. de region. ſuburb. cap. I.

CODICES *apud Eccleſias ſeruabantur, in quibus Canones omnes ſciuncti ab actis vniuerſalium Conciliorum, deſcripti erant. Primam ſedem occupabant viginti Canones Nicænæ Synodi, præfixo etiam nomine: quòd id Concilium neſcio quam dignitatis prærogatiuam habere ſemper viſum eſt. Cæteris, qui ſubiecti erant, nomen apponere non perinde curarunt. Id coniici poteſt ex iis quæ legimus in opuſculo Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi aduerſus Epiſcopum Laudunenſem, cuius verba cap.* XXI. *hæc ſunt:* Sed & actio XI. Calchedonenſis Concilij, in qua ſcriptum habetur Regula XCV. *& paulò pòſt:* Leontius ex eodem CODICE legit Regulam XCVI. *&c. Sed Codex, quem hîc deſignat Hincmarus, is fuiſſe videtur quo vtebantur Eccleſiæ Orientales, quem etiam poſtea auctum nuper edidit Iuſtellus.*

Ex lib. III. cap. 31. Io. Seldeni de Nuptiis & Diuortiis p. 604. & 605.

V*T Imperatoriæ ſanctiones à Theodoſio minore, in Corpus illud, qui* Codex Theodoſianus *dicitur, breui poſt Concilium Epheſinum coniectæ ſunt, velut id quod Iuris Cæſarei Corporis nomen tunc ſortiretur; ita & Canones qui præceſſerant ſparſim ſynodici, ſic puto, ſub id tempus in Codicem ab Epiſcopis, fortè Patribus ipſis Epheſinis eorúmve aliquibus, confectum,* βίβλον κανόνων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, Codicem Canonum Eccleſiæ vniuerſæ, *poſtea ſaltem, dictum, relati ſunt. Nec, quantùm video, Codici illi vis Iuris Canonici vniuerſalis, vtcunque ſic conſtructo, ante Synodum quartam generalem ſeu Calchedonenſem expreſſim data eſt. Primus enim eiuſdem Synodi Canon eſt:* τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων καθ' ἑκάστην σύνοδον ἄχρι τοῦ νῦν ἐκτεθέντας κανόνας κρατεῖν ἐδικαιώσαμεν, Canones qui à ſanctis Patribus in vnaquaque Synodo hucuſque conſtituti ſunt, obſeruari æquum cenſuimus. *Tam prouinciali, quàm œcumenicâ, vt diſertè Iuriſconſulti Græci. Antè illud ſtatui, nullibi eſt compertum. Attamen fatendum interea eſt, velut pro eo quod vim Canonum vniuerſalem antè haberet in actis eiuſdem Synodi, citari Codicem illum, cui poſtmodum etiam & Canones Calchedonenſes adiecti. Atque ita natus eſt ille, quem nunc iam dicto nomine Græco-Latinè editum terimus.*

CHRISTOPH. IVSTELLI

DE VETERI CODICE CANONVM Eccleſiæ vniuerſæ, eiúſque auctoritate,

AD LECTOREM PRÆFATIO.

ECCLESIA Chriſtiana primitiua, duplici Iure olim regebatur, Diuino & Canonico. At Diuinum quidem Ius, Codice ſacræ Scripturæ: Canonicum verò, Codice Canonum continetur. Itaque in Conciliis, illi duo Codices in medio conſeſſus poni ſolebant, vt ex eorum iure Epiſcopi inter ſe dogmata pietatis explorarent, obortas hæreſes refutarent, & controuerſias ad diſciplinam Eccleſiaſticam, ſacrámque πολιτείαν pertinentes dirimerent. Hunc morem indicant acta Concilij Calchedonenſis, vbi paſſim hæc verba repeiuntur, προκειμένου ἐν τῷ μέσῳ, τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ἀχράντου εὐαγγελίου, *antepoſito in medio ſacroſancto & venerabili Euangelio.* Et Cyrillus Alexandrinus, in Apologetico ad Theodoſium Imp. de Concilio Epheſino loquens, ἡ ἁγία σύνοδος σύνεδρον, ὥσπερ καὶ κεφαλὴν, ἐποιεῖτο Χριστόν· ἔκειτο γὰρ ἐν ἁγίῳ θρόνῳ τὸ σεπτὸν εὐαγγέλιον, ἐπιφωνοῦν τοῖς ἁγίοις ἱερεῦσι, κρίμα δίκαιον κρίνατε. *Sancta Synodus Chriſtum confeſſorem, & velut caput, conſtituit: venerandum enim Euangelium, in ſancto throno collocatum erat, ſacerdotibus inſonans: Iuſtum iudicium iudicate.* Et Epiſtola ſynodica Concilij Aquileienſis, *propoſitæ in medio Diuinæ Scripturæ.* *Tom. 1. Concil.*

Codicis verò Canonum, ipſa quoque Synodus Calchedonenſis meminit, atque ex eo citat Canones 83. 84. 95. & 96. (qui 3. 4 15. & 16. in Concilio Antiocheno repeiuntur) eorúmque iure de controuerſiis Eccleſiaſticis pronunciat. Et Epiſtola ſynodica Epiſcoporum prouinciæ Piſidiæ Aſianæ Diœceſeωs ad Leonem Imp. citat Canonem 83. qui quartus eſt Antiocheni Concilij. Et Dionyſius Exiguus epiſtolâ Paſchali 1. ad Petronium Epiſcopum, Canonem citat 79. (Græcis 80.) qui primus eſt eiuſdem Synodi Antiochenæ. Et epiſtolâ ad Stephanum Salonitanum Epiſcopum, quam ſuæ veteris illius Codicis Canonum Latinæ interpretationi præfixit, Canones à Nicæno Concilio I. ad Conſtantinopolitanum I. hoc eſt, à primo capite vſque ad centeſimum ſexageſimum quintum enumerat, *ſicut*, vt ipſe ait, *in Græca auctoritate*, Conciliorum ordine & numerorum ſerie digeſti erant. Ad hæc reſpexiſſe videtur Leo I. Pontifex, & Synodus Romana epiſtolâ ad Theodoſium Imp. pro Flauiano Patriarcha CP. ſcriptâ, qua petit, vt iuberet gene-

Act 4. & 11. *Tom. 2. Concil. edit. Rom.* *Tom. 2. Concil. edit. Rom.*

ralem Synodum intra Italiam celebrari: quod, poſt appellationem interpoſitam, neceſſariò poſtulari Canonum Nicænorum Decreta teſtarentur, quæque *ſubterannexa* erant: vbi *ſubterannexorum* voce, intelligi par eſt Canones Conciliorum, qui à Nicæno ad Conſtantinopolitanum, numerorum ſerie in vnum collecti, in veteri Codice Canonum repe-
Act. Conc. Conſt. V. riuntur. Et Vigilius Epiſtolâ ad Ruſticum & Sebaſtianum Diaconos Eccleſiæ Romanæ, ex eo Codice Canonem citat, in Concilio Calchedonenſi probatum atque lectum, qui in Antiochena Synodo quintus numero conſignatus reperitur. Vnde apparet primitiuæ Eccleſiæ Patres, in illo veteri Codice Canonum componendo, iuxta quem de rebus ſacris iudicia habebantur, ſingula conſequentia Concilia, certo ordine diſpoſuiſſe, certáque ac continuâ ſerie, nec interruptâ numerorum connexione Canones illorum numeraſſe, ne quid huic Codici detrahi aut addi poſſet: quem & ideo Patres Epheſini & Calchedonenſes, aliíque Eccleſiaſtici Scriptores τάξιν & ἀκολουθίαν τῶν κανόνων, ἀκολουθίαν ἐκκλησιαστικὴν, & ἀριθμῶν ἀκολουθίαν, *ſeriem & conſequentiam Canonum, conſequentiam Eccleſiaſticam, & conſequentiam numerorum* paſſim vocant. Vnde & in actis Conciliorum vox ἀκολούθως & κανονικῶς pro eadem ſumitur. Præponebantur autem viginti Canones Concilij Nicæni, διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου αὐθεντίαν, propter auctoritatem & dignitatis prærogatiuam magni illius Concilij, quod primum œcumenicum Eccleſia Chriſtiana celebrauit; præfixo etiam illius nomine, vt quidam exiſtimant, quod in cæteris qui ſubiecti ſeu ſubterannexi erant, obſeruatum non fuit: atque inde factum videtur, lapſu temporis, vt ſub nomine Conci-
Lib. 9. c. 33. lij Nicæni laudarentur omnes. Quod apud Gregorium Turonenſem Epiſcopum obſeruare licet, vbi ex Canonum Nicænorum decretis Canonem citat, qui XIV. eſt Gangrenſis Concilij: *Canonum*, inquit, *Nicænorum geſta relegi, in quibus continetur, Quia ſi qua reliquerit virum, & thorum quo bene vixit, ſpreuerit.* & ſequebantur Canones XXV. Concilij Ancyrani, & Neocæſarienſis XIV. (quæ quidem duo Concilia ante Nicænum celebrata ſunt, & ab eo deinceps comprobata, vt acta Concilij Florentini teſtantur) & qui poſtmodum conſtituti ſunt, Gangrenſis XXI. Antiocheni XXV. (cuius quatuor Canones ſub titulo 93. 94. 95. & 96. ex eo Codice citantur in Concilio Calchedonenſi) Laodicenſis LIX. & Conſtantinopolitani I. quatuor (Græcis VII.), qui quidem collecti, ſecundùm Dionyſium Exiguum, CLIV. Canones efficiunt. Ex quibus Canonibus ab initio compoſitum erat Corpus illius Codicis antiqui, quem in actis Synodi Calchedonenſis citari, atque ante eam vim Canonum vniuerſalem iam habuiſſe compertum eſt: cui poſtea adiecti ſunt Concilij Epheſini III. œcumenici octo Canones fortè a Stephano Epiſcopo Epheſino, cuius extat Canonum Collectio nondum edita, quæ omnino conuenit cum veteri Codice Eccleſiæ vniuerſæ, Canonéſque Conciliorum Nicæni, Ancyrani, Neocæſarienſis, Gangrenſis, Antiocheni, Laodicenſis, & Conſtantinopolitani, eadem ſerie & ordine exhibet, quibus ipſe Epheſinos addidit. Hæc vero in Bibliotheca Palatina, apud heredes Gelharti Ermenhorſtij Hamburgi aſſeruatur, à

quibus

quibus hucuſque nanciſci non potuimus. Poſtea, Calchedonenſis Concilij quarti œcumenici Canones XXIX. ab alio Collectore additi ſunt. Hæc autem quinque Concilia, licèt particularia ſint, authoritatem tamen œcumenicorum adepta ſunt, quandoquidem Patres quatuor priorum Conciliorum illa probarunt, ſicque fecerunt: atque ab vniuerſa cum Orientis, tum Occidenti Eccleſia vnanimiter approbata, & confirmata ſunt, & in Codice Canonum Eccleſiæ vniuerſæ recepta fuerunt, & inſerta tali ordine & numerorum ſerie, vt vnum & idem corpus conſtituerent, cui vim & authoritatem Canonici Iuris vniuerſalis Concilium Calchedonenſe dedit Canone 1. his verbis, τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων καθ' ἑκάστην σύνοδον ἄχρι τοῦ νῦν ἐκτεθέντας κανόνας κρατεῖν ἐδικαιώσαμεν. *Canones qui à ſanctis Patribus, in vnaquaque Synodo, hucuſque conſtituti ſunt, obſeruari æquum cenſuimus.* Et poſtea Iuſtinianus Imp. Nouel. 131. de Canonibus Eccleſiaſticis, θεσπίζομεν τοίνυν τάξιν νόμων ἐπέχειν ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ἐκτεθέντας, ἢ βεβαιωθέντας, τουτέστι τῆς ἐν Νικαίᾳ, καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης, καὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι. *Sancimus vim legum obtinere Eccleſiaſticos Canones, qui à ſanctis quatuor Conciliis conſtituti ſunt, & CONFIRMATI, hoc eſt Nicæno, Conſtantinopolitano, Epheſino, & Calchedonenſi.* Vbi *confirmatorum* voce intelligi par eſt Canones Conciliorum Diœceſeωn prædictorum Ancyrani, Neocæſarienſis, Gangrenſis, Antiocheni, & Laodicenſis, qui toto orbe recepti, & ab ipſis quatuor prioribus Conciliis œcumenicis probati & confirmati, in Codice Canonum Eccleſiæ vniuerſæ continebantur, vt diſertè Theodorus Balſamo ad Nomocanonem Photij tit. 1. cap. 2. annotauit his verbis: σημείωσαι τὴν προοῦσαν νεαρὰν (ρλα.) ὡς νόμους κρατεῖν, μὴ μόνον τοὺς παρὰ τῶν (τεσσάρων) ἁγίων συνόδων ἐκτεθέντας κανόνας, ἀλλὰ καὶ τοὺς παρὰ τούτων βεβαιωθέντας, ἤγουν τοὺς κανόνας τῶν τοπικῶν συνόδων. *Nota præſentem Nouellam, quæ dicit, tanquam leges ſeruari oportere, non ſolùm qui à ſanctis (quatuor) Synodis editi ſunt Canones, ſed eos etiam, qui ab his confirmati ſunt, ſeu Canones Synodorum localium.* Concilium etiam Conſtantinopolitanum III. in Trullo habitum anno DCCVII. ſub Iuſtiniano II. antiquum illum Codicem Eccleſiæ vniuerſæ confirmauit Canone II. enumeratis Conciliis quibus conſtabat, hoc eſt quatuor primis œcumenicis, & quinque particularibus, ſeruato etiam ordine temporis à Nicæna Synodo ad Calchedonenſem, additis Canonibus Apoſtolicis XXCV. Sardicenſibus & Carthaginenſibus, Trullenſibus etiam, Græcorumque Patrum epiſtolis canonicis anteà non receptis, nec à Conciliis œcumenicis, nec ab Impp. confirmatis: vbi Balſamo per hunc Canonem, localium quoque Synodorum confirmationem factam τὴν [illegible] διὰ τούτου ἐπικύρωσιν τῶν τοπικῶν συνόδων, annotauit. Quibus poſtea adiecti ſunt Canones Concilij Nicæni II. ac tandem ex iis omnibus tam Canonibus, quam Patrum decretis à Nicæna prima Synodo ad Nicænam II. compoſitus eſt Codex Canonum Eccleſiæ Orientalis, cui titulus Κανόνες τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν ἁγίων συνόδων) è Bibl. Canonicorum D. Hilarij Pictauienſis à viro cl. Ioanne Tillio Pariſus Græcè primùm editus, & poſtea ab Elia Ehingero ex Biblioth. Auguſtana Witebergæ annô 1614. cui Zonaras & Balſamo ſuas interpretationes addiderunt,

quæ antehac in lucem prodierunt.

Prima igitur & omnium vetuſtiſſima eſt Canonum Eccleſiaſticorum Collectio, quæ CODEX CANONVM ECCLESIÆ VNIVERSÆ rectè nuncupatur, quia eo, veluti iure communi & vniuerſali, Eccleſia primitiua tam in Oriente, quàm in Occidente olim vſa eſt, in diiudicandis ſacris controuerſiis: poſtea verò ab antiquo illo Codice, veluti certo atque communi Eccleſiæ vniuerſæ authoritate probato, veteris Iuriſprudentiæ Eccleſiaſticæ Corpore, Ius omne Canonicum, tam Græcorum, quàm Latinorum, per omnes totius orbis Chriſtiani Diœceſes ac Prouincias deriuatum eſt.

Sunt & aliæ antiquæ & recentiores Collectiones, ſeu Breuiationes Canonum, Nomocanones etiam, ſeu Canonum & Legum concordantium collationes, quæ omnes Canonum ſententias ſub certis quibuſdam titulis comprehenderunt, Io. ſcilicet Scholaſtici, Photij & Arſenij Patriarcharum CP. Alexij Ariſtini, Simeonis Logothetæ, & Conſtantini Harmenopuli, aliorúmque Collectorum Græcorum, poſt Calchedonenſe Concilium, & Iuſtiniani Imp. tempora, priuato tantùm conſilio conſcriptæ, nulláque publica authoritate probatæ, nec à Conciliis œcumenicis, nec ab Impp. confirmatæ; quæ & ideo nullam vim habent Iuris Canonici vniuerſalis, ſed tamen ad interpretationem & faciliorem inſtructionem Canonum ſunt valde vtiles & neceſſariæ.

Quod autem ad Eccleſiam Occidentalem attinet, certum eſt, in toto orbe Occidentali, & Latinæ linguæ Diœceſibus & Prouinciis, eam quoque (vt & Orientalis) in iudiciis Eccleſiaſticis, priſcis Canonibus veteri Codice Eccleſiæ vniuerſæ comprehenſis vſam fuiſſe. Id teſtantur acta Conciliorum, & Decreta Pontificum, vbi paſſim Codicis & Corporis Canonum, & antiquorum Canonum, & Canonum Orientalium mentio, quo nomine Codex Eccleſiæ vniuerſæ ſine dubio intelligitur. Horum autem Canonum Græcorum variæ diuerſæque occurrunt Latinæ interpretationes. Atque antiqua illa eſt, quâ vſi ſunt Latini Conciliorum Collectores, ſub nomine Iſidori Mercatoris, & cum Dionyſiana interpretatione coniunxerunt, eiúſque antiquæ verſionis plura exemplaria extant in bibliothecis. Sed antiquior altera, nondum edita, cuius peruetuſtum exemplar MS. penes nos habemus, literis maiuſculis exaratum, quod æui ſui notam indicat. Dionyſij verò Exigui Latina interpretatio (quam ante annos viginti ex vetuſto Cod. MS. Bibl. noſtræ edidimus) vt purior & elegantior cæteris prælata eſt; quæ quidem ſeriem & ordinem Conciliorum, Canonumque conſequentiam, ac numerorum connexionem retinuit, quæ erat in Græco exemplari quo ipſe vſus eſt, à Nicæno ſcilicet Concilio primo œcumenico, ad Conſtantinopolitanum I. hoc eſt à primo capite ad centeſimum ſexageſimum quintum, vt ipſe ait in epiſtola ſuæ Collectioni præfixa, cui (omiſſis Conſtantinopolitanis quatuor poſterioribus Canonibus, & octo Epheſinis, qui in Collectione Canonum, & Nomocanone Ioannis Scholaſtici Patriarchæ CP. & cæteris omnibus Græcorum Canonum Collectionibus reperiuntur) addidit Canones qui dicuntur

Apoſtolorum quinquaginta, & Sardicenſes, & Africanos, qui in Occidente Latinè ſunt editi: atque ideo in omnibus Collectionibus poſtmodum poſiti ſunt, διὰ τὸ πολλὰ περὶ τινων ἐπιχωρίων ἤγουν τῶν δυτικῶν μερῶν διορίζεσθαι, *Propterea quòd multa de quibuſdam ad loca & regiones pertinentibus, ſiue Occidentalibus partibus, definierint*, vt ait Balſamo in prolegomenis MSS. ad ſuum Nomocanonem. Dionyſius autem Exiguus ſuæ Collectionis Canonum rationem exponit his verbis: *Canones qui dicuntur Apoſtolorum, de Græco tranſtulimus, quibus plurimi conſenſum non præbuere facilem, quamuis poſtea quædam conſtituta Pontificum ex ipſis Canonibus adſumpta eſſe videantur: Deinde Regulas Nicænæ Synodi, & deinceps omnium Conciliorum, ſiue quæ ante eam, ſiue quæ poſtmodum facta ſunt, vſque ad Synodum* CL. *Pontificum, qui apud Conſtantinopolim conuenerunt: & ſub ordine numerorum, id eſt à primo capite vſque ad centeſimum ſexageſimum quintum, ſicut habetur in Græca auctoritate digeſſimus. Tum ſancti Calchedonenſis Concilij Decreta ſubdentes, in his Græcorum Canonum finem eſſe declaramus. Statuta quoque Sardicenſis Concilij, atque Africani, quæ Latinè ſunt edita, ſuis à nobis numeris cernuntur eſſe diſtincta.* Hæc verò Dionyſiana Collectio ab Eccleſia Romana ſtatim recepta eſt, vt teſtatur Caſſiodorus, Dionyſij Exigui coæuus: *Fuit noſtris temporibus*, inquit, *Dionyſius Monachus, Scytha natione, ſed moribus omnino Romanus, in vtraque lingua doctiſſimus, qui petitus à Stephano Epiſcopo Salonitano, ex Græcis exemplaribus Canones Eccleſiaſticos, magnæ eloquentiæ luce compoſuit, quos hodie vſu celeberrimo Eccleſia Romana complectitur.* Et Canones à Ioanne II. Papa miſſi anno 533. pro cauſa Contumelioſi Epiſcopi, qui ex tranſlatione Dionyſij Exigui expreſſi reperiuntur.

Lib. de Inſtit. c. 23.

Tom. I. Concil. Galliæ.

Vt autem Codici Canonum Eccleſiæ Orientalis Decreta ſeu Epiſtolæ Canonicæ Patrum Græcorum à Synodo Trullana adnexa ſunt, Dionyſius quoque Exiguus paulò poſt editionem Canonum, Decreta Pontificum Rom. Siricij, Innocentij, Zoſimi, Bonifacij, Cæleſtini, Leonis, Gelaſij, Anaſtaſij, ab anno ſcilicet 385. ad annum 496. in vnum collegit, & in ordinem titulis compoſitis diſtinxit, ſub vna ſerie numerorum eo modo quo Patrum Canones transferens ordinauerat, vt ipſe profitetur in epiſtola præfationis loco præfixa ad Iulianum Preſbyterum tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, (quam cum Indice Decretorum edidimus anno 1643.) qui Synodis Romæ celebratis ſub Symmacho Papa, poſt Conſulatum Paulini, hoc eſt anno 499. die Kalend. Martiarum, & Flauio Auieno Iuniore, ſub die 8. Idus Nouemb. hoc eſt anno 502. ſubſcripſiſſe reperitur. Vnde liquet quo tempore Dionyſianæ illæ Collectiones, tam Canonum Conciliorum, quàm Decretorum Pontificum Rom. ſcriptæ ſint. Atque hæc eſt prima & antiquiſſima Decretalium Pontificum Collectio, quæ LIBER DECRETORVM dicta eſt à Zacharia Papa, epiſtolâ ad Pipinum, & Epiſcopos Franciæ, ex quo citat quædam Capitula Innocentij, Leonis & Gelaſij. Cui poſtea ab alio Collectore addita ſunt Decreta ſequentium Pontificum, Hilari, Felicis, Simplicij, Hormiſdæ, Symmachi, & Gregorij Iunioris. Ex quibus tam Conciliorum Canonibus, quàm Pontificum Decretis, tandem compoſitus eſt CODEX CANONVM ECCLESIÆ ROMANÆ, qui à Io. Wen-

In Cod. Can. Eccl. Rom.

Digitized by Google

delſtino, ex tribus Codd. MSS. Moguntiæ primùm editus eſt, anno 1525. & Matthæo tituli S. Angeli Presbytero Cardinali dicatus, ſub hoc titulo, CANONES APOSTOLORVM. VETERVM CONCILIORVM CONSTITVTIONES. ET DECRETA PONTIFICVM ANTIQVIORA. Poſtea Lutetiæ Pariſiorum anno 1609. ſub titulo Codicis Canonum Eccleſiæ Romanæ. Atque ipſe eſt Codex Canonum qui ab Hadriano I. Papa, Carolo Magno Regi Romæ oblatus eſt anno 805. ad vſum Eccleſiarum Occidentalium, cui epiſtola ſeu verſuum politicorum achroſtichis præfixa eſt cum hac inſcriptione, DOMNO EXCELLENTI FILIO KARVLO REGI HADRIANVS PAPA, quæ à doctiſſimo Iacobo Sirmondo edita eſt: illiúſque Codicis plura extant antiqua exemplaria MSS. in Bibliothecis, & Breuiarium eiuſdem à Creſconio Epiſcopo Africano, qui circa annum DCXC. vixit, omiſſis integris Canonibus Conciliorum & Decreris Pontificum, quæ facile eſt ex ipſa Collectione repetere. Atque hi ſunt Canones & Decreta, quibus in iudiciis Eccleſiaſticis Romana vſa eſt Eccleſia, vt teſtatur Leo IV. Papa, qui Concilia ipſa & Pontificum Decreta, quæ hoc Codice Romano continebantur, recenſet his verbis: *Quibus autem in omnibus Eccleſiaſticis vtimur iudiciis, ſunt Canones qui dicuntur Apoſtolorum, Nicænorum, Ancyranorum., Neocæſarienſium, Gangrenſium, Laodicenſium, Conſtantinopolitanorum, Epheſinorum, Calchedonenſium, Sardicenſium, Africanenſium, Carthaginenſium, & cum illis Regulæ Præſulum Romanorum Siricij, Innocentij, Zoſimi, Cæleſtini, Leonis, Gelaſij, Hilari, Symmachi, Hormiſdæ, Simplicij & Gregorij Iunioris. Iſti omnino ſunt, & per quos iudicant Epiſcopi, & per quos ſimul iudicantur, & clerici.*

Baronius Annal. to. 10 anno 855. & Can. de libellis, diſt. 10.

Videamus nunc, quo iure Eccleſiaſtico vſa eſt Eccleſia Africana, cæteræque Eccleſiæ Occidentales. Ac primùm quidem, certum eſt Africanos, Nicæni Concilij primi œcumenici Canones habuiſſe, à Cæciliano Carthaginenſi Epiſcopo, qui ei interfuit & ſubſcripſit, adlatos, vt ipſi reſtantur Africani Patres in Concilio Carthaginenſi anno 419. poſt Conſulatum Honorij XII. & Theodoſij VIII. celebrato, quibus etiam à Cyrillo Alexandrino Epiſcopo, & ab Attico Conſtantinopolitano, ipſa Nicæna ſtatuta tranſmiſſa ſunt ex interpretatione Teilonis & Tariſti, quæ in editione Conciliorum Colonienſi extat. Sed & aliis Græcis Canonibus veteri Codice Canonum Eccleſiæ vniuerſæ comprehenſis, hoc eſt Ancyranis, Neocæſarienſibus, Gangrenſibus, Antiochenis, Laodicenſibus, & Conſtantinopolitanis vſos fuiſſe; ex quibus, pace Africæ reſtitutâ, Fulgentius Ferrandus Eccleſiæ Carthaginenſis Diaconus, Collectionem ſeu Breuiarium Canonum ante ſua tempora in Africa receptorum, ad reſtituendam Africanæ Eccleſiæ diſciplinam compoſuit, (eodem fere tempore, quo Dionyſius Exiguus ſuam Collectionem edidit ad vſum Eccleſiæ Romanæ) omiſſis Canonibus Apoſtolicis, Epheſinis, & Calchedonenſibus, & additis Sardicenſibus, & quibuſdam Decretis Siricij Papæ ex illius epiſtola ad Epiſcopos Africanos ſcriptâ, ſed & Africanis, Carthaginenſibúſque Conciliis. Habuit enim Eccleſia Africana certam & receptam ſuarum Synodorum Collectionem,

Digitized by Google

Africanorum Canonum nomine à Concilio Carthaginenſi vniuerſali totius Diœceſeωs Africæ probatam, illiúſque actis inſertam, (à nobis Latinè & Græcè, ſub titulo Codicis Canonum Eccleſiæ Africanæ anno 1615. editam, cuius nouam nunc editionem damus) quam Dionyſius Exiguus in ſua Collectione poſuit, & Synodus Trullana confirmauit. Poſtea verò, Collectionem Canonum & Decretorum Pontificum à Dionyſio Exiguo concinnatam, ab ipſa Africana Eccleſia receptam fuiſſe indicat Breuiarium, ſeu Concordia Canonum Creſconij Africani Epiſcopi, quæ circiter annum 698. ſcripta, & tota ex Dionyſiana Collectione expreſſa eſt. Sed de his pluribus in præfatione ad Codicem Canonum Eccleſiæ Africanæ.

[*Hincmarus Rem. Arch. in Opuſculo LV. capit. ad Hinc. Laudunenſem cap 34. ait:* Breuiarium Africæ prouinciæ Canonum, Sedi Apoſtolicę miſſum, & ab eadem Sede corroboratum.]

GALLICANA etiam ECCLESIA veteri Iure canonico vſa eſt, quatuor videlicet priorum Conciliorum œcumenicorum, & cæteris ab iis confirmatis, & ab Eccleſia vniuerſa receptis; non tamen ex Dionyſiana interpretatione, ſed ex altera vetuſtiore, illa ſcilicet, quæ habetur in Collectione, quæ Iſidori Mercatoris nomen præfert, in editione Conciliorum Colonienſi.

Codicis autem Canonum Eccleſiæ Gallicanæ meminit Synodus Pariſienſis, in cauſa Prætextati Rothomagenſis Epiſcopi, apud Gregorium Turonenſem, qui LIBRVM CANONVM vocat, in quo nouum Canonem, quaſi Apoſtolicum à Chilperico Rege adnexum ait, qui in veteri Codice Canonum Eccleſiæ vniuerſæ non erat: *Ipſe verò* (Chilpericus) *diſceſſit, tranſmittens* LIBRVM CANONVM, *in quo erat quaternio nouus adnexus, habens Canones quaſi Apoſtolicos, continentes hæc: Epiſcopus in homicidio, adulterio, & periurio deprehenſus, à ſacerdotio diuellatur.* Vnde liquet Canones qui dicuntur Apoſtolorum, antehac à Gallis non receptos, ſed ignotos fuiſſe. Sigebertus Rex Francorum in epiſtola ad Deſiderium Caturcenſem Epiſcopum, profitetur optare conſeruare STATVTA CANONVM, & ECCLESIASTICAS REGVLAS, ſicut parentes eius obſeruauerant. Et Epiſcopi Galliæ ſub Childeberto Auſtraſiorum Rege in Synodo Metenſi, Egidium Remenſem Epiſcopum, LECTIS CANONVM SANCTIONIBVS, ab ordine ſacerdotali remouerunt. Et ſub eodem Childeberto, in cauſa Ingeltrudis, ipſe Gregorius Canonum Nicænorum nomine (qui Codici Canonum Eccleſiæ vniuerſæ, quo vtebatur Gallicana Eccleſia, prætitulati erant) citat Canonem XIV. Concilij Gangrenſis: *Canonum Nicænorum Decreta relegi, in quibus continetur, Quia ſi qua reliquerit virum, & thorum in quo bene vixit, ſpreuerit, dicens, quia non ſit portio in illa cæleſtis Regni gloria, qui fuerit coniugio copulatus, anathema ſit.* Sed & Synodi quædam Gallicanæ, vt Valentina, Rhegenſis, Arelatenſis II. Agathenſis, & Epaonenſis, citant Canones Nicænos, Ancyranos, & Laodicenſes, ex veteri tranſlatione apud Gallos tunc receptâ, quæ apud Iſidorum Mercatorem reperitur, quâ ſemper liberiùs vſi ſunt, quàm Dionyſianâ, vſque ad Caroli Magni tempora, cui eius exemplar oblatum eſt ab Hadriano Papa I. & deinceps Dionyſianâ illâ Græcorum Canonum interpretatione, Africaníſque Canonibus, & Decretis priorum Pontificum Romanorum à Dionyſio Exiguo collectis perpetuò vſi

[*Lib. 5. c. 18.*] [*Can. Apoſt. 25.*] [*Tom. 1. Script. Hiſt. Franc.*] [*Greg. Tur. lib. 10 c. 19.*] [*Lib. 9. c. 33.*]

ſunt: quod in Conciliis Gallicanis ſub Ludouicô Pio Imperatore, cæteriſque ſubſequentibus, obſeruare licet.

Idque apertè indicat Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus, qui ſub Carolo Caluo Imp. vixit, in opuſculo aduerſus Hincmarum Laudunenſem, his verbis: *Qui ſunt illi, quos & Apoſtolica Sedes, & omnes Epiſcopi per vniuerſum orbem, & omnis Eccleſia Catholica Canones appellant? quique à Nicano Concilio, quod primum in noſtris Codicibus, quos ab Apoſtolica Sede maiores noſtri acceperunt ſequendos, per ordinem vſque ad Africanum Concilium, pro Canonibus recipiendis, venerandis, & obſeruandis retinent.* Et paulò pôſt de Decretis Pontificum loquens: *Pande nobis, quaſumus, quid cenſeas de eorum Decretis, qui poſt Nicanum Concilium, & alia Catholica Concilia, obſeruanda decretalia conſtituta de eiſdem ſacris Canonibus promulgata ſanxerunt, ſicut Siricius, Innocentius, Zoſimus, Bonifacius, Cæleſtinus, Leo, Hilarus, Symmachus, Gelaſius, Hormiſda, Gregorius, & quique alij,* (Anaſtaſius ſcilicet & Simplicius, qui in Dionyſiana Collectione recenſentur) *quorum Decreta Eccleſia Catholica, & Patres, ac prædeceſſores noſtri ſeruanda tenuerunt, & venerati ſunt.* Ex quibus apparet, vt ait Baronius, *hactenus non vſu receptas Epiſtolas illas qua ante Silueſtrum* (legendum Siricium) *diuerſorum Pontificum Romanorum feruntur ab Iſidoro collecta.* Arque de iis intelligendum eſt, quod olim ab Epiſcopis Galliæ Nicolao I. Papæ ſcriptum ipſe reſtatur, *Decretalia priſcorum Pontificum in toto corpore Codicis Canonum non inueniri deſcripta.* Hîc enim *Codicis Canonum* voce intelligi par eſt Dionyſianam Collectionem, ex Canonibus & Decretis Pontificum compoſitam, quæ tum in Eccleſia Gallicana vſu Eccleſiaſtico erar generaliter recepra. Hincmarus enim Decreta Pontificum à Siricio ad Gregorium Iuniorem, Codice Romano comprehenſa, paſſim citat, ac nominatim Innocentij epiſtolam ad Victricium Rothomagenſem Epiſcopum, *ex ſacris Canonibus promulgatam* ait. Synodalia verò Decreta, quæ Syluestro tribuuntur, improbat his verbis: *Quoniam quidam quaſi in authoritatem proferunt Syluestrum Papam decreuiſſe talia, quæ Eccleſia Catholica inter ſynodalia Decreta non computat, quæ maiores noſtri inde nobis tenenda ſuis poſteris reliquerunt, hîc neceſſarium ponere duximus. Scriptum namque eſt in quodam ſermone, ſine exceptoris nomine, de geſtis Syluestri excepto, quem Iſidorus Hiſpalenſis collegit, cum epiſtolis Romanæ Sedis Pontificum à Clemenee vſque ad B. Gregorium, eundem Syluestrum decreuiſſe, vt nullus laicus crimen clerico audeat inferre, &c. Quæ dicta quàm aduerſa ſibi, & quàm diuerſa à ſanctis Canonibus, & ſacris legibus ſint, nemo eſt qui dubitet, qui & hæc dicta cum ratione attenderit, & ſacras Regulas, ac leges diligentiùs legit.* Perperam Hincmarus hanc Collectionem Epiſtolarum Ponrificum Romanorum à Clemenre ad B. Gregorium, Iſidoro Hiſpalenſi Epiſcopo tribuit, quæ omnino rribuenda eſt Iſidoro Mercatori, quam ab Hiſpania in Gallias allatam, Riculfus Moguntinus Epiſcopus primùm euulgauit, vt ipſe Hincmarus teſtarur epiſtolâ aduerſus Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum, vbi de ſenrenriis ex Græcis & Latinis Canonibus atque Synodis, Decretiſque Pontificum ab Hadriano collectis, & Engelramno Epiſcopo datis loquens: *De illis,* inquit, *ſententiis plena eſt terra iſta, ſicut & de libro collectarum Epiſtolarum ab Iſidoro, quem de*

Cap. 41.

Epiſt. 42. & Can ſi Romanorum, diſt. 19.

Hiſpania allatum Riculphus Moguntinus Epiſcopus in huiuſmodi, ſicut in Capitulis Regiis curioſius, obtinuit, & iſtas regiones de illo repleri fecit. Vixit autem Riculphus tempore Karoli Magni, & Concilio Moguntino anno 813. celebrato præfuit.

Habuit etiam Eccleſia Gallicana, præter Codicem vniuerſalem, quandam ſuarum Synodorum Collectionem, Gallicanorum Canonum nomine receptam, quorum meminit Hormiſda Papa apud Gratianum DXV. his verbis: *Secundùm titulos antiquorum Patrum, ſancto Spiritu ſuggerente con-* *Can. ſi quis Diaconus, 50. diſtinct.* *ſcriptos, & ſecundùm ſententias* CCCXVIII. *Epiſcoporum*, hoc eſt Nicænos Canones) *quas etiam* GALLICANI CANONES *continere videntur, Clerici in adulterio deprehenſi, aut ipſi confeſſi, aut ab aliis conuicti, ad honorem redire non poſſunt.* Atque horum Gallicanorum Canonum Hiſpanos ſtudioſos fuiſſe, illorumque authoritatem ſequendam ſæpe ſibi propoſuiſſe indicat Concilium Tarraconenſe tempore eiuſdem Hormiſdæ anno 517. celebratum, Can. 11. *Vt nullus monachorum forenſis negotij ſuſceptor vel executor exiſtat, niſi id quod monaſterij expoſuit vtilitas, Abbate ſibi nihilominus imperante,* CANONVM *ante omnia* GALLICANORVM, *de eis conſtitutione ſeruatâ.* Et * Ilerdenſe Can. 3. Valentinum * Can. 2. Hiſpalenſe I. & Toletanum XII. de iiſdem obſeruari ſtatuunt, quæ in Conciliis Agathenſi, Aurelianenſi, Regenſi, & Valentino Gallicis conſtituta eſſent, quorum etiam verba ſubiiciunt, atque ex iis de controuerſiis Eccleſiaſticis pronunciant. * DXXIV. * DXC. Tanta fuit tunc temporis Eccleſiæ Gallicanæ authoritas apud Hiſpanos, vt quod ab illa ſancitum erat, imitandum ſtatuendumque ducerent. Agobardus Lugdunenſis Epiſcopus, qui ſub Ludouico Pio vixit, Gallicanorum etiam Canonum meminit his verbis: *Sunt qui* GALLICANOS CANONES, *aut aliarum regionum, putent non recipiendos, eò quòd Legati Romani, ſeu Imperatoris, in eorum conſtitutionibus non interfuerint, &c.* *Lib. de Diſpenſat. Eccleſ.* Et Epiſtolâ ad Imperatorem: *Huc accedit quod piâ conſideratione dignum videtur, de* CANONIBVS *ſcilicet* GALLICANIS, *qui quaſi ſuperflui aut inutiles à quibuſdam reſpuuntur, eò quòd neoterici Romani eos non commendauerint, cùm antiqui religiosè eos venerati ſunt. Neque hoc idcirco dicitur, vt paſſim omnium Epiſcopalium conuentuum ſanctiones æquali authoritate recipiendæ credantur, vt Nicæni, Calchedonenſis, & cæterorum generalium ex totius mundi conſenſu congregatorum & receptorum. Sed quia congrua veneratione, pro cauſis neceſſariis, quarum definitiones in illis generalibus non inueniuntur, fides ſit eis adhibenda religione debitâ.* Quibus verbis diſcrimen vtriuſque Collectionis quâ vſa eſt Eccleſia Gallicana, apertè oſtenditur. Illud etiam indicat Concilium Vaſenſe II. anno 529. habitum, Canone primo: *Et quamuis omnia quæ à ſanctis ſacerdotibus vel clericis obſeruari debeant, & antiqui & nouelli Canones continere probentur, &c.* Hoc enim Canone, vt & paſſim in Conciliis Galliæ, antiquorum Canonum nomine, Codicem Canonum Eccleſiæ vniuerſæ ſignificari dubium non eſt. Addam, Gallos ante Dionyſianam Collectionem à Carolo Magno receptam, Africanis Canonibus vti ſolitos fuiſſe, vt indicat Concilium Matiſconenſe II. anno 588. celebratum, Canone 6. *Iam enim de tali cauſa, & in Conciliis Africanis definitum eſt. Quam definitionem noſtro quoque dignam duximus ſociare decreto, & adlocare, vt*

Sacramenta altaris, nonniſi à ieiunis celebrentur. Nonnullis etiam Epiſtolas Pontificum Rom. ſuo Codici inſeruiſſe, teſtatur Concilium Agathenſe, Can. IX. *Siricij Epiſcopi authoritas, quæ eſt his Canonibus inſerta, ſeruetur.* Quod deſumptum eſt ex Siricij Epiſtola ad Himerium Tarraconenſem, quem poſtea Dionyſius Exiguus ſuæ Decretorum Pontificum Collectioni inſeruit.

Sunt & aliæ quædam Gallicanæ Collectiones, Capitula videlicet Eccleſiaſtica Karoli Magni, Ludouici Pij, & Lotharij Impp. ab Anſegiſo, & Benedicto Leuita collecta, atque omnia penè ex Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ, & Iſidori Mercatoris Collectione deſumpta, quæ in Concilio Meldenſi obſeruari placuit Can. 78. *Vt Capitula Eccleſiaſtica à D. Karolo Magno Imp. necnon à D. Ludouico Pio Aug. promulgata obnixè obſeruari præcipiantur, ſicut & legalia obſeruanda eſſe noſcuntur.* In quibus Capitulis paſſim citantur Canones & Decreta Pontificum, quæ in Codice Romanæ Eccleſiæ comprehenduntur. Vnde apparet, illum Codicem, quem ab Hadriano I. Karolo Magno datum fuiſſe diximus, circa hæc tempora ab Eccleſia Gallicana primùm receptum & approbatum fuiſſe. Extant & Capitula Karoli Calui & ſucceſſorum aliquot Franciæ Regum in diuerſis Synodis edita, à Iacobo Sirmondo in vnum collecta, notiſque doctiſſimis illuſtrata anno 1623. Sequutus eſt Iuo Carnotenſis Epiſcopus, cuius Collectio circa annum 1102. ſub Decreti nomine, iampridem in lucem prodiit.

Reſtat vt de Hiſpanica & Anglicana Eccleſia aliquid dicamus. Ac de Hiſpanis quidem dubitari non poteſt illos priſcorum Canonum Codice Eccleſiæ vniuerſæ comprehenſorum, iure ab initio vſos fuiſſe, quorum adeò ſtudioſi & amantes fuere, vt quum Synodis ſubſcriberent, hac formula vterentur, *ſaluâ authoritate priſcorum Canonum*, vt in ſubſcriptionibus Concilij Toletani II. obſeruare licet. Et Bracharenſe Concilium anno 563. celebratum, nominatim Codicis Canonum meminit his verbis: LVCRETIVS *Epiſcopus dixit: Neceſſarium arbitror, ſi veſtræ fraternitati videtur, vt inſtituta ſanctorum Patrum, recenſitis antiquis Canonibus, innoteſcant: quæ etſi non omnia, certè vel pauca quædam quæ ad inſtructionem clericalis diſciplinæ pertinent, relegantur. Omnes Epiſcopi dixerunt, Placet quod dictum eſt, & congrua res eſt, vt quibus fortaſſe per incuriam abolita ſunt Eccleſiaſtica conſtituta, audiant ſanctorum Canonum regulam, & obſeruent. Relecti ſunt ex* CODICE CANONVM, *coram Concilio, tam generalium Synodorum Canones, quàm localium.* Et poſtea, Can. 40. *Placuit vt præcepta antiquorum Canonum, quæ modò in Concilio recitata ſunt, nullus audeat præterire.* Codicis etiam Canonum meminit Concilium Toletanum IV. anno 633. celebratum, Can 3. 2. & 4 *Diaconus* CODICEM CANONVM *in medio proferens, capitula de Conciliis agendis pronunciat.* Habuiſſe etiam Hiſpanos, vt & Africanos & Gallos, quandam ſuarum Synodorum ſpecialem Collectionem ex Hiſpaniæ Conciliis compoſitam, innuere videtur Innocentius III. Papa, in Epiſtola ad Petrum Compoſtellanum illius verba referens: *Emeritenſe*, inquit, *Concilium authenticum eſſe, multis rationibus adſtruebas, tum quia cum aliis Conciliis continetur in Libro, qui Corpus Canonum* appel-

Margin notes: Elxiii. (beside "cilium anno 563"); Tom. 3. Concil. (beside "ferens")

appellatur, quem Alexander Papa per interlocutionem authenticum approbauit. Cui * LXI.
Collectioni Hiſpanicæ nonnulla Eccleſiæ Gallicanæ conſtituta, & quaſdam Pontificum Romanorum Epiſtolas Decretales inſertas fuiſſe facile eſt colligere ex iis quæ ſuprà de Gallicanis Canonibus diximus, & ex Concilij *Toletani III. Can. 1. & *Barcinonenſis Can. 3. Illæ vero ſunt * DLXXXV. * DXCIX.
Epiſtolæ, quæ poſtea in Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ inſertæ ſunt. Quod enim dicitur Can. 16. Concilij Toletani IV. *Synodica Præſulum Romanorum Decreta Apocalypſim Ioannis inter diuinos libros recipiendam conſtituunt:* id proculdubio intelligi par eſt de Epiſtola Innocentij I. Papæ ad Exuperium Tholoſanum, in qua de libris in Canone recipiendis agitur, inter quos Innocentius Apocalypſim Ioannis nominatim recenſet. Et in Concilio Toletano VI. laudatur Leonis I. Papæ ſententia ex illius Epiſtola ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum deſumpta. quæ quidem Innocentij & Leonis Epiſtolæ in Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ repetiuntur.

Hoc ipſo ſæculo, Martinus Bracharenſis Epiſcopus Latinam Græcorum Canonum interpretationem edidit, quæ Collectionis Orientalium Canonum nomine, ad Nitigeſium vel vniuerſum Concilium Lucenſis Eccleſiæ directa, inter Concilia Hiſpaniæ extat. Vnde autem ſingula Capitula ſumantur, non adſcripſit. Sed ſi ea conferamus cum Græcis Canonibus Codice Eccleſiæ vniuerſæ comprehenſis, ex eo omnino deſumpta eſſe inueniemus, paucis exceptis quæ ex Toletanis Conciliis ad vtilitatem Eccleſiarum Hiſpaniæ, ſiue ab eo, ſiue ab alio addita ſunt. Nec Hiſpani Latina Dionyſij Exigui interpretatione vſi ſunt, ſed illâ veteri quam Iſidorus exhibet, ad cuius methodum Concilia Hiſpaniæ, vt Toletanum XII. citat Græcos Canones. Ex hac autem Collectione apparet, Canones qui dicuntur Apoſtolorum, à Martino Bracharenſi eſſe præteritos, vtpote illius ætate ab Eccleſia Hiſpanica nondum receptos. Sed & Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, qui Concilio Toletano IV. ſubſcripſit, de his Canonibus hæc tradit: *Canones qui dicuntur Apoſtolorum, ſeu quia eoſdem nec Sedes Apoſtolica recipit, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt, pro eo quòd ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcuntur, quamuis in eis vtilia inueniantur, tamen ab authoritate Canonicâ atque Apoſtolicâ eorum geſta conſtat eſſe remota, atque inter apocrypha deputata.* Sequutus eſt Iſidorus alter, etiam Hiſpanus, qui in pluribus vulgatis & MSS. Codicibus, Mercator appellatur. Is veterem Codicem auxit, acceſſione ipſorum Canonum Apoſtolicorum, Sardicenſium etiam & Africanorum, ac diuerſorum Conciliorum Galliæ & Hiſpaniæ: ſed & Epiſtolarum Decretalium Romanorum Pontificum, à Clemente vſque ad Gregorium Magnum, vt ipſe teſtatur in Epiſtola ſuæ Collectioni præfixa, quam MS. penes nos habemus, quæ etiam in Corpus Gratiani Can. placuit, 16. diſt.
relata eſt. *In principio huius voluminis,* inquit, *qualiter Concilium apud nos celebratur, poſuimus, vt qui noſtrum ordinem ſequi voluerint, ſciant qualiter hoc agere debeant. Denique propter eorum authoritatem, cæteris Conciliis præpoſuimus Canones, qui dicuntur Apoſtolorum, licet à quibuſdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, & ſancti Patres eorum ſententias ſynodali authoritate robora-*

D

uerunt, & inter canonicas poſuerunt conſtitutiones. Deinde quarumdam epiſtolarum decreta virorum Apoſtolicorum interſeruimus, id eſt Clementis, Anacleti, Euariſti, & cæterorum Apoſtolicorum, quas potuimus hactenus reperire epiſtolas, vſque ad Syluestrum Papam. Poſtmodum verò Nicænam Synodum conſtituimus, propter authoritatem eiuſdem magni Concilij. Deinceps diuerſorum Conciliorum Græcorum ac Latinorum, ſiue quæ antè, ſeu quæ poſtmodum facta ſunt, ſub ordine numerorum ac temporum, capitulis ſuis diſtinctè ſub huius voluminis aſpectu locauimus. ſubiicientes etiam reliqua decreta Præſulum Romanorum vſque ad ſanctum Gregorium. Ipſe autem Iſidorus Mercator Concilij Toletani XI *. meminit, illiúſque Collectio à Canonibus Apoſtolorum protenditur, vſque ad Concilium Toletanum XII. Huic etiam inſerti ſunt Canones ab Hadriano I. Pontifice collecti, & Ingelramno Mediomatricæ vrbis Epiſcopo, traditi. Vnde liquet hanc Collectionem non eſſe Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi, vt multi nomine decepti perperam ſunt opinati: ſed illius Iſidori cognomento Mercatoris. Iſidorus enim Hiſpalenſis, vt teſtantur Hiſpanici Scriptores, mortuus eſt anno DCXXXV. Ex ſuperioribus verò conſtat Iſidorum Mercatorem vixiſſe circa Caroli Magni & Hadriani I. Pontificis tempora, quorum ætate illius Collectio in Gallia primùm innoteſcere cœpit, quæ aucta multorum Canonum acceſſione in nomen illud tranſiit, vt etiam LIBER ſeu CORPVS CANONVM diceretur; ſic enim habet illius inſcriptio in meo Codice MS. *Incipit liber qui appellatur* CORPVS CANONVM.

* DCLXXV.

Ildefonſus Toletanus lib. de Vir. illuſtr. & Garſias Loaiſa in notis ad Concil. Tolet. I V.

De CODICE CANONVM Eccleſiæ Britannicæ ſeu Anglicanæ teſtimonia quædam extant apud Rerum Britannicarum Scriptores. Legimus enim Theodorum Archiepiſcopum Cantuarienſem librum ſcripſiſſe, qui PATRVM CANONES vocabatur, in Concilio Herefordienſi * probatum, vt illius acta teſtantur apud Bedam, *Anno tertio*, inquit, *Ecgfridi Regis, Theodorus cogit Concilium Epiſcoporum, vnà cum eis qui canonica Patrum ſtatuta deligerent & noſſent.* Et paulò poſt ipſius Theodori verba referens, qui huic Concilio præfuit: *Rogo, dilectiſſimi fratres, vt quæque decreta ac definita ſunt à ſanctis Patribus, incorrupta ab omnibus nobis ſeruentur. Omnes conſacerdotes noſtri dixerunt: Optimè omnibus placet, quæque definierunt ſanctorum Canones Patrum, nos quoque omnes alacri animo libentiſſimè ſeruare. Quibus ſtatim protuli* LIBRVM CANONVM, *& ex eodem libro decem Capitula, quæ per loca notaueram, quia nobis maximè neceſſaria ſciebam, illis coràm oſtendi.* Quæ quidem Capitula ipſe Beda ſubiicit. Sed & vetuſtiores & recentiores Synodorum Eccleſiæ Britannicæ Canones extant in editione Conciliorum Angliæ H. Spelmanni viri clariſſimi, ex quibùs planum eſt, Græcis Canonibus, Africanis, & Gallicanis Anglos vſos fuiſſe.

Antiq. Eccleſ. Brit. & Concil. Angliæ H. Spelmanni
* DCLXXIII.
Beda lib. 4. Hiſt. Eccl. cap. 5.

Sunt & aliæ Latinæ Collectiones Canonum, Burchardi ſcilicet Wormatienſis Epiſcopi, & Iuonis Carnotenſis, quæ ſub titulo Decretorum editæ ſunt. Denique Gratianus Bononienſis monachus, omnium Collectorum Canonum nouiſſimus, ſub Innocentio II. Papa Decretum compoſuit ex Græcis & Africanis, aliíſque Canonibus, & Decretis Pontificum Rom. veterúmque Patrum ſententiis collectum, (quod abſolutè

M. VIII.
M. CII.
M. CXXXI.

Ius Canonicum ſiue Pontificium nuncupatur) ab Eccleſia Romana probatum & confirmatum, cuius iure omnes controuerſiæ Eccleſiaſticæ hodie iudicantur.

Atque hæc dicta ſint de veteri Codice Canonum Eccleſiæ vniuerſæ, eiuſque confirmatione & authoritate, Iuriſque Canonici origine & progreſſu, tam in Oriente quàm in Occidente, Græciſque ac Latinis vetuſtis & recentioribus Canonum Collectoribus & interpretationibus. Quid autem in huius operis editione præſtiterimus, res ipſa patefaciet. Sanè textum Græcum Canonum, ex edito Codice Io. Tilij, bona fide exſcripſimus; & quia multis in locis mendoſus erat, collatis plurimis Græcorum Canonum exemplaribus editis & manu exaratis, accuratè emendauimus, variantéſque lectiones adſcripſimus: ac Latinâ Dionyſij Exigui interpretatione omnino fere vſi ſumus; notas denique & obſeruationes quaſdam adiecimus.



Ex Concilij Calchedonenſis Canone I.

Τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων καθ᾽ ἑκάστην σύνοδον ἄχρι τοῦ νῦν ἐκτεθέντας κανόνας κρατεῖν ἐδικαιώσαμεν. *Regulas ſanctorum Patrum, per ſingula nunc vſque Concilia conſtitutas, proprium robur obtinere decreuimus.*

Ex Iuſtiniani Imperatoris Nouellâ Conſtitutione CXXXI. de Canonibus Eccleſiaſticis.

ΘΕΣΠΙΖΟΜΕΝ τοίνυν τάξιν νόμων ἐπέχειν τοὺς ἁγίους ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ἐκτεθέντας, ἢ βεβαιωθέντας, τουτέστι τῆς ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη΄. καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἁγίων ρν΄. πατέρων, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης, ἐν ᾗ Νεστόριος κατεκρίθη, καὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι, καθ᾽ ἣν Εὐτυχὴς μετὰ Νεστορίου ἀναθεματίσθη. τῶν γὰρ προειρημένων ἁγίων συνόδων τὰ δόγματα καθάπερ τὰς θείας γραφὰς δεχόμεθα, καὶ τοὺς κανόνας ὡς νόμους φυλάττομεν. *Sancimus vicem legum obtinere ſanctos Eccleſiaſticos Canones, qui à ſanctis quatuor Conciliis conſtituti ſunt, &* CONFIRMATI. *Hoc eſt Nicæno* CCCXVIII. *& Conſtantinopolitano ſanctorum* CL. *Patrum, & Epheſino primo, in quo Neſtorius eſt damnatus, & Calchedonenſi, in quo Eutyches cum Neſtorio anathematiſatus eſt. Prædictorum enim Conciliorum dogmata, ſicut diuinas ſcripturas, accipimus, & Canones ſicut leges obſeruamus.*

ΒΙΒΛΟΣ ΚΑΝΟΝΩΝ
ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ.

CODEX CANONVM
ECCLESIÆ VNIVERSÆ.

AN. CHR. CCCXXV.

CONCILII NICÆNI œcumenici I. Canones XX.

I. I. SI quis in morbo à medicis exeſſus, vel à barbaris exectus eſt, is maneat in clero. Si quis autem ſanus ſeipſum abſcidit, hunc, etiam in clero conſtitutum, abſtinere conuenit, & deinceps nullum talem promoueri oportet. Sicut autem hoc manifeſtum eſt, quod de iis qui de induſtria hoc agunt, audéntque ſeipſos abſcindere, dictum eſt: ita ſi qui vel à barbaris, vel à dominis eunuchi facti ſunt, & ij alioqui digni inueniantur, tales in clerum admittit canon.

II. II. Quoniam multa vel neceſſitate, aut aliter eogentibus hominibus, facta ſunt præter canonem Eccleſiaſticum, ita vt homines è gentili vita nuper accedentes ad fidem, & exiguo tempore eruditi, ſtatim ad ſpirituale lauacrum ducantur, & ſimul atque baptiſati fuerint, ad Epiſcopatum vel preſbyterium promoueantur; Rectè habere viſum eſt, vt nihil deinceps tale fiat. Nam & tempore opus eſt Catechumeno, & poſt baptiſmum probatione maiore: aper-

ΤΗΣ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑι ΠΡΩΤΗΣ *οἰκουμενικῆς συνόδου κανόνες κʹ.*

αʹ. ΕΙ τις ἐν νόσῳ ὑπὸ ἰατρῶν ἐχειρουργήθη, ἢ ὑπὸ βαρβάρων ἐξετμήθη, οὗτος μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ. εἰ δέ τις ὑγιαίνων ἑαυτὸν ἐξέτεμεν, τοῦτον καὶ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενον πεπαῦσθαι προσήκει, καὶ ἐκ τοῦ δεῦρο, μηδένα τῶν τοιούτων χρῆναι προάγεσθαι· ὥσπερ δὲ τοῦτο πρόδηλον, ὅτι περὶ τῶν ἐπιτηδευόντων τὸ πρᾶγμα καὶ τολμώντων ἑαυτοὺς ἐκτέμνειν, εἴρηται· οὕτως εἴ τινες ὑπὸ βαρβάρων ἢ δεσποτῶν *εὐνουχίσθησαν, εὑρίσκοιντο δὲ ἄλλως ἄξιοι, τοὺς τοιούτους εἰς κλῆρον προσίεται ὁ κανών. * εὐνουχί-σθησαν.

βʹ. Επειδὴ πολλὰ ἤτοι ὑπὸ ἀνάγκης ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο παρὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικόν, ὥστε ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατηχηθέντας, εὐθὺς ἐπὶ τὸ πνευματικὸν λουτρὸν ἄγειν, καὶ ἅμα τῷ βαπτισθῆναι προσάγειν εἰς ἐπισκοπὴν, ἢ εἰς πρεσβυτερεῖον· καλῶς ἔδοξεν ἔχειν τοῦ λοιποῦ μηδὲν τοιοῦτο γίνεσθαι. καὶ γὰρ καὶ χρόνου δεῖ τῷ κατηχουμένῳ, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα δοκιμασίας πλείονος· σα-

φὲς γὰρ τὸ ἀποστολικὸν γράμμα τὸ λέγον· μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου. εἰ δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου ψυχικόν τι ἁμάρτημα εὑρεθείη περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐλέγχοιτο ὑπὸ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων, πεπαύσθω ὁ τοιοῦτος τοῦ κλήρου. ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν, ὡς ὑπεναντία τῇ μεγάλῃ συνόδῳ θρασυνόμενος, αὐτὸς κινδυνεύσει * περὶ τοῦ κλήρου.

* τοῦ κλήρου

γ'. Ἀπηγόρευσε καθόλου ἡ μεγάλη σύνοδος, μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν κλήρῳ, ἐξεῖναι συνείσακτον γυναῖκα ἔχειν· πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα, ἢ ἀδελφὴν, ἢ θείαν, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγεν.

δ'. Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι. Εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ τοιοῦτον, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξ ἅπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι. τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ.

ε'. Περὶ τῶν ἀκοινωνήτων γενομένων, εἴτε τῶν ἐν κλήρῳ, εἴτε τῶν ἐν λαϊκῷ τάγματι τεταγμένων, ὑπὸ τῶν καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπων κρατείτω ἡ γνώμη κατὰ τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα, τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀποβληθέντας, ὑφ' ἑτέρων μὴ προσίεσθαι. ἐξεταζέσθω δὲ, μὴ μικροψυχίᾳ ἢ φιλονεικίᾳ ἤ τινι τοιαύτῃ ἀηδίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ἀποσυνάγωγοι γεγένηνται. ἵνα οὖν τοῦτο τὴν πρέπουσαν ἐξέτασιν λαμβάνῃ, καλῶς ἔχειν ἔδοξεν ἑκάστου ἐνιαυτοῦ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν δὶς τοῦ ἔτους συνόδους γίνεσθαι, ἵνα κοινῇ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένων, τὰ τοιαῦτα ζητήματα * ἐξετάζοιντο· καὶ οὕτως οἱ ὁμολογουμένως προσκεκρουκότες τῷ ἐπισκόπῳ κατὰ λόγον ἀκοινώνητοι παρὰ πᾶσιν εἶναι δόξωσι, μέχρις ἂν τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ τὴν φιλανθρωποτέραν ὑπὲρ αὐτῶν ἐκθέσθαι ψῆφον. αἱ δὲ σύνοδοι γινέσθωσαν, μία μὲν, πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς, ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρουμένης, τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ θεῷ· δευτέρα δὲ, περὶ τὸν τοῦ μετοπώρου καιρόν.

* ἐξετάζωνται.

ϛ'. Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω τὰ ἐν

tum enim eſt Apoſtolicum ſcriptum, dicens: *Non Neophytum, ne fortè inflatus in iudicium incidat, & laqueum Diaboli.* Si verò procedente tempore aliquod animi peccatum inueniatur in ea perſona, & duobus vel tribus teſtibus conuincatur, abſtineat talis à clero: qui autem præter hæc facit, vt qui magnæ Synodi aduerſarius eſſe audeat, ipſe de clericatu periclitabitur.

1. Tim. 3. 6.

III. Vetuit omnino magna Synodus, nec liceat Epiſcopo, nec Presbytero, nec Diacono, nec vlli penitus eorum qui ſunt in clero, * extraneam habere mulierem; niſi fortè aut matrem, aut ſororem, aut amitam, vel eas tantùm perſonas quæ omnem ſuſpicionem effugiunt. III.

* ſubintroductam

IV. Epiſcopum oportet maximè quidem ab omnibus qui ſunt in prouincia Epiſcopis conſtitui: ſi verò hoc difficile fuerit, aut propter vrgentem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem, tres omnino in idipſum conuenientes, dummodo conſenſerint qui abſunt, & per literas approbauerint, ordinationem faciant. Confirmatio autem eorum quæ in quaque prouincia geruntur, tribuatur Metropolitano. IV.

V. De iis qui communione priuantur, ſeu ex clero, ſeu ex laico ordine, ab Epiſcopis vniuſcuiuſque prouinciæ ſeruetur hæc ſententia ſecundùm canonem qui pronunciat, vt hi qui ab aliis abiiciuntur, ab aliis non recipiantur. Inquiratur autem ne ſimultate, aut contentione, aut aliqua alia moleſtia Epiſcopi, ſint excommunicati. Vt hoc ergo decentiùs examinetur, rectè habere viſum eſt, vt ſingulis annis per vnamquamque prouinciam bis in anno Synodi fiant, vt omnes in vnum conuenientes Epiſcopi prouinciæ, eiuſmodi quæſtiones examinent. & ſic qui manifeſtè offenderint Epiſcopum, iuſtè excommunicati ab omnibus eſſe videantur, donec Epiſcoporum cœtui viſum fuerit pro iis humaniorem ferre ſententiam. Synodi autem fiant, vna quidem ante Quadrageſimam, vt omni ſimultate ſublata, munus purum Deo offeratur: ſecunda autem circa tempus autumni. V.

VI. Antiqui mores obtineant, qui VI.

Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν· ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ
* f. πάπᾳ ἐπισκόπῳ * τοῦτο σύνηθές ἐστιν. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις, τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις. καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι εἴ τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. ἐὰν μέντοι τῇ κοινῇ πάντων ψήφῳ εὐλόγῳ οὔσῃ, καὶ κατὰ κανόνα ἐκκλησιαστικὸν, δύο, ἢ τρεῖς δι' οἰκείαν φιλονεικίαν ἀντιλέγωσι, κρατείτω ἡ τῶν πλειόνων ψῆφος.

ζ. Ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ ἐπίσκοπον τιμᾶσθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, * τῇ
* τῆς μητροπόλεως μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος.

η. Περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς καθαρούς ποτε, προσερχομένων δὲ τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς, μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ. πρὸ πάντων δὲ τοῦτο ὁμολογῆσαι αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει, ὅτι συνθήσονται καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας δόγμασι, τοῦτ' ἔστι, καὶ διγάμοις κοινωνεῖν, καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκόσιν, ἐφ' ὧν καὶ χρόνος τέτακται, καὶ καιρὸς ὥρισται, ὥστε αὐτοὺς ἀκολουθεῖν ἐν πᾶσι τοῖς δόγμασι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἔνθα μὲν οὖν πάντες εἴτε ἐν κώμαις, εἴτε ἐν πόλεσιν αὐτοὶ μόνοι εὑρίσκοιντο χειροτονηθέντες, οἱ εὑρισκό-
* τάγματι μενοι ἐν τῷ κλήρῳ ἔσονται ἐν τῷ αὐτῷ * σχήματι. εἰ δὲ τοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ὄντος προσέρχονταί τινες, πρόδηλον, ὡς ὁ μὲν ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας ἕξει τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπισκόπου. ὁ δὲ ὀνομαζόμενος παρὰ τοῖς λεγομένοις καθαροῖς ἐπίσκοπος, τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἕξει, πλὴν εἰ μὴ ἄρα δοκοίη τῷ ἐπισκόπῳ τῆς τιμῆς τοῦ ὀνόματος αὐτὸν μετέχειν. εἰ δὲ τοῦτο αὐτῷ μὴ ἀρέσκοι, ἐπινοήσει τόπον ἢ χωρεπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ὑπὲρ τοῦ ἐν τῷ κλήρῳ ὅλως δοκεῖν εἶναι, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν.

θ. Εἴ τινες ἀνεξετάστως προσήχθησαν πρεσβύ-
* ἡμαρτημένα τεροι, ἢ ἀνακρινόμενοι ὡμολόγησαν τὰ * ἡμαρ-

ſunt in Ægypto, Libya & Pentapoli; vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quoniam illa eſt Romano etiam Epiſcopo conſuetudo. Similiter autem & in Antiochia, & in aliis prouinciis priuilegia ſeruentur Eccleſiis. Illud autem omnino manifeſtum eſt, quòd ſi quis præter ſententiam Metropolitani factus ſit Epiſcopus, hunc magna Synodus ſtatuit non oportere eſſe Epiſcopum. Si verò communi omnium ſuffragio rationi conſentaneo, & ſecundum Eccleſiaſticum canonem, duo aut tres contentiosè, ſeu propria pertinacia inducti contradixerint, obtineat plurimorum ſententia.

VII. Quoniam conſuetudo obtinuit, & antiqua traditio, vt Æliæ VII.
Epiſcopus honoretur, habeat ordinem honoris, Metropoli propriâ dignitate ſeruatâ.

VIII. De his, qui ſe Catharos, id eſt VIII.
puros, nominant, ſi aliquando ad Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam redierint, viſum eſt ſanctæ & magnæ Synodo, vt accepta manuum impoſitione, ſic in clero maneant. Præ omnibus autem eos ſcripto profiteri oportet, quod conſentient, & ſequentur dogmata Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ, id eſt, & cum digamis communicare, & his qui in perſecutione lapſi ſunt, quibus etiam tempus conſtitutum eſt, & opportunitas definita, vt in omnibus ſequantur dogmata Catholicæ Eccleſiæ. Vbicunque autem, ſiue in vicis, ſiue in ciuitatibus ipſi ſoli inuenti fuerint ordinati, qui inueniuntur in clero in eodem ordine permaneant. Si autem Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo aut Preſbytero exiſtente quidam accedunt, manifeſtum eſt, quòd Epiſcopus Eccleſiæ dignitatem Epiſcopi habeat. Qui autem apud eos, qui dicuntur Cathari, nominatur Epiſcopus, habeat honorem Preſbyteri, niſi fortè placuerit Epiſcopo nominis honorem illi concedere. Si hoc autem ei minimè placuerit, inueniat ei locum Chorepiſcopi, aut Preſbyteri, vt in clero omnino eſſe videatur, ne in ciuitate duo ſint Epiſcopi.

IX. Si qui ſine examinatione Pre- IX.
ſbyteri promoti ſint, vel cùm diſcuterentur, peccata ſua confeſſi ſint,

eiſque confeſſis, homines contra Canonem moti, manus impoſuerint tales Canon non admittit: quod enim reprehenſibile eſt, Catholica Eccleſia non defendit.

x. x. Quicunque ex lapſis ordinati ſunt per ignorantiam, aut diſſimulationem eorum qui eos ordinarunt, hoc non præiudicat Canoni Eccleſiaſtico. cogniti enim deponuntur.

xi. xi. De his qui præuaricati ſunt ſine neceſſitate, aut facultatum ablatione, aut ſine periculo, aut aliquo eiuſmodi, quod factum eſt ſub tyrannide Licinij, viſum eſt Synodo, licèt miſericordia indigni ſint, benignitate tamen in eos vti. Quicunque ergo verè pœnitent, tribus annis fideles inter Audientes habeantur, & ſeptem annis iaceant: duobus autem annis ſine oblatione, populo communicent in orationibus.

xii. xii. Quicunque vocati per gratiam, primum quidem ardorem, fidémve ſuam oſtenderunt, & cingulum militiæ depoſuerunt, poſtea verò vt canes ad ſuum vomitum reuerſi ſunt, ita vt aliqui & pecuniam darent, & beneficiis militiam repeterent, hi decem annis iaceant, poſt triennij auditionis tempus. In his autem omnibus obſeruare oportet propoſitum & modum pœnitentiæ. Quicunque enim & timore, & lacrymis, & patientia, & bonis operibus conuerſionem abſque ſimulatione demonſtrant, hi definitum tempus auditionis implentes, tum demum orationibus communicabunt, & poſtea licebit Epiſcopo, de his aliquid humanius cogitare. Quicunque verò indifferenter tulerunt, & habitum Eccleſiam introeundi ſibi arbitrati ſunt ad conuerſionem ſufficere, hi definitum tempus omnino impleant.

xiii. xiii. De his qui vita excedunt, vetus & canonica lex nunc quoque ſeruabitur, vt ſi quis vita excedat, vltimo & neceſſario viatico minime priuetur. Si verò deſperatus, & communionem aſſecutus ſuperuixerit, ſit inter eos qui communionem orationis tantummodo conſequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu poſito, & Euchariſtiæ participationem petenti, Epiſcopus cum examinatione oblationem impertiat.

τῆς μετὰ ταῦτα, καὶ ὁμολογήσαντας αὐτοῖς, παρὰ κανόνα κινούμενοι ἄνθρωποι, τούτοις χεῖρας ἐπιτεθείκασι, τούτους ὁ κανὼν οὐ προσίεται. τὸ γὰρ ἀνεπίληπτον ἐκδικεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.

ι΄. Ὅσοι προεχειρίσθησαν τῶν παραπεπτωκότων κατὰ ἄγνοιαν, ἢ καὶ προειδότων τῶν προχειρισαμένων, τοῦτο * οὐ προκρίνει τῷ κανόνι τῷ ἐκκλησιαστικῷ· γνωσθέντες γὰρ καθαιροῦνται.

ια΄. Περὶ τῶν παραβάντων χωρὶς ἀνάγκης, ἢ χωρὶς ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ χωρὶς κινδύνου, ἤ τινος τοιούτου, ὃ γέγονεν ἐπὶ τῆς τυραννίδος Λικινίου, ἔδοξε τῇ συνόδῳ, κἂν ἀνάξιοι ἦσαν φιλανθρωπίας, ὅμως χρηστεύσασθαι εἰς αὐτούς. ὅσοι οὖν γνησίως μεταμελοῦνται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πιστοὶ, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται· δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς, κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν.

ιβ΄. Οἱ δὲ προσκληθέντες μὲν ὑπὸ τῆς χάριτος, καὶ τὴν πρώτην ὁρμὴν ἐνδειξάμενοι, καὶ ἀποθέμενοι τὰς ζώνας, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τὸν οἰκεῖον ἔμετον ἀναδραμόντες ὡς κύνες, ὡς τινὰς καὶ ἀργύρια προέσθαι, καὶ * βενεφικίοις κατορθῶσαι τὸ ἀναστρατεύσασθαι· οὗτοι δέκα ἔτη ὑποπιπτέτωσαν, μετὰ τὸν τῆς τριετοῦς ἀκροάσεως χρόνον. ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις, προσήκει ἐξετάζειν τὴν προαίρεσιν καὶ τὸ εἶδος τῆς μετανοίας. ὅσοι μὲν γὰρ καὶ φόβῳ καὶ δάκρυσι καὶ ὑπομονῇ καὶ ἀγαθοεργίαις, τὴν ἐπιστροφὴν ἔργῳ καὶ οὐ σχήματι ἐπιδείκνυνται, οὗτοι πληρώσαντες τὸν χρόνον τὸν ὡρισμένον τῆς ἀκροάσεως, εἰκότως τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι, μετὰ τοῦ ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι. ὅσοι δὲ ἀδιαφόρως ἤνεγκαν, καὶ τὸ σχῆμα τοῦ εἰσιέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀρκεῖν αὐτοῖς ἡγήσαντο πρὸς τὴν * ἐπιστροφὴν, ἐξ ἅπαντος πληρούτωσαν τὸν χρόνον.

* δωρεαῖς καὶ ὑποσχέσει

ιγ΄. Περὶ δὲ τῶν ἐξοδευόντων, ὁ παλαιὸς καὶ κανονικὸς νόμος φυλαχθήσεται καὶ νῦν, ὥστε, εἴ τις ἐξοδεύοι, τοῦ τελευταίου καὶ ἀναγκαιοτάτου ἐφοδίου μὴ ἀποστερεῖσθαι. εἰ δὲ ἀπογνωσθεὶς καὶ κοινωνίας πάλιν τυχὼν, πάλιν ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετασθῇ, μετὰ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνης ἔστω. καθόλου δὲ καὶ περὶ παντὸς οὑτινοσοῦν ἐξοδεύοντος αἰτοῦντος τοῦ μετασχεῖν εὐχαριστίας, ὁ ἐπίσκοπος μετὰ δοκιμασίας * μεταδιδότω τῆς προσφορᾶς.

* ἐπιδότω

ιδ΄. Περὶ

ιδ΄. Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παραπεπτωκότων ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε τριῶν ἐτῶν αὐτοὺς ἀκροωμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων.

ιε΄. Διὰ τὸν πολὺν τάραχον καὶ τὰς στάσεις τὰς γινομένας, ἔδοξε παντάπασι περιαιρεθῆναι τὴν συνήθειαν τὴν παρὰ τὸν κανόνα εὑρεθεῖσαν ἔν τισι μέρεσιν, ὥστε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν, μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον. εἰ δέ τις μετὰ τὸν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου ὅρον, τοιούτῳ τινὶ ἐπιχειρήσειεν, ἢ ἐπιδοίη ἑαυτὸν πράγματι τοιούτῳ, ἀκυρωθήσεται ἐξάπαντος τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκατασταθήσεται τῇ ἐκκλησίᾳ, ᾗ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη.

ιϛ΄. Ὅσοι ῥιψοκινδύνως μήτε τὸν φόβον τοῦ θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, μήτε τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα εἰδότες ἀναχωρήσουσι τῆς ἐκκλησίας, πρεσβύτεροι, ἢ διάκονοι, ἢ ὅλως ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι, οὗτοι οὐδαμῶς δεκτοὶ ὀφείλουσιν εἶναι ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ πᾶσαν τοῖς ἀνάγκην ἐπάγεσθαι χρή, ἀναστρέφειν εἰς τὰς ἑαυτῶν παροικίας· ἢ ἐπιμένοντας, ἀκοινωνήτους εἶναι προσήκει. εἰ καὶ τολμήσειέ τις ὑφαρπάσαι τὸν τῷ ἑτέρῳ διαφέροντα, καὶ χειροτονῆσαι ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, μὴ συγκατατιθεμένου τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, οὗ ἀνεχώρησεν ὁ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενος, ἄκυρος ἔστω ἡ χειροτονία.

ιζ΄. Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι τὴν πλεονεξίαν καὶ * τὴν αἰσχροκέρδειαν διώκοντες, ἐπελάθοντο τοῦ θείου γράμματος λέγοντος, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν· ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, ὡς εἴ τις εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνειν ἐκ μεταχειρήσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτῶν, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται.

* τὸ αἰσχροκερδὲς

ιη΄. Ἦλθεν εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην σύνοδον, ὅτι ἔν τισι τόποις καὶ πόλεσιν, τοῖς πρεσβυτέροις τὴν εὐχαριστίαν οἱ διάκονοι διδόασιν, ὅπερ οὔτε ὁ κανών, οὔτε ἡ συνήθεια παρέδωκεν τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν, τοῖς προσφέρουσι διδόναι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ.

XIV. De Catechumenis lapſis placuit ſanctæ & magnæ Synodo, vt ij tribus annis audientes tantùm ſint, poſtea orent cum catechumenis. XIV.

XV. Propter tumultus & ſeditiones quæ fiunt, placuit omnino conſuetudinem tolli, quæ præter Canonem in quibuſdam partibus inuenitur. vt à ciuitate in ciuitatem nec Epiſcopus, nec preſbyter, nec diaconus transferatur. ſi quis autem poſt definitionem ſanctæ & magnæ Synodi, tale quid aggreſſus fuerit, vel ſe rei eiuſmodi dederit, quod factum erit omnino infirmabitur, & Eccleſiæ reſtituetur cui fuerat Epiſcopus, aut preſbyter, vel diaconus ordinatus. XV.

XVI. Quicumque temerè & inconſideratè nec Dei timorem præ oculis habentes, nec Eccleſiaſticum Canonem agnoſcentes, ab Eccleſia diſceſſerint preſbyteri vel diaconi, vel quicumque omnino in Canone recenſentur, hi nequaquam debent in aliam Eccleſiam recipi, ſed omnino cogendi ſunt in ſuas ipſorum parœcias redire: vel ſi perſeuerent, eos à communione priuari oportet. Si quis etiam auſus fuerit eum qui ad alium pertinet, ſurripere, & in ſua Eccleſia ordinare, non conſentiente proprio Epiſcopo, à quo receſſit qui in Canone cenſetur, ordinatio huiuſmodi irrita erit. XVI.

XVII. Quoniam plerique qui in Canone recenſentur auaritiam & turpem quæſtum ſectantes, obliuiſcuntur diuinæ ſcripturæ dicentis, pecuniam ſuam non dedit ad vſuram: & fœnerantes centeſimas exigunt, æquum cenſuit ſancta & magna Synodus, vt ſi quis inuentus fuerit poſt hanc definitionem vſuras ſumere ex mutuo, vel aliter eam rem conſectari aut ſeſcupla exigere, vel omnino aliquid aliud excogitare turpis lucri gratia, è clero deponatur, & alienus à Canone exiſtat. XVII. Pſal.14.5

XVIII. Peruenit ad ſanctum magnúmque Concilium, quòd in quibuſdam locis & ciuitatibus, diaconi preſbyteris Euchariſtiam præbeant; quod neque Canon, neque conſuetudo tradidit, vt qui poteſtatem offerendi non habent, his qui offerunt corpus Chriſti porrigant, XVIII.

Illud etiam innotuit quòd iam quidam ex diaconis etiam ante Epiſcopos Euchariſtiam attingant. omnia igitur iſta auferantur, & diaconi intra propriam menſuram maneant, ſcientes quòd miniſtri ſunt Epiſcoporum, & preſbyteris inferiores exiſtant: accipiant autem ſuo ordine Euchariſtiam poſt preſbyteros, vel Epiſcopo dante vel preſbytero, ſed nec ſedere in medio preſbyterorum diaconis liceat, id enim fit præter canonem & ordinem. ſi quis autem obedire noluerit poſt has definitiones deſinat eſſe diaconus.

κἀκεῖνο δὲ ἐγνωρίσθη, ὅτι ἤδη τινὲς τῶν διακόνων καὶ πρὸ τῶν ἐπισκόπων τῆς εὐχαριστίας ἅπτονται. Ταῦτα οὖν πάντα περιῃρήσθω, καὶ ἐμμενέτωσαν οἱ διάκονοι τοῖς ἰδίοις μέτροις, εἰδότες, ὅτι τοῦ μὲν ἐπισκόπου ὑπηρέται εἰσί, τῶν δὲ πρεσβυτέρων ἐλάττους τυγχάνουσι. λαμβανέτωσαν δὲ κατὰ τὴν τάξιν τὴν εὐχαριστίαν μετὰ τοὺς πρεσβυτέρους, ἢ τοῦ ἐπισκόπου* διδόντος αὐτοῖς ἢ τοῦ πρεσβυτέρου· ἀλλὰ μὴ καθῆσθαι ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐξέστω τοῖς διακόνοις, παρὰ κανόνα γὰρ καὶ παρὰ τάξιν ἐστὶ τὸ γινόμενον. Εἰ δέ τις μὴ θέλοι πειθαρχεῖν καὶ μετὰ τούτους τοὺς ὅρους, πεπαύσθω τῆς διακονίας.

* μεταδιδόντος

XIX. XIX. De Pauliniſtis, ſi ad Eccleſiam Catholicam confugerint, definitum eſt eos omnino rebaptiſari. ſi qui verò præterito tempore in clero fuerint, ſi quidem inculpati & irreprehenſibiles, rebaptiſati ordinentur ab Epiſcopo Catholicæ Eccleſiæ. ſi verò examinati, minùs apti deprehenſi fuerint, deponi eos conuenit: ſimiliter autem & de diaconiſſis, & omnino de his qui ſub canone verſantur, eadem forma ſeruabitur. Diaconiſſarum autem meminimus, quæ in habitu quidem eſſe cenſentur, quia verò nullam manus impoſitionem habent, vt omnino inter laicos ipſæ deputentur.

ιθ'. Περὶ τῶν* Παυλιανισάντων, εἶτα προσφυγόντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ὅρος ἐκτέθειται, ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος. εἰ δέ τινες ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ ἐν τῷ κλήρῳ* ἐξητάσθησαν, εἰ μὲν ἄμεμπτοι καὶ ἀνεπίληπτοι φανεῖεν, ἀναβαπτισθέντες χειροτονείσθωσαν ὑπὸ τοῦ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου. εἰ δὲ ἡ ἀνάκρισις ἀνεπιτηδείους αὐτοὺς εὑρίσκοι, καθαιρεῖσθαι αὐτοὺς προσήκει· ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ* κανόνι ἐξεταζομένων ὁ αὐτὸς τύπος παραφυλαχθήσεται. ἐμνήσθημεν δὲ τῶν διακονισσῶν τῶν ἐν τῷ σχήματι ἐξετασθεισῶν, ἐπεὶ μηδὲ χειροθεσίαν τινὰ ἔχουσιν, ὥστε ἐξάπαντος ἐν τοῖς λαϊκοῖς αὐτὰς ἐξετάζεσθαι.

* Παυλιανιστῶν

* ἐξετάσθησαν

* κλήρῳ

XX. XX. Quoniam ſunt quidam, qui die Dominico genua flectunt, & in diebus Pentecoſtes, vt omnia ſimiliter in omni parœcia ſeruentur, viſum eſt ſanctæ Synodo, ſtantes Deo orationes perſoluere.

κ'. Ἐπειδή τινές εἰσιν ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες, καὶ ἐν ταῖς τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις, ὑπὲρ τοῦ πάντα ἐν πάσῃ παροικίᾳ ὁμοίως φυλάττεσθαι, ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ θεῷ.

An Chr. cccxiv.

CONCILII ANCYRANI

CANONES XXV. *Qui quidem priores ſunt Nicænis, ſed ideo poſtpoſiti ſunt propter authoritatem Synodi œcumenicæ.*

ΤΗΣ ΕΝ ΑΓΚΥΡΑι ΣΥΝΟΔΟΥ

Κανόνες κε. οἱ [illegible] πρεσβύτεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθέντων Κανόνων, δεύτεροι εἰσὶ δὲ διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου αὐθεντείαν.

1\. XXI. PRESBYTEROS qui immolauerunt, deinde contrà reluctati ſunt, non ſimulatione quadam, ſed ex veritate, nec hoc priùs machinati ſunt nec conſultò ac de induſtria id fecerunt, & perſuaſerunt, vt tormentis ſubiici viderentur, cùm ea ſpecie & opinione tantùm inferrentur: viſum eſt eos honorem quidem ſedis retinere: offerre autem illis, aut ſermonem

κα. ΠΡεσβυτέρους τοὺς ἐπιθύσαντας, εἶτα ἐπαναπαλαίσαντας, μήτε ἐκ μεθόδου τινὸς ἀλλ' ἐξ ἀληθείας, μήτε προκατασκευάσαντας καὶ ἐπιτηδεύσαντας καὶ πείσαντας, ἵνα δόξωσι μὲν βασάνοις ὑποβάλλεσθαι, ταύτας δὲ τῷ δοκεῖν καὶ τῷ σχήματι* προσαχθῆναι· τούτους ἔδοξε τῆς μὲν τιμῆς τῆς κατὰ τὴν καθέδραν μετέχειν, προσφέρειν δὲ αὐτοὺς, ἢ ὁμιλεῖν,

* σεσημάσθαι

ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν μὴ ἐξεῖναι.

κβʹ. Διακόνους ὁμοίως θύσαντας, μετὰ δὲ ταῦτα ἀναπαλαίσαντας, τὴν μὲν τιμὴν ἔχειν· πεπαῦσθαι δὲ αὐτοὺς πάσης τῆς * ἱερᾶς λειτουργίας, τοῦ τε τὸν ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ κηρύσσειν. εἰ μέντοι τινὲς τῶν ἐπισκόπων * τούτοις συνίδοιεν κάματόν τινα ἢ ταπείνωσιν πραότητος, καὶ ἐθέλοιεν πλεῖόν τι διδόναι ἢ ἀφαιρεῖν, ἐπ' αὐτοῖς εἶναι τὴν ἐξουσίαν.

* ἱερατικῆς
* τούτοις συνιδεῖν

κγʹ. Τοὺς φεύγοντας καὶ συλληφθέντας, ἢ ὑπὸ οἰκείων παραδοθέντας, ἢ ἄλλως τὰ ὑπάρχοντα ἀφαιρεθέντας, ἢ ὑπομείναντας βασάνους, ἢ εἰς δεσμωτήριον ἐμβληθέντας, βοῶντάς τε, ὅτι εἰσὶ χριστιανοὶ καὶ * περιγραφέντες, ἤτοι εἰς τὰς χεῖρας πρὸς βίαν ἐμβαλόντων τῶν βιαζομένων, ἢ βρῶμά τι πρὸς ἀνάγκην δεξαμένους, ὁμολογοῦντάς τε διόλου, ὅτι εἰσὶ χριστιανοί, καὶ τὸ πένθος τοῦ συμβάντος ἀεὶ ἐπιδεικνυμένους τῇ πάσῃ καταστολῇ καὶ τῷ σχήματι, καὶ τῇ τοῦ βίου ταπεινότητι, τούτους ὡς ἔξω ἁμαρτήματος ὄντας, τῆς κοινωνίας μὴ κωλύεσθαι. εἰ δὲ καὶ ἐκωλύθησαν ὑπό τινων περισσοτέρας ἀκριβείας ἕνεκεν, ἢ καί τινων ἀγνοίᾳ, εὐθὺς προσδεχθῆναι. τοῦτο δὲ ὁμοίως ἐπί τε τῶν ἐκ τοῦ κλήρου καὶ τῶν ἄλλων λαϊκῶν. προσεξητάσθη δὲ κἀκεῖνο, εἰ δύνανται καὶ λαϊκοὶ τῇ αὐτῇ ἀνάγκῃ ὑποπεσόντες προσάγεσθαι εἰς τάξιν. ἔδοξεν οὖν καὶ τούτους, ὡς μηδὲν * ἡμαρτηκότας, εἰ καὶ ἡ προλαβοῦσα εὑρίσκοιτο ὀρθὴ τοῦ βίου πολιτεία, προχειρίζεσθαι.

* περιχρισθέντας,
* ἁμαρτήσαντας,

κδʹ. Περὶ τῶν πρὸς βίαν θυσάντων, ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ τῶν δειπνησάντων εἰς τὰ εἴδωλα. ὅσοι μὲν ἀπαγόμενοι, καὶ σχήματι * σφοδροτέρῳ ἀνῆλθον, καὶ ἐσθῆτι ἐχρήσαντο πολυτελεστέρᾳ, καὶ μετέσχον τοῦ παρασκευασθέντος δείπνου ἀδιαφόρως, ἔδοξεν ἐνιαυτὸν ἀκροᾶσθαι, ὑποπεσεῖν δὲ τρία ἔτη, εὐχῆς δὲ μόνης κοινωνῆσαι ἔτη δύο, καὶ τότε ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον.

* φαιδροτέρῳ

κεʹ. Ὅσοι δὲ ἀνῆλθον μετ' ἐσθῆτος πενθικῆς, καὶ ἀναπεσόντες ἔφαγον μεταξὺ δι' ὅλης τῆς ἀνακλίσεως δακρύοντες, εἰ ἐπλήρωσαν τὸν τῆς ὑποπτώσεως τριετῆ

conferre, vel omnino ſacro aliquo miniſterio fungi non licere.

XXII. Diaconos ſimiliter qui im- II.
molauerunt, poſteà autem reluctati ſunt, illum quidem honorem habere placuit: ipſos verò ceſſare ab omni ſacro miniſterio ſiue panem vel calicem offerendi, vel prædicandi. Sed ſi quidam Epiſcopi conſcij ſint laboris eorum, & humilitatis & manſuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel auferre, in eorum poteſtate id eſſe.

XXIII. Eos qui fugientes compre- III.
henſi ſunt, vel à domeſticis traditi, vel ſuis alioqui facultatibus priuati, vel tormenta perpeſſi; vel in carcerem coniecti ſunt, clamantes ſe eſſe Chriſtianos, & eò vſque adſtricti ſunt, vt ij qui vim afferebant (thus) in manus violenter immitterent, aut aliquid polluti cibi per neceſſitatem ſumere cogerentur, confitentes perpetuò ſe eſſe Chriſtianos, & eius quod accidit dolorem, & amictu & habitu, & vitæ humilitate præ ſe ferentes, hos velut inculpatos, à communione non arceri. Si verò ab aliquo etiam ſunt prohibiti, maioris cautionis gratiá, vel etiam propter quandam ignorantiam, ſtatim admittantur. Hoc autem ſimiliter & de clericis & aliis laicis. Illud etiam perquiſitum eſt, an poſſint etiam laici, qui in eandem neceſſitatem inciderunt, ad ordinem promoueri. Viſum eſt ergo, & eos, vt qui nihil peccaſſent, ſi etiam præcedens eorum vitæ inſtituendæ ratio recta inueniatur, promoueri.

XXIV. De his qui per vim immo- IV.
lauerunt, & præterea ad idola cœnauerunt. quicunque abducti quidem & lætiore habitu acceſſerunt, & veſte pretioſiori vſi ſunt, & præparatæ cœnæ indifferenter participes fuerunt, placuit eos inter Audientes vno anno conſtitui, tribus autem annis ſubſterni ac ſupplices eſſe, ſoli autem orationi duobus annis communicare, & tunc ad perfectionem accedere.

XXV. Quicunque autem cum veſte V.
lugubri acceſſerunt, & accumbentes comederunt, interea toto tempore accubitus lachrymas fundentes, ſi compleuerunt ſubſtrationis trienna-

le tempus, ſine oblatione recipiantur. ſi autem non comederunt, biennio ſubſtrati, tertio anno communicent ſine oblatione, vt perfectionem quadriennio conſequantur. Epiſcopi autem poteſtatem habeant modum conuerſionis eorum examinantes, aut humaniùs agendi vel plus temporis adiiciendi. Ante omnia autem & præcedens vita, & quæ conſecuta eſt, examinetur, & ſic eis clementia impertiatur.

VI. XXVI. De his qui minis tantùm pœnarum, aut priuationis facultatum, aut deportationis ceſſerunt, & immolauerunt, & ad præſens vſque tempus pœnitentiam non egerunt, nec conuerſi ſunt; nunc autem circa tempus Synodi ſe obtulerunt, & conuerſionis cogitationem induerunt: placuit ad magnum vſque diem eos inter Audientes admitti, & poſt magnum diem triennio ſubſterni: & poſtmodum duobus annis ſine oblatione communicare: & ſic demùm ſex annis peractis, ad perfectionem venire. Si verò quidam ante hanc Synodum ad pœnitentiam admiſſi ſunt, ab illo tempore eis ſexennij initium computetur. Sed ſi periculum mortíſque expectatio, ex morbo aut aliqua occaſione, contigerit, ſecundùm Canonem recipiantur.

VII. XXVII. De his qui in feſto paganorum, in loco gentilibus deputato, conuiuati ſunt, & proprios cibos attulerunt, & comederunt, placuit cùm biennio ſubſtrati fuerint, eſſe recipiendos. vtrùm verò cum oblatione eos recipere oporteat, vnumquemque Epiſcoporum examinare & aliam vitam in vnoquoque inquirere.

VIII. XXVIII. Qui autem bis vel ter immolauerunt coacti, quatuor annis ſubſternantur: duobus autem annis ſine oblatione communicent, & ſeptimo anno perfectè recipiantur.

IX. XXIX. Quicunque autem non ſolùm deſciuerunt, ſed etiam inſurrexerunt, & fratres ſuos compulerunt, & cauſæ fuerunt vt cogerentur, ij annis quidem tribus auditionis locum ſuſcipiant, per aliud verò ſexennium ſubſternantur, alio autem anno ſine oblatione communicent: vt de-

χρόνον, χωρὶς προσφορᾶς δεχθήτωσαν. Εἰ δὲ μὴ ἔφαγον, δύο ὑποπεσόντες ἔτη, τῷ τρίτῳ κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς, ἵνα τὸ τέλειον τῇ τετραετίᾳ λάβωσιν. Τοὺς δὲ ἐπισκόπους ἐξουσίαν ἔχειν τὸν τρόπον τῆς ἐπιστροφῆς δοκιμάσαντας φιλανθρωπεύεσθαι, ἢ πλείονα προστιθέναι χρόνον. Πρὸ πάντων δὲ καὶ ὁ προάγων βίος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, ἐξεταζέσθω· καὶ οὕτως ἡ φιλανθρωπία ἐπιμετρείσθω.

κς'. Περὶ τῶν ἀπειλῇ μόνον εἰξάντων κολάσεως, καὶ ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ μετοικίας, καὶ θυσάντων, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ μὴ μετανοησάντων, μηδὲ ἐπιστρεψάντων, νῦν δὲ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς συνόδου προσελθόντων, καὶ εἰς διάνοιαν τῆς ἐπιστροφῆς γενομένων· ἔδοξε μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας εἰς ἀκρόασιν δεχθῆναι, καὶ μετὰ τὴν μεγάλην ἡμέραν ὑποπεσεῖν τρία ἔτη· καὶ μετὰ ἄλλα * δύο ἔτη, κοινωνῆσαι * τρία
χωρὶς προσφορᾶς· καὶ οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, ὥστε τὴν πᾶσαν ἑξαετίαν πληρῶσαι. Εἰ δέ τινες πρὸ τῆς συνόδου αὐτῆς ἐδέχθησαν εἰς μετάνοιαν, ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου λελογίσθαι αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν τῆς ἑξαετίας. Εἰ μέντοι κίνδυνος καὶ θανάτου προσδοκία ἐκ νόσου ἢ ἄλλης τινὸς προφάσεως συμβαίη, τούτους ἐπὶ ὅρῳ δεχθῆναι.

κζ'. Περὶ τῶν συνεστιαθέντων ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ ἐν τόπῳ ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς, ἴδια βρώματα ἐπικομισαμένων καὶ φαγόντων, ἔδοξε διετίαν ὑποπεσόντας δεχθῆναι. Τὸ δὲ εἰ χρὴ μετὰ τῆς προσφορᾶς, ἕκαστον τῶν ἐπισκόπων δοκιμάσαι, καὶ τὸν ἄλλον βίον ἐφ' ἑκάστου * ἀξιῶσαι. * ἐξετάσαι.

κη'. Οἱ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον θύσαντες μετὰ βίας, τετραετίαν ὑποπεσέτωσαν· δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνησάτωσαν, καὶ τῷ ἑβδόμῳ, τελείως δεχθήτωσαν.

κθ'. Ὅσοι δὲ μὴ μόνον ἀπέστησαν, ἀλλὰ καὶ ἐπανέστησαν καὶ ἠνάγκασαν ἀδελφοὺς, καὶ αἴτιοι ἐγένοντο τοῦ ἀναγκασθῆναι, οὗτοι ἔτη μὲν τρία τὸν τῆς ἀκροάσεως δεξάσθωσαν τόπον, ἐν δὲ ἄλλῃ ἑξαετίᾳ τὸν τῆς ὑποπτώσεως, ἄλλον δὲ ἐνιαυτὸν κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς· ἵνα

τὴν δεκαετίαν πληρώσαντες, τῆς τελείου μετέχωσιν. ἐν μέντοι τούτῳ τῷ χρόνῳ, καὶ τὸν ἄλλον αὐτῶν ἐπιτηρεῖσθαι βίον.

λ′. Διάκονοι ὅσοι καθίστανται, παρ' αὐτὴν τὴν κατάστασιν εἰ * ἐμαρτύραντο καὶ ἔφασαν

*ἐμαρτυρήσαντο

*γαμεῖν χρῆναι * γαμῆσαι, μὴ δυνάμενοι οὕτω μένειν, οὗτοι μετὰ ταῦτα γαμήσαντες, ἔστωσαν ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ, διὰ τὸ ἐπιτραπῆναι αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. τοῦτο δὲ εἴ τινες σιωπήσαντες, καὶ καταδεξάμενοι ἐν τῇ χειροτονίᾳ μένειν οὕτω, μετὰ ταῦτα ἦλθον ἐπὶ γάμον, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς διακονίας.

λα′. Τὰς μνηστευθείσας κόρας, καὶ μετὰ ταῦτα ὑπὸ ἄλλων ἁρπαγείσας, ἔδοξεν ἀποδίδοσθαι τοῖς προμνηστευσαμένοις, εἰ καὶ βίαν ὑπ' αὐτῶν πάθοιεν.

λβ′. Τοὺς πρὸ τοῦ βαπτίσματος τεθυκότας, καὶ μετὰ ταῦτα βαπτισθέντας, ἔδοξεν εἰς τάξιν προάγεσθαι, ὡς ἀπολουσαμένους.

λγ′. Χωρεπισκόποις μὴ ἐξεῖναι, πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν. ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπι-

*ἑκάστῃ σκόπου μετὰ γραμμάτων, ἐν * ἑτέρᾳ παροικίᾳ.

λδ′. Τοὺς ἐν κλήρῳ πρεσβυτέρους ἢ διακόνους ὄντας, καὶ ἀπεχομένους κρεῶν, ἔδοξεν ἐφάπτεσθαι, καὶ οὕτως, εἰ βούλοιντο, κρατεῖν ἑαυτῶν. εἰ δὲ βούλοιντο, ὡς μηδὲ τὰ μετὰ κρεῶν βαλλόμενα λάχανα ἐσθίειν, καὶ εἰ μὴ ὑπείκοιεν τῷ κανόνι, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς τάξεως.

λε′. Περὶ τῶν διαφερόντων τῷ κυριακῷ, ὅσα ἐπισκόπου μὴ ὄντος πρεσβύτεροι ἐπώλησαν, ἀνακαλεῖσθαι τὸ κυριακόν. ἐν δὲ τῇ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου εἶναι, εἴπερ προσήκει ἀπολαβεῖν τὴν τιμὴν, εἴτε καὶ μὴ, διὰ τὸ πολλάκις τὴν

* πρόσοδον * εἴσοδον τῶν πεπραγμένων ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τούτοις πλείονα τὴν τιμήν.

* Περὶ τῶν ἀλόγως λς′. * Περὶ τῶν ἀλογευσαμένων ἢ καὶ

διαγόντων ἀλογευομένων· ὅσοι, πρὶν εἰκοσαετεῖς γε-

ἢ διαγόντων. νέσθαι, ἥμαρτον, πέντε καὶ δέκα ἔτεσιν ὑποπεσόντες, κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς. εἶτα ἐν τῇ κοινωνίᾳ διατελέσαντες ἔτη πέντε, τότε καὶ τῆς προσφορᾶς ἐφαπτέσθωσαν. ἐξεταζέσθω δὲ αὐτῶν καὶ ὁ ἐν τῇ ὑποπτώσει βίος, καὶ οὕτως τυγχανέτωσαν τῆς φιλανθρωπίας. εἰ δέ τινες κατακόρως ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι γεγόνασι, τὴν μακρὰν ἐχέτω-

cennio peracto, perfectionem conſequantur. In eo autem ipſo tempore & alia eorum vita obſeruanda eſt.

xxx. Diaconi quicunque ordinan- x.
tur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, & dixerunt oportere ſe vxores ducere, cùm non poſſint ſic manere, hi ſi poſtmodum vxores duxerint, ſint in miniſterio; eò quòd eis Epiſcopus hoc conceſſerit. Si qui autem tacuerint, & in ordinatione, vt ita manerent, ſuſcepti ſunt, poſtea ad nuptias venerint, ij à diaconatu ceſſent.

xxxi. Deſponſatas puellas, & ab a- xi.
liis poſtea raptas, placuit iis reddi quibus deſponſatæ fuerant, etiam ſi vim paſſæ ſunt.

xxxii. Eos qui ante baptiſma im- xii.
molauerunt, & poſtea baptiſati ſunt, placuit ad ordinem prouehi, vt qui abluti ſunt.

xxxiii. Chorepiſcopis non licere, xiii.
presbyteros vel diaconos ordinare. Sed nec presbyteris ciuitatis, ſine literis Epiſcopi, in aliena parœcia aliquid agere.

xxxiv. Hi qui in clero ſunt, pre- xiv.
ſbyteri, vel diaconi, & à carnibus abſtinent: placuit eas quidem attingere, & ſic, ſi voluerint, ab eis abſtinere. Si autem noluerint olera quæ cum carnibus coquuntur, comedere, & Canoni non cedant, ab ordine ceſſare.

xxxv. De his quæ pertinent ad xv.
dominicum, quæcunque cùm Epiſcopus non eſſet, presbyteri vendiderint, dominicum reuocare: in iudicio autem Epiſcopi eſſe, an oporteat pretium recipi, an non, propterea quòd ſæpe rerum venditarum reditus maius pretium his ipſis reddiderit.

xxxvi. De his qui irrationabiliter xvi.
verſati ſunt, vel verſantur, quicunque ante xx. annum peccarunt, poſtquam annis quindecim ſubſtrati fuerint, communionem orationis aſſequantur. Deinde cùm in illa communione quinque annis perſeuerauerint, tunc etiam oblationem attingant. Diſcutiatur autem & vita eorum, qualis in ſubſtratione fuerit, & ita humanitatem conſequantur. Quòd ſi qui perſeuerantiùs his peccatis adhæſerint, hi longiorem ſub-

ſtrationem habeant. Quicunque autem hanc ætatem tranſgreſſi, & habentes vxores in hoc peccatum inciderunt, viginti quinque annis ſubſtrati, communionem orationis aſſequantur. Deinde cùm in orationis communione quinque annos peregerint, oblationem aſſequantur. Si qui autem & vxores habentes, & quinquageſimum annum tranſgreſſi peccauerunt, in vitæ exitu communionem aſſequantur.

XVII. XXXVII. Eos qui irrationabiliter verſati ſunt, & qui leproſi ſunt, vel fuerunt, præcepit ſancta Synodus inter eos orare qui ſpiritu periclitantur immundo.

XVIII. XXXVIII. Si qui Epiſcopi conſtituti, nec ſuſcepti ab illa parœcia in qua nominati fuerunt, alias voluerint parœcias inuadere, & iis qui conſtituti ſunt, vim afferre, & ſeditiones aduerſus illos excitare, hos abiici placuit. Si autem voluerint in presbyterio reſidere, in quo priùs erant presbyteri, ipſos honore non moueri. Quòd ſi etiam ſeditiones concitauerint aduerſus eos qui illic conſtituti ſunt, Epiſcopos, presbyterij quoque honore illos priuari & abdicatos effici.

XIX. XXXIX. Quicunque virginitatem promittentes, irritam faciunt ſponſionem, ij digamorum definitionem impleant. Virgines autem, quæ tanquam ſorores cum quibuſdam habitant, prohibemus.

XX. XL. Si alicuius vxor adulterium commiſerit, vel ipſe adulterium commiſerit, ſeptennio oportet eum perfectionem aſſequi, ſecundùm gradus qui eò deducunt.

XXI. XLI. De mulieribus quæ fornicantur, & partus ſuos perimunt, & medicamentis abortionis faciendis ſtudent: prior quidem definitio vſque ad vitæ exitum prohibebat, & ei quidam aſſentiuntur: humaniùs autem agentes, definimus vt decennium per gradus præfinitos impleant.

XXII. XLII. Qui voluntariè homicidium commiſerunt, ſupplices quidem ſubſternantur: in exitu autem vitæ perfectione digni habeantur.

XXIII. XLIII. Qui non ſponte nec voluntate homicidium commiſerunt, prior quidem definitio poſt ſeptennium per-

σαν ὑποπέσωσιν. ὅσοι δὲ ὑπερβάντες τὴν ἡλικίαν ταύτην, καὶ γυναῖκας ἔχοντες περιπεπτώκασι τῷ ἁμαρτήματι, πέντε καὶ εἴκοσι ἔτη * ὑποπεσέτωσαν, καὶ κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς, εἶτα ἐκτελέσαντες πέντε ἔτη ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν εὐχῶν, τυγχανέτωσαν τῆς προσφορᾶς. εἰ δέ τινες καὶ γυναῖκας ἔχοντες, καὶ ὑπερβάντες τὸν πεντηκονταέτη χρόνον ἥμαρτον, ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου τυγχανέτωσαν τῆς κοινωνίας. * ὑποπεσόντες.

λζ'. Τοὺς ἀλογευσαμένους καὶ λεπροὺς ὄντας, ἤτοι λεπρώσαντας, τούτους προσέταξεν ἡ ἁγία σύνοδος, εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι.

λη'. Εἴ τινες ἐπίσκοποι κατασταθέντες, καὶ μὴ δεχθέντες ὑπὸ τῆς παροικίας ἐκείνης, εἰς ἣν ὠνομάσθησαν, ἑτέραις βούλοιντο παροικίαις ἐπιέναι, καὶ βιάζεσθαι τοὺς καθεστῶτας, καὶ στάσεις κινεῖν κατ' αὐτῶν, τούτους ἀφορίζεσθαι. ἐὰν μέντοι βούλοιντο εἰς τὸ πρεσβυτέριον καθέζεσθαι, ἔνθα ἦσαν πρότερον πρεσβύτεροι, μὴ ἀποβάλλεσθαι αὐτοὺς τῆς τιμῆς. ἐὰν δὲ διαστασιάζωσι πρὸς τοὺς καθεστῶτας ἐκεῖ ἐπισκόπους, ἀφαιρεῖσθαι αὐτοὺς καὶ τὴν τιμὴν τοῦ πρεσβυτερίου, καὶ γίνεσθαι αὐτοὺς ἐκκηρύκτους.

λθ'. Ὅσοι παρθενίαν ἐπαγγελλόμενοι, ἀθετοῦσι τὴν ἐπαγγελίαν, τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληρούτωσαν. τὰς μέντοι συνερχομένας παρθένους τισίν, ὡς ἀδελφάς, ἐκωλύσαμεν.

μ'. Ἐάν τινος γυνὴ μοιχευθῇ, ἢ μοιχεύσῃ τις, ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν δοκεῖ αὐτὸν τοῦ τελείου τυχεῖν, κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας.

μα'. Περὶ τῶν γυναικῶν τῶν ἐκπορνευουσῶν, καὶ ἀναιρουσῶν τὰ γεννώμενα, καὶ σπουδαζουσῶν φθόρια ποιεῖν· ὁ μὲν πρότερος ὅρος, μέχρις ἐξόδου ἐκώλυσεν, καὶ τούτῳ συντίθενται. φιλανθρωπότερον δέ τι εὑρόντες, ὡρίσαμεν δεκαετῆ χρόνον κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὡρισμένους.

μβ'. Περὶ ἑκουσίων φόνων, ὑποπιπτέτωσαν μέν, τοῦ τελείου δὲ ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου καταξιούσθωσαν.

μγ'. Περὶ ἀκουσίων φόνων, ὁ μὲν πρότερος ὅρος ἐν ἑπταετίᾳ κελεύει τοῦ τε-

λείου μεταχεῖν, κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμούς. ὁ δὲ δεύτερος, τὸ πενταετῆ χρόνον πληρῶσαι.

μδ. Οἱ καταμαντευόμενοι καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν ἐθνῶν * καταχολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντες τινὰς εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν, ἢ καὶ καθάρσει, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς πενταετίας κατὰ τοὺς βαθμοὺς ὡρισμένους· τρία ἔτη ὑποπτώσεως, καὶ δύο ἔτη εὐχῆς χωρὶς προσφορᾶς.

* ἐξακολουθοῦντες,

με. Μνηστευσάμενός τις κόρην, * προσεφθάρη τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς, ὡς καὶ ἐπιφορῆσαι αὐτήν, ἔγημεν δὲ τὴν μνηστὴν μετὰ ταῦτα, ἡ δὲ φθαρεῖσα ἀπήγξατο· οἱ συνειδότες ἐκελεύσθησαν ἐν * δεκαετίᾳ δεχθῆναι εἰς τοὺς συνεστῶτας κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμούς.

* περιφθείρειν τὴν ἀδελφὴν

* Κεῖται

XLIV. Qui diuinationes expetunt, & conſuetudines gentium ſubſequuntur, aut in domos ſuas huiuſmodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte magica, aut expiandi cauſa, in canonem quinquennij incidant, ſecundùm gradus definitos: tres annos iaceant, duos communicent in oratione ſine oblatione. XXIV.

XLV. Quidam ſponſam habens, ſororem eius corrupit, ita vt & ipſa conciperet, ſponſam autem poſtea duxit, illa verò quæ corrupta eſt, necem ſibi intulit. Hi qui conſcij fuerunt, iuſſi ſunt decem annis inter eos qui conſiſtunt, recipi, ſecundùm gradus definitos. XXV.

(The Latin column begins: ...fectionem conſequi præcipit, ſecundùm præfinitos gradus: ſecunda verò, quinquennij tempus implere.)

ΤΗΣ ΕΝ ΝΕΟΚΑΙΣΑΡΕΙΑι συνόδου Κανόνες ιδ΄. οἵτινες δεύτεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ πρεσβύτεροι.

μϛ. ΠΡεσβύτερος ἐὰν γήμῃ, τῆς τάξεως αὐτὸν μετατίθεσθαι. ἐὰν δὲ πορνεύσῃ ἢ μοιχεύσῃ, ἐξωθεῖσθαι αὐτὸν τέλεον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν.

μζ΄. Γυνὴ ἐὰν γήμηται δύο ἀδελφοῖς, ἐξωθείσθω μέχρι θανάτου, πλὴν ἐν τῷ θανάτῳ εἰποῦσα, ὡς ὑγιάνασα λύσει τὸν γάμον, διὰ τὴν φιλανθρωπίαν ἕξει τὴν μετάνοιαν. ἐὰν δὲ τελευτήσῃ ἡ γυνὴ ἐν τοιούτῳ γάμῳ οὖσα, ἤτοι ὁ ἀνήρ, δυσχερὴς τῷ μείναντι ἡ μετάνοια.

μη΄. Περὶ τῶν πλείστοις γάμοις περιπιπτόντων, ὁ μὲν χρόνος σαφὴς ὁ ὡρισμένος, ἡ δὲ ἀναστροφὴ καὶ ἡ πίστις αὐτῶν συντέμνει τὸν χρόνον.

μθ΄. Ἐὰν πρόθηταί τις ἐπιθυμήσας γυναικὸς, συγκαθευδῆσαι μετ᾽ * αὐτῆς, μὴ ἔλθῃ δὲ εἰς ἔργον αὐτοῦ ἡ ἐνθύμησις, φαίνεται, ὅτι ὑπὸ τῆς χάριτος ἐῤῥύσθη.

* αὐτῇ

ν. Κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς τὸ κυριακὸν ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ, οὗτος δὲ ἁμαρτάνων, ἐὰν μὲν γόνυ κλίνων, ἀκροάσθω μηκέτι ἁμαρτάνων. ἐὰν δὲ καὶ ἀκροώμενος ἔτι ἁμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω.

CONCILII NEOCÆSARIENSIS CANONES XIV. *Qui quidem ſunt Ancyranis poſteriores, Nicænis verò antiquiores.* An. Chr. CCCXIV.

XLVI. PRESBYTER ſi vxorem duxerit, ordine ſuo moueatur. ſi autem fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, penitus extrudatur, & ad pœnitentiam redigatur. I.

XLVII. Mulier ſi duobus fratribus nupſerit, abiiciatur vſque ad mortem; verumtamen in morte, ſi promiſerit quòd vbi conualuerit, ſoluet matrimonium, propter humanitatem, pœnitentiam habebit. Sed ſi mortua fuerit mulier, in huiuſmodi coniugio exiſtens, vel eius maritus, difficilis erit pœnitentia remanenti. II.

XLVIII. De iis qui in plurimas nuptias incidunt, tempus quidem definitum manifeſtum eſt: conuerſio autem ac fides ipſorum tempus contrahit. III.

XLIX. Si quis mulierem concupiſcens, propoſuerit cum ea concumbere, eius autem deſiderium ad opus non venerit, videtur eſſe gratia ſeruatus. IV.

L. Catechumenus ſi in dominicum ingrediens, in ordine catechumenorum ſteterit, is autem peccat: ſi genu quidem flectens, audiat non ampliùs peccans: ſin autem etiam audiens peccet, expellatur. V.

VI. LI. De ea quæ vterum gerit, quòd oportcat eam baptiſari quando voluerit. nihil enim in hoc, ea quæ patit, naſcenti communicat. quia proprium vniuſcuiuſque propoſitum in confeſſione oſtendatur.

VII. LII. Presbyter in digamorum nuptiis ne conuiuetur. quum enim pœnitentiam requirat digamus, quis erit presbyter qui illas nuptias iſto conuiuio comprobet?

VIII. LIII. Si alicuius vxorem, cùm eſſet laicus, adulteratam fuiſſe euidenter fuerit comprobatum, talis ad miniſterium venire non poteſt. ſin autem etiam poſt ordinationem adulterata fuerit, dimittere eam conuenit. quòd ſi cum illa conuixerit, non poteſt ſibi commiſſum miniſterium habere.

IX. LIV. Si presbyter qui corporale peccatum admiſerit, promotus fuerit, & confeſſus fuerit, quòd ante ordinationem peccauerit: non offerat, manens in aliis, propter aliud eius vitæ ſtudium. reliqua enim peccata dixerunt multi per manus impoſitionem tolli. quòd ſi ipſe non confiteatur, apertè autem conuinci non potuerit, poteſtatis ſuæ iudicio relinquatur.

X. LV. Similiter & diaconus, ſi in idem peccatum inciderit, miniſtri ordinem habeat.

XI. LVI. Presbyter ante triginta annos non ordinetur, etiamſi valde dignus fuerit, ſed hoc tempus obſeruer. Dominus enim Ieſus Chriſtus trigeſimo anno baptiſatus eſt, & cœpit docere.

XII. LVII. Si quis in morbo conſtitutus illuminatus fuerit, ad honorem presbyterij promoueri non poteſt, fides enim eius non eſt ex propoſito, ſed ex neceſſitate. niſi fortè propter ſequens eius ſtudium & fidem, atque hominum raritatem.

XIII. LVIII. Regionarij presbyteri, in dominico ciuitatis offerre non poſſunt, præſente Epiſcopo, vel presbyteris vrbis, neque panem dare in oratione, neque calicem. ſin autem abſint, & ad orationem ſolus vocatus fuerit, dare poterit. Chorepiſcopi autem, ſunt quidem ad exemplum ſeptuaginta, vt autem comminiſtri, propter ſtudium in pauperes offerunt honorati.

XIV. LIX. Diaconi ſeptem eſſe debent

να'. Περὶ κυοφορούσης, ὅτι δεῖ φωτίζεσθαι ὁπότε βούλεται. οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ κοινωνεῖ ἡ τίκτουσα τῷ τικτομένῳ. διὰ τὸ, ἑκάστου ἰδίαν τὴν προαίρεσιν τὴν ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ δείκνυσθαι.

σγ'. Ἐπειδή περ τινὲς τῶν μητροπολιτῶν, ὡς περιηχήθημεν, ἀμελοῦσι τῶν ἐγκεχειρισμένων αὐτοῖς ποιμνίων, καὶ ἀναβάλλονται τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων· ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐντὸς τριῶν μηνῶν γίνεσθαι τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων, εἰ μή ποτε ἄρα ἀπαραίτητος ἀνάγκη παρασκευάσει ἐπιταθῆναι τὸν τῆς ἀναβολῆς χρόνον· εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσῃ, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν ἐκκλησιαστικῷ ἐπιτιμίῳ. τὴν μέντοι πρόσοδον τῆς χηρευούσης ἐκκλησίας σώαν παρὰ τῷ οἰκονόμῳ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας φυλάττεσθαι.

σδ'. Ἐπειδὴ ἔν τισιν ἐκκλησίαις, ὡς περιηχήθημεν, δίχα οἰκονόμων οἱ ἐπίσκοποι τὰ ἐκκλησιαστικὰ χειρίζουσι πράγματα, ἔδοξε πᾶσαν ἐκκλησίαν ἐπίσκοπον ἔχουσαν καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου, οἰκονομοῦντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου· ὥστε μὴ ἀμάρτυρον εἶναι τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐκ τούτου σκορπίζεσθαι τὰ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας πράγματα, καὶ λοιδορίαν τῇ ἱερωσύνῃ προστρίβεσθαι· εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσῃ, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν τοῖς θείοις κανόσιν.

σε'. Τοὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας ἐπ' ὀνόματι συνοικεσίου, ἢ συμπράττοντας, ἢ συναιρομένους τοῖς ἁρπάζουσιν, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, ἐκπίπτειν τοῦ * ἰδίου βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκοί, ἀναθεματίζεσθαι.

* οἰκείου

σϛ'. Πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν συναχθέντων ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης μεγάλου Θεοδοσίου τοῦ γενομένου βασιλέως ἐν τῇ βασιλίδι Κωνσταντινουπόλει νέᾳ Ῥώμῃ, γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομέν τε καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης. καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα· καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ

CCII. Quæ ſemel conſecrata fue- XXIV.
rint monaſteria, cum ſententia Epiſcopi, perpetuò manere monaſteria, & res, quæ ad ea pertinent ſeruari, eáque non ampliùs poſſe fieri ſæcularia habitacula. Eos autem, qui hoc fieri permittunt, canonicis pœnis ſubiici.

CCIII. Quoniam quidam Metro- XXV.
politani (ſicut ad nos peruenit) greges ſibi commiſſos negligunt, & Epiſcoporum ordinationes differunt, viſum eſt ſanctæ Synodo intra tres menſes fieri ordinationes Epiſcoporum, niſi fortè inexcuſabilis neceſſitas coëgerit tempus dilationis prorogari. Si autem hoc non fecerint, eos Eccleſiaſticæ correctioni ſubiici. Viduæ verò Eccleſiæ reditum integrum apud eiuſdem Eccleſiæ œconomum cuſtodiri.

CCIV. Quoniam in quibuſdam XXVI.
Eccleſiis (ſicut ad nos peruenit) Epiſcopi ſine œconomis res Eccleſiaſticas tractant, placuit omnem Eccleſiam Epiſcopum habentem, habere etiam œconomum de clero proprio, qui diſpenſet res Eccleſiaſticas ſecundùm ſententiam proprij Epiſcopi. Vt Eccleſiæ adminiſtratio ſine teſtimonio non ſit, & ex hoc res eiuſdem Eccleſiæ diſſipentur, & probrum ac dedecus ſacerdotio inuratur. Si autem hoc non fecerit eum ſubiici diuinis canonibus.

CCV. Eos qui rapiunt mulieres ſub XXVII.
nomine coniugij, vel auxilium præſtant, ac conſentiunt iis qui rapiunt, definiit ſancta Synodus, ſi quidem clerici fuerint, proprio gradu excidere: ſin autem laici, anathematizari.

CCVI. Vbique ſanctorum Patrum XXVIII.
definitiones ſequentes, & canonem qui nuper lectus eſt centum & quinquaginta Deo amantiſſimorum Epiſcoporum, qui congregati ſunt ſub piæ memoriæ Imperatore Theodoſio Magno, in regia ciuitate Conſtantinopoli noua Roma, agnoſcentes, eadem quoque & nos definimus & ſtatuimus de priuilegiis eiuſdem ſanctiſſimæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ nouæ Romæ. Etenim ſedi ſenioris Romæ, quòd vrbs illa imperaret, Patres iure priuilegia tribuerunt. Et eadem conſideratione moti

centum quinquaginta Deo amantiſſimi Epiſcopi, æqua priuilegia tribuerunt ſanctiſſimæ ſedi nouæ Romæ, rectè iudicantes, vrbem quæ & imperio & Senatu honorata ſit, & æqualibus priuilegiis cum ſeniore regia Roma fruatur, etiam in rebus Eccleſiaſticis non ſecùs ac illa extolli ac magnificari, ſecundam poſt illam exiſtentem. Vt & Ponticæ, & Aſianæ, & Thracicæ diœceſeos Metropolitani ſoli: præterea & qui ſunt in barbarico, Epiſcopi prædictarum diœceſeon ordinentur à prædicto ſanctiſſimo throno ſanctiſſimæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ. Nimirum vnoquoque Metropolita earum ipſarum diœceſeon, vnà cum Epiſcopis prouinciæ ordinante prouinciæ Epiſcopos, vt diuinis canonibus promulgatum eſt. Metropolitas verò earum diœceſeon, ſicut dictum eſt, ordinari à Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, electionibus conuenientibus ſecundùm morem factis, & ad eum perlatis.

XXIX. CCVII. Ij, qui dicuntur ab Epiſcopali dignitate ad presbyteri ordinem deſcendiſſe, ſi iuſtis quidem de cauſis condemnantur, iure nec presbyteri quidem honore digni ſunt. Sin autem ſine aliqua probabili cauſa ad inferiorem gradum depreſſi ſunt, iure, ſi quidem nulli ſint culpæ obnoxij, Epiſcopatus dignitatem & ſacerdotium recipient.

FINIS.

ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ῥώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκείνην μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν. καὶ ὥστε τοὺς τῆς Ποντικῆς καὶ τῆς Ἀσιανῆς καὶ τῆς Θρακικῆς διοικήσεως μητροπολίτας μόνους, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἐπισκόπους τῶν προειρημένων διοικήσεων χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τοῦ προειρημένου ἁγιωτάτου θρόνου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας· δηλαδὴ ἑκάστου μητροπολίτου τῶν προειρημένων διοικήσεων μετὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων χειροτονοῦντος τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους, καθὼς τοῖς θείοις κανόσι διηγόρευται· χειροτονεῖσθαι δὲ, καθὼς εἴρηται, τοὺς μητροπολίτας τῶν * προειρημένων διοικήσεων παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπισκόπου, ψηφισμάτων συμφώνων κατὰ τὸ ἔθος γενομένων, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων.

* εἰρημένων

σζ'. Οἱ λεγόμενοι ἀπὸ τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας εἰς τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τάξιν καταληλυθέναι, εἰ μὲν ἀπὸ εὐλόγων τινῶν αἰτιῶν καταδικάζονται, εἰκότως οὐδὲ τῆς τοῦ πρεσβυτέρου ἐντὸς ἄξιοι τυγχάνουσι τιμῆς εἶναι. εἰ δὲ δίχα τινὸς αἰτίας εὐλόγου εἰς τὴν ἥττονα κατεβιβάσθησαν βαθμὸν, δίκαιοι τυγχάνουσιν, εἴγε ἀνεύθυνοι φανεῖεν, τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἐπαναλαβεῖν ἀξίαν τε καὶ ἱερωσύνην.

ΤΕΛΟΣ.

CHRISTOPHORI IVSTELLI
AD CODICEM
CANONVM ECCLESIÆ VNIVERSÆ
NOTÆ.

Pag. 29. Can. α΄. EI τις ἐν νόσῳ] Hic canon, qui primus eſt Nicæni Concilij, eunuchos ſeu ſpontè abſciſſos à ſacerdotio repellit. eo nomine Leontium preſbyterio priuatum fuiſſe refert Socrates lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 21. Λεόντιος, inquit, ἡνίκα πρεσβύτερος ἦν, ἀφῃρέθη τῆς ἀξίας, ὅτι τὰ γεννητικὰ ἐξέτεμεν ἑαυτοῦ, *Leontius cùm preſbyter eſſet, eo dignitatis gradu priuatus eſt, quòd genitalia ſibi execuiſſet.* & Theodoretus lib. 2. cap. 24. de eodem Leontio loquens, qui poſtea ab Arianis Antiochiæ Epiſcopus creatus eſt: ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ, μετὰ Στέφανον Λεόντιος τὴν προεδρείαν ἐδέξατο, παρὰ τοὺς ἐν Νικαίᾳ χαραχθέντας ὅρους ταύτην λαβών. ἐκτομίας γὰρ ἦν αὐτουργὸς γενόμενος τῶν μορίων, *Antiochia verò poſt Stephanum Eccleſiæ primatum ſuſcepit Leontius, quem contra Nicæni Concilij decreta adeptus eſt: nam ſua ipſe ſibi manu genitalia execuerat.* Origenes etiam illud Matthæi cap. 19. 12. *Sunt eunuchi qui ſeipſos caſtrarunt propter regnum cælorum*, aliquanto ſimpliciùs interpretatus, ſeipſum ſponte abſcidit: eóque nomine illius ordinatio à Demetrio Alexandrino Epiſcopo damnata eſt, vt tradit Euſebius lib. 6. Hiſt. Eccl. cap. 8. & Epiphanius lib. 2. hæreſ. 64. contra Origenem. Fuerunt & hæretici Eunuchi dicti, qui Origenis fortè exemplo, pietatis zelo, ſeipſos exciderent, de quibus Auguſtinus hæreſi 27. Epiphanius hæreſi 58. Nicætas in theſauro orthodoxæ fidei lib. 4. hæreſi 30. Excipit autem hic canon eos, qui non ſponte nec voluntate, ſed vi & neceſſitate à barbaris aut dominis, exciſi ſunt. Sic Tigrius quidam natione Barbarus, & eunuchus, ſed non à natiuitate, libertatem conſecutus, ad preſbyterij dignitatem euectus eſt, vt ſcribit Sozomenus lib. 6. cap. 15. & lib. 8. cap. 24. καὶ Τίγριος οὗτος βάρβαρος τὸ γένος, οὐκ ἐκ γενετῆς εὐνοῦχος, μετέχων ἐλευθερίας, εἰς πρεσβυτέρου ἀξίαν προελθών. Idem dicendum eſt de iis qui eunuchi ſunt natiuitate, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω, *qui ex vtero matris ſic nati ſunt*, quod eſt primum ex tribus eunuchorum generibus, de quibus Matthæi cap. 19. 12. cuiuſmodi Dorotheum Antiochiæ Epiſcopum fuiſſe refert Euſebius lib. 7. cap. 32. Δωρόθεον πρεσβείου τοῦ κατ' Ἀντιόχειαν ἠξιωμένον ἔγνωμεν. ἦν δὲ τὴν φύσιν εὐνοῦχος, οὕτω πεφυκὼς ἐξ αὐτῆς γενέσεως, *Dorotheum primatu Antiochenæ Eccleſiæ inſignitum cognouimus. erat autem natura eunuchus, ita ex ipſa natiuitate comparatus.* Nec tantùm ſacris canonibus, ſed ciuilibus etiam legibus εὐνουχισμὸς eſt prohibitus. Nam Hadriani edicto, medico qui excidiſſet capitale erat, item ipſi qui ſe ſponte excidendum præbuiſſet l. 4. §. 2. ff. ad leg. Cornel. de ſicariis. Inde ille, apud Iuſtinum Martyrem in apologia ad Antoninum Pium, qui ſe caſtrare voluit priùs à Præfecto Ægypti veniam edicti petiit. βιβλίδιον ἀνέδωκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Φήλικι ἡγεμονεύοντι, ἀξιῶν ἐπιτρέψαι ἰατρῷ τοὺς διδύμους αὐτοῦ ἀφελεῖν. ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπηγορεῦσθαι οἱ ἐκεῖ ἰατροὶ ἔλεγον. *Libellum Felici Præfecto Alexandriæ obtulit, petens vt medicum fineret teſtes ſuos præcidere, hoc enim ſine Præfecti permiſſu fieri nefas eſſe, medici qui illic erant, aſſeuerabant.* adde l. 1. C. de Eunuch. Nouel. Iuſtiniani 142. περὶ εὐνουχιζόντων. Euagrium lib. 4. cap. 22. Nouel. Leonis 60. & Zonaram in can. Apoſtol. 21.

Νεόφυτον] Suidas τὸν νεωστὶ φυτευθέντα interpretatur, hoc eſt qui nuper ex gentiliſmo Chriſtianam religionem amplexus, per baptiſmum Eccleſiæ Dei inſitus, inque doctrina nondum ſatis confirmatus ſit, nec in vita ſufficienter probatus. Pag. 30. Can. β. Hunc prohibet Epiſcopum fieri prohibet hic canon, & Iuſtinianus Nouel. 123. cap. 1. nec fortè obiiciatur illud Gregorij Nazianzeni in orat. funebri Athanaſij Alexandriæ Epiſcopi: ὁμοῦ τε μαθηταὶ καὶ διδάσκαλοι τῆς εὐσεβείας, χθὲς ἱερόσυλοι, καὶ σήμερον ἱερεῖς· χθὲς τῶν ἁγίων ἔξω, καὶ μυσταγωγοὶ σήμερον. *Simul diſcipuli & præceptores pietatis, heri ſacrilegi, hodie ſacerdotes: heri extra ſacra, hodie præſules myſteriorum.* & illud Hieronymi, *Heri catechumenus, hodie Pontifex.* D. tamen Ambroſius, ne quidem neophytus, necdum baptiſmo initiatus, ſed adhuc catechumenus, à profanâ præfecturâ ad Epiſcopatum, communi populi Mediolanenſis ſuffragio electus eſt, eiúſque electio, quamuis reſiſtente Nicæno canone, totius Eccleſiæ iudicio, & Valentiniani Imp. conſenſu approbata eſt, vt ſcribit Ruffinus lib. 2. Hiſt. Eccl. cap. 11. & Theodoretus lib. 4. cap. 6. Sed hæc Ambroſij electio diuinæ potiùs quàm humanæ iuſſioni tribuenda eſt, vt teſtatur Nicolaus I. P. R. in epiſtolâ ad Photium CP. quæ inter Acta Concilij VIII. œcumenici extat: Ἀμβρόσιον, inquit, τὸν ἐκ κατηχουμένου θείᾳ ἀποκαλύψει πρὸς ἐπισκοπὴν ἀναχθέντα οὐ χρὴ προσφέρειν ὑμᾶς. ἀρκεῖ γὰρ ἐκεῖ ἡ θεία, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνη κλῆσις. *Ambroſium ex catechumeno diuinâ reuelatione ad Epiſcopatum pro-*

Digitized by Google

motum, nihil eſt quod exempli cauſa proferas. etenim ibi ſufficit diuina non humana iuſſio. Sic Valentinianus Imperator hanc electionem confirmans, apud Ruffinum loco citato, ait, *Dei eſſe, quòd diſcordantem populi fidem & animos diſſidentes conuerſio ſubita in vnum conſenſum, atque in vnam ſententiam reuocaret;* aut, vt refert Theodoretus, μετὰ τὸς κανόνας ἀκριβεστέρας τὰς ψήφους, καὶ θείαν εἶναι τὴν ψῆφον ἐκ τῆς τῶν ἐναντία φρονούντων συμφωνίας, *ipſa ſuffragia omni canone certiora, diuinúmque eſſe ſuffragium ex diſſidentium concordia.* Sic Syneſius epiſt. 67. χάριτος θείας ἐστὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐξομοιοῦν, *gratia diuina eſt homines in eandem trahere ſententiam.* atque illud ipſum eſt, quod ait canon 80. qui dicitur Apoſtolorum, τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα, ὁ δίκαιόν ἐστι παραυτὰ προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον. εἰ μή που κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γένοιτο. *Eum qui è vita gentili acceſſerit & baptiſatus fuerit, protinus Epiſcopum fieri æquum non eſt. niſi fortè hoc diuina gratia fiat.*

Pag. 30. Can. ϛ'. ὑπὸ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων.] D. Paulus 1. ad Timoth cap 5. 19. κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων. *Aduerſus preſbyterum accuſationem ne admiſeris, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.*

Can. ζ'. Συνεισάκτους γυναῖκας.] Extraneam mulierem Latinè verti. ſic Ruffinus Aquileienſis in canonibus Nicænis lib. 1. Hiſt. Eccl. cap. 6. & vetus interpres Concilij Nicæni, quem ſequitur Fulgentius Ferrandus cap. 122. & Iſidorus Mercator. Synodus etiam Toletana IV. can. 42. *Cum clericis extranea femina nullatenus habitent, id enim & conſtitutio antiquorum Patrum decreuit.* & can. 43. *Quidam clerici legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum interdicta conſortia appetunt.* Sic etiam ſynodus Carthaginenſis I. can. 3. Ilerdenſis can. 15. Hiſpalenſis I can. 3. Bracharenſis III. can. 5. & Impp. Honorius & Theodoſius in l 19. C de Epiſcop. & cler. *Quicunque & cuiuſcunque gradus ſacerdotio fulciuntur, vel clericatus honore cenſentur: extranearum ſibi mulierum interdicta conſortia cognoſcant.* Alij malunt συνεισάκτους ſubintroductam interpretari. Sic Teilo & Thariſtus, quorum verſio Actis Concilij Carthaginenſis VI. inſerta eſt, & Dionyſius Exiguus in Codice canonum Eccleſiæ Romanæ, quem ſequitur Burchardus lib. 2. cap. 109. Iuo lib. 6. cap. 286 & Gratianus can. interdixit diſt. 32. Nicolaus quoque, & Alexander P. R. can. 5. & 6. ead. diſt. *Nullus miſſam audiat preſbyteri, quem ſcit concubinam habere aut ſubintroductam mulierem.* Hanc verò Nicænæ ſynodi, de extraneis ſiue ſubintroductis mulieribus, definitionem Iuſtinianus etiam Imp. confirmat Nouel. conſtitut. 123. cap. 29. τοῖς δὲ πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις καὶ ὑποδιακόνοις, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν κλήρῳ τεταγμένοις, ἀπαγορεύομεν κατὰ τὴν τῶν ἁγίων κανόνων δύναμιν γυναῖκά τινα ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐπείσακτον ἔχειν. *Preſbyteris & diaconis & ſubdiaconis, & omnibus in clero conſcriptis, interdicimus ſecundum vim ſanctorum canonum, mulierem aliquam in ſua domo extraneam* ſiue *ſubintroductam habere.* & Nouel. 137. cap. 1. ipſum Nicæni Concilij canonem citat, vt & Baſilius Cæſarienſis Epiſcopus in epiſtola 17 ad Gregorium preſbyterum, quæ etiam apud Balſamonem & Zonaram extat. *Lege canonem,* inquit, *à ſanctis Patribus noſtris in Nicæna ſynodo conſtitutum, qui manifeſtè interdixit, ne quis mulierem ſubintroductam habeat.* Sed & συνεισάκτων frequens mentio eſt apud ſcriptores Eccleſiaſticos Epiſtola ſynodica Concilij Antiocheni aduerſus Paulum Samoſatenum celebrati, apud Euſebium lib. 7. cap. 24. τὰς δὲ συνεισάκτους αὐτοῦ γυναῖκας, ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, οἷς καὶ τοῦτο καὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀνίατα ὄντα συγκρύπτει. *Quid autem de extraneis* ſiue *ſubintroductis eius mulieribus, vt Antiocheni nominant, & preſbyterorum ac diaconorum quos ſecum habet, quibus & hoc & alia deprehenſa peccata obtegit.* Hieracitas etiam eo nomine ſugillari, quòd ἐπεισάκτους mulieres haberent, tradit Epiphanius hæreſi 67. χλευάζονται δὲ δι' ἃς κέκτηνται ἕκαστος συνεισάκτους γυναῖκας, δι' ἃς εἰώθασι φιλοτιμεῖσθαι ἔχειν εἰς ὑπηρεσίαν *Subſannantur propter eas quas habent ſinguli ſubintroductas mulieres, de quibus gloriari ſolent ſe habere ipſas ad miniſterium.* & hæreſi 63. de Origenianis loquens, κατηγοροῦσι δὲ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰς ἀγαπητὰς λεγομένας συνεισάκτους γυναῖκας κεκτημένων, ὡς καὶ αὐτῶν τοῦτο ἐπιτελούντων κρυφῇ διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων αἰδῶ, ἵνα μὲν τῇ πονηρίᾳ συνθάπτωνται, τῷ δὲ προσχήματι, τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα τὸ ὄνομα σεμνύνωνται. *Accuſant eos qui in Eccleſia dilectas appellatas ſubintroductas mulieres habent, velut etiam ipſi hoc faciant occultè, propter hominum reuerentiam, quo cum improbitate quidem conſepeliantur: prætextu autem, hominum gratiâ nomen iactent.* & paulò pòſt, de quodam Palæſtinæ, Epiſcopo, ἐσχηκότος δὲ τοιαύτας γυναῖκας ὑπηρετουμένας αὐτῷ, φημὶ δὲ συνεισάκτους. *Habuit autem eiuſmodi mulieres inſeruientes ipſi, ſubintroductas inquam.* & hæreſi 78. oſtendit vnde impuriſſimi homines ex ſcriptura συνεισάκτους & ἀγαπητὰς probare nitebantur. Quænam autem fuerint συνείσακτοι mulieres non ſatis conſtat. Ruffinus Euſebij interpres loco citato vocabulum Græcum reliquit. Suidas annotauit tantùm, non explicauit. Erant autem neque vxores, neque concubinæ, ſed tertij cuiuſdam generis mulieres, quas ſecum clerici, non ſobolis nec libidinis gratia, ſed pietatis ſtudio, aut certè prætextu, fouebant, vt teſtatur Chryſoſtomus ſermone πρὸς τοὺς ἔχοντας συνεισάκτους, cuius fragmentum citat Rhenanus ſcholio ad ſuperiorem Euſebij, locum: εἰσὶ γάρ τινες οἳ γάμου καὶ συνουσίας χωρὶς κόρας ἀπειρογάμους ἀγόμενοι καθίσαντες οἴκοι διαπαντὸς, καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας ἑαυτοῖς συγκατακλείουσιν, οὔτε ἐπὶ παιδοποιΐᾳ, οὐ γάρ φασιν αὐταῖς συγγίνεσθαι, οὔτε ἐξ ἀκολασίας, λέγουσι γὰρ αὐτὰς ἀκεραίους διατηρεῖν. *Sunt enim quidam qui puellas innuptas abſque nuptiis & concubitu, ducentes domi perpetuò collocant, & ad ſupremam ſenectam vſque incluſas tenent, non procreandorum liberorum gratiâ, neque enim aiunt ſe cum illis rem habere: neque cauſa libidinis, ſiquidem illas ſe dicunt incorruptas inuiolatáſque ſeruare.* Huc ſpectat quod Gregorius Nyſſenus lib. de Virginitate cap. 23. de iis tradit: οἱ μέχρις ὀνόματος τὴν ἀγαμίαν ἐπιτηδεύοντες, οὐδὲν διαφέρουσι τοῦ κοινοῦ βίου· οὐ μόνον τῇ γαστρὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν χαριζόμενοι, ἀλλὰ γυναιξὶ κατὰ τὸ φανερὸν συνοικοῦντες, καὶ ἀδελφότητα τὴν τοιαύτην συμβίωσιν ὀνομάζοντες. ὡς δὴ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ὑπόνοιαν ὀνόματι σεμνοτέρῳ συγκαλύπτοντες.

Digitized by Google

Qui nomine tenus cœlibatus ſtudioſi nihil à communi vita differunt. qui non ſolùm ventri voluptates indulgent, ſed palam cum mulieribus conuiuunt, & eam conſuetudinem fraternitatem vocant, ſiniſtra ſuſpicione ſplendido hoc nomine obnubenda. Non eſt omittendum quod olim ſummæ eruditionis vir G. Budæus annotauit, συνείσακτον dici ſocium ſociámve cœlibatus, ſiue virgo contubernalem habeat virum, ſiue monachus feminam: atque hoc genus olim in vſu fuiſſe inter Chriſtianos, ſed improbatum propter ſuſpicionem ſtupri. de quo Gregorius Nazianzenus:

Τοὺς δὲ συνεισάκτους ὡς ἂν φάσκοιεν ἅπαντες,
Οὐκ οἶδ᾽ εἴτε γάμῳ δώσομεν, εἴτ᾽ ἀγάμοις
Θήσομεν, εἴτε μέσον τι φυλάξομεν. οὐ γὰρ ἔγωγε
Κἂν μελλόντι κακῶς * τὸ πρᾶγμ᾽ ἐπαινέσομαι.

* *forte* πρᾶγμα τόδ᾽ αἰνέσομαι.

Subintroductos igitur, vt aiunt, omnes
Neſcio, ſiue nuptiis dabimus, ſiue innuptos
Ponemus, ſiue medium quid ſeruabimus. non ego
Vel ſi mihi maledixeritis, rem laudauero.

Idem, ἄρσενα πάντ᾽ ἀλέεινε, συνείσακτον δὲ μάλιστα.
Marem omnem fuge, ſubintroductum autem maximè.

Pag. 30. Can. δ´. ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ] Theodoretus lib. 5. Hiſt. Eccleſ. cap. 9. παλαιός τε θεσμὸς κεκράτηκε, καὶ τῶν ἁγίων ἐν Νικαίᾳ πατέρων ὅρος, κατ᾽ ἑκάστην ἐπαρχίαν τοὺς τῆς ἐπαρχίας, καὶ εἴπερ ἐκεῖνοι βούλοιντο σὺν αὐτοῖς τοὺς ὁμόρους πρὸς τὸ συμφέρον ποιεῖσθαι τὰς χειροτονίας. *Vetus ſtatutum obtinuit ſanctorúmque Patrum in Nicæno Concilio definitio. vt in vnaquaque prouincia, illius prouinciæ Epiſcopi, vnà cum finitimis, ſi ipſis ita viſum fuerit, ordinationes faciant.* & cap. 23. κανόνες, inquit, πάντας συγκαλεῖσθαι τῆς ἐπαρχίας τοὺς ἐπισκόπους κελεύουσι· καὶ αὖ πάλιν δίχα τριῶν ἐπισκόπων ἐπισκόπου χειροτονίαν ἀπαγορεύουσι γίνεσθαι. *Canones cunctos prouinciæ iubent conuocari Epiſcopos, ordinarique vetant vllum, niſi tribus præſentibus Epiſcopis.* Syneſius epiſt. 67. de Siderio quodam Palebiſcæ Epiſcopo, οὐδὲ τοῦτο ἐνθέσμως, ἐκθέσμως μὲν οὖν, ὅσα γε γέροντας ἠκούσαμεν, εἰ μήτε ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατέστη, μήτε παρὰ τριῶν ἐνθάδε. *Nec vt fas eſt declaratus fuit, immo verò contra fas, quantum quidem à ſenibus audiuimus, ſi nec Alexandriæ conſtitutus eſt, nec à tribus Epiſcopis hîc.*

διὰ γραμμάτων] Cyprianus lib. 4. epiſt. 8. *Placuit ad probandam ordinationem tuam, vt per omnes in iſta prouincia poſitos literæ fierent.*

Can. ε´. περὶ δὲ τῶν ἀκοινωνήτων γενομένων] Epiſtola ſynodica Concilij Africani ad Celeſtinum P. R. quæ in Codice canonum Eccleſiæ Romanæ extat, & in Græca collectione canonum Eccleſiæ Africanæ: ἱκετεύομεν, ἵνα τοῦ λοιποῦ, πρὸς τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς, τοὺς ἐντεῦθεν παραγινομένους, εὐχερῶς μὴ προσδέχεσθαι· μηδὲ τοὺς παρ᾽ ἡμῶν ἀποκοινωνήτους, εἰς κοινωνίαν τοῦ λοιποῦ θελήσητε δέξασθαι. ἐπειδὴ τοῦτο καὶ τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ ὁρισθὲν εὐχερῶς εὑρεῖν ἡ σὴ σεβασμιότης. *Deprecamur, ne deinceps ad veſtras aures eos qui hinc veniunt facilè admittatis, nec qui à nobis excommunicati fuerint in communionem velitis deinceps excipere. nam hoc quoque in Nicæna ſynodo definitum facilè aduertet venerabilitas tua.*

Pag. 31. Can. ς´. ἐξουσίαν] Hæc ἐξουσία eſt poteſtas Metropolitani, quam Nicæni Patres decernunt deberi in tribus prouinciis hoc Canone denominatis, Ægypto, Libya, & Pentapoli, quæ totam Ægyptiacam diœceſim conſtituebant tam in ciuilibus quàm Eccleſiaſticis.

κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι] Sic canon 165. huius Codicis: φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νικαίαν πρεσβείων τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ. *Seruatis priuilegiis quæ Antiochenæ Eccleſiæ Nicænis Canonibus tributa ſunt.* πρεσβεῖα quæ Antiochenæ Eccleſiæ ſeruari his Canonibus præcipiuntur, eò pertinent, vt Epiſcopus Antiochenus præferatur Metropolitanis omnibus in Orientali diœceſi. nihil iuris illi attributum in cæteros Metropolitanos, præter honorem ordinis, non autem vt Metropolitani omnes diœceſeos Orientis ab eo iure ſingulari ordinarentur, vt Innocentis primi epiſtola ad Alexandrum Antiochenum aſſerere videtur, contra mentem ſynodi Nicænæ. Pag. 31. Can. ς´.

τὸν ἐν Αἰλίᾳ ἐπίσκοπον] Hieruſalem à Tito & Veſpaſiano euerſa, ab Ælio Hadriano rurſus ædificata, Ælia eſt appellata. Euſebius lib. 4. Hiſt. Eccl. cap. 6. de illa loquens: ὡς μεταπεσοῦσαν Ῥωμαϊκὴν πόλιν τὴν ἐπωνυμίαν ἀμείψασαν, εἰς τὴν τοῦ κρατοῦντος Αἰλίου Ἀδριανοῦ τιμὴν, Αἰλία προσαγορευθῆναι. *Hieruſalem cùm eſſet à Romanis occupata, nomen commutauit, & in honorem Ælij Hadriani Imperatoris Ælia appellata eſt.* Cedrenus de Hadriano, κτίζει νέαν Ἱερουσαλὴμ, ἣν δὴ καὶ Αἰλίαν προσηγόρευσεν. *nouam Hieruſalem condidit, cui Ælia nomen indidit.* Idem tradit Dio in Hadriano, Zonaras tom 2. & Nicephorus Patriarcha CP. in chronograph. Hieronymus in Act. Apoſt. *Hieruſalem*, inquit, *metropolim quondam totius Iudææ, quæ nunc ab Ælio Hadriano Cæſare, quòd eam à Tito deſtructam latiore ſitu inſtaurauerit, Ælia cognominata eſt.* Hinc Æliæ nomen pro Hieroſolymis paſſim apud Euſebium lib. 2. cap. 12. lib. 6. cap. 21. & lib. 8. cap. 21. & apud Theodoretum lib. 1. c. 31. Baſilium Seleucienſem ſerm. 38. contra Iudæos. & in l. 1. §. 6. ff. de cenſibus. Can. ζ´.

χειροθετουμένους] Olim in Eccleſia manus imponebantur hæreticis reſipiſcentibus, quibus poſt exomologeſim pax dabatur. id etiam teſtatur Dionyſius Alexandr. apud Euſebium lib. 7. cap. 2. παλαιὸν γὰρ τοι κεκρατηκότος ἔθους ἐπὶ τῶν τοιούτων μόνῃ χρῆσθαι τῇ διὰ χειρῶν ἐπιθέσει εὐχῇ. & Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus in Græca collectione canonum Eccleſiæ Africanæ can. 57. cùm de Donatiſtis ageretur: ἀναθεματιζομένου τοῦ τῆς πλάνης ὀνόματος, διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῆς χειρὸς ἀναδεχθῶσιν εἰς τὴν μίαν ἐκκλησίαν. *Anathematiſato nomine erroris, recipiantur per manus impoſitionem in vnam Eccleſiam.* Adde Syricium decret. cap. 1. & Innocentium cap. 15. Can. η´.

μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ] Hæretici, ſiue ab hæreticis ordinati, errorem ſuum agnoſcentes, ſi ad Eccleſiam accederent, per manus impoſitionem recipiebantur, & in ſacerdotium confirmabantur. ſic Nicæna ſynodus de ordinatis à Meletio ſtatuit: τοὺς δὲ ὑπ᾽ αὐτοῦ κατασταθέντας, μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιωθέντας, ἔχειν μὲν αὐτοὺς τὴν τιμὴν καὶ λειτουργίαν, vt ex eiuſdem Concilij ſynodica epiſtola refert Gelaſius Cyzicenus lib. 2. act. Concil. Nicæn. & Theodoretus lib. 1. cap. 9. excipe tamen ἀιρέσεων ἐξάρχους. Athanaſius in apolog. 2. *A Meletio conſtitutos presbyteros Alexander in Eccleſiam recipiebat.* Idem in epiſt. ad Rufinianum: *Communi decreto placuit, vt quicunque la-*

pſi fuiſſent proprio arbitrio & principes fuiſſent impietatis, ſi reſipiſcerent, ignoſcendum quidem illis, verùm non reſtituendos in cleri numerum: qui verò non authores, ſed neceſſitate & violentia compulſi fuiſſent, viſum eſt illis quidem ignoſcendum, & in cleri locum reſtituendos. Sic olim in Alexandrinâ ſynodo definitum refert Ruffinus lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 28. *Vt tantum perfidiæ authoribus amputatis, reliquis ſacerdotibus daretur optio, ſi fortè velint, abiurato errore perfidiæ, ad fidem patrum ſtatutáque conuerti, nec negare aditum redeuntibus.* Synodica epiſtola Nicæni Concilij apud Theodoretum loco citato: ἔδοξεν οὖν Μελέτιον μένειν ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει, μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχειν μήτε χειροτονεῖν, μήτε χειροθετεῖν· ψιλὸν δὲ τὸ ὄνομα τῆς τιμῆς κεκτῆσθαι. *Placuit ſynodo Meletium in ſua ciuitate manere, poteſtatem autem nullam habere vel quemquam ordinandi vel cuiquam manus imponendi: ſolum verò honoris nomen retinere.* Fuit autem Meletius, αἱρεσιάρχης τῶν ἐξ αὐτοῦ Μελετιανῶν καλουμένων, vt ſcribit Socrates lib. 1. cap. 3 & 6. adde Concilij Nicæni II. actionem 1. tom. 3. Concil.

Pag. 31. Can. ϛ'. ὁμολογοῦντι αὐτοὺς ἐγγράφως] Can. 170. huius Codicis. Socrates lib. 4. cap. 11. tradit Liberium P. R. antequam Macedonianos pœnitentes in communionem reciperet, ab illis petiiſſe vt ſuæ fidei profeſſionem ſcriptis mandarent, eóſque libellum ei obtuliſſe: Λιβέριος ἐγγράφως τὴν ὁμολογίαν γράψαντας ἀπῄτησεν. οἱ δὲ αὐτῷ βιβλίον ὤρεξαν. & cap. 12. τούτῳ δὴ τῷ βιβλίῳ τοὺς πρέσβεις ἀσφαλισάμενος ὁ Λιβέριος, εἰς κοινωνίαν τε ἐδέξατο. *Hoc autem libello tanquam ſponſione illorum legatos obſtringens Liberius, in communionem recepit.* Sic Valens & Vrſacius profeſſionem ſuam ſcripto obtulerunt Iulio Epiſcopo Romano, his verbis, quæ à Sozomeno relata ſunt lib. 3 cap. 22. ταῦτα δὲ τῇ χειρὶ αὐτῶν γράψαντες ὁμολογοῦμεν πάλιν ὅτι τὴν Ἀρειανικὴν αἵρεσιν, καὶ προσέπομεν, καὶ τοὺς ταύτης αὐθέντας κατεκρίναμεν εἰς τὸν αἰῶνα. *Hæc verò ſcribentes manu noſtra proteſtamur, nos Arianicam hæreſim, eiúſque authores in æternum damnare.* Baſilius epiſt. 72. ad Emiſſenos, *Si autem dicunt ſe reſipuiſſe, doceant per ſcripturam ſuam reſipiſcentiam & execrationem fidei quam ſuſceperunt.* Synodus VI. in Trullo can. 96. τοὺς δὲ Νεστοριανοὺς χρὴ ποιεῖν λιβέλλους, καὶ ἀναθεματίζειν τὴν αἵρεσιν. Synodus VIII. œcumenica act. 6. οἱ δὲ ἐκκλησιαστικοὶ θεσμοὶ τοὺς ἐξ αἱρέσεως ἐπιστρέφοντας ἐπισκόπους, λίβελλον δεδόντας, καὶ τὴν ἰδίαν ἀναθεματίζοντας αἵρεσιν θεσπίζουσι δέχεσθαι. *Eccleſiaſticæ leges Epiſcopos ab hæreſi reductos per libellum hæreſim ſuam eiurantes, ſanciunt recipiendos.*

διγάμοις] Quinam ſint Digami hoc canone & can. 39. 52. & 105. huius Codicis, vide in annot. ad ipſum canonem 105 infrà.

τῆς τιμῆς τοῦ ὀνόματος] Sic Epheſini Patres Euſtathium quendam, Epiſcopi nomen & honorem ſine re ac poteſtate obtinere ſtatuerunt, in epiſtolâ ſynodica ad ſynodum Pamphyliæ, quæ inter Acta Epheſini Concilij extat tom. 2. append. 1. cap. 1. & apud Zonaram & Balſamonem. ὁρίζομεν ἔχειν αὐτὸν, τό τε τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα καὶ τὴν τιμὴν, οὕτω μέντοι ὥστε μὴ χειροτονεῖν αὐτόν. *Statuimus vt Epiſcopatus nomen & honorem habeat, ita tamen vt ipſe non ordinet.* Idem de Meletio in Concilio Nicæno ſtatutum teſtatur eiuſdem Concilij ſynodica epiſtola apud Theodoretum lib. 1. cap. 9. cuius verba ſuprà retulimus, & Sozomenus lib. 1. Hiſt. Eccl cap 33. de eodem loquens, κατεδίκασεν αὐτὸν ἡ σύνοδος ἐν τῇ Λυκῷ διατρίβειν, ψιλὸν ὄνομα ἐπισκόπου ἔχοντα· τοῦ δὲ λοιποῦ, μήτε ἐν πόλει, μήτε ἐν κώμῃ χειροτονεῖν. *Synodus contra eum pronunciauit ſententiam, vt videlicet Lycum incoleret, noménque ſolum retineret Epiſcopi: atque de reliquo, neque in vrbe, neque in pago ordinaret.*

μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν] Hinc Sozomenus lib. 4. cap. 15. à legibus Eccleſiaſticis alienum eſſe ait, vnam Eccleſiam à duobus Epiſcopis gubernari. τὸν Πέτρου θρόνον, inquit, μὴ ἀνέχεσθαι ὑπὸ δύο ἀρχιερέων ἰθύνεσθαι, ὃ διχονοίας σύμβολόν ἐστι, καὶ ἐκκλησιαστικοῦ θεσμοῦ ἀλλότριον. Auguſtinus epiſt. 110. *Sedi cum patre & Epiſcopo meo ſene Valerio, quod in Concilio Nicæno prohibitum neſciebam.* Pacianus epiſt. ad Sympronianum, *Nec ius, nec fas ſacerdotij ſingularis patitur, vt vno eodémque tempore duo ſint eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopi.* Ado Viennenſis in Chronico an. 810. *Canonica authoritas eſt, in vna ciuitate duos Epiſcopos non eſſe.* Sic Cornelius Eccleſiæ Romanæ Epiſcopus Cypriano coæuus in epiſtola ad Fabium Antiochenæ Eccleſiæ præſidem de Nouato Catharorum hæreſis authore, *Vindex ille Euangelij*, inquit, *ignorauit vnum eſſe debere Epiſcopum in Catholica Eccleſia.* Cornelius euidenter ait in vna ciuitate vnum Epiſcopum fuiſſe, aut eſſe debuiſſe. & Cyprianus de eodem ſchiſmatico, epiſt. 52. *Cùm poſt primum ſecundus* (Epiſcopus) *eſſe non poſſit, quiſquis poſt vnum qui ſolus eſſe debeat, factus eſt, non iam ſecundus ille, ſed nullus eſt.* Vid. Bilſ. pag. 392.

ὅσοι προχειρισθῶσι τῶν παραπεπτωκότων] Olim Epiſcopi & presbyteri lapſi, ad pœnitentiam quidem recipiebantur, ſed ab ordinatione & ſacerdotali honore prohibebantur. Cyprianus lib. 1. epiſt. 4. & epiſt. 7. Aſſuritanæ plebi ſuadet, ne Fortunianum, qui idolis ſacrificauerat, ad Epiſcopatum admittant: & lib. 4. epiſt. 2. indicat Trophimum pœnitentiam agentem admiſſum eſſe, vt laïcus communicaret, non vt locum ſacerdotis vſurparet. adde canonem 21. huius Codicis. Pag. 32. Can. ι'.

ἀποθέσθαι τὰς ζώνας] Ethnici Principes militiæ cingulum iis auferre conſueuerant qui fidem negare recuſabant. id teſtatur Euſebius lib. 7. cap. 15. de Marino quodam milite Chriſtiano loquens, qui cùm ſui gradus ordinem ſecutus, honorem cuiuſdam muneris militaris adeptus eſſet, ſtatim qui eum proximè ſequebatur clamauit, non poſſe id illi iure tribui, quia Chriſtianus eſſet, & Imperatoribus non ſacrificaſſet, μὴ ἐξεῖναι ἐκείνῳ τῆς Ῥωμαίων μετέχειν ἀξίας κατὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους, χριστιανῷ γε ὄντι καὶ τοῖς βασιλεῦσι μὴ θύοντι. & lib. 10. cap. 8. & lib. 1. de vita Conſtantini cap. 47. de Licinnio: τοὺς κατὰ πόλιν, inquit, στρατιώτας ἐκκρίνεσθαι καὶ ἀποβάλλεσθαι τοῦ τῆς τιμῆς ἀξιώματος, εἰ μὴ τοῖς δαίμοσι θύειν αἱροῖντο, παρεκελεύετο. *Milites in ſingulis ciuitatibus ex aliorum numero eximi & dignitatis gradu priuari iuſſit, niſi dæmonibus ſacrificare vellent.* Ruffinus lib. 1. Hiſt. Eccl. cap. 32. de Iuliano, *militiæ cingulum non dari niſi immolantibus iubet.* Hinc ille Marcellus centurio, cuius Can. ιϛ'.

cuius

Digitized by Google

cuius acta apud Baronium extant an. 298. *Si talis eſt conditio militantium, vt diis & Imperatoribus ſacra facere compellantur: ecce proiicio vitem & cingulum, renuncio ſignis, & militare recuſo.*

Pag. 32. κατεστραμμένα τὸ ἀνακεχωρηκότα.] Hic canon non de iis loquitur, qui perſecutionis tempore, propter fidem, militiæ cingulum abiecerant, & poſtea fidem eiurantes, pecuniis ac donis priorem militiam receperant, rurſúmque ad Eccleſiam redierant: ſed de iis, qui gratia inſpirante diuina, cingulo militiæ depoſito, quò melius & perfectius vitæ inſtitutum magíſque Chriſtianũ capeſſerent, poſtmodum illud reſumerent, & denno ſe militiæ ſacramento obligarent, quibus meritò pœnitendi tempus definitum eſt. Nec enim exiſtimandum eſt hoc canone militiam Chriſtianis interdictam, niſi quatenus ſignum fuit idololatriæ, & quam nonniſi diſpendio fidei Chriſtianæ exercere poſſent, quòd immolare diis milites cogerentur: alioquin Chriſtianos ſub Ethnicis Principibus militare conſueuiſſe, planum eſt ex Dione in M. Antonino, Euſebio lib. 5. cap. 5. Tertulliano in Apologetico cap. 42. & lib. de corona militis cap. 1. vbi de milite Chriſtiano loquitur, qui lauream militarem capiti ſuo imponere noluit, ſed libero capite, coronamento in manu ocioſo, inter fratres commilitones ſolus permanſit. Sed & militaris iuramenti à Chriſtianis militibus præſtari ſoliti meminit Vegetius lib. 2. de re militari, eiúſque formulam refert his verbis: *Iurant per Deum, Chriſtum, & ſanctum Spiritum, & per maieſtatem Imperatoris, quæ ſecundum Deum generi humano diligenda eſt & colenda.* & paulò pòſt, *Iurant autem milites, omnia ſe ſtrennè facturos, quæ præceperit Imperator: nunquam deſerturos militiam, nec mortem recuſaturos pro Romana Republica.*

Vide Salmaſ. de fœn. trapezit. p. 784.

Can. ιγ'. τελευταίου ἐφοδίου] Euchariſtia in moribundis viaticum appellatur, quòd abeuntibus ex hac vita, & ad Deum cogitantibus, ac veluti iter inſtituentibus, ea detur veluti pro ſubſidio viæ. Sic in Concil. Carthag. IV. can. 78. & in epiſtola 3. Sixti P. R. tom. 3. Concil. *Baſſus à ſynodo condemnatus eſt, ita tamen vt in vltima die viaticum ei non denegetur.* Syneſius epiſt. 67. ad Theophilum Alexandriæ Epiſcopum de Lamponiano quodam excommunicato loquens, τῷ δὲ λύειν τὴν αὐθεντίαν εἰς τὴν ἱερωτάτην καθέδραν ἀνέπεμψα. τοσοῦτον δ' ἐμαυτῷ συνεχώρησα, εἰ περιστῇ τὸν Λαμπονιανὸν τὸ χρεών, καὶ ἡ κυρία παρέσεσθαι δοκεῖ, πᾶσιν ἐφῆκα τοῖς τότε παρεσομένοις πρεσβυτέροις, κοινωνίας αὐτῷ μεταδοῦναι· μηδεὶς γὰρ ἀποθάνοι δεδεμένος ἐμοί. ἀναρρωσθεὶς δὲ, πάλιν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ὑπόδικος ἔστω, καὶ παρὰ τῆς θειοτάτης σου καὶ φιλανθρώπου ψυχῆς ἀναμενέτω τῆς συγγνώμης τὸ σύνθημα. *Remiſi autem auctoritatem ſoluendi ad ſacram ſedem. tantum igitur mihi ſumpſi, ſi accederet Lamponiano mors, & ſi certus dies mortis videretur adeſſe, quòd permiſerim omnibus qui tum aderant presbyteris ei communionem impertire: nemo enim vinctus anathemate mihi moriatur. vbi autem conualuerit ex graui morbo, eadem conditione obnoxius pœna ſit, & expectet à diuino tuo & humano animo veniæ ſignum.* adde can. 26. huius codicis.

ἀκροώμενοι] Populus olim in Eccleſia tribus gradibus diſtinguebatur: erant enim κατηχούμενοι, πιστεύοντες, & μετανοοῦντες, catechumeni, fideles, & pœnitentes. Catechumenorum autem duo genera fuiſſe ex hoc canone conſtat, vnum eorum qui audiebant verbum Dei & fieri Chriſtianos volebant, ſed nondum petierant baptiſmum, & ij dicebantur audientes ſiue auditores. Alij qui iampridem acceſſerant, & in fide rectè inſtituti, baptiſmum petebant & dicebantur competentes. Audientium ſiue auditorum meminit Tertullianus lib. de pœnitentia: *Nemo ſibi aduletur, quia inter auditorum tyrocinia deputatur, quaſi eo etiamnunc ſibi delinquere liceat, an alius intinctis eſt Chriſtus, alius audientibus?* item, *Audientes optare intinctionem, non præſumere oportet.* & lib. de præſcript. aduerſus hæret. cap. 41. *Quis catechumenus, quis fidelis, incertum eſt, pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant.* Cyprianus lib. 3. epiſt. 17. *Audientibus, ſi qui fuerint periculo prauenti, & ſi in exitu conſtituti, vigilantia veſtra non deſit, implorantibus diuinam gratiam; miſericordia Domini non denegetur.* Competentium verò meminit Auguſtinus lib. de cura pro mort. hab. cap. 12. *Paſcha appropinquante, dedit nomen inter alios competentes.* & homil. 49. *Quod dico competentibus & fidelibus, audiant pœnitentes.* meminit & Hieronymus epiſt. ad Pammachium. & Concilium Agathenſe can. 13. *Symbolum etiam placuit publicè in Eccleſia competentibus prædicari.* Leo I. P. R. decret. cap. 11. & 12. electos vocat. *In baptiſandis in Eccleſia electis hæc duo tempora de quibus loquuti ſumus, eſſe legitima, dilectionem veſtram monemus.*

Pag. 33. Can. ιδ'.

ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν ἐπίσκοπον] Can. ιε'.
Hieronymus in epiſt. ad Oceanum: *In Nicena ſynodo à Patribus decretum, ne de alia in aliam Eccleſiam Epiſcopus transferatur.*

Hoc canone vſuræ centeſimæ, & ἡμιολίαι Can. ιζ'.
clericis interdicuntur; vt clericorum αἰσχροκέρδεια modum ponerent Nicæni patres.

αἰσχροκερδίαν διώκοντες] D. Paulus 1. ad Timoth. cap. 3. 3. δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἀφιλάργυρον. *Oportet Epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, non turpis lucri cupidum: ſed alienum ab auaritia.* & D. Petrus epiſt. 1. cap. 5. 2. ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, μὴ αἰσχροκερδῶς. *Paſcite gregem Dei qui penes vos eſt, turpem quæſtum non affectantes.* Hieronymus lib. 2. epiſt. 12. *Ignominia ſacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitiis.* Huc ſpectat quod refert Sozomenus lib. 4. cap. 23. & Nicephorus lib. 9. cap. 45. Sophronium quendam exauthoratum fuiſſe, quòd auaritiæ ſtudio in Eccleſiæ pecunia quæſtum fecerit.

ἡμιολίας] Conc. Laodiceni can. 4. περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἱερατικοὺς δανείζειν, καὶ τόκους, καὶ τὰς λεγομένας ἡμιολίας λαμβάνειν. Vſuræ ἡμιολίαι ſunt, cùm tertia pars ſorti vſurarum nomine accedit. Suidas, ἡμιολία, τὸ ἥμισυ τοῦ κεφαλαίου: & rurſum, ἡμιόλιος ἐστὶν ἀριθμὸς ὁ ἔχων ὅλον, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ.

Ideúque ἡμιολιασμὸς apud Harpocrationem & Suidam. Gellius lib. 18. cap. 14. *Eſt autem hemiolius, qui; numerum totum in ſe habet, dimidiámque eius: vt tres ad duo, quindecim ad decem, triginta ad viginti.* ἡμιόλιον, dimidia pars vniuſcuiuſque rei eſt. Et apud Suidam, διδόασι δὲ ὀψώνιον στρατιῶται οἰκονομοῦντες παρ' αὐτῶν, ἡμιόλιον τοῦ νῦν διδομένου. Vide infrà ad can. CVIII. & adde locum Hieronymi. *Solent fœneratores argumentari ac dicere: dedi vnum modium, qui ſatus fecit decem modios; nonne iuſtum eſt vt medium modium de meo plus accipiam, cùm ille de mea liberalitate nouem & ſemis de meo habeat.* Conſtantinus l. 1. Cod. Th. de vſuris ἡμιολίας frugum tulit. Verùm huiuſmodi frugum agricolis mutuò datarum vſuræ ad centeſimum modum redactæ ſunt à Iuſtiniano, l. eos qui 26. Cod. de vſuris & nou. 32. 33. 34. cap. 1. vnde deſumpta eſt authentica ſubdita d. l. cùm non frumentum 16. Cod. de vſuris. Specierum vſuræ dicuntur Hieronymo, id eſt κερατιῶν, vt rectè Græci lib. 23. Synopſis Baſilic. tit. 3. de vſuris, cap 66. vide Scholion. & l. frumenti 12. Cod de vſuris.

ἑκατοστὰς] Hemioliæ ſeu frugum vſuræ aliæ à centeſimis pecuniæ. centeſimam vſuram legitimam pecuniæ vſuram olim fuiſſe notiſſimum eſt. vide Briſſonium 10 ſelectis, & l. 1. §. 2. Cod. Th. de vſuris, Doſitheum lib. 3. Voluſium Mæcianum, Chryſoſtomum homil. in Matth. 56. p. 362. Sidonium lib. 4. epiſt. 24 Centeſima autem vſura fuit, quæ in nummos alienos ſingulos nummos ſingulis menſibus præſtaret; vſuræ quippe olim vt apud Græcos, ita & apud Romanos menſtruæ: vnde, vt eleganter Baſilius in Pſalmum 14. pag. 159. μῆνες τόκων πατέρες fuere. Si ad annos vt hodie compures, centeſima eſt quæ duodecim nummos in annum præſtat, quomodo & Plinius lib. 10. epiſt. 61. dicta hæc vſura Græcis τόκος ἐπὶ δραχμῇ, quòd drachma eſſet centeſima pars minæ. Conſtantinus d. l. 1. Cod. Theod. de vſuris, vſuram ad veterem centeſimæ rationem reuocauit: frugum verò vſuris modum impoſuit, quibus nullus ſatis certus poſitus hactenus fuerat. Vſuræ centeſimæ ratio aucta ſub Valentiniano Sen. ſub quo & auri æſtimatio aucta fuit, vide l. vnic de oblat. votor. Cod. Th. & l 13. de ſuſceptorib. & l. 2. C de veteris numiſmatis poteſt. Notandum d. legem primam vnico tantùm menſe ante Concilium Nicænum latam fuiſſe, cuius can. XVII. vſuræ centeſimæ, & ἡμιολίαι iuxtà clericis interdicuntur: vt clericorum αἰσχροκερδείᾳ modum imponerent Nicæni Patres, d. l. 1. de vſuris lata eſt anno 325. XV. Kal. Mai. Paulino & Iuliano Coſſ. Firmicus lib. 2. cap. XIV. *Numquam pecuniæ fœnus exerceas, vel alienis neceſſitatibus miſerum tibi pecunia conferatur augmentum* Vide Chryſoſtomum homilia in Matthæum 6. pag 35. & 56. p. 362. Baſilium homilia in Pſal. 14. p. 158. Nou. Iuſtin. 32. 33. 34.

Pag. 34. Can. ιη'. μὴ καθέζεσθαι ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων] Sic can. 124. ὅτι οὐ δεῖ διάκονον ἔμπροσθεν πρεσβυτέρου καθέζεσθαι, *Non oportet diaconum ante presbyterum ſedere.* Hieronymus epiſt. 85. *Audio quendam,* inquit, *ad tantam erupiſſe vecordiam, vt diaconos presbyteris, id eſt Epiſcopis anteferret: quid patitur menſarum & viduarum miniſter, vt ſupra eos tumidus ſe efferat, ad quorum preces Chriſti corpus & ſanguis conficitur.*

ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς] Auguſtinus hæreſi 44. *Paulianos baptiſandos eſſe in Eccleſia Catholica Nicæno Concilio conſtitutum eſt. vnde credendum eſt eos regulam baptiſmatis non tenere, quam ſecum multi hæretici, cùm de Catholica diſcederent, abſtulerunt, eámque cuſtodiunt.* Pag. 34. Can. ιθ'. Sanè Paulianiſtas ſiue Paulianos non baptiſaſſe in nomine Trinitatis conſtat, quia Chriſtum purum eſſe hominem credebant, & Trinitatem apertè negabant, vnde & δῆθεν Ἰουδαῖοι appellati ſunt. Epiphanius hæreſi 65. οὗτος δὲ τὸν ἰουδαϊσμὸν παρεισάγει πως, οὐδὲν πλεονέκτημα τῶν Ἰουδαίων κεκτημένοι, δῆθεν Ἰουδαῖοι καλούμενοι, καὶ Σαμοσατῖται. *Hi verò Iudaiſmum corrumpentes, nihil amplius Iudæis habentes ſecundi Iudæi vocabantur, & Samoſatitæ.* Nicetas in theſauro orthodoxæ fidei lib. 4. hæreſi 32. *Zenobia Syriam Phœniciámque regenti, cùm Paulus obſequi vellet, vt qua Iudaiſmum profiteretur, ipſe quoque vnum eſſe Deum docuit, qui Pater & Filius, & Spiritus Sanctus vnus idémque diceretur. vnus enim, inquit, Deus eſt & Filius eius in eo, quemadmodum in homine ſermo.* Idem tradit Epiphanius loco citato de eiuſdem hæreſi loquens, φάσκει δὲ οὗτος, θεὸν πατέρα, καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ἕνα θεόν. ἐν θεῷ δὲ ἀεὶ ὄντα τὸν αὐτοῦ λόγον, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, ὥσπερ ἐν ἀνθρώπου καρδίᾳ ὁ ἴδιος λόγος. *Aſſeruit autem hic, Deum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum vnum Deum eſſe: in Deo autem ſemper eſſe ipſius verbum & ſpiritum ipſius, quemadmodum in hominis corde eſt proprium verbum.* Paulianiſtæ autem ſiue Pauliciani, & Samoſatitæ appellati ſunt à Paulo Samoſateno Antiochiæ Epiſcopo, vt tradit Suidas in verbo Μάνης. Παῦλος δὲ ὁ σύγχρονος αὐτῷ ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης, ἐκ τούτου καὶ οἱ Παυλιανοί. Fuit & alius Paulus Samoſatenus Manichæorum hæreſeos inſtaurator, à quo Pauliciani, quos Balſamo perperam confundit cum Paulianiſtis. Cedrenus rectè, Παυλιανοὶ οἱ καὶ Μανιχαῖοι, μετονομασθέντες δὲ ἀντὶ Μανιχαίων Παυλικιανοὶ ἀπὸ Παύλου τινὸς Σαμοσατέως υἱοῦ γυναικὸς μανιχαίας Καλλινίκης τοὔνομα. Idem tradit Matthæus Blaſtares in ſynopſi, vbi apertè Paulianiſtas à Paulicianis diſtinguit. Hiſtoria miſcella in Nicephoro lib. 24. *Manichæorum verò, qui nunc Pauliciani dicuntur, amicus erat.* Paulicianorum hæreſim in Thracia propagatam fuiſſe ſub Conſtantino Copronymo, Theophanes author eſt, eámque à Michaële Imperatore damnatam teſtatur eadem Hiſtoria miſcella in eius vita: *Diuino ſanè zelo Imperator piiſſimus motus contra Manichæos, qui nunc Pauliciani dicuntur, capitalem animaduerſionem promulgauit.* ſed & Montaniſtæ baptizari iubentur c. 112.

ἄμεμπτον καὶ ἀνεπίληπτον χειροτονεῖσθαι] D. Paulus 1. ad Timoth. cap. 3. 2. δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι. Irenæus lib. 3. aduerſ. hæreſ. cap. 3. *Ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſiis.* & poſt pauca, *Valdè perfectos & irreprehenſibiles in omnibus eos volebant eſſe, quos & ſucceſſores relinquebant ſuum ipſorum locum magiſterij* Pag. 34.

tradentes, quibus emendatè agentibus fieret magna vtilitas, lapſis autem ſumma calamitas. & Iuſtinianus l. 41. C. de Epiſcop. & clericis: ἀκολουθοῦντες δὲ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, περὶ τοῦ ἀνεπιλήπτους ὀφείλειν χειροτονεῖσθαι τοὺς ἱερέας. *Inſiſtentes etiam doctrina ſanctorum Apoſtolorum de creandis irreprehenſibilibus ſacerdotibus.* & Nouel. 6. cap. 1. Θεσπίζομεν, τοὺς θείους διὰ πάντων ἑπομένους κανόνας, ἡνίκα τις ἐπὶ χειροτονίαν ἐπισκόπου ἄγοιτο, σκοπεῖσθαι πρότερον αὐτοῦ τὸν βίον, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον, εἰ σεμνός τε καὶ ἀκατάμεμπτος καὶ πανταχόθεν ἀνεπίληπτος εἴη. *Sancimus ſacros per omnia ſequentes canones, dum quiſpiam ad ordinationem Epiſcopatus adducitur, conſiderari priùs eius vitam, ſecundum ſanctum Apoſtolum, ſi honeſta & inculpabilis & vndique irreprehenſibilis ſit.*

Pag. 34. διακονισσῶν] Diaconiſſarum frequens mentio apud rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores. D. Paulus epiſt. ad Rom. cap. 16. 1. Phœben commendat quæ erat diaconiſſa Eccleſiæ Cenchreenſis, οὖσαν διάκονον τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας. & Ignatius epiſt. ad Antiochenſes ſalutat τὰς διακόνους. Plinius Iunior ad Traianum de Chriſtianis ſcribens, miniſtras vocat, lib. 10. epiſt. 97. *Quo magis neceſſarium credidi, ex duabus ancillis quæ miniſtræ dicebantur, quid eſſet veri & per tormenta quærere.* Theodoretus lib. 3. cap. 14. γυνὴ γάρ τις ἐπίσημος ἐν εὐσεβείᾳ, καὶ τὸ τῆς διακονίας ἠξιωμένη χαρίσματος. *Mulier quædam illuſtris ob pietatem, & diaconiſſa honore dignata.* & Sozomenus lib. 4. cap. 24. ſcribit Elpidium Satabenum Epiſcopatu exauthoratum, quòd Nectariam quandam ob iuſiurandum violatum communione interdictam, pœnitentia nondum peracta, ad diaconiſſæ dignitatem admiſiſſet. Νεκταρίαν δέ τινα, διὰ παραβάσεις συνθηκῶν καὶ ὅρκων ἀκοινώνητον γενομένην διακονίας ἠξίωσεν. ſic legendum διακονίας ex Nicephoro conſtat lib. 9. cap. 45. non διανοίας, vt perperam habet Græcus vulgatus codex. Epiphanius πρεσβυτίδας vocat hæreſi 79 & Laodicenum Concilium can. 115. huius codicis. De diaconiſſarum autem miniſterio vide annot. ad Canonem 193. huius codicis.

χειροθεσίαν] χειροθεσία hîc accipitur pro ordinatione ſeu conſecratione, non pro benedictione. Sic d. Canone 193. huius codicis & paſſim. Duplex enim olim fuit χειροθεσία, εὐλογίας videlicet & χειροτονίας, vt ait Tharaſius Patriarcha CP. Act. 1. Concil. Nicæni II. tom. 3. Concil. nec χειροθεσία ſemper fuit conſecrationis ſymbolum, ſed & orationis ſuper hominem, cui manus imponebantur. Impoſitionis manuum quæ ad ordinationem Epiſcoporum & presbyterorum pertinet, meminit D. Paulus 1. Tim. 4. 14. & cap. 5. 22. & Optatus Mileuitanus lib. 1. *In Donatum ſunt hæ ſententiæ latæ: quod confeſſus ſit ſe rebaptiſaſſe, & Epiſcopis lapſis manus impoſuiſſe, quod ab Eccleſia alienum eſt.* Hîc enim impoſitio manuum pro ordinatione ſumitur, quam iterari non debere veteres iudicarunt, adeò vt ſi Epiſcopis in hæreſim lapſis, vel ab hæreticis ordinatis, poſteáque pœnitentibus pax daretur impoſitione manuum, ſi in ſuo gradu manerent, non erant iterum ordinandi. vide quæ ſuprà annotauimus ad can. 8. Impoſitio verò manuum benedictionis adhiberi fuit ſolita, vt iam diximus, lapſis pœnitentibus, & redeuntibus ab hæreticis ad veram Eccleſiam. Cyprianus lib. 3. epiſt. 14. *Nam cùm in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam iuſto tempore, & ſecundùm diſciplinæ ordinem ad exomologeſim veniant, & per manus impoſitionem Epiſcopi & cleri ius communicationis accipiant.* Item baptiſatis. Hieronymus contra Luciferianos: *An neſcis*, inquit, *etiam Eccleſiarum hunc eſſe morem, vt baptiſatis poſteà manus imponantur, & ita inuocetur Spiritus ſanctus.* & Cyprianus epiſt. 73. ad Iubaianum: *Quod nunc quoque apud nos geritur, vt qui in Eccleſia baptiſantur, per præpoſitos Eccleſiæ offerantur, & per noſtram orationem ac manus impoſitionem Spiritum ſanctum conſequantur.* Omnem denique electionem cuiuſuis Eccleſiaſtici miniſtri per eiuſmodi manuum impoſitionem olim fieri conſueuiſſe dubium non eſt: nec enim diaconiſſæ, hypodiaconi, lectores, cæterique miniſtri ordinabantur, ſed tantùm ſuper eos fundebatur benedictio per orationem & impoſitionem manuum. vide annot. ad can. 115. infrà.

ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες, &c.] Vetus mos Chriſtianorum fuit, genibus flexis, ſeu de geniculis adorare, vt loquitur Tertullianus. Pag. 34. Can. κ'.
Euſebius lib. 5 cap. 5. de Chriſtianis agens qui in legionibus Romanis ſub M. Aurelio ſtipendia merebant, ita ſcribit: ἐν τῇ πρὸς τοὺς πολεμίους παρατάξει γόνυ θέντας ἐπὶ τὴν γῆν, κατὰ τὸ οἰκεῖον ἡμῖν τῶν εὐχῶν ἔθος, ἐπὶ τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκεσίας τραπέσθαι. *In procinctu in ipſáque acie, genu flexo in terram vſque, qui noſtrarum precationum proprius mos eſt, ad ſupplicandum Deo eſſe conuerſos.* Excipit autem hîc canon diem Dominicum & medium interuallum inter Paſcha & Pentecoſten, in quibus priſci ſtantes adorabant in memoriam Dominicæ reſurrectionis. Id teſtatur author quæſtionum ad orthodoxos, quæ Iuſtino tribuuntur, quæſt. 115. τὸ ἐν τῇ κυριακῇ μὴ κλίνειν γόνυ, σύμβολόν ἐστι τῆς ἀναστάσεως, δι' ἧς τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, τῶν τε ἁμαρτημάτων, καὶ τοῦ ὑπ' αὐτοῦ τεθανατωμένου θανάτου ἠλευθερώθημεν. *Non flectere autem genu die Dominico, reſurrectionis eſt ſymbolum, quâ Chriſti gratiâ & à peccatis, & à morte, quæ ab illo interfecta eſt, liberati ſumus.* & de Pentecoſte: ἐν ᾗ οὐ κλίνομεν γόνυ, ἐπειδὴ ἰσοδυναμεῖ τῇ ἡμέρᾳ τῆς κυριακῆς. *In qua genu non flectimus, quòd eodem loco habenda ſit, quo dominicus dies.* Tertullianus de coron. mil. cap. 3. *Die Dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. eadem immunitate à die Paſchæ in Pentecoſten vſque gaudemus.* & Hieronymus aduerſus Luciferianos: *Die Dominico & per omnem Pentecoſten nec de geniculis adorare, & ieiunium ſoluere, multáque quæ ſcripta non ſunt, rationabilis ſibi obſeruatio vindicauit.* Legimus tamen D. Paulum ipſo tempore quod interlabitur à Paſcha ad Pentecoſten in Tyri litore poſitis genibus adoraſſe, Act. Apoſt. cap. 21. 5.

Pag. 35. Can. κϛʹ. ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν] Diaconi olim panem & calicem miniſtrabant populo. Iuſtinus Martyr Apolog. 2. οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι, διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι. *Qui apud nos diaconi dicuntur, dant vnicuique eorum qui adſunt percipiendum panem & vinum & aquam, quæ cum gratiarum actione conſecrata ſunt, & ad eos qui abſunt perferunt.* Cyprianus ſerm. 5. de lapſis, *Vbi ſolemnibus adimpletis calicem offerre diaconus præſentibus cœpit.*

κηρύττειν] Socrates lib. 6. cap. 11. de Athanaſio loquens: καὶ προστάξας διακόνῳ κηρύξαι εὐχήν, *præcepit diacono vt orationem prædicaret.* hinc illæ frequentes diaconorum acclamationes in Græcorum liturgiis: εὔξασθε οἱ κατηχούμενοι. οἱ πιστοὶ ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων δεηθῶμεν. ὅσοι κατηχούμενοι προσέλθετε. item τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. Chryſoſtomus in epiſt. ad Hebr. cap. 9. hom. 17. ὁ διάκονος ὑψηλὸς ἑστὼς μεγάλῃ τῇ φωνῇ, φρικτῇ τῇ βοῇ κεχρημένος, ὥσπερ τις κῆρυξ τὴν χεῖρα αἴρων εἰς τὸ ὕψος, τοὺς μὲν καλεῖ, τοὺς δὲ ἀπείργει, τοὺς μὲν ἐκβάλλει, τοὺς δὲ εἰσάγει. *Diaconus in altiori loco ſtans magna voce, terribili clamore, veluti quidam præco, manus ſuſtollens in altum, alios quidem vocat, alios autem prohibet, alios excludit, alios introducit.* Hinc planum eſt, verbum κηρύττειν, quod ſacerdotibus attributum ὁμιλεῖν & εὐαγγελίζεσθαι ſignificat, in diaconis illud miniſterium declarare, quo, dato Orarij ſigno, actionum ſacrarum ritus & ordinem moderabantur. Id teſtatur Matthæus Blaſtares in ſynopſi Græcorum Conciliorum nondum edita, his verbis: ὠράριον φοροῦντες διάκονοι τοῖς ἱερεῦσιν παρεστάμενοι, καὶ τὰς τῆς ἱερᾶς τελετῆς ἐπιτηροῦντες εὐχάς, καὶ τῷ ὠραρίῳ τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι σημαίνοντες διακόνοις τὸν καιρὸν ἐν ᾧ κλίνειν ὀφείλουσι γόνατα ἐκφωνοῦσιν τῶν τε κατηχουμένων καὶ τῶν πιστῶν. *Diaconi qui orarium geſtant, ſacerdotibus aſſiſtentes & ſacri officij orationes obſeruantes, per orarium eis qui ſunt in ambone diaconis ſignificant, quando oporteat vel ad catechumenos vel ad fideles orationem flectere.* Sic in Iudæorum ſynagogis, legem è pulpito recitanti aderat aliquis manu ſudarium tenens, qui populo ſignum daret vt amen diceret, vt ex Rabbinis doctiſſimus Caſaubonus in notis ad Vopiſcum obſeruauit. de Orario vide annotat. ad canonem 126. infrà.

Can κγʹ. βρῶμα τι περὶ ἀνάγκην δεξάμενος] Gregorius Thaumaturgus Epiſcopus Neocæſarienſis in epiſt. canonica, quæ apud Zonaram & Balſamonem extat: οὐ τὰ βρώματα ἡμᾶς βαρεῖ, εἰ ἔφαγον αἰχμάλωτοι ταῦτα, ἅπερ παρετίθεσαν αὐτοῖς οἱ κρατοῦντες αὐτῶν. *Non cibi nos grauant, ſi captiui ea comederint, quæ qui in eos dominium obtinent, eis appoſuerunt.*

Pag. 36. Can. λεʹ. ὑποπεσόντες] Olim in Eccleſia plures erant animaduerſionis gradus, προσκλαυσις videlicet, ἀκρόασις, ὑπόπτωσις, & σύστασις. Omnium iſtorum meminit Gregorius Thaumaturgus d. epiſt. can. 11. & Baſilius in epiſtola canonica 3. ad Amphilochium can. 58. ὁ μοιχεύσας, πεντεκαίδεκα ἔτεσιν. τέσσαρα μὲν ἔτη, προσκλαίων· πέντε δὲ, ἀκροώμενος. τέσσαρα, ὑποπίπτων· καὶ ἔτι, συνεστώς. *Qui adulterium commiſit, annis quindecim: quatuor quidem annis, plorans; quinque verò, audiens: quatuor, ſuccumbens; & vno, ſtans.* Eſt autem προσκλαυσις, cùm quis admiſſo peccato extra Eccleſiam ſtans, cum luctu & lacrymis eos qui ingrediuntur orat vt pro ſe miſericordiam Dei elicerent. Græcus ſcholiaſtes Harmenopuli in epitome canonum ſect. 5. tit. 3. προσκλαίων, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενος, καὶ τῶν εἰσιόντων δεόμενος, ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι. *Plorans, hoc eſt, ſtans extra Eccleſiam, & ingredientes orans, vt pro ſe preces fundant.* Hinc eleganter Tertullianus dixit, *Fratribus legationes deprecationis ſuæ iniungere.* & Cyprianus lib. 4. epiſt. 2. *Pœnitentiæ deprecationis errorem priſtinum confiteri.* προσκλαύσεως exemplum extat apud Euſebium lib. 5. cap. 28. vbi de Natali quodam agitur, μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ δακρύων προσέπεσε Ζεφυρίνῳ τῷ ἐπισκόπῳ, κυλιόμενος ὑπὸ τοὺς πόδας, οὐ μόνον τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, ἀλλὰ καὶ τῶν λαϊκῶν. συγχέαι τε τοῖς δάκρυσι τὴν εὐσπλαγχνίαν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ ἐλεήμονος Χριστοῦ. hoc eſt, interprete Ruffino, *Multis lacrymis, errorem ſuum deflens ante pedes Zephyrini Epiſcopi proſternit, & veſtigiis omnium, non modo clericorum, ſed etiam laicorum, multa cum lamentatione prouolutus, in lacrymas & miſerationes omnem prouocauit Eccleſiam, vt indulgentiam ſibi à Chriſto continuis & iugibus pro ipſo precibus implorarent.* & Syneſius epiſt. 67. ad Theophilum Alexandrinum Epiſcopum: Λαμπωνιανόν, inquit, Ἰάσων εἶλεν ἀδικίας. ὁ δὲ φθάσας ὁμολογίᾳ τὸν ἔλεγχον, ἔχει τὴν δίκην, ἐκκλησιαστικῶν εἰσόδων εἰργόμενος· καίτοι καὶ δάκρυον ἐκ μετανοίας ἀφῆκε, καὶ δῆμος ἱκέτης αὐτοῦ γέγονε. πλὴν ἐγὼ τοῖς δεδογμένοις ἐνεμμένησα. τὴν δὲ λύσιν τὴν αὐθεντίαν εἰς τὴν ἱερατικὴν καθέδραν ἀνέπεμψα. *Lamponianum Iaſon reum fecit iniuriarum, iſte autem præueniens confeſſione probationem, pœnam fert, prohibitus Eccleſiaſtica communione, quamquam emiſit lacrymas ex pœnitentia, & populus ſupplex illius pœnam deprecatus ſit. verùm ego manſi in his quæ decreta fuerant: ſoluendi autem auctoritatem ad ſacram ſedem remiſi.* ἀκρόασις autem eſt, cùm quis extra Eccleſiam ſtans, diuinas ſcripturas audit vſque ad lectionem ſancti Euangelij. Scholiaſtes Græcus loco citato, ἡ ἀκροωμένου ἐκτὸς ἱσταμένου τῆς ἐκκλησίας, μέχρι τῆς ἀναγνώσεως τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου. Item, ἀκροώμενος, ἤγουν ἔξω ἱστάμενος ἐν τῷ νάρθηκι. *Audiens, hoc eſt ſtans foris in narthece*, hoc eſt, prodromo ſiue porticu templi. vide annot. ad can. 50. infrà. ὑπόπτωσις, cùm quis intra Eccleſiæ ſepta poſt ſuggeſtum ſtat, & cum catechumenis egreditur. Idem Scholiaſtes: ὑποπίπτων, ἤγουν ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενος, ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξερχόμενος μετὰ τῶν κατηχουμένων. *Succumbens, hoc eſt ſtans intra Eccleſiam, poſt ſuggeſtum & cum catechumenis exiens.* συστάσεως meminit canon 45. huius codicis. eſt autem σύστασις, cùm quis cum fidelibus orat, necdum tamen ad ſacramenta admittitur. συνεστὼς, ait idem Scholiaſtes, ἤγουν τοῖς πιστοῖς συνευχόμενος, τῶν ἁγιασμάτων μήπω ἀξιούμενος.

Χωρεπισκόπεις μὴ ἐξεῖναι &c.] Id confirmat can. 98. huius codicis, & Damaſus P. R. in epiſtola ad Epiſcopos Numidiæ tom. 1. Concil. Pag. 37. Can. λγʹ.
Chorepiſcopis, inquit, *non liceat ſacerdotes con-*

Digitized by Google

ſecrare nec diaconos. Leo I. P. R. epiſt. 88. ad Epiſcopos Galliæ & Germaniæ de Chorepiſcopis loquens: *Nam quamuis*, inquit, *cum Epiſcopis plurima illis miniſteriorum communis ſit diſpenſatio, quædam tamen Eccleſiaſticis regulis ſibi prohibita nouerint, ſicut presbyterorum & diaconorum conſecratio.* Chorepiſcopi autem dicuntur qui in regionibus, agris aut pagis præpoſiti, officio Epiſcopi fungerentur, veluti Vicarij Epiſcopi. Horum frequens mentio eſt apud ſcriptores Eccleſiaſticos, & in ſubſcriptionibus Conciliorum.

Pag. 37. Can. λι΄. κυριακόν] Dominicum pro templo ſeu Eccleſia hîc accipitur. Sic can. 50. 58. & 132. huius codicis. & in edicto Maximini pro Chriſtianis, cuius exemplum extat apud Euſebium lib. 9. cap. 10. καὶ τὰ κυριακὰ δὲ οἰκεῖα ὅπως κατασκευάζοιεν, συγχωρεῖται. *Quin & Dominica ſua extruere conceduntur.* & in vita Conſtantini: *Templa*, inquit, *quæ erant Deo conſecrata, Domini nomen obtinuerunt, quod nomen non ex hominibus, ſed ex ipſo omnium Domino illis fuit impoſitum, & propterea Dominica ſunt appellata.* Sic apud Ruffinum lib. 1. Hiſt. Eccl. cap. 3. Eadem notione Cyprianus Dominicum dixit, ſerm. de eleemoſyna: *Locuples & diues Dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino non reſpicis, quæ in Dominicum ſine ſacrificio venis.*

Pag. 38. Can. λα΄. πρεσβυτέριον] Preſbyterium hîc accipitur pro conſeſſu preſbyterorum, cui præerat Epiſcopus. ſic in epiſt. 1. ad Timoth. cap. 4. 14. μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου. *Ne negligito donum quod in te eſt, quod datum eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum preſbyterij.* Ignatius in epiſt. ad Antiochenſes ſalutat τὸ ἅγιον πρεσβυτέριον, & ἱερὸν σύστημα. & in epiſt. ad Trallianos quid ſit preſbyterium indicat his verbis: τί δὲ πρεσβυτέριόν ἐστιν ἀλλ' ἢ σύστημα ἱερὸν συμβούλων καὶ συνεδρευτῶν τοῦ ἐπισκόπου. *Quid verò eſt preſbyterium, niſi cœtus ſacer, conſiliarij & conſeſſores Epiſcopi?* Cornelius vrbis Romæ Epiſcopus apud Cyprianum lib. 3. epiſt. 11. *Omni actu*, inquit, *ad me perlato placuit contrahi preſbyterium.* Pius I. P. R. hoc nomen Latinè exprimens, Senatum dixit, in epiſt. ad Iuſtum Viennenſem Epiſcopum tom. 1. Concil. *Salutatte*, inquit, *Senatus pauper Chriſti apud Romam conſtitutus.* & Hieronymus epiſt. ad Ruſticum, *Eccleſia habet Senatum, cœtum preſbyterorum.*

Can. λϑ΄. εἰς ἀδελφάς] Honorius & Theodoſius Impp. l. 19. C. de Epiſc. & cler. *Eum qui probabilem ſeculo diſciplinam agit, decolorari conſortio ſororiæ appellationis non decet.* Ita ſolebant quidam clerici propudia ſua, ſorores appellare, & ſub hoc pietatis nomine vitia ſua obtegere. vt non malè in eos iactaretur illud Martialis,

Quare non habeat Fabulla quaris
Vxorem, Themiſon, habet ſororem.

Sic & ea notione fratrum appellatio. Interpres Lycophronis: τὰς ἑταίρας ἀδελφὰς καὶ ἐρωτικῶς ποιοῦσιν· καὶ γὰρ ἐρῶντες φιλεταίρως, λέγουσιν ἀδελφέ μου, ὁ συγγενὴς μού ἐστι. Et Martialis:

O quàm blandus es Amiane matri!
Quàm blanda eſt tibi mater Amiane!
Fratrem te vocat, & ſoror vocatur.
Cur vos nomina nequiora tangunt?
Luſum creditis hoc iocúmque.

Iuſtinian. Imp nou. 6 cap. 6. βουλόμεθα δὲ καὶ αὐτὰς τὰς ἐπὶ τὴν χειροτονίαν ἐρχομένας διακονίσσας, εἴτε ἐκ χηρείας εἴτε ἐκ παρθενίας, μὴ τινας συνοίκους ἔχειν, ἐν τάξει δῆθεν ἀδελφῶν ἢ συγγενῶν, ἢ τῶν καλουμένων ἀγαπητῶν, (τοῖς γὰρ τοιούτοις ὀνόμασι χρώμεναι, πονηρᾶς ὑποψίας τὸν ἑαυτῶν πληροῦσι βίον) ἀλλ' ἢ καθ' ἑαυτὰς οἰκεῖν, ἢ γονεῦσι μόνοις, καὶ παισίν, ἢ τοῖς ἀληθείᾳ ἀδελφοῖς ὁ βίος συνεῖναι. *Volumus autem, & ipſas quæ ad ordinationem perducuntur diaconiſſas, ſiue ex viduitate, ſiue ex virginitate, non cum aliquo cohærentes aut cognatorum, aut eorum quos appellant dilectos (talibus enim nominibus vtentes maligna ſuſpicione ſuam replent vitam) ſed aut ſolæ habitant, aut cum parentibus ſolis & filiis, aut verè fratribus.* Huiuſmodi erant συνείσακτοι & ἀγαπηταί, hoc eſt virgines, quæ, vt ait Hieronymus in epiſt. ad Ocean. à caritate nomen trahentes quaſi ſpirituali amore coniunctæ, ſic dicebantur ab illis penes quos habitabant Eccleſiaſticis, quorum ſine nuptiis ſub alio nomine vxores erant, concubinæ, meretrices. vide annot. ad can. 3. ſuprà.

Can. μα΄. ἀναιρεσιῶν τὰ γενόμενα] Tertullianus in Apologet. *Nobis homicidio ſemel interdicto, etiam conceptum vtero, dum adhuc ſanguis in hominem delibatur, diſſoluere non licet. homicidij feſtinatio eſt, prohibere naſci: nec refert natam quis eripiat animam, an naſcentium diſturbet. homo eſt, & qui eſt futurus: & fructus hominis iam in ſemine eſt.*

φθόρια] Abortionis medicamenta, ſeu abortum facientia. Minutius in Octauio: *Sunt quæ in ipſis viſceribus, medicaminibus epotis originem futuri hominis extinguant, & parricidium faciant antequam pariant.* Athenagoras ἀμβλωθρίδια vocat, in Apologia pro Chriſtianis, οἵ γε, inquit, τὰς ἀμβλωθρίδιοις χρωμένας, ἀνδροφονεῖν φαμέν, πῶς ἂν ἀνδροφονοῖμεν λέγε; *Qui mulieres medicamentis abortiuis vtentes, hominem occidere dicimus, qua ratione homines (iam natos & perfectos) nos iugulabimus?* & Synodus ſexta in Trullo can. 91. τὰς τὰ ἀμβλωθρίδια διδούσας φάρμακα, καὶ τὰς δεχομένας τὰ ἐμβρυοκτόνα δηλητήρια, τῷ τοῦ φονέως ἐπιτιμίῳ διαβάλλομεν. *Eas quæ dant medicamenta partum abigentia, & quæ fœtus necantia venena accipiunt, homicidij pœna ſubiicimus.* Suidas ἀμβλωθρίδιον, ἐκβόλιον φάρμακον vocat.

Pag. 39. Can. μϐ΄. συνεισάκτους] Vide annot. ad can. 25. ſuprà.

Can. μγ΄. ὑπὸ τῆς χάριτος ἐρρύσθη] Gratia ſeruatus, id eſt diuino beneficio potiùs quàm propoſito, & animi deſtinatione. Id etiam profani ſcriptores de fato & vi numinum vſurparunt. Sic Plato lib. 9. de legibus, quo loco pœnam eius qui cùm hominem vellet occidere vulnerauerit tantùm, mitigandam hac ratione cenſet, quòd dæmonis beneficio potiùs habenda ſit gratia, qui & illum mortis periculo, & hunc imminentis ſupplicij grauitate liberarit ſic IC. l. 32. ff. ad leg. Iul. de adult. *Licèt interempto adultero mulier ſuperuixerit, poſt tam grauia vulnera, quæ ei pater inflixerat, magis fato quàm voluntate eius ſeruata eſt.* vide Fornerium lib. 6. rer. quot. cap. 9.

Pag. 39. Can. ι'. ἐὰν γόνυ κλίνων] Hunc canonem explicat Balſamo, & Græcus ſcholiaſtes Harmenopuli in epitome canonum ſect. 5. tit. 3. his verbis: δύο τῶν κατηχουμένων, inquit, ἦσαν τάξεις. ἡ μὲν, τῶν γόνυ κλινόντων, ἡ τελειοτέρα· ἡ δὲ, τῶν ἀκροωμένων ἡ ἀτελεστέρα· λέγει γοῦν, εἰ τῶν γόνυ κλινόντων εἴη, καὶ ἁμαρτάνει, παυσάμενος τοῦ ἁμαρτάνειν, γενέσθω τῶν ἀκροωμένων· εἰ δὲ τῶν ἀκροωμένων, ἔξω ἔστω τῆς ἐκκλησίας. καὶ οἱ ἀκροώμενοι γὰρ, ἐκτὸς ἵσταντο τῆς ἐκκλησίας, μέχρι τῆς ἀναγνώσεως τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου. *Duo catechumenorum ordines erant. vnus eorum, qui genu flectebant, perfectior ſcilicet: alter imperfectior eorum qui audiebant. dicit ergo, ſi ſit ex ordine flectentium genu, & peccet, quod peccare deſinens, in ordinem audientium referri debeat. ſin ex audientibus ſit, conſiſtat extra Eccleſiam. Nam & audientes, extra Eccleſiam ſtabant vſque ad lectionem ſancti Euangelij.* vide annot. ad can. 14. & 25. ſuprà.

Pag. 40. Can. ιγ'. Concilium Eliberit. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem. *Quid facit apud te maritus, ſi vxor eius commiſit adulterium; habebitne illam? nuptias nec ſeparari vult Chriſtus prohibendo repudium; nec cum macula haberi, tunc permittendo diuortium.* Chryſoſtomus. *Sicut crudelis & iniquus eſt, qui caſtam dimittit vxorem: ſic fatuus impiúſque eſt, qui retinet meretricem.* Innocent. III. cap. qui vir. de adulter.

Pag. 40. Can. ιε'. πρεσβύτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν] Id confirmat Synodus VI. in Trullo, can. 14. & Agathenſis cao. 17. *Preſbyterum vel Epiſcopum ante trigeſimum annum, id eſt antequam ad viri perfecti ætatem perueniat, nullus ordinare præſumat.* Iuſtinianus Noucl. 123. cap. 13. triginta quinque annos requirit. Apud Iudæos in ordinandis ſiue initiandis ſacerdotibus ætas triginta annorum definita eſt. s. Num. cap. 4. 3. & s. Chron. cap. 23. 3. *A nato triginta annos & deinceps vſque ad natum quinquaginta annos*, ſic habet editio Hebraïca, & Chaldaïca paraphraſis. Græca verò editio LXX. quam ſequutus eſt Philo Helleniſta Alexandrinus, in libro cuius eſt titulus, de eo quod deterius potiori inſidiari ſoleat. & Theodoretus quæſt. 13. in Numer. ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν καὶ ἐπάνω, ἕως πεντήκοντα ἐτῶν. *A viginti quinque annis & ſuprà ad quinquaginta annos.* Sed temeratus eſt ille locus, atque omnino pro εἴκοσι πέντε, legeodum eſt τριάκοντα, vt iam docti viri obſeruarunt. Hieronymus in epiſt. ad Theophilum Alexand. aduerſ. errorem Ioannis Hieroſolym. *Recordetur legis antiquæ, & poſt 25. annos à Leuitica tribu, eligi in ſacerdotium peruidebit. aut ſi in hoc teſtimonio ſolo Hebraicam ſequitur veritatem, nouerit 30. annorum fieri ſacerdotem.* Poſtea viginti annorum numerus à Dauide præſcriptus eſt. Quum enim animaduetteret filios Leui tam ſacerdotes quàm leuitas propter multitudinem ſacrificiorum quotidie augeſcentem, non poſſe functionibus templi ſupereſſe, ſi trigeſimus annus in illis expectandus eſſet, quòd plures eſſent infra ætatem illam, legem annalem ſacerdotum breuiori gyro contraxit, eámque vigeſimo anno definiuit, vt teſtatur 1. Chron. cap. 23. 27. *In actis Dauidis poſterioribus numerus Leuitarum fuit, horum nempe à nato viginti annos, & deinceps.* & 1. Chron. cap. 31. 17. & Eſdræ cap. 3. 8. *Conſtituerunt Leuitas à nato viginti annos & deinceps, vt præeſſent operi domus Dei.* Sed nec vſque adeò de ætate ſolicitos fuiſſe Apoſtolos, ſi cætera conuenirent, vel inde colligere licet, quòd iuuenis fuerit Timotheus, nec voluerit Paulus Apoſtolus iuuenilem eius ætatem contemni, 1. ad Timoth. cap. 4. 12. μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω. & Ignatius ad Magneſianos: καὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ καταφρονεῖν τῆς ἡλικίας τοῦ ἐπισκόπου. *Vos quoque decet non contemnere ætatem Epiſcopi.* ſic Eleutherius, propter inſignem virtutem & pietatem, vigeſimum tantùm annum agens, Illyrici Epiſcopus ordinatus eſt, vt refert Nicephorus lib. 3. Hiſt. Eccl. cap. 29.

Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει] D. Lucas cap. 3. 23. de baptiſmo Chriſti loquens, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος. *Ipſe autem Ieſus erat quaſi triginta annorum incipiens.* Hæc autem dictio ὡσεὶ duplicis eſt notionis, eâque Græci vtuntur nunc affirmanter nunc dubitanter. Ac priori quidem notione accipienda eſt d. cap. 3. & Ioan. cap. 1. 14. ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. *Spectauimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre.* vbi μονογενοῦς affirmanter vocat, vt de eo dubitari minimè debeat. Huic ſententiæ adſtipulatur Ignatius epiſtola ad Trallianos: καὶ τριάκοντα δὲ, inquit, ἐτῶν πολιτευσάμενος ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου. *Et annos agens triginta baptiſatus eſt à Ioanne.* Idem tradit Chryſoſtomus & Euthymius in Matth. cap. 3. Auctor ſermonis de ieiunio qui Cypriano tribuitur: *Anno trigeſimo carnis aſſumptæ baptiſato Domino.* Hieronymus in epiſt. ad Theophilum Alexand. Epiſcop. aduerſus errorem Io. Hieroſolym. de ætate cuiuſque preſbyteri loquens: *Cùm ad 30. annorum ſpatia iam peruenerit, puto eam in hoc non eſſe reprehendendam, quæ iuxta myſterium aſſumpti hominis in Chriſto perfecta eſt.* & Bernardus ſerm. 4. de Epiph. *Iam triginta annorum ad baptiſmum ipſe perrexit.* Diſcrepat Irenæus lib. 2. cap. 39. *Ad baptiſmum*, inquit, *venit qui nondum triginta annos ſuppleuerat, ſed qui incipiebat eſſe tanquam triginta annorum.* & Epiphanius hæreſi 51. ἦν γὰρ τῷ μὲν ὄντι εἰκοσιεννέα ἐτῶν, καὶ μηνῶν δέκα, ὅτε ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἧκε, τριάκοντα μὲν ἐτῶν, ἀλλ' οὐ πλήρης. *Erat enim reuera annorum viginti nouem, & menſium decem, quando ad baptiſmum venit, triginta quidem annorum, ſed non plenus.* Adde quæ de ea re illuſtriſſimus Scaliger olim obſeruauit lib. 6. de emendat. temp. Certè ætas triginta annorum ſolidæ ac perfectæ prudentiæ eſt, & maiore tam animi quàm corporis robore prædita: eámque rationem reddit Euthymius loco citato, quare poſt trigeſimum ann. Chriſtus ad baptiſmum venerit. Sic can. 17. Concilij Agathenſis, perfecti viri ætas dicitur. & perfecta ætas in legibus Wiſigothorum lib. 10. tit. 1. ætas legitima, Theophilo lib. 5. inſtit. tit. de libert. §. 4. ἔννομος, inquit, ἡλικία, ἡ ὑπὲρ τῶν λ' ἐνιαυτῶν. *Legitima ætas eſt, quæ*

trigeſimum annum excedit : quia ſcilicet eam ætatem in manumiſſo olim deſideraret lex Ælia Sentia, quâ cautum refert Vlpianus in frag. tit. 1. *vt minorem* XXX. *annorum ſeruum manumittere non liceret.*

Can. λζ. ἐὰν νοσῶν τις φωτισθῇ] Cornelius vrbis Romæ Epiſcopus in epiſtola ad Fabium Antiochenum, quæ apud Euſebium extat lib. 6. cap. 43. de Nouato loquens : καταλιπὼν γὰρ, inquit, τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ ἐν ᾗ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλῆρον, ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν. ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐν κλίνῃ διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλῆρόν τινα γίνεσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι. *Eccleſiam Dei reliquit, in qua poſt fidem receptam presbyterij honore donatus fuit, fauore Epiſcopi qui manus illi ad ſortem presbyterij impoſuit. qui quidem Epiſcopus ab omni clero, ſed etiam à multis laicis vetitus (quoniam minimè licebat quemquam in lecto propter morbum baptiſatum, ſicut huic contigerat, in clerum aſſumi) petiit vt hunc ſolum ordinare permitteretur.* De baptiſatis in ægritudine meminit etiam can. 151. huius codicis & can. 48. collectionis Africanæ. Cyprianus lib. 4. epiſt. 7. qui & huiuſmodi clinicos appellatos fuiſſe tradit. Erant autem clinicorum duo genera. Alij, qui fidem quidem Chriſtianam amplexi, necdum tamen baptiſati, ſi in morbos inciderent, in ipſa ægritudine, καὶ ἐν τῇ κλίνῃ, in lecto decumbentes baptiſabantur. Horum meminit Epiphanius hæreſi 28. οἱ μέλλοντες τελευτᾷν, inquit, ἐὰν ὦσι κατηχούμενοι, πρὸ τῆς τελευτῆς λουτροῦ καταξιοῦνται, *morti vicini, ſi fuerint catechumeni, ante mortem lauacro digni ſunt.* Sic Prætorem Arinthæum in ipſo vitæ exitu regenerationis lauacrum accepiſſe memorat Baſilius epiſt. 5. Alij verò, qui profeſſione Chriſtiani, & pietatis doctrina inſtructi, ad extremum vſque ætatis, baptiſmum conſultò protendebant, ſimul & baptiſari & mori volentes, ne poſt illum acceptum rurſus peccarent : peruulgato quippe illis temporibus errore decepti, exiſtimabant à peracto baptiſmo vitam immunem ab omni lapſu requiri, nec vllam delinquentibus expiationem aliam deinceps reliquam eſſe. cui opinioni cauſam dedit malè intellectus D. Pauli locus ad Hebræos cap. 6. 4. quo etiam Nouatiani abutentes lapſis omnino veniam denegabant. ſic Conſtantinus Imp. extremo vitæ ſuæ tempore, ab Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo baptizatus eſt, vt præter Euſebium lib. 4. de eius vita cap. 62. alij etiam Eccleſiaſtici ſcriptores tradiderunt, Socrat. lib. 1. cap. 26. Theodor. lib. 1. cap. 32. Sozom. lib. 2. cap. 34. Hieronymus in Chronico. & Niceph. lib. 8. cap. 54. Conſtantius etiam moriens voluit baptiſari ἀποθνήσκων ἠξίωσε βαπτίζεσθαι, vt docet Athanaſius de ſynodis Arimini & Seleuciæ. Idem de Theodoſio Magno tradit Ambroſius in orat. de eius obitu, & Socrates lib. 5. cap. 6. Hunc verò clinicorum morem, & in ſuſcipiendo baptiſmo dilationem, acriter reprehenderunt orthodoxi Patres. Tertullianus lib. de pœnit. *Omne præterea*, inquit, *cunctationis & tergiuerſationis erga pœnitentiam vitium, præſumptio intinctionis importat. certi enim indubitatæ veniæ delictorum, medium tempus interim furantur, & commeatum ſibi faciunt delinquendi.* Gregor. Nazianzenus orat. in ſanctum baptiſma, *Baptiſemur hodie, ne cras vi aliqua maiore cogamur. ne beneficium tanquam iniuriam prorogemus, nec expectemus vt plura peccata congeramus, quo plura nobis condonentur : nec grauiori onere premamur quàm vires noſtræ ferre queant, ne vnà cum naui aquis obruamur, ac baptiſmi gratiam naufragio amittamus, ac dum plura ſpe atque animo concipimus, omnia perdamus*, &c. De clinicis etiam quidam accipiunt illud D. Pauli 1. Corinth. cap. 15. 29. τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, *quid facient ij qui baptiſantur pro mortuis ?* Hoc eſt, vt ipſi putant, qui tanquam mortui ſiue moribundi baptiſantur. Ego verò, ſaluo meliore iudicio, illud intelligendum puto, de iis qui, peruerſo quorundam hæreticorum more, vice mortuorum baptiſabantur. Hunc morem indicat Epiphanius de Cerinthianis loquens hæreſi 28. καὶ τι παραδόσεως πρᾶγμα ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὡς τινὰς μὲν παρ' αὐτοῖς προφθασάντων τελευτῆσαι ἄνευ βαπτίσματος, ἄλλους δὲ ἀντ' αὐτῶν εἰς ὄνομα ἐκείνων βαπτίζεσθαι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐν τῇ ἀναστάσει ἀναστάντας αὐτοὺς δίκην δοῦναι τιμωρίας, βάπτισμα μὴ εἰληφότας. *Ex traditione res quædam ad nos deuenit, quòd quidam apud ipſos de vita deceſſerunt, morte præoccupati citra baptiſma, alij verò pro ipſis in nomen ipſorum baptiſentur, ne vbi reſurrexerint, illi in reſurrectione pœnas dent, eo quòd non acceperint baptiſma.* Id etiam Marcionitæ poſtea factitarunt, exemplum fortè à Cerinthianis mutuati : ſic enim de iis Chryſoſtomus in epiſt. 1. ad Corinth. cap. 15. Homil. 40. ἐπειδὰν γάρ τις κατηχούμενος ἀπέλθῃ παρ' αὐτοῖς, τὸν ζῶντα ὑπὸ τὴν κλίνην τοῦ τελευτηκότος κρύψαντες, προσίασι τῷ νεκρῷ, καὶ διαλέγονται, καὶ πυνθάνονται εἰ βούλοιτο λαβεῖν τὸ βάπτισμα· εἶτα ἐκείνου μηδὲν ἀποκρινομένου, ὁ κεκρυμμένος κάτωθεν ἀντ' ἐκείνου φησὶν, ὅτι δὴ βούλοιτο βαπτισθῆναι, καὶ οὕτω βαπτίζουσιν αὐτὸν ἀντὶ τοῦ ἀπελθόντος. *Poſtquam catechumenus quiſpiam apud eos exceſſerit, ſub lecto mortui abſconſo aliquo qui viuit, accedunt ad mortuum, & alloquuntur & rogant velitne baptiſmum accipere? deinde illo nihil reſpondente, is qui eſt abſconſus inferius, pro illo dicit ſe velle baptizari : & ſic eum baptizant pro eo qui exceſſit.* Huiuſmodi Marcionitarum baptiſma, vicarium vocat Tertullianus lib. de reſurrect. carnis. *Si autem & baptiſantur quidam pro mortuis, videbis an ratione certa illa præſumptione hoc eos inſtituiſſe portendit, qua alij etiam carni vt vicarium baptiſma profuturum exiſtimarent ad ſpem reſurrectionis. quæ niſi corporalis, non alias ſic baptiſmate corporali obligaretur.* & lib. 5. aduerſ. Marcionem cap. 10. Ambroſius in 1. Corinth. cap. 15. Pauli locum explicans : *Exemplum*, inquit, *eorum ſubiicit qui tam ſecuri erant de futura reſurrectione, vt etiam pro mortuis baptiſarentur, ſi quem fortè mors præuenisſet, timentes ne aut malè, aut non reſurgeret, qui baptiſatus*

non ſuerat, viuus nomine mortui tingebatur.

Can. ιϛ'. διακόνους ἑπτὰ] Act. Apoſt. cap. 6. 3. & cap. 20. 8. Synodus VI. in Trullo can. 16. & Sozomenus lib. 7. Hiſt. Eccl. cap. 19. διάκονοι δὲ παρὰ Ῥωμαίοις εἰσέτι νῦν εἰ μὴ ἑπτὰ εἰσὶν ἑπτὰ, καθ' ὁμοιότητα τῶν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων χειροτονηθέντων· παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις διάφορος ὁ τούτων ἀριθμός. *Diaconi apud Romanos hactenus non plures ſunt quàm ſeptem, ad ſimilitudinem eorum qui ab Apoſtolis ordinati fuerant, apud alios verò numerus eorum promiſcuus eſt.*

Pag. 41. Can. ξα'. χωρὶς αἵματος καὶ εἰδωλοθύτου καὶ πνικτοῦ] Id ipſum ſtatutum legimus in Apoſtolica ſynodo prima, Act. Apoſt. cap. 15. 28. & cap. 21. 25. atque in Eccleſia diu obſeruatum fuiſſe teſtantur priſci rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores. Tertullianus in Apologetico cap. 9. *Erubeſcat error veſter Chriſtianis, qui ne animalium quidem ſanguinem in epulis eſculentis habemus, qui propterea quoque ſuffocatis & morticinis abſtinemus, ne quo ſanguine contaminemur, vel intra viſcera ſepulto.* Minutius in Octauio: *Nobis homicidium nec videre fas eſt, nec audire, tantùmque ab humano ſanguine cauemus, vt nec edulium pecorum in cibis ſanguinem nouerimus.* Id ipſum eſt quod in medijs cruciatibus olim à Biblyde reſponſum teſtatur Euſebius lib. 5. Hiſt. Eccl. cap. 1. & Niceph. lib 4. cap. 17. Ea quippe, cùm ob Chriſti confeſſionem in tormentis vrgeretur, vt aliquid aduerſus Chriſtianos vi coacta proderet, quaſi humanis carnibus veſcerentur, πῶς ἂν παιδία φάγοιεν οἱ τοιοῦτοι, οἷς μηδὲ ἀλόγων ζώων αἷμα φαγεῖν ἐξόν; *quomodo infantes ederent illi, quibus ne irrationabilium quidem pecudum ſanguine veſci licet?* Ad hoc Chriſtianorum inſtitutum alludere videtur Lucianus in Peregrino: παρανομήσας τι καὶ εἰς ἐκείνους, ὤφθη γάρ τι, ὡς οἶμαι, ἐσθίων, τῶν ἀπορρήτων αὐτοῖς. *Admiſſo neſcio quo flagitio aduerſus illos, ſiquidem viſus erat, vt opinor, aliquid ex interdictis comediſſe, &c.* Adde Clem Alexandr. lib. 3. pædag. cap. 3. & Leonem Imp Nouel. 58. περὶ τοῦ μηδένα τὸ αἷμα βρῶμα ποιεῖσθαι. *Ne ex ſanguine cibus conficiatur.*

Can. ξγ'. πρεσβυτέρου γεγαμηκότος] *Presbyteri coniugati.* Socrates lib 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 33. de Euſtathio in ipſa ſynodo Gangrenſi damnato loquens, ἐν οἴκοις τε γεγαμηκότων εὐχὰς ἐκέλευσε μὴ ποιεῖσθαι, καὶ πρεσβυτέρου γυναῖκα ἔχοντος, ἣν νόμῳ λαϊκὸς ὢν ἠγάγετο, τὴν εὐλογίαν καὶ τὴν κοινωνίαν, ὡς μύσος ἐκκλίνειν ἐκέλευσε. *In ædibus coniugatorum precationes fieri vetuit, & benedictionem & communionem presbyteri habentis vxorem, quam lege, cùm eſſet laïcus, duxiſſet, tanquam ſcelus declinandam præcepit.* & Balſamo ad hunc canonem: ὁ παρὼν κανὼν ἀναθεματίζει τοὺς μὴ ἀδιστάκτως μεταλαμβάνοντας ἀπὸ ἱερέων ἐχόντων γυναῖκας, hoc eſt interprete Gentiano Herueto, *Præſens Canon eos anathematiſat, qui non indiſtinctè communicant ſacris ſacerdotum qui habent vxores.* Fulgentius Ferrandus Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconus, in Breuiatione Canonum cap. 89. ex cod MS. Corbeienſi à viro doctiſſimo Franc. Chiffletio nuper editus: *Vt de oblatione presbyteri coniugati nullus audeat non communicare.* *Concilio Gangrenſi tit.* 4. vetus verſio quâ Iſidorus Mercator in ſua collectione Canonum vſus eſt, ſic habet, *De oblatione presbyteri coniugati. Si quis diſcernit presbyterum coniugatum, tanquam occaſione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo ſe abſtinet, anathema ſit.* Sic etiam antiquus interpres in Cod. MS Bibl. Thuanæ, *presbyterum coniugatum* vertit. perperam Dionyſius Exiguus, *qui vxorem habuit*, quod cum voce γεγαμηκότος minimè conuenit, ſed veriùs, *qui vxorem habet*, γυναῖκα ἔχοντος, vt Socrates & Balſamo rectè interpretati ſunt.

οἶκον τοῦ Θεοῦ] Hîc & can. 106. huius codicis, Can. ξδ'. domus Dei pro Eccleſia accipitur. ſic paſſim apud Eccleſiaſticos ſcriptores. Zeno Veronenſis ſerm. de Pſalm. 126. *Conuentus quidem Eccleſiarum, quos ad ſecretam ſacramentorum religionem ædificiorum ſepta concludunt, conſuetudo noſtra domum Dei ſolita eſt nuncupare.* vide animaduerſ. viri eruditiſſimi D. Heraldi ad Arnob. lib. 6.

ἀγάπας] Cœnæ Dominicæ tres olim erant Pag. 42. partes. ἄρτου κλάσις *fractio panis*, cuius memi- Can. ο'. nit D. Lucas Act. Apoſt. cap. 2. 42. & cap. 20. 7. vbi Syrus interpres ἄρτου κλάσιν Græcum vocabulo אוכרסתיא Euchariſtiam vertit: ſecunda pars ποτήριον τῆς εὐλογίας *poculum benedictionis*, cuius meminit D. Paulus 1. ad Corinth cap. 11. 16. tertia pars ἀγάπη, hoc eſt ſobrium conuiuium, à Chriſtianis poſt Euchariſtiam in Eccleſia celebrari ſolitum, & inopum refocillandorum causâ potiſſimùm excogitatum, cuius etiam plura teſtimonia extant apud priſcos rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores. Sed & in epiſt. Iudæ Apoſtoli cap. 1. 10. vbi quorundam impietatem perſtringit his verbis, οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, συνευωχούμενοι ὑμῖν, ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες. *Hi ſunt in agapis*, ſiue vt habet vetus interpres, *epulis veſtris maculæ, dum vobiſcum epulantur, ſine timore ſeipſos paſcentes.* Oecumenius in hunc locum: *Erant*, inquit, *eo tempore menſæ quæ parabantur, de quibus & Paulus epiſtola ad Corinthios loquitur, quas etiam* ἀγάπας *appellabant.* Illud verò publicum Eccleſiæ conuiuium eleganter deſcribit Tertullianus in Apologetico cap 39. *Cœna noſtra*, inquit, *de nomine rationem ſuam oſtendit. vocatur* ἀγάπη, *id quod dilectio penes Græcos eſt, quantiſcunque ſumptibus conſtet, lucrum eſt pietatis nomine facere ſumptum. Siquidem inopes quoſque refrigerio iſto iuuamus. ſi honeſta cauſa eſt conuiuij, reliquum ordinem diſciplinæ de cauſa æſtimate, qui ſit de religionis officio, nihil ſcurrilitatis, nihil immodeſtiæ admittitur, non priùs diſcumbitur quàm oratio ad Deum prægustetur, editur quantum eſurientes cupiunt, bibitur quantum pudicis vtile, &c.* & libro ad martyres Agapen fratrum vocat. Cyprianus lib. 3. contra Quirinum cap. 3. Agapen & dilectionem fratrum. Minutius in Octauio, *Conuiuia non tantùm pudica colimus, ſed & ſobria: nec enim indulgemus epulis, aut conuiuium mero ducimus, ſed grauitate hilaritatem temperamus.* De agape etiam ſine dubio intelligendum eſt

quod

quod Plinius Iunior de Chriſtianis ad Traianum ſcribens lib. 10. epiſt. 97. *Affirmabant*, inquit, *hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ vel erroris, quòd eſſent ſoliti ſtato die ante lucem conuenire, carménque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inuicem: ſéque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent. quibus peractis, morem ſibi diſcedendi fuiſſe: rurſúſque coeundi ad capiendum cibum. promiſcuum tamen & innoxium.* Hunc quoque in Eccleſia conuiuandi morem Chryſoſtomi ætate obſcuratum fuiſſe, planum eſt ex illius Homil. 27. in epiſt. ad Corinth. cap. 11. κοινὰς γάρ, inquit, ἐποιοῦντο τὰς τραπέζας ἐν ἡμέραις νενομισμέναις, ὡς εἰκός· καὶ τῆς συνάξεως ἀπαρτισθείσης, μετὰ τὴν τῶν μυστηρίων κοινωνίαν, ἐπὶ κοινὴν πάντες ᾔεσαν εὐωχίαν, τῶν μὲν πλουτούντων φερόντων τὰ ἐδέσματα, τῶν δὲ πενομένων, καὶ οὐδὲν ἐχόντων, ὑπ' αὐτῶν καλουμένων, καὶ κοινῇ πάντων ἑστιωμένων. *Statis diebus menſas faciebant communes: & peracta ſynaxi, poſt myſteriorum communionem, commune inibant conuiuium, diuitibus quidem cibos afferentibus. pauperibus autem, qui nihil habebant, etiam vocatis, & omnibus communiter veſcentibus.* Illis conuiuiis omnes promiſcuè accumbebant, nullo habito diſcrimine, omniúmque conuiuantium par fuit æqualitas, vt neque diues prior accumberet, neque pauper poſterior. quod cùm non obſeruarent Corinthij à D. Paulo reprehenduntur d. cap. 11. 21. De iis etiam Auguſtinus contra Fauſtum lib. 20. cap. 20. *Agape noſtra*, inquit, *pauperes paſcant ſiue frugibus, ſiue carnibus.* & paulò pòſt: *Quoniam plerumque in Agapibus etiam carnes pauperibus erogantur, miſericordiam Chriſtianorum ſimilem dicitis ſacrificiis paganorum.* Hæc verò antiquiſſima in Eccleſia conuiuandi ratio cùm paulatim ambitione diuitum, partim etiam multitudinis inſolentiâ in abuſum veniret, ea conuiuia in Eccleſiis exerceri prohibitum legimus can. 132. huius codicis, & Concil. Carthag. III. can. 30 Remanſit autem nomen in vſu Eccleſiaſtico, vt conuiuia quæ pauperibus & hoſpitibus reficiendis inſtruuntur, ἀγάπαι & charitates appellarentur, & à Dominica cœna ſeparari cœperunt, quam in Eccleſia tantum adminiſtrari fas erat. Priſcæ autem conſuetudinis veſtigia hodieque Græci ſeruare dicuntur, qui die reſurrectioni Dominicæ ſacro poſt ſacram myſteriorum communionem, allatis in Eccleſiam epulis communiter conuiuantur, carmen quoque ſolenne concinunt, quod his verbis conſtat: Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, θανάτῳ θάνατον πατήσας, καὶ τοῖς ἐν τοῖς μνήμασι ζωὴν χαρισάμενος. vt olim vir priſcæ antiquitatis Eccleſiaſticæ peritiſſimus G. Caſſander in liturgicis annotauit. Porrò Agape Chriſtianorum non multùm differt à ſacris Romanorum conuiuiis, quæ Chariſtia dicebantur, in quibus querelæ affinium & amicorum componebantur. Horum meminit poëta lib. 2. Faſt.

Proxima cognati dixêre Chariſtia chari.

& deſcribuntur à Valerio Maximo lib. 2. cap. 17. his verbis: *Conuiuium ſolenne*, inquit, *maiores inſtituerunt. idque Chariſtia appellauerunt, cui præter cognatos affines nemo interponebatur: vt ſiqua inter neceſſarias perſonas querela eſſet orta, apud ſacra menſa, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur.* omitto συσσίτια Cretenſium, & φιδίτια Lacedæmoniorum. de quibus videſis N. Cragium lib. 1. de republ. Lacedæm. cap. 9.

περιβόλαιον] Suidas: περιβόλαιόν ἐστι ἔνδυμα. *Peribolaum eſt indumentum*, ſeu *veſtimentum.* Pollux in Onomaſtico lib. 7 cap. 13. αἱ δὲ ἐφεστρίδες, καὶ ἀμπεχόναι, περιβόλαιά ἐστιν. *Exteriores veſtes, & quæ ſuperinduuntur, peribolaa ſunt.* Balſamo & Zonaras hîc περιβόλαιον vocant τὸ ἐπιβαλλόμενον τοῖς ἄλλοις, ἐπίβλημα, *amiculum*, ſeu, *veſtem quæ aliis ſuperponitur.* Hac etiam voce vſi ſunt LXX. Interpretes Pſalm. 101. & 103. & D. Paulus in epiſt. ad Hebr. cap. 1. & 1. ad Corinth cap 11. Pag. 42. Can. ϛά.

βήρους] Zonaras hîc βήρους Beros, τὰ σηρικὰ ὑφάσματα vocat *veſtes è ſerico contextas*, eæque honeſtiorum erant. Fuit & Birrus, ſiue Byrrus veſtis genus aliquantum vilioris. vide P. Pithœum lib. 2. aduerſ. ſubſeciu. cap 16.

μεταβάλλοιτο ἀμφίασμα] Promiſcuus veſtium vſus damnatur Deuteron. cap. 22. *Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte muliebri.* Huius legis meminit Philo Iudæus περὶ ἀνδρείας. Ioſephus lib. 4. Antiq. cap. vlt. & Cyprianus epiſt. 37. ad Eucratium. Can. ϛϐ́.

ἀποκείροιτο τὰς κόμας] D. Paulus in 1. ad Corinth. cap. 11. 6. αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι. *Turpe mulieri tonderi aut radi.* Refert Sozomenus lib. 7. Hiſt. Eccleſ. cap. 16. Theodoſium Imp. edicto cauiſſe τὰς γυναῖκας κειρομένας τὰς κεφαλὰς, ἀπελαύνεσθαι τῆς ἐκκλησίας· τοὺς δὲ ταύτας προσιεμένους ἐπισκόπους, ἀφαιρεῖσθαι τῆς ἐπισκοπῆς. *Mulieres quæ capas tonderent ab Eccleſiis eſſe expellendas, & Epiſcopos eas admittentes Epiſcopatibus priuandos.* Can. ϛγ́.

ὅρον τὸν ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ περὶ ἑορτῆς τοῦ πάσχα] Epiphanius hæreſi 69. de Patribus Nicænis loquens, ἅμα δὲ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ χρείᾳ τινὰς ἐθέσπισαν ἐν τῇ συνόδῳ ἐκκλησιαστικούς, ἅμα δὲ καὶ περὶ τοῦ πάσχα ὥρισαν μίαν ἕνωσιν καὶ ὁμόνοιαν τῆς ἁγίας θεοῦ καὶ πανεκρίτου ἡμέρας γενέσθαι. *Simul autem & in eadem ſynodo canones quoſdam p.ſuerunt Eccleſiaſticos, ſimilque de Paſchate decreuerunt vnam vnitatem ac conſenſum fieri.* & Sozomenus lib. 1. cap. 21. παυσαμένης δὲ τῆς ἐπὶ τῷ δόγματι ζητήσεως, ἔδοξε τῇ συνόδῳ καὶ τὴν πασχαλίαν ἑορτὴν ἅπαντας κατὰ τὸν αὐτὸν ἐπιτελεῖν καιρόν. *Controuerſia de fide ſublata, Concilio viſum eſt, vt omnes diem feſtam Paſchatis vno eodemque tempore celebrarent.* Pag. 43. Can. π́.

κανονικὰς ἐπιστολὰς] κανονικὰ γράμματα can. 145. huius codicis. Antiquiſſimus in Eccleſia canonicarum ſiue Eccleſiaſticarum epiſtolarum vſus. Has orthodoxi Epiſcopi tanquam fidei ſuæ teſſeras inuicem mittebant, vt earum commercio ſocietatem eiuſdem religionis, &, vt loquitur Tertullianus de præſcript. cap. 20. *communionem pacis & conteſſerationem hoſpitalitatis* oſtenderent. id teſtatur Concilij Antiocheni Pag. 45. Can. πζ́.

epiſtola ſynodica ad Dionyſium Romanum, & Maximum Alexandrinum Epiſcopos, quæ apud Euſebium extat lib. 7. Hiſt. Eccl. cap. 30. vbi de depoſitione Pauli Samoſateni, & Domni in eius locum ſubſtitutione agitur: ἐδηλώσαμέν τε ὑμῖν, ὅπως τούτῳ γράφητε, καὶ παρὰ τούτου τὰ κοινωνικὰ δέχησθε γράμματα. *Indicauimus autem vobis vt illi* Domno *ſcribatis, & ab eo literas communionis ſuſcipiatis.* Ac proinde vnitatem Eccleſiæ probari ſolitam tradit Optatus Mileuitanus lib. 2. *Nobis*, inquit, *totius orbis commercio formatarum in vna communionis ſocietate concordat.* & Auguſtinus epiſt. 162. *Vnde factum eſt, vt etiam ad nonnullos Donatiſtarum primarios ſcriberemus, non communicatorias literas, quas iam olim propter ſuam peruerſitatem ab vnitate Catholica quæ toto orbe diffuſa eſt, non accipiunt: ſed priuatas tantùm.* & epiſt. 163. de Eleuſio & ſociis eius loquens: *Hic primò aſſerere conatus eſt vbique terrarum eſſe communionem ſuam. quærebam vtrum epiſtolas communicatorias, quas formatas dicimus, poſſent, quò vellent dare, &c.* Porrò canonicarum ſiue formatarum epiſtolarum variæ erant ac diſtinctæ ſpecies & appellationes diuerſæ, quas paſſim in Conciliorum Actis & in vniuerſa hiſtoria Eccleſiaſtica obſeruare licet. Generaliter autem κανονικῶν ἐπιστολῶν appellatione, εἰρηνικαὶ & συστατικαὶ, pacificæ & commendatitiæ ſignificantur. Zonaras hîc, κανονικὰς ἐπιστολὰς τὰς συστατικὰς καὶ εἰρηνικὰς ὀνομάζει. & in can. 22. Concilij Laodiceni, τὰς ἐπιστολὰς, inquit, τὰς εἰρηνικάς τε καὶ συστατικὰς, κανονικὰ γράμματα ἐνταῦθα ὠνόμασεν, ὡς κατὰ κανόνα γινόμενα.

εἰρηνικὰς] εἰρηνικῶν etiam meminit can. 189. huius codicis. Harum duæ ſunt ſpecies, aliæ enim ſunt quæ & dimiſſoriæ dicuntur, quæ Epiſcopis à Metropolitanis, & Metropolitanis à Patriarchis dantur, quum ad Imperatorem vſu ſic exigente proficiſcuntur: aliæ verò quæ ab Epiſcopis dantur clericis qui proficiſci aliam in vrbem volunt, atque in eius clerum recipi. Dicuntur autem pacificæ quaſi pacis arbitræ. Zonaras in can. 11. Concilij Calchedonenſis, εἰρηνικαὶ μὲν, inquit, ἐπιστολαί εἰσιν, αἱ λεγόμεναι ἀπολυτικαὶ, αἵ εἰσιν αἱ διδόμεναι τοῖς ἐπισκόποις παρὰ τῶν μητροπολιτῶν ὡς ἀποκινοῦσι, καὶ τοῖς μητροπολίταις παρὰ τῶν πατριαρχῶν ὑφ' ὧν προχειρίζονται, ὅτε διά τινα χρείαν ἀναγκαίαν ἀπίασι πρὸς βασιλέα· καὶ αἵ εἰσιν αἱ παρεχόμεναι κληρικοῖς παρὰ τῶν οἰκείων ἐπισκόπων, θέλουσιν εἰς ἑτέραν πόλιν ἀπελθεῖν, καὶ καταλεγῆναι τῇ ἐκεῖ ἐκκλησίᾳ. εἰρηνικαὶ δὲ λέγονται ὡς εἰρήνην βραβεύουσαι. Idem de εἰρηνικαῖς tradit Græcus Scholiaſtes Harmenopuli in ſynopſi canonum ſect. 3. tit. 2.

Pag. 45. Can. πή. χώρας ἢ ὑπὸ πόλιν] Ciuitatis nomine non tantùm vrbs mœnibus cincta ſignificatur, ſed & regio ſeu territorium ciuitati adſcriptum. Sic Dio Chryſoſtomus orat. 34. inter cætera quæ Cæſarem Tarſenſibus conceſſiſſe narrat, χώραν nominat. κἀκεῖνος ὑμῖν, inquit, παρέσχε χώραν, νόμους, τιμὴν, ἐξουσίαν, &c. *Ille verò vobis præſtitit regionem, leges, honorem, poteſtatem.* Xiphilinus de Byſantio à Seuero Imperatore diruto & in vici formam redacto loquens, τὴν πόλιν τε, inquit, καὶ τὴν χώραν αὐτῆς Περινθίοις ἐχαρίσατο, καὶ αὐτῇ ἐκεῖνοι ἅτε κώμῃ ἐχρῶντο. *Vrbem, omnémque eius regionem Perinthiis conceſſit: illique Byſantio vſi ſunt vt vico.* Iuriſconſulti territorium ciuitatis vocant. Pomponius, *Territorium eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis, intra quos,* vt ait Siculus Flaccus *iuris dicendi ius erat.* hinc Iudicis territorium l. fin. ff de Iuriſd. Nec verò in republica tantùm, ſed etiam in Eccleſia, ciuitates regiones ac territoria ſua habuerunt, quæ paſſim in Conciliis & in hiſtoria Eccleſiaſtica παροικιῶν nomine ſignificantur. Iuſtinianus l. 26. C. de Epiſcop. aud. ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἢ τῇ παροικίᾳ, *in ciuitate vel eius vicinia.* & l. 35. C. de Epiſcop. & cler. κἂν τολμήσῃ τις ἀφελέσθαι πόλιν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἢ περιοικίδας αὐτῆς, ἀτιμούσθω. *Si quis audeat ciuitatem aut ſuo Epiſcopo aut territorio priuare, infamis redditur.* ſic *territorium Epiſcopi* in Concil. Aurel. I. can. 19. & Aurelianenſi III. can. 18. Concil. Vaſenſi can. 3. Wormat. can. 60. & in actis Concilij Conſtantinopolitani ſub Menna, *territorium Apamearum.*

ἐπορκιστὰς] ἐπορκιστῶν ſiue ἐξορκιστῶν meminit etiam can. 128. & 130. huius codicis. Initio naſcentis Eccleſiæ donum eiiciendi dæmones, laïcis etiam qui Chriſti fidem ſuſceperant commune fuiſſe videtur. Dæmoniorum enim eiectio inter ſigna quæ credentes dicuntur ſecutura, numeratur Marc. cap. 16. 17. σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει, ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι. *Signa autem eos qui crediderint, hæc conſequentur: per nomen meum dæmonia eiicient.* Tertullianus lib. de corona militis cap. 11. teſtatur à militibus eiectos ſpiritus immundos. *Et quos*, inquit, *interdiu exorciſmis fugauit, noctibus defenſabit.* & lib. de Idololatr. cap. 11. docet, parentes ſolitos exorcizare proprios filios: *Qua conſtantia exorcizabit alumnos ſuos, quibus domum ſuam cellarium præſtat? Ille quidem ſi excluſerit dæmonem, non ſibi placeat de fide: neque eius inimicum excluſit.* Poſtea peculiare ac diſtinctum munus in Eccleſia fuit. Scholiaſtes Græcus Harmenopuli in epitome canonum ſect. 1. tit. 9 ἐφορκιστὰς, κατηχητὰς interpretatur. ſic Theodorus Balſamo in can. 26. Laodicenæ ſynodi ἐπορκίζειν, inquit, ἤγουν κατηχεῖν ἀπίστους. *Exorcizare, hoc eſt catechiſare infideles.* Can. κδ'.

μείζονα ἐπισκόπων σύνοδον] Maiorem ſynodum Epiſcoporum, hoc eſt σύνοδον ἐπισκόπων τῆς διοικήσεως, *Synodum Epiſcoporum diœceſeos*, vt in can. 169. huius codicis. Pag. 46. Can. ϟα'.

καθιστᾷν ἕτερον διάδοχον] Olim Epiſcopo adhuc viuente licebat ordinare Epiſcopum ſucceſſorem Euſebius lib. 7. cap. 32. de Anatolio loquens, τοῦτον πρότερος, inquit, ὁ τῆς Παλαιστινῶν Καισαρείας ἐπίσκοπος Θεότεκνος, χεῖρας εἰς ἐπισκοπὴν ἐπιτεθείκει, διάδοχον ἑαυτοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν τῇ ἰδίᾳ παροικίᾳ προμνώμενος. *Hunc Theotecnus Cæſareæ Palæſtinorum Epiſcopus, per manus impoſitionem primus Epiſcopum ordinauit: eúmque ſucceſſorem ſibi poſt mortem ad parœciæ ſuæ procurationem deligendum prouidit.* Id poſtea prohibitum eſt, vt ex hoc canone conſtat. Pag. 48. Can. ϟϛ'.

Ado Viennenſis in Chronico an. 810. *Bernardus Viennenſis Epiſcopus erat, & Leidradus Lugdunenſis, qui initio imperij Ludouici Imp. Sueſſionis monaſterij locum petiit, & in loco eius Agobardus eiuſdem Eccleſiæ Chorepiſcopus, conſentiente Imperatore & vniuerſa Gallorum Epiſcoporum ſynodo, Epiſcopus ſubſtitutus eſt. quod quidam defendere volentes, dixerunt, eundem venerabilem Agobardum à tribus Epiſcopis in ſede Lugdunenſi iubente Leidrado fuiſſe ordinatum. Sed canonica authoritas eſt, in vna ciuitate duos Epiſcopos non eſſe, nec viuente Epiſcopo, ſucceſſorem ſibi debere eligere.*

Pag. 49. Can. 25´. εὐθύνας παρέχειν] Rationes adminiſtrationis reddere, Latinè verti. ſic paſſim apud Græcos ſcriptores εὐθύνεσθαι & εὐθύνας διδόναι, pro, rationes adminiſtratæ reipublicæ reddere accipitur: ſiue, vt ait Cicero, exponere quod in magiſtratu quiſque geſſerit, quod olim apud cenſores fiebat. Hinc apud Demoſthenem εὐθύνας τῶν πεπολιτευμένων, item εὐθύνας τῆς πρεσβείας & εὐθύνας τοῦ βίου, cenſuræ quibus quis vitæ anteactæ rationem reddere cogitur. & apud Plutarchum in Pericle, περὶ τὰς εὐθύνας ἀπαραίτητος, exigendis rationibus implacabilis. Sic apud Ariſtophanem ὑπεύθυνοι, qui reddendis rationibus obnuxij, ſeu qui rerum in magiſtratu geſtarum rationem nondum retulerunt. Sunt & qui εὐθύνας διδόναι, repetundarum iudicio ſubiici, interpretantur: vt εὐθύνας ὀφλεῖν vel ἁλισκέσθαι damnari repetundarum. Vide Budæum in Annot. in Pand. Hæc eſt igitur huius canonis ſententia, Epiſcopus quibus rerum Eccleſiaſticarum poteſtas conceſſa eſt, ſi quid ex iis in vſus ſuos conuertant, aut cognatis ſuis præbeant, reddendis rationibus ſynodo Prouinciæ obnoxius eſſe, ac veluti quodam repetundarum iudicio ſubiici. Sic etiam explicat Alexius Patriarcha CP. in ſynodica quæ lib. 2. ſentent. ſynod. extat, his verbis, καὶ προστάσσει, inquit, ὁμοίως παρὰ τῆς μητροπολιτῶν δίδωσι, τοὺς ὀφείλοντας ἀπαιτεῖν τὰ τῆς προνοίας τῆς ἐκκλησιῶν πεσόντα, ἅμα τοῖς αὐτῶν ἐπισκόποις, καὶ λόγους τὰ κατ᾽ ἐνιαυτὸν εἰσπράττεσθαι διοικήσεως. ὅτι δὲ κανονικὴν ἔχεται ἀκρίβειαν τὸ ὁρισθέντα, ἐξ αὐτῶν τῶν θείων κανόνων δείκνυται. καὶ γὰρ ὁ κε´ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανὼν, τοῖς ἐπισκόποις τὴν ἐξουσίαν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπιτρέπων πραγμάτων, κωλύει μεταβάλλειν ταῦτα εἰς ἰδίας χρείας, ἢ οἰκείοις αὐτῶν συγγενέσι παρέχειν, εἰς τὸ διὰ τούτου λανθάνοντας βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας· διὸ καὶ ὑπευθύνους τοῖς κατ᾽ ἐπαρχίαν συνόδοις τιθεὶς, τὸ πρέπον αὐτοῖς δοκιμάζειν ἐπιτρέπει. *Curatores ſimiliter à metropolitanis dentur, qui Eccleſiis omni adhibita ſolicitudine cum Epiſcopis earum proſpiciant, & adminiſtrationis annua rationes exigant: quòd autem hæc à nobis ita definita, conſentanea ſint accuratæ canonum menti, ex ipſis ſacris canonibus conſtat. nam* XXV. *canon Antiochenæ ſynodi, poteſtatem in res Eccleſiaſticas Epiſcopis concedens, quo minus eas in vſus ſuos conuertant, cognatiſque ſuis præbeant, vt hoc modo rationes Eccleſiarum taciti detrimentum capiant, prohibet. Ideòque rationibus ad ſynodos prouinciales reddendis obnoxios faciens, decori explorandi curam iniungit.*

τοὺς νομίμως συνελθόντας δευτέροις γάμοις] Διγάμων etiam mentio eſt in can. 8. 19. & 52. huius codicis, ex quibus planum eſt digamos olim ab Eccleſia damnatos, illíſque certum pœnitentiæ tempus definitum fuiſſe. Quinam autem illi fuerint, vulgò ferè ignotum. vt verò illud manifeſtum fiat, obſeruandum eſt tres reperiri digamiæ ſpecies; prima, cùm quis δύο ἔχει κατὰ ταυτὸν γυναῖκας, binas ſimul habet vxores. eiuſmodi fuit digamia Barbarorum & Iudæorum, quibus vxorum multitudinem permiſſam fuiſſe nemo eſt qui neſciat. ac de Iudæis quidem teſtatur Ioſephus lib. 17. Antiq. cap. 2. *Paternus mos erat*, inquit, *vt ſimul plures haberemus vxores.* & Iuſtinus Martyr ad Tryphonem: διδάσκαλοι ὑμῶν μέχρι νῦν καὶ τέσσαρας, καὶ πέντε ἔχειν ὑμᾶς γυναῖκας ἕκαστον συγχωροῦσι. *Magiſtri veſtri ad hoc vſque tempus, quatuor & quinque vxores vnumquemque veſtrûm habere permittunt.* Hæc verò paganorum & Iudæorum licentia Romanis legibus eſt prohibita, l. 2. C. de inceſt. nupt. l. 18. C. ad leg. Iul. de adulter. & l. 8. C. de Iudæis & vt ait Theuphilus de nupt. §. 6. & 7. κεφαλικὴ ὥρισται τιμωρία κατὰ τῶν διπλοῦν γάμον συνιστώντων. *Capitalis in eos pœna conſtituta eſt qui binas nuptias contrahunt.* Theodoretus in primam ad Timotheum: *Olim conſueuerant & Græci, & Iudæi, cum duabus, & tribus, & pluribus etiam vxoribus ſimul iungi lege matrimonij. quinetiam nunc cùm leges Imperatoriæ prohibeant duas ſimul vxores ducere, rem habent cum concubinis & meretricibus.* Altera digamiæ ſpecies, cùm quis morte prioris coniugis ſoluto matrimonio ſecundas nuptias contrahit. de ea quoque non ambigitur. De tertia igitur quæ vulgò ignota, pauca agendum eſt. Eius veſtigia quædam extant in edicto Prætoris. *Qui bina ſponſalia binaſve nuptias eodem tempore conſtitutas habet, infamia notatur* l. 1. ff. de his qui not. inf. & l. 12. §. 2. ff. eod. *Quod ait Prætor, eodem tempore, non initia ſponſaliorum eodem tempore factorum, accipiendum eſt, ſed ſi in idem tempus concurrant.* Sanè legibus Romanis diuortio dirimebantur nuptiæ, ne tamen temere & ſine iudicio id fieret, hæc renunciatio certis quibuſdam ac ſolennibus verbis fiebat, adhibitis ſeptem teſtibus ciuibus Romanis puberibus, ex capite ſcilicet legis Iuliæ, quæ diuortiis modum impoſuit, & præter formulam facta pro infectis haberi ſtatuit. quod & Pomponius IC. notat l. 35. ff. de donat. int. vir. & vxor. *Si non ſecundùm legitimam obſeruationem diuortium factum ſit, non videtur ſolutum matrimonium.* & Caius l. 43. ff. de adult. *Si ex lege repudium miſſum non ſit, mulier adhuc nupta videtur.* Matrimonia etiam nunniſi miſſu repudio, nec ſine legitima cauſa diſſolui ſtatuerunt Impp. Conſtantinus & Theudoſius l. 1. C. Th. de repud. & l. 8. C. eod. vbi cauſas deſignant, quibus maritus ab vxore, & vxor à marito repudiari poteſt. renunciatio enim huiuſmodi fuit, vt aut vir vxori, aut vxor marito matrimonium remitteret. eòque iure qui quæve ſine cauſa & abſque Can. 31´.

legitimo repudio alteram ducit, altetive nubit, binas nuptias eodem tempore conſtitutas habet. Eâdem ratione Eccleſiaſticis ſcriptoribus digami dicuntur, qui priore coniuge abſque legitimo repudio, hoc eſt præter cauſam adulterij, dimiſſa, alteram ſuperinducunt. Planum quippe eſt, diuortiorum cauſas, excepto adulterio, legibus ſæculi olim receptas & ab Imperatoribus excogitatas, nunquam ab Eccleſia admiſſas fuiſſe. Atque ideo qui legitimè, hoc eſt ſecundùm legis humanæ licentiam diuertebant, & ad alias nuptias tranſibant, iudicio Eccleſiæ binas nuptias eodem tempore conſtitutas habere cenſebantur, vnde & iis meritò canonica mulcta irrogabatur. Hanc digamię ſpeciem non obſcurè indicat Chryſoſtomus in epiſt. 1. ad Timoth. cap. 3. homil. 10. ἐπὶ τ Ἰουδαίων ἐξῆν καὶ δευτέροις ὁμιλεῖν γάμοις, καὶ δύο ἔχειν κατὰ ταυτὸ γυναῖκας. *Iudæis licitum erat & binis nuptiis iungi, & duas itidem habere ſimul vxores.* Iuſtinus Martyr in Apologia 2. καὶ οἱ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ διγαμίας ποιούμενοι ἁμαρτωλοὶ παρὰ τῷ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ εἰσί. *Ii qui lege humana binas nuptias contrahunt, peccatores ſunt apud præceptorem noſtrum.* Quibus verbis ad illud Chriſti alludit, Matth. cap. 19. 9. *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi propter adulterium, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit mœchatur.* Idem Iuſtinus, δεύτερος γάμος εὐπρεπὴς μοιχεία. Quos verò Iuſtinus νόμῳ ἀνθρωπίνῳ διγαμίας ποιουμένους, hic canon νομίμοις δευτέροις γάμοις συναφθέντας vocat. Sic Græcus Scholiaſtes Harmenopoli in epitome canonum ſect. 3. tit. 1. διγαμός ἐστιν, ὁ καὶ ἑτέραν μνηστευσάμενος, καὶ ἑτέραν κατὰ νόμους ἀγόμενος, καὶ ὁ τὴν ἑτέρῳ μνηστευθεῖσαν ἀγόμενος. *Digamus eſt & is qui aliam ſibi deſpondit, & aliam ſecundùm leges duxit, & qui alteri deſponſam ducit.* & Io. Xiphilinus Patriarcha CP. in ſynodica de ſponſalibus lib. 1. ſent. ſynod. ὁ μνηστείαν συστησάμενος καὶ κατὰ νόμους διαλυσάμενος, εἶτα ἑτέραν ἀγαγόμενος, διγαμός ἐστι. *Is qui ſponſalia contraxit & ſecundùm leges diſſoluit, aliâ deinceps vxore ductâ, digamus eſt.* De huiuſmodi igitur digamis accipienda ſunt ſupradicti canones 8. 39. 52. & 105. huius codicis. His autem opponuntur ij qui D. Paulo μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες *vnius vxoris viri* dicuntur, 1. ad Timoth. cap. 3. 2. & 12. & 1. ad Titum cap. 1. 6. δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. & διάκονοι ἔστωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες. Quibus verbis Apoſtolus, Chriſti veſtigiis inſiſtens, præcipit ne ad Epiſcopi aut diaconi munus aſſumatur, qui vxore temerè repudiatâ, alteram ſecundùm leges ſuperinduxerit. Oecumenius in d. cap. 3. εἰ γίνεται ἀπὸ κοσμικῶν, μὴ ἔστω δευτερόγαμος. *Si fiat è mundanis, non ſit ſaltem digamus.* & Chryſoſtomus in epiſt. ad Titum cap. 1. homil. 2. hæc verba D. Pauli explicans, μιᾶς γυναικὸς ἀνήρ. καὶ τοὺς ἀσελγεῖς κολάζει, καὶ οὐκ ἀφίησι μετὰ δευτέρου γάμου τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζεσθαι ταύτην. ὁ γὰρ πρὸς τὴν ἀπελθοῦσαν μηδεμίαν φυλάξας εὔνοιαν, πῶς ἂν οὗτος γένοιτο προστάτης καλός; τίνα δὲ οὐκ ἂν ὑποσταίη κατηγορίαν; ἴστε γὰρ πάντες, ἴστε ὅτι εἰ μὴ κεκώλυται παρὰ τ νόμων τὸ δευτέροις ὁμιλεῖν γάμοις, ἀλλ᾽ ὅμως πολλὰς ἔχει τὸ πρᾶγμα κατηγορίας· οὐδεμίαν οὖν παρέχειν λαβὴν τοῖς ἀρχομένοις τ ἄρχοντα βούλεται. *Impudicos etiam coërcet, nec permittit vt quis cum binis nuptiis, ad Eccleſiæ regimen dignitatémque aſſumatur. qui enim erga eam quæ (repudiata) diſceſſit, nullam beneuolentiam ſeruauit, quomodo is bonus Eccleſiæ præſes erit? Quam ille non ſuſtinebit reprehenſionem? Noſtis enim omnes, quòd etſi per leges permiſſum ſit ſecundis nuptiis iungi, rem tamen eſſe multæ criminationi obnoxiam nullam igitur ſubiectis criminandi occaſionem præbere Eccleſiæ præſidem vult.* & Theophylactus ibidem: *Vt laſciuos cohibeat: vnius*, inquit, *vxoris vir. qui enim nullam ſeruauit beneuolentiam erga eam quæ diſceſſit, quomodo Eccleſiæ bene præerit? Oportet autem Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. Digamus autem non eſt inculpatus, etſi hoc mundanis legibus placeat.* Theodoretus loco citato: *Si enim ipſe priore expulſa vxore, fuiſſet alij coniunctus, dignus eſſet qui reprehenderetur, & iure eſſet accuſationi obnoxius.* Eâdem phraſi ac notione D. Paulus 1. Tim. cap. 5. 9. dixit χήρα καταλεγέσθω γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή, *vidua eligatur quæ fuerit vnius viri vxor.* Hoc enim digamiæ genus commune fuit tum viris tum mulieribus, quibus æquè apud Græcos & Romanos concceſſa diuertendi licentia. quin & nomina rei illius propria prodita erant, vt ſi vir diſcederet ab vxore, hoc diceretur ἀπόπεμψις, ſi mulier à viro ἀπόλειψις. Ac viris quidem diuertere, aliáſque repudiatis vxoribus etiam ſuperſtitibus, ſuperinducere, legibus conceſſum fuiſſe vulgò notum eſt. Vxori etiam à marito diuertere licuiſſe plura teſtimonia extant, apud profanos ſacróſque ſcriptores. Solon apud Plutarchum ſtatuit τ γυναῖκα τὴν ἀπολείψουσαν γράμματα παρὰ τῷ ἄρχοντι θεῖναι μὴ δι᾽ ἑτέρου, ἀλλ᾽ αὐτὴν παροῦσαν. Sic Alcibiadis vxor libellum repudij apud Archontem depoſuit, vt in Alcibiade teſtatur Plutarchus. Andocides in orat. pro Nicoſtrato. *Dicat quæſo, apud quem Archontem promiſſa vxor repudiauit?* Apud Romanos eiuſmodi flagitium vſitatum fuiſſe indicat Martialis lib. 8.

––– nondum triceſima lux eſt,
Et nubit decimo iam Theleſina viro.

& lib. 12. *––– veterem Proculeia maritum*
Deſeris, atque iubes res ſibi habere ſuas.

& Iuuenalis –– *ſic fiunt octo mariti*
Quinque per autumnos.

Cælius apud Ciceronem lib. 8. fam. epiſt. 7. *Soror Triarij diuortium ſine cauſa, quo die vir è prouincia venturus erat, fecit. nuptura eſt Decimo Bruto.* Seneca lib. 3. de benefic. cap. 16. *Nunquid iam vlla repudio erubeſcit, poſtquam illuſtres quædam ac nobiles feminæ non Conſulum numero, ſed maritorum annos ſuos computant, & exeunt matrimonij cauſâ, nubunt repudij? Tandiu iſtud timebatur, quamdiu rarum erat. quia verò iam nulla ſine diuortio acta ſunt, quod ſæpe audiebant, facere didicerunt.* & Tertullianus in Apolog. cap. 6. *Vbi eſt illa felicitas matrimoniorum, quæ per annos ferè ſexcentos ab vrbe condita, nulla domus repudium ſcripſit? At nunc in feminis repudium, iam & votum eſt, quaſi fructus matrimonij.* Am-

broſ. lib de Abrah. *Nemo ſibi blandiatur de legibus hominum, viro non licet quod vxori non licet, eadem à viro, quæ ab vxore debetur caſtimonia.* Teſtatur etiam Iuſtinus Martyr apud Euſebium lib. 4. Hiſt. Eccl. cap. 17. mulierem quandam Chriſtianam dato repudij libello, à viro, propter luxurioſos eius mores, diſceſſiſſe. τὸ λεγόμενον, inquit, παρὰ νόμον ῥεπούδιον δοῦσα, ἐχωρίσθη. Sic legimus Fabiolam à marito ſuo diſceſſiſſe & alteri poſtea nupſiſſe, eóque nomine publicam ei pœnitentiam impoſitam fuiſſe tradit Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ. Adde illud Chriſti, Marc. cap. 10. 12. *Si mulier dimiſerit virum ſuum & nupſerit alteri, mœchatur.* & Concil. Eliberit. can. 8. *Femina, quæ nullâ præcedente causâ, reliquerunt viros ſuos & alteris ſe copulauerunt, nec in fine accipiant communionem.* & can. 72. *Si qua vidua fuerit mœchata, & eundem poſteà habuerit maritum, poſt quinquennij tempus actâ legitimâ pœnitentiâ placuit eam communioni reconciliari: ſi alium duxerit relicto illo, nec in fine dandam eſſe communionem; vel ſi fuerit ille fidelis, quem acceperit, communionem non accipiat, niſi poſt decem annos actâ legitimâ pœnitentiâ.* Vide I. Leſchaſſerium IC. in obſeruatione Gallicè ſcriptâ, de Digamia.

Pag. 50. Can. ξά. CENTESIMÆ] Interpretis error eſt, qui ἡμιολίας interpretatus eſt *centeſimas.* Item Zonaræ & Balſamonis error eſt, qui can. 17 pro ſemiſſibus vſuris accepere, quaſi τὸ ἥμισυ τοῦ ὅλου τόκου, quæ dimidiæ centeſimæ dicuntur l. vlt. C. de fiſcal. vſur. Et Cuiacij, qui recitatione ad l. 20. C. de vſur. ἡμιολίας vſuras beſſes intellexit, quæ & ipſæ clericis interdicuntur. nec meliùs Scaliger de re nummaria p. 95. & alij, cùm ἡμιολίας interpretantur vſuras ſeſquialteras; id eſt, cùm decem & octo in centum annua præſtantur, ac proinde centeſima & dimidia centeſimæ. Neque enim vſuræ centeſimæ reſpectu ἡμιολίαι dictæ fuerunt; verùm reſpectu ſortis, quod ſanè eſt ὅλον, & κεφάλαιον ſeu ἀρχαῖον, & vt Tertullianus loquitur, *vniuerſitas*, ac proinde cum vſura τοῦ ὅλου ſeu τοῦ κεφαλαίου, id eſt ſortis, dimidiam partem conſtituit, ἡμιόλιος eſt: non vſura ſemiſſis, non beſſalis, non centeſima, non ſeſquicenteſima. Eam rectè deſcribit Hieronymus in Ezechiel. lib. 6. cap. 18. f. 206. *Solent in agris frumenti & milij, vini & olei, cæterarúmque ſpecierum vſura exigi: verbi gratiâ, vt hiemis tempore demus decem modios, & in meſſe recipiamus quindecim, hoc eſt ampliùs partem mediam.* Conſtantinus modum vſuris præſcribit l. 1. Cod Th de vſur. puta, vt frugum ἡμιολίας, pecuniæ centeſimæ tantùm eſſe poſſint. quæcumque fruges, & vbi ſuperfluum eſt, quod ſortem excedit, ſeu ſorti accedit, vſura. Sidonius lib 4. epiſt. 24. ſuperimpoſitam medietatem eleganter vocat, cùm ſortem vſura æquat. vide ſuprà ad can. 17.

Can. ξβ'. χειροτονίας ὅτι παρεισιν ἀκροώμενοι] χειροτονία hîc accipitur pro electione, ſeu ſuffragij forma, quam in eligendis Epiſcopis ac presbyteris vetus obſeruauit Eccleſia. Hæc autem vox ἀπὸ ἔξωθεν in Eccleſiam tranſlata eſt. Apud Athenienſes duplex erat ratio conſtituendi magiſtratus: quidam enim per κλήρου eligebantur, vnde & κληρωτοὶ ἀρχαί, *magiſtratus ſorte electi*, & locus in quo deligebantur κληρωτήριον dicebatur: quidam verò per χειροτονίας, id eſt porrectionem manuum, quæ in ſublime à populo dum aliquem probaret fieri ſolebat, & χειροτονητοὶ appellati ſunt. Id docet Demoſthenes contra Neæram, & Æſchines contra Cteſiphontem his verbis: *Magiſtratus, inquit, eſſe dicent eos quos Theſmothetæ ſortiuntur in æde Theſei, & eos quos populus ſolet χειροτονίᾳ porrectione manuum declarare.* Hunc etiam ſuffragij ferundi modum apud Romanos vſu receptum teſtatur Cicero in orat. pro Flacco. *Sic ſunt expreſſa, inquit, iſta præclara quæ recitantur pſephiſmata, non ſententiis neque auctoritatibus declarata, nec iureiurando conſtricta, ſed porrigenda manu, profundendóque clamore multitudinis concitata.* Hinc lapſu temporis ciuilis appellatio vertitur in ſacram. legimus enim Paulum Apoſtolum & Barnabam, initio exorientis Eccleſiæ presbyteros per ſingulas ciuitates ſeu Eccleſias, χειροτονίᾳ, hoc eſt ſuffragio & conſenſu populi ordinaſſe. Id reſtatur D. Lucas Act. cap. 14. 23. χειροτονήσαντες πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν. vnde & ipſe Lucas dicitur χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν, *ſuffragiis delectus ab Eccleſiis.* 2. Corinth. cap. 8. 19. Eâdem oratione χειροτονία accipitur hoc canone, pro electione videlicet & ſuffragio populi, vt tradit Theodorus Balſamo, & Zonaras in can. 1. Apoſtol. cuius verba ex Codice MS. Bibliothecæ regiæ adſcribam. νῦν μὲν, inquit, χειροτονία καλεῖται, ἡ τῆς καθιερώσεως τοῦ ἱερᾶσθαι λαχόντος, τελεσιουργία τῆς εὐχῆς, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπικλήσεως. ἀπὸ τοῦ τὸν ἀρχιερέα τείνειν τὴν χεῖρα εὐλογοῦντα τὸν χειροτονούμενον. πάλαι δὲ καὶ ἡ αὐτὴ ψῆφος χειροτονία ὠνόμαστο. ὅτε γὰρ τοῖς τῶν πόλεων πλήθεσιν ἐξῆν ἐκλέγεσθαι τοὺς ἀρχιερέας, συνήεσαν τὰ πλήθη. καὶ οἱ μὲν, τὸν δεῖνα ᾑροῦντο, οἱ δὲ τὸν δεῖνα. ἵνα οὖν ἡ τῶν πλειόνων κρατοίη ψῆφος, λέγεται τείνειν τὰς χεῖρας, τοὺς τὴν ἐκλογὴν ποιουμένους, καὶ διὰ τούτων ἀριθμεῖσθαι τοὺς ἕκαστον ψηφιζομένους, καὶ τὸν παρὰ τῶν πλειόνων αἱρούμενον, εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην προάγεσθαι. ἐντεῦθεν ἐλήφθη τὸ τῆς χειροτονίας τὸ ὄνομα. τούτῳ δὲ καὶ οἱ τῶν συνόδων πατέρες οὕτως δείκνυνται χρώμενοι, καὶ τὴν ψῆφον χειροτονίαν καλοῦντες. ἡ γὰρ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἐν τῷ πέμπτῳ κανόνι φησὶ μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι. χειροτονίας δὲ τὰς ψήφους ὠνόμασεν. ἐν γὰρ τῇ τελεσιουργίᾳ τῆς ἀρχιερωσύνης, μᾶλλον οὐδεὶς πολλοὺς συνέρχεσθαι. ἐν δὲ ταῖς ψήφοις, διὰ τὸ εἰκὸς λέγεσθαι τινὰ αἰτιάματα τῶν ψηφιζομένων ἀνδρῶν, ἀπείργεσθαι τὸ παρεῖναί τινας, καὶ ἀκροᾶσθαι τούτων. *Nunc quidem* χειροτονία *vocatur perfectio precum, ſanctique Spiritus inuocatio, dum ſacerdotio quis initiatur, & conſecrationem ſortitur, ex eo dicta, quòd Pontifex extendat manum benedicendo homini ad ſacra deligendo. olim verò ipſum etiam ſuffragium nominatum eſt* χειροτονία. *Nam quum populis ciuitatum licebat eligere ſacrorum præfectos, conueniebat ipſe populus, & alij quidem hunc, alij verò deligebant illum. quatenus autem plurium ſuffragium vinceret, eligentes ferunt ſolitos extendere manus, & per manus ita porrectas*

numerabantur qui vel hunc vel illum delegiſſent, plurium verò ſuffragiis electum ſummo ſacerdotio præficere. χειροτονίας *nomen hinc ſumptum, quo ſic etiam ſynodorum Patres inuenimus vſi, ſuffragium nominantes* χειροτονίαν. *Laodicenſis nempe ſynodus in quinto canone dicit. Non oportere* χειροτονίας *in audientium præſentia fieri.* χειροτονίας *autem appellarunt ſuffragia. in plena quidem Pontificis approbatione ſeu conſecratione magis obtinebat conſuetudo vt plures vnà conuenirent: ſed in ſuffragiis ferundis, eo quòd electorum virorum crimina quædam proponerentur, aliquos vetatur adeſſe & hæc audire.* De Audientibus verò ſeu catechumenis vide annot. ad can. 14. 25. & 50. ſuprà.

Pag. 50. Can. ριβ'. εἰς τὰ κοιμητήρια] Athenæus lib. 4. cap. 5. ex Doſiadis lib. 4. τῶν Κρητικῶν refert, apud Cretenſes in ſingulis ciuitatibus ædes quaſdam fuiſſe publicas, in quibus peregrini dormire ſolebant, vnde & κοιμητήρια appellabantur. εἰσὶ δὲ πανταχοῦ κατὰ τὴν Κρήτην οἶκοι δύο, ὧν τὸν μὲν καλοῦσιν ἀνδρεῖον, τὸν δὲ ἄλλον ἐν ᾧ τοὺς ξένους κοιμίζουσι, κοιμητήριον προσαγορεύουσι. Chriſtiani hoc verbo vſi ſunt, & quia fides doceret mortuos rurſus excitandos, interea dormire dicebant: atque eorum ſepulcra κοιμητήρια appellabant quaſi dormitoria, ſeu loca ad quietem & ſomnum comparata. Solebant autem ad ſepulcra ſuorum martyrum, quorum ſacroſancta erat memoria, præcipuè conuenire, ibique ſacra celebrare. Caſſiodorus Hiſt. tripart. lib. 5. cap. 3. *Populus ieiunans eſt egreſſus ad cœmeterium orationis cauſâ.* Hinc frequens κοιμητηρίων mentio apud priſcos Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores. Æmilianus Ægypti præſes, ſic Chriſtianorum Epiſcopos alloquitur apud Euſebium lib. 7. cap. 10. οὐδαμῶς ἐξέσται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλοις τισὶν ἢ συνόδους ποιεῖσθαι, ἢ εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια εἰσιέναι. Idem Euſebius lib. 9. ſcribit, Maximinum aliquando conatum id Chriſtianis adimere, cùm eos diſſipare, atque peſſundare vellet. προφάσει, inquit, εἴργειν ὑμᾶς ἐν τοῖς κοιμητηρίοις συνόδους διὰ προφάσεως μηχανᾶται. Pontius Paulinus in actis paſſionis Cypriani, de Valeriani edicto contra Chriſtianos loquens: *Iuſſum eſt vt nulla conciliabula faciant, neque cœmeteria ingrediantur.* Itaque hæc cœmeteria erant iis quædam veluti templa. Sed & ipſa cœmeteria templis originem dediſſe iam à ætè viii docti obſeruarunt Sic priſci Patres templorum originem apud gentiles ad ſepulcra referunt, & celeberrima illorum templa, functorum corporum ſepulturas ac monumenta mortuorum fuiſſe tradunt. Arnob. lib. 6. Cyril. lib. 1. contra Iulian. Clem. Alexand. in protrept. ad gent. Theodoret. ſerm. de Martyr.

Can. ριδ'. πρεσβύτιδας ἤτοι προκαθημένας] Conſtat in veteri Eccleſia matronas fuiſſe, quæ mulieres cæteras ad vitam honeſtè inſtituendam hortarentur, quas & πρεσβύτιδας appellarunt: & quia ſupra cæteras mulieres ſedebant in Eccleſiis, προκαθημένας. Eas abrogat hic canon, qui x i. eſt ſynodi Laodicenæ. fortè de iis agit D. Paulus, vbi πρεσβύτιδας vult eſſe ſanctas moribus, non calumniatrices, non vino deditas, rerum bonarum magiſtras, vt iuniores feminas. πρεσβύτιδας, viduas ſeniores verti. ſic rectè vetus interpres, quem ſequutus eſt Fulgentius Ferrandus in Breuiario Canonum cap. 221. Epiphanius hæreſi 79. περὶ πρεσβυτίδων, ἔτι ἄχρι διακονισσῶν τὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐπιδεῖν τάγμα χήρας τε ὠνόμαζε, καὶ τούτων τὰς ἔτι γηραιτέρας πρεσβύτιδας. *Obſeruandum eſt Diaconiſſis Eccleſiaſticum ordinem indiguiſſe, quas etiam viduas nominauit, & ex his adhuc ætate prouectiores* πρεσβύτιδας, *viduas ſeniores.* προκαθημένας etiam vocat hic canon, quòd certam ſedem haberent in Eccleſia. De eiuſmodi viduarum ſeu diaconiſſarum ætate & miniſterio vide annot. ad can. 193. huius codicis infrà: Grotium de imperio ſummarum poteſt. circa ſacra p. 403. & 404. Chifflet. in notis in Breuiat. Can. Ferrand. p. 306. & 307.

ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι] Viduas ſeniores ſiue diaconiſſas in Eccleſia ordinari vetat hic canon. ſic vetus interpres illius mentem referens, *Vt mulieres quæ apud Græcos preſbyteriſſæ appellantur, apud nos autem viduæ ſeniores, vniuiræ & matriculæ, in Eccleſiam tanquam ordinatas conſtitui non liceat.* Ideo & χειροθεσίαν, hoc eſt ordinationem non habere dicuntur, & inter laïcos deputantur can. 19. huius codicis. Concil. Epaunenſe can 21. *Viduarum conſecrationem quas diaconas vocant, ab omni regione noſtra penitus abrogamus, ſolùm eis pœnitentiæ benedictionem imponendo.* Damnantur itaque Cataphrygæ, qui mulieres poſſe diaconas ordinari putarunt. eundem errorem Acephalis tribuit Marianus Scotus, & Sigebertus in Chronico an. 525. vel 526. Ambroſius in cap. 3. epiſt. 1. ad Timoth. *Cataphrygæ erroris occaſionem captantes propter quod diaconas mulieres alloquitur,* (Paulus) *& ipſas diaconas ordinari debere vana præſumptione defendunt: ſed vt hæretici animum ſuum verbis non ſenſu legis adſtruere videantur, Apoſtoli verbis contra ſenſum nituntur Apoſtoli, vt cùm ille mulierem in Eccleſia in ſilentio eſſe debere præcipiat, illi è contra etiam authoritatem in Eccleſia vindicent miniſterij.*

τὰ ἅγια εἰς ἑτέρας παροικίας διαπέμπεσθαι] Sancta, id eſt ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti. ſic apud Curopalatam, lib. de Offic. Conſtantinop. ὁ δὲ ἔρχεται εἰς τὴν λεγομένην πρόθεσιν, ἔνθα κεῖνται τὰ ἅγια. *Hic autem venit in locum qui dicitur propoſitionis, vbi ſita ſunt ſancta.* & poſt pauca, ἔρχονται οἱ διάκονοι, καὶ οἱ ἱερεῖς, ἄλλα δὲ ἄλλα τῶν ἱερῶν κρατοῦντες καὶ δὴ καὶ αὐτὰ τὰ ἅγια. *Veniunt diaconi & ſacerdotes, cùm alia ſacra inſtrumenta tenentes, tum verò ſancta ipſa.* ſic in Græca collectione Canonum Eccleſiæ Africanæ can. 37. ἐν τοῖς ἁγίοις μηδὲν πλέον τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου προσενεχθείη, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ κύριος παρέδωκε, τοῦτ' ἔστιν ἄρτου καὶ οἴνου ὕδατι μεμιγμένου, hoc eſt vt habet Concil Carthag. III can. 24. *In ſacramentis corporis & ſanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm quod ipſe Dominus tradidit, panis & vinum aqua mixtum* & paſſim in Liturgiis Græcis τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. Sancta igitur, hoc eſt ſacramenta corporis & ſanguinis in alias parœcias inſtar eulogiarum tranſmitti vetat hic canon. Id au- Pag. 51. Can. ριζ.

tem explicat Theodorus Balſamo in codice MS. quem nobis commodauit V. C. doctiſſimúſque I. Caſaubonus his verbis, ὅτι συνήθεια γίνεται περὶ τὸν καιρὸν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα, ἐπιμερίζουσι γὰρ τὰ ἄζυμα τοῖς κοσμικοῖς μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι ὡς κοινά. τοῦτο καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων ὡς ἔοικεν ἐγίνετο τὸ παλαιόν, εἰς τὰ ἅγια μυστήρια. κωλύει γοῦν τοῦτο ὁ κανὼν καὶ διορίζεται, μὴ τῇδε κἀκεῖσε μετακομίζεσθαι ὡς κοινά, καὶ τυχόντα τὰ ἁγιάσματα. *Quod fit hodie à Latinis in feſto Paſcha. diſtribuunt enim laicis azyma, poſtquam ſanctificata fuerint, perinde ac communia. Hoc etiam olim fiebat à noſtris, vt eſt veriſimile, in ſanctis myſteriis. Canon ergo hoc prohibet, & ſtatuit non eſſe hac & illuc transferenda ſancta, perinde ac communia & vulgaria.* & Zonaras eundem canonem explicans, in codice MS. Bibliothecæ regiæ: τοῦτο παλαιὸν ἔθος ἦν. μετὰ γὰρ τὸ πάσχα ἐπέμπετο ἐκ παροικίας εἰς παροικίαν τὰ ἅγια, ἤγουν μερίδες τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, χάριν εὐλογίας ἐπεστέλλοντο. ὅπερ ὁ κανὼν οὐκ ἐκώλυσε γίνεσθαι. τὸ γὰρ περιάγεσθαι ἐν μακραῖς ὁδοιπορίαις τὰ θεῖα μυστήρια, καὶ ὡς ἔτυχε τὰ τίμια φέρεσθαι, ἀπρεπὲς καὶ ἐκ τούτου ὀνομάσθη δίκαιον καὶ εὐσεβές. Innocentius P. R. epiſt. ad Decentium Eugubinum Epiſcopum, quæ inter illius decreta extat in Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ cap. 5. *De fermento verò*, inquit, *quod die Dominica per titulos mittimus, ſuperfluè nos conſulere voluiſti, cùm omnes Eccleſiæ noſtra intra ciuitatem ſint conſtitutæ, quarum presbyteri quia die ipſa propter plebem ſibi creditam nobiſcum conuenire non poſſunt, idcirco fermentum à nobis confectum per acolythos accipiunt, vt ſe à noſtra communione maxima illa die non iudicent ſeparatos, quod per parœcias fieri debere non puto, quia non longè portanda ſunt ſacramenta, nec nos per cœmeteria diuerſa conſtitutis presbyteris deſtinamus, & presbyteri eorum conficiendorum ius habent, atque licentiam.*

Pag. 51. Can. ϛκγ'. κατηχουμένων εὐχῶν] Catechumenorum oratio hîc accipitur pro ſacro miniſterio lectionum, orationum, & aliorum id genus, quod celebratur in Eccleſia ante dimiſſionem catechumenorum. Latini miſſam catechumenorum dixerunt, Concilium Valentinum can. 1. *Hoc eſſe cenſuimus obſeruandum, vt ſacroſancta Euangelia ante munerum illationem in miſſa catechumenorum in ordine lectionum pòſt legantur.* Iuo epiſt. 219. *Qui audiebat*, inquit, *miſſam catechumenorum, ſubterfugiebat miſſam ſacramentorum.*

ἐξελθεῖν κατηχουμένους] Olim, peractâ ſacrorum librorum lectione cùm celebrandum eſſet Euchariſtiæ ſacramentum, dimittebantur catechumeni, energumeni, & pœnitentes. Id teſtatur Dionyſius in Hierarchia Eccleſiaſtica: καὶ μετὰ ταῦτα, inquit, ἔξω γίνονται τῆς ἱερᾶς περιοχῆς οἱ κατηχούμενοι, καὶ πρὸς αὐτοῖς οἱ ἐνεργούμενοι καὶ οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες. μένουσι δὲ οἱ τῆς τῶν θείων ἐποψίας καὶ κοινωνίας ἄξιοι. *Poſtea extra templi ambitum collocantur catechumeni, & vnà cum eis poſſeſſi, atque pœnitentes. manent autem ij qui diuinarum rerum aſpectu & communione digni ſunt.* & Maximus in Myſtagogia cap. 14. μετὰ τὴν θείαν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν, καὶ ἡ τῶν κατηχουμένων καὶ ἡ τῶν λοιπῶν, τῶν ἀναξίων τῆς θείας τῶν δειχθησομένων μυστηρίων θεωρίας, ἀπόλυσίς τε καὶ ἐκβολὴ διὰ τῶν λειτουργῶν, γίγνεται. *Poſt diuinam ſancti Euangelij lectionem & catechumenorum & reliquorum, qui diuinâ oſtendendorum ſacramentorum contemplatione indigni ſunt, fit per ſacros miniſtros dimiſſio & eiectio.* Hanc dimiſſionem Latini etiam miſſam dixerunt, vt remiſſam pro remiſſione. Hincmarus Rhemenſis in epiſt. nondum edita ad Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum cap. 24. *Quidam iubentur vſque ad miſſam catechumenorum manere in Eccleſia, quidam autem ſolà intra Eccleſiam fidelium oratione iungi ſacræ myſteriorum celebritati, à Dominicæ autem menſæ conuiuio ſegregari.* Auguſtinus ſerm. 237. de tempore. *Ecce*, inquit, *poſt ſermonem fit miſſa catechumenis, manebunt fideles, venietur ad orationem.*

εὐχὰς πιστῶν τρεῖς] Hinc paſſim in Græcorum Liturgiis. εὐχὴ πιστῶν πρώτη. εὐχὴ πιστῶν δευτέρα. εὐχὴ πιστῶν τρίτη.

ὠράριον φορεῖν] Hic canon miniſtris, hoc eſt hypodiaconis prohibet orarium ferre, quod diaconorum proprium geſtamen fuiſſe tradit Balſamo ad hunc canonem: eius verba apponam ex Græco codice MS. τὸ ὠράριον φορεῖν, inquit, μόνων ἐστὶ τῶν διακόνων. οὗτοι γὰρ τοῖς ἱερουργοῦσι παριστάμενοι καὶ ἐπιτηροῦντες τὰς τῶν ἁγίων εὐχῶν τελετὰς καὶ τὰς τῶν πρεσβυτέρων ἐκφωνήσεις διδόασιν εἰδέναι διὰ τοῦ ὠραρίου τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι διακόνοις, ὅτε ὀφείλουσι γίνεσθαι ἐκφωνήσεις, ἤγουν τοῦ καιροῦ τῆς ἐκτενοῦς, τῆς αἰτήσεως τῶν κατηχουμένων, καὶ τῶν λοιπῶν. καὶ ἐκλήθη ὠράριον, ἐκ τοῦ ὡρῶ τὸ φυλάσσω καὶ ἐπιτηρῶ. *Orarium ferre, eſt ſolorum diaconorum. Hi enim eis qui celebrant adſiſtentes, & ſanctarum orationum myſteria, & presbyterorum prolationes obſeruantes, eis qui ſunt in ſuggeſtu diaconis per orarium ſignificant quando debeat fieri pronuntiatio ſeu prolatio petitionum catechumenorum & reliquorum. & appellatum eſt orarium* ἀπὸ τοῦ ὡρῶ, *quod eſt obſeruo.* Idem ferè tradit Matthæus Blaſtares in ſynopſi Græcorum Canonum, cuius verba ex Græco codice MS. illuſtriſſimi Præſidis Iacobi Auguſti Thuani ſuprà retulimus ad can. 22. Orarij etiam mentio eſt, apud Curopalatam lib. de official. Conſtantinopol. ὁ ἀρχιδιάκονος φορεῖ τὸ συνήθες αὐτῷ ἐγχείριον, φορεῖ δὲ ἐπ' αὐτῷ καὶ φελώνιον, οὐ μὴν καὶ ἐπιτραχήλιον, ἀλλ' ὠράριον. *Archidiaconus geſtans conſuetum ſuum manipulum, tum inſuper etiam pænulam, non tamen & collarium, ſed orarium.* vbi Agmonius ὠράριον εὐκτικὸν μέλος *pſalmum oratorium* perperam exponit. Huius autem vocis origo omnino Romana eſt, ἀπὸ Ῥώμης in Eccleſiam tranſlata, falſáque Balſamonis notatio, vt ſcitè obſeruauit doctiſſimus Caſaubonus in notis ad Vopiſcum, vbi quid ſit orarium apud profanos, ſacróſque ſcriptores Latinos, Græcos ac Syros eruditiſſimè explicat. vide etiam quæ de orario Lipſius olim obſeruauit lib. 2. elect. cap. 10.

Can. ϛκϛ'.

μέρη αἴρειν] Gentiles de ſuorum idolothytorum ferculis, cuique ſuam partem apponebant (μερίδες appellantur apud Athenæum) quas ſibi conuiuæ tollebant. Id ne fieret à Chriſtianis Pag. 52. Can. ϛλα'.

in Agapis ſeu conuiuiis quæ in Eccleſia parabantur, prohibet hic canon. In iis enim omnes ſimul promiſcuè, appoſitis cibis veſci debere, colligere facile eſt ex iis quæ ſuprà ad can. 70. annotauimus.

Pag. 52. Can. ρϟβ'. οὐ δεῖ ἐν τοῖς ἐκκλησίαις ἀγάπας ποιεῖν] Agapas olim in Eccleſia poſt ſacram ſynaxin fieri ſolitas teſtatur Chryſoſtomus ſerm. in dictum Pauli (1. Corinth. cap. 11.) *Oportet hæreſes eſſe. Fideles omnes*, inquit, *in conuentibus ſuis poſtquam audiſſent doctrinas, poſt preces, poſt myſteriorum communionem, ſoluta concione non mox domum conſcendebant, ſed diuites alimenta & edulia domibus ſuis afferentes, pauperes vocabant, communéſque faciebant menſas, communia prandia, communia conuiuia in ipſa Eccleſia: atque ita à communione menſæ & pietate loci vndiquaque ad pietatem accendebantur*

Can. ρϟγ'. ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς ἰουδαΐζειν] Huius canonis pars deſideratur in vulgato codice Tilij. Hanc verò ex inedito textu Græco Bibliothecæ Regiæ, Theodori Balſamonis, & Io. Zonaræ commentariis inſerto reſtituimus.

κυριακὴν εἴγε δύναιντο σχολάζειν.] Theodorus Balſamo in hunc canonem: οἱ πατέρες, inquit, τὸ μὴ ἐργάζεσθαι κατὰ τὴν κυριακήν, οὐκ ἀναγκαστικῶς ἐνομοθέτησαν, ἀλλὰ προσέθηκαν, εἴγε δύναιντο οἱ πιστοί. εἰ γὰρ ἐκ πενίας ἢ ἄλλης τινὸς ἀνάγκης καὶ κατὰ τὴν κυριακήν ἐργάζεταί τις, οὐ προκαταδικάζεται. *Patres die Dominico non operari, non neceſſariò mandarunt, ſed adiecerunt, ſi poſſint fideles. ſi enim propter inopiam, vel aliquam aliam neceſſitatem, etiam die Dominico fuerit aliquis operatus, præiudicium ei non afferetur.* Sic Conſtantinus l. 3. de feriis, vbi die ſolis omnes quieſcere ſtatuit, opera tamen ruſtica in quibus vel mora vel procraſtinatio magnum haberet periculum, prudenter excipit. *Ruri poſiti*, inquit, *agrorum culturæ libenter licentérque inſeruiant: quoniam frequenter euenit vt non aptiùs alio die frumenta ſulcis, aut vineæ ſcrobibus mandentur.* Harmenopulus in Enchirid. ἐν τῇ κυριακῇ, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἑορταῖς, καὶ οἱ δικασταὶ καὶ πάντες ἀργείτωσαν, πλὴν τῶν γεωργῶν. *Die Dominico cæteriſque feſtis diebus tam iudices quàm reliqui quieſcant, ſolis exemptis agricolis.* Leo tamen Imp. lege lata iuſſit σχολάζειν κατὰ τὴν κυριακὴν καὶ τοὺς γεωργούς.

Can. ρϟδ'. ἐν βαλανείῳ μετὰ γυναικῶν ἀπολούεσθαι] Heſiodus lib. 2. operum & dierum, præcipit ne viri in muliebri balneo corpus abluant, μηδὲ γυναικείῳ λουτρῷ χρόα φαιδρύνεσθαι. Sic lauacra ab Hadriano Imp. pro ſexibus ſeparâtim extructa tradit Ælius Spartianus in eius vita. Clemens Alexandrinus lib. 3. pædag. cap. 5. earum mulierum intemperantiam arguit, quæ communi balneo cum viris vtuntur. Cyprianus tract. de habitu virginum, balnea promiſcua adire virginibus prohibet. *Quid verò quæ promiſcua balnea adeant, quæ oculis ad libidinem curioſis pudori ac pudicitiæ corpora dicata proſtituunt, quæ cùm viros atque à viris nudæ vident turpiter, ac videntur, nonne ipſæ illecebram vitiis præſtant?* Et Iuſtinianus Imp. inter iuſtas diuertendi cauſas hanc etiam recenſet, ἀνδράσιν συλλούεσθαι. *ſi commune lauacrum cum viris habere audeant.* Nouel. 22. cap. 16. & l. 11. C. de Repudiis.

Pag. 53. Can. ρϟθ'. ἀγγέλους ὀνομάζειν] Huiuſmodi etiam ſuperſtitionis genus iam D. Pauli ætate Coloſſis, Phrygiæ vrbe ſub Laodicæa metropoli viguiſſe, ipſe teſtatur epiſt. ad Coloſſ. cap. 2. 18. μηδεὶς, inquit, ὑμᾶς καταβραβευέτω θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων. *Nemo vos ſeducat in cultu Angelorum.* quem locum explicans Theodoretus, huius canonis mentem refert his verbis: *Qui legem*, inquit, *defendebant eos etiam ad Angelos colendos inducebant, dicentes legem per eos datam. manſit autem diu hoc vitium in Phrygia & Piſidia: quocirca ſynodus quoque quæ conuenit Laodiceæ, quæ eſt Phrygiæ metropolis, lege prohibuit ne precarentur Angelos, & ne relinquerent Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Irenæus lib. 2. cap. 58. *Eccleſia*, inquit, *per vniuerſum mundum diuerſa beneficia à Deo accipiens, in nomine Chriſti perficit, non inuocationibus Angelicis faciens aliquid, ſed mundè, purè & manifeſtè orationes dirigens ad Dominum qui omnia fecit, & nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Origenes contra Celſum lib. VIII. τούτους δὲ ἀγγέλους ἀπὸ τοῦ ἔργου αὐτῶν μεμαθηκότες καλεῖν, εὑρίσκομεν αὐτοὺς, διὰ τὸ θείους εἶναι, καὶ θεοὺς ἐν ταῖς ἱεραῖς ποτὲ ὀνομαζομένους γραφαῖς: ἀλλ᾽ οὐχ ὥστε προστάττεσθαι ἡμῖν τοὺς διακονοῦντας, καὶ φέροντας ἡμῖν τὰ τοῦ θεοῦ, σέβειν καὶ προσκυνεῖν ἀντὶ τοῦ θεοῦ. πᾶσαν μὲν γὰρ δέησιν, καὶ προσευχὴν, καὶ ἔντευξιν, καὶ εὐχαριστίαν, ἀναπεμπτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ διὰ τοῦ ἐπὶ πάντων ἀγγέλων ἀρχιερέως ἐμψύχου λόγου καὶ θεοῦ. *Angelos ex officio ſuo nominare docti, inuenimus propter diuinitatem quandam interdum deos vocari à ſacra ſcriptura; ſed non ſic, vt iubeamur eos adorare, aut diuinis honoribus colere, quamuis dona Dei nobis afferant. omnia enim vota, omnes interpellationes, deprecationes, & gratiarum actiones deſtinandæ ſunt ad Deum rerum omnium Dominum, per maiorem omnibus Angelis ſummum Pontificem viuum verbum & Deum.* Auguſt. hæreſi 39. tradit veteres hæreticos fuiſſe, qui & Angelici dicebantur. *Angelici*, inquit, *in Angelorum cultu inclinati.* ἀγγελικῶν quoque meminit Epiphanius hæreſ. 60. Eſſenos etiam Iudæorum hæreticos, Angelis cultum adhibuiſſe teſtatur formula iuſiurandi quod ab eis exigebatur, συντηρήσειν τὰ τῶν ἀγγέλων ὀνόματα, vt refert Ioſephus lib. 2. de bello Iudaïco cap. 7.

Can. ἀστρολόγους] Sozomenus lib. 3. cap. 5. ſcribit Euſebium quendam Emiſſenum ideo accuſatum fuiſſe, quòd eam partem aſtronomiæ quæ rerum euentus prædicit profiteretur. διεβάλλετο, inquit, ἐπειδὴ τῆς ἀστρονομίας ὃ μέρος ἀποτελεσματικὸν καλοῦσιν. eo nomine Aquila, è Iudæo Chriſtianus, Eccleſia expulſus eſt, vt refert Epiphanius lib. de ponder. & menſuris. ὁ οὖν Ἀκύλας, inquit, τῷ χριστιανισμῷ ἐπίστευσεν. ἀπὸ δὲ τῆς προτέρας αὐτοῦ ἕξεως μὴ μετατιθέμενος, τῆς πρόσθεν δηλονότι τῇ ματαίᾳ ἀστρονομίᾳ, ἣν ἀκριβῶς ἐπεπαίδευτο, ἀλλὰ κατὰ ἑκάστην ἡμέραν τὰ θέματα τῆς αὐτοῦ γενέσεως σκεπτόμενος, ἐλεγχόμενός τε ὑπὸ τῶν διδασκάλων, καὶ ἐπιτιμώμενος ἕνεκα τούτου, μὴ διορθού-

θυόμενος δέ, ἀλλὰ καὶ φιλονεικῶς μᾶλλον, ἀντιποιούμενος ἐξώσθη πάλιν τῆς ἐκκλησίας ὡς ἄχρηστος πρὸς σωτηρίαν. *Aquila igitur Chriſtianiſmo credit. quum autem à primo ſuo habitu non diſcederet, à credendo videlicet vana Aſtrologiæ, quam exactè edoctus erat, ſed quotidie poſitionem natiuitatis ſuæ ſpectaret: redargutúſque à Doctoribus & increpatus ea de cauſa, ſe non corrigeret, ſed potiùs contentiosè opponeret, expulſus eſt rurſum ab Eccleſia, velut inutilis ad ſalutem.*

φυλακτήρια ποιοῦντας] Hic canon ab Eccleſia eiici iubet eos qui phylacteria faciunt, & qui phylacteriis vtuntur. Nicolaus I. P. R. in reſp. ad conſ. Bulg. cap. 79. *Perhibentes quòd moris ſit apud vos infirmis ligaturam quandam ob ſanitatem recipiendam ferre pendentem ſub gutture, requiritis ſi hoc agi de cætero iubeamus; quod non ſolùm agi non iubemus, verùm etiam ne fiat, modis omnibus inhibemus: huiuſmodi quippe ligatura, phylacteria dæmonicis ſunt inuenta verſutiis, & animarum hominum eſſe vincula comprobantur, ac ideo his vtentes, anathemate Apoſtolica decreta perculſos ab Eccleſia pelli præcipiunt.* D. Baſilius Homil. in Pſal. 45. περιάμματα damnat characteribus inſignita, & Chryſoſtomus Homil. 43. in Matth. cap. 23. in eos inuehitur qui ſua ætate ex phylacteriis ad collum ſuſpenſis ſanctiores videri volebant. *Sacerdotes*, inquit, *ex eo quod ab hominibus volunt videri iuſti, phylacteria alligant circa collum. quidam verò partem aliquam Euangelij ſcriptam. Dic ſacerdos inſipiens, nonne quotidie Euangelium in Eccleſia legitur, & auditur ab hominibus? Cui ergo in auribus poſteà Euangelia nihil proſunt, quomodo eum poterunt circa collum ſuſpenſa ſaluare? Deinde vbi eſt virtus Euangelij in figuris literarum, aut in intellectu ſenſuum? Si in figuris, bene circa collum ſuſpendis: ſi in intellectu, ergo meliùs in corde poſita proſunt, quàm circa collum ſuſpenſa, &c.*

Pag. 53. Can. ρμδʹ. ἑαυτὸν αἰτιᾶται] Hac loquendi formula vſus eſt D. Paulus epiſt. ad Titum cap. 3. 11. *Hæreticum hominem*, inquit, *poſt vnam & alteram admonitionem reiice, ſciens quòd peruerſus ſit qui eiuſmodi eſt & peccet,* ὢν αὐτοκατάκριτος *à ſemetipſo damnatus.* Hieronymus ad illum locum Apoſtoli: *Propterea*, inquit, *à ſemetipſo damnatus dicitur, quia fornicator, adulter, homicida, & cætera vitia per ſacerdotes de Eccleſia propelluntur: hæretici autem in ſemetipſos ſententiam ferunt, ſuo arbitrio de Eccleſia recedentes, quæ receſſio propria conſcientia videtur eſſe damnatio.* Euſebius Emiſſenus Homil. de pœnit. Niniuit. *Ipſe ſibi diſplicet qui placiturus eſt Deo, ipſe ſibi quodammodo ſub priuata cognitionis ſententia & teſtis, & accuſator.* ſic can. 29. Concil. Carthaginenſis VI. *Si quis excommunicatus ante audientiam, communionem præſumpſerit, ipſe in ſe damnationis iudicetur protuliſſe ſententiam.* adde quæ de ea re obſeruauit vir multæ lectionis R. Fornerius lib. 6. rerum quotid. 21.

Pag. 54. Can. ρνδʹ. ξηροφαγοῦντας] ξηροφαγίας etiam meminit Epiphanius in compendio doctrinæ Catholicæ: τὰς δὲ ἓξ ἡμέρας τοῦ πάσχα ἐν ξηροφαγίᾳ διατελοῦσι πάντες οἱ λαοί, φημὶ δὲ ἄρτῳ καὶ ἁλὶ καὶ ὕδατι, τότε χρώμενοι πρὸς ἑσπέραν. *Per ſex autem dies Paſchatis, omnes populi in ſiccorum eſu perſeuerant, pane, inquam, & ſale & aqua tunc vtentes ad veſperam.* & poſt pauca, καὶ οὕτως ἀπολύει μενόντων ἐν τῇ αὐτῇ ξηροφαγίᾳ, *ſic permanentibus ipſis in eodem ſiccorum eſu.* Socrates lib. 5. cap. 22. vbi de varia diuerſáque ieiuniorum obſeruatione ac diſſonantia agit, τινὲς δὲ καὶ ξηροῦ ἄρτου μόνου μεταλαμβάνουσιν. *Quidam ſicco pane ſolo veſcuntur.* Tertullianus ad Scapulam. *Quando non geniculationibus & ieiunationibus noſtris etiam ſiccitates ſunt depulſæ?* & aduerſ. Pſychicos c. 13. *Bene autem quod & Epiſcopi vniuerſæ plebi mandare ieiunia aſſolent: non dico de induſtria ſtipium conferendarum, vt veſtra captura eſt, ſed interdum & ex aliqua ſolicitudinis Eccleſiaſticæ cauſa. Itaque ſi & ex edicto hominis, & in vnum omnes* ταπεινοφρόνησιν *agitatis; quomodo in nobis ipſam quoque vnitatem ieiunationum & xerophagiarum & ſtationum denotatis?* Græcus Scholiaſtes Harmenopuli ſect. 5. tit. 3. τὸν πόρνον ὁ νηστεύειν ἐπὶ διετίαν καταδικάζει, εἰ μόνον μέχρις ἑσπέρας καθ' ἑκάστην νηστεύει, καὶ ξηροφαγεῖ. *Scortatorem ieiunator ad biennium condemnat, ſi duntaxat vſque ad veſperam quotidie ieiunat, & ſiccis veſcitur.*

Can. ρνε] Hunc canonem qui in vulgato codice Tilij deſideratur ex MSS. codicibus Balſamonis & Zonaræ reſtituimus. extat & in omnibus Latinis Concilij Laodiceni editionibus.

θυμελικοῖς] Iſidorus thymelicos, muſicos ſcenicos interpretatur, qui organis & lyris & citharis præcinebant: ſic dictos quòd olim in orcheſtra ſtantes cantabant ſuper pulpitum quod θυμέλη vocabatur. Iulius Pollux onomaſt. lib. 4. καὶ σκηνὴ μὲν ὑποκριτῶν ἴδιον, ἡ δὲ ὀρχήστρα τοῦ χοροῦ, ἐν ᾗ καὶ ἡ θυμέλη, εἴτε βῆμά τι οὖσα, εἴτε βωμός. *Scena propria eſt hiſtrionum: orcheſtra verò chori, in qua eſt & thymele, quæ vel tribunal eſt vel ara*, id eſt locus editior vbi actores ſaltabant. Phrynicus in ἐκλογῇ Atticorum verborum θυμέλην ait dictum τόπον ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐφ' οὗ αὐλητικοὶ καὶ κιθαρῳδοὶ, καὶ ἄλλοι τινὲς ἠγωνίζοντο. Vitruuius lib. 5. cap. 8. *Apud Græcos*, inquit, *tragici & comici actores in ſcena peragunt: reliqui autem artifices ſuas per orcheſtram præſtant actiones: itaque ex ea ſcenici & thymelici Græcè ſeparatim nominant.* De thymelicis etiam fit mentio in l. 10. ff. de pollicit. l. 4. ff. de his qui not. inf. l. pen. de ſpectaculis C. Th. Thymelitæ dicuntur l. 21. de piſtor. & l. 5. de ſcenicis C. Th. Can. ρνηʹ. Vide Freherum lib. de infamia p. 507.

ἀλλὰ περιοδευτάς] Sic ex MSS. codicibus Bibliothecæ Regiæ hunc locum emendauimus. malè vulgatus codex Tilij, ἢ περιοδευτάς. Hunc autem canonem explicat Balſamo his verbis: ἄλλοι μὲν κανόνες ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις χωρεπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καθίστασθαι διορίσαντο, ὁ δὲ παρὼν κανὼν, περιοδευτὰς παρακελεύεται γίνεσθαι καὶ μὴ ἐπισκόπους, ἵνα μὴ φανῇ καταφρονούμενον τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα. περιοδευταὶ δὲ εἰσὶν οἱ σήμερον προσαγορευόμενοι παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἔξαρχοι. οὗτοι γὰρ περιοδεύοντες καὶ ἐπιστηρίζουσι τὰ ψυχικὰ σφάλματα, καὶ καταρτίζουσι τοὺς πιστούς. *Alij quidem canones in vicis & in pagis Chorepiſcopos & preſbyteros conſtituendos definierunt. Præſens autem canon iubet fieri periodentas, & non Epiſcopos, ne dignitas Epiſcopi vilis & contempta euadat. Sunt autem periodeutæ, quã* Can. ρξαʹ

M

Digitized by Google

hodie ab Epiſcopis promonentur Exarchi. Hi enim circumenrſant, & delicta ſpiritualia obſeruant, & fideles perficiunt. Zonaras: περιοδευταὶ δὲ λέγονται, διὰ τὸ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστοὺς μὴ ἔχοντας καθέδραν οἰκείαν. περιοδευτῶν periodeutarum poſt Calchedonenſem ſynodum etiam meminit Iuſtinianus l. 42. Cod. de Epiſc. & cler. Θεσπίζομεν κατὰ τοὺς θείους διὰ ... κανόνας μήτε ἐπίσκοπον, μήτε χωρεπίσκοπον, μήτε περιοδευτὴν, μήτε πρεσβύτερον, μήτε ἄλλον οἱονδήποτε ἀξίας κληρικὸν, ἐπὶ δόσει χειροτονεῖσθαι. Horum & in Laodicena, aliiſque veteribus ſynodis fit mentio. Hinc conſtat periodeutas à Chorepiſcopis diſtingui debere, qui à qnibuſdam vulgò confunduntur. Sunt igitur περιοδευταὶ in Eccleſia, circuitores ſiue viſitatores, qoi veluti Epiſcoporum vicarij regiones ciuitaubus ſubiectas viſitant ac circumeunt, nllámqne propriam ſedem habent, vt ait Zonaras. Sic medici περιοδευταὶ, circuitores, vt vertit vetus interpres l. 6. §. 1. ff de excuſat. tut. qui circumeunt vrbem causâ ſanitatis hominibus reddendæ, & medendi artem exerceot. Viſitatorum autem apud Latinos meminit Gregorius I. epiſt. 2. lib. 3. ad Maximianum Syracuſanum Epiſcopum: *Viſitatores Eccleſiarum*, inquit, *clericique eorum, qui cum ipſis per non ſua ciuitatis parœcias fatigantur, aliquod laboris ſui capiant se diſponente ſubſidium.* & Ioannes II. P. R. in epiſt. 3. ad Epiſcopos Galliæ, quæ tom. 2. Concil. extat.

Pag. 54. Can. ρξγ'. ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμοὺς λέγεσθαι] Priſcos Chriſtianos, præter diuina monumenta, pſalmos quoſdam & bymnos in Deum componere ac decantare ſolitos fuiſſe teſtatur Euſebius lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 17. ποιοῦσιν ᾄσματα, inquit, καὶ ὕμνους εἰς τὸν θεὸν, διὰ παντοίων μέτρων καὶ μελῶν ῥυθμοῖς σεμνοτέροις χαράττοντες. *Cantica & bymnos omni metrorum & rytbmorum genere in Dei honorem conficiunt.* & lib. 5. cap. 28. ψαλμοὶ δὲ ὅσοι, καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπ' ἀρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι, τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες. *Quot ſunt pſalmi & hymni à fratribus fidelibus antiquitus perſcripti, qui Chriſtum verbum Dei, verum Deum eſſe bymnis concelebrant.* Idem lib. 7. cap. 30. de Paulo Samoſateoo loquens, ψαλμοὺς δὲ, inquit, τοὺς μὲν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα. *Pſalmos qui in Domini noſtri Ieſu Chriſti honorem dicebantur velut recentiores & recentiorum hominum ſuſtulit.* Sed & Clementis P. R. epiſtolam ad Corinthios ſcriptam, olim in Eccleſia legi ſolitam refert lib. 3. cap. 16. & lib. 4. cap. 23. Semel autem ſcriptis aliis quàm ſacris in Eccleſia receptis, multa ſimul lapſu temporis cùm ab imperitis vitioſa, tum ab hæreticis deprauata, & falsò conficta irrepsêre, vt norunt periti hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Hniuſmodi ergo ſcripta prohibet hic canon, ſtatuítque ne qui in Eccleſia legantur niſi ſoli libri canonici veteris & noui Teſtamenti.

Pag. 55. πρὸς Φιλήμονα μία] Hæc verba, quæ in codice Tilij omiſſa ſunt, ex codicibus MSS. Balſamonis & Zonaræ reſtituimus. neque aliter numerus epiſtolarum Pauli hoc canone comprehenſus perfectus eſſet. extant etiam in veteri Latina editione Concilij Laodiceni tomo primo Conciliorum, & in collectione Iſidori Mercatoris.

τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει κανόνες ζ.] Hi VII. Concilij Conſtantinopolitani I canones extant in vulgato codice Tilij, & in codicibus MSS. Balſamonis & Zonaræ, & tomo primo Conciliorum œcumenicorum Græcè & Latinè, Pauli V. Papæ Rom. authoritate, Romæ editorum an. 1608.

διοίκησιν] Diœceſeos vox nihil aliud quàm adminiſtrationem ſonat, quo nomine olim Græci quamuis ditionem ſeu prouinciam vocabant, in qua Præſes vel Prætor ius dicere ac conuentus agere conſueuerat. Id docet Strabo lib. 13. de Phrygia, aliiſque Aſiæ regionibus loquens, οἱ Ῥωμαῖοι, inquit, μὴ κατὰ φῦλα διελεῖν αὐτοὺς, ἀλλὰ ἕτερον τρόπον διατάξαι τὰς διοικήσεις, ἐν αἷς τὰς ἀγοραίους ποιοῦνται, καὶ τὰς δικαιοδοσίας. *Non per gentes Romani loca iſta diuiſerunt, ſed alio modo diœceſes inſtituerunt, in quibus fora ſunt & ius dicitur.* Eâdem notione Cibyraticam diœceſim inter maximas Aſiæ diœceſes haberi tradit, ἐν ταῖς μεγίσταις ἐξετάζεται διοικήσεσι τῆς Ἀσίας, ἡ Κιβυρατική. Sic à Cicerone accipitur epiſtolâ ad Thermum: *Siquid*, inquit, *Genucilius habebit cum aliquo Helleſpontio controuerſia, peto vt in illam diœceſim reiicias.* Et de ſe Proconſule epiſtolâ ad P. Seruilium: *Ex prouincia mea Ciliciensi, cuius ſcis tres diœceſes Aſiaticas attributas fuiſſe.* Diuiſo autem à Conſtantino Imperio latior fuit diœceſeos appellatio. Sic enim vocabatur adminiſtratio multarum ſimul prouinciarum. Theodorus Balſamo in can. 9. Concil. Calched. διοίκησις δέ ἐστιν ἡ πολλὰς ἐπαρχίας ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ, *Diœceſis multas ſub ſe habet prouincias.* Eâ ſignificatione diœceſeon frequens mentio extat in Notitia Imperij, & conſtitutioonibus Impp. vbi diœceſes & prouinciæ paſſim reperiuntur diſtinctæ, idque perſpicuè indicat Theodoſius in l. 14. Cod. de fund. patrimonial. his verbis, *Iubemus omnes*, inquit, *qui in quâcunque diœceſi, aut quacunque prouincia, vel ciuitate per quadraginta annos ex quocunque titulo vel ſine titulo poſſederint, nullam actionem formidare.* Hæc verò orbis Romani diuiſio πολιτικὴ è republicâ in Eccleſiam imitatione quâdam deriuata eſt. Hinc frequens diœceſeon mentio apud rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores, & paſſim hoc codice, can. 169. 178. 187. 195. & 206. & in Actis Concilij Epheſini ἐπίσκοποι ἐκ διαφόρων διοικήσεων καὶ ἐπαρχιῶν συνηγμένοι, *Epiſcopi ex diuerſis diœceſibus ac prouinciis congregati.* Sed de his pleniùs diſſeremus in noſtra Geographia ſacro-politica, quam breui, Deo dante, publico dabimus.

Can. ρξς'.

Pag. 56. Can. ρξζ'. Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς] Suprà can. 6. ἀκολουθία τῆς τιμῆς. Iuſtinianus Imp. Nouel. conſtit. 131. cap. 2. Θεσπίζομεν κατὰ τοὺς τῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων ὅρους, τὸν ἁγιώτατον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης πάπαν πρῶτον εἶναι πάντων τῶν ἱερέων. τὸν δὲ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως τῆς νέας Ῥώμης δευτέραν τάξιν ἐπέχειν, μετὰ τὸν ἁγιώτατον ἀποστολικὸν θρόνον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, τῶν δὲ ἄλλων πάντων προτιμᾶσθαι. *Sancimus, ſecundùm Eccleſiaſticorum canonum definitiones, ſan-*

Digitized by Google

ctiſſimum ſenioris Romæ Papam, primum eſſe omnium ſacerdotum: beatiſſimum autem Archiepiſcopum Conſtantinopoleos nouæ Romæ ſecundum habere locum poſt ſanctam Apoſtolicam ſedem ſenioris Romæ: aliis autem omnibus ſedibus præponatur.

Pag. 56. Can. ξζν'. τόμου τῶν δυτικῶν] Per tomum Occidentalium intelligit fidei expoſitionem in ſynodo Antiochena ſub Meletio celebrata anno 378. ad Damaſum vrbis Rom. Epiſcopum, cæteróſque Occidentis Epiſcopos miſſam.

Pag. 57. Can. ρξθ'. αἱρετικοῖς μὴ ἐξὸν κατηγορεῖν] Iuſtinianus legem edidit, ne aduerſus orthodoxos, hæreticis teſtimonij dictio eſſet. l. 21. C. de hæret. *Sancimus, contra orthodoxos quidem litigantes nemini hæretico, vel his etiam qui Iudaïcam ſuperſtitionem colunt, eſſe in teſtimonia communionem: ſiue vtraque pars orthodoxa ſit, ſiue altera.* Athanaſius Apolog. 2. *Meletiani ſcilicet ſunt, qui ſic ſe accuſatores præbent, homines prorſus fide indigni, vt & ſchiſmatici, & hoſtes Eccleſiæ.*

Can. ξξθ'. μείζονι συνόδῳ τῆς διοικήσεως ὑπαγόμενος] can. 91. huius codicis μείζονα ὑπαγόμενον σύνοδον dixit, hoc eſt ſynodum diœceſeos. ſic in actis Concilij Epheſini, ἡ συναχθεῖσα σύνοδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, *Synodus ex diœceſi Ægypti Alexandriæ congregata.* Item, ἡ ἁγία σύνοδος τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως, *Sancta ſynodus diœceſeos Orientalis.* Synodi quoque diœceſeos meminit l. 23. de Epiſc. & cler. C. Th. *Si qua ſunt ex quibuſdam diſſenſionibus, leuibúſque delictis ad religionis obſeruantiam pertinentia, locis ſuis & à ſuæ diœceſeos ſynodis audiantur.* Eius generis fuiſſe Aquileienſe Concilium, cui Ambroſius Mediolanenſis præfuit, ex epiſtolâ Impp. Theodoſij & Valentiniani liquet, qua iubent Epiſcopos *ex diœceſi* (Italiæ) *in Aquileienſium ciuitatem ad Concilium conuenire.*

Pag. 58. τῆς ἐν Ἐφέσῳ κανόνες η'] Hi VIII. Concilij Epheſini canones extant in codice Tilij & in codicibus MSS. Balſamonis & Zonaræ, & in actis Concilij Epheſini tom. 1. Concil. œcumenicorum Romæ edit. an. 1608. ſex ſcilicet priores p. 499. duo verò poſteriores p. 442. & 497. Hi verò omninò deſiderantur in Latino Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ. Itaque vt hæc lacuna expleretur, Io. Wendelſtinus qui primus ipſum codicem Romanum Moguntiæ edi curauit an. 1525. ſe ſynodicam epiſtolam Epheſini Concilij, vnà cum XII. capitulis contra Neſtorium, huic adiunxiſſe ſcribit, ſed non animaduertit illam epiſtolam ſynodicam & XII. anathematiſmos illi ſubiectos, non eſſe Epheſini Concilij, ſed Cyrilli duntaxat & ſynodi diœceſeos Ægypti, vt teſtatur illius epiſtolæ inſcriptio, quæ Græcè & Latinè extat inter acta Concilij Epheſini Romæ edita an. 1608. & in codice MS. V. C. Petri Stellæ, his verbis. τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ Κύριλλος καὶ ἡ συναχθεῖσα σύνοδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως ἐν κυρίῳ χαίρειν. hoc eſt (vt habet vetus codex ſcriptus literis maiuſculis Bibliothecæ V. C. Io. Bochardi Domini de Champigni, qui nunc apud Venetos pro Rege Chriſtianiſſimo legationis munere fungitur) *Sancto fratri Neſtorio Epiſcopo Cyrillus Epiſcopus, & quæ conuenit apud Alexandriam ſynodus ex Ægyptia diœceſi in Domino ſalutem.*

Ἐξουσίας κοσμικῆς τῦφος] Sic Africani Patres, cùm de tranſmarinis appellationibus ageretur, in epiſtola ſynodica ad Boniſacium P. R. *Credimus, adiuuante miſericordia Domini Dei noſtri, quòd tua ſanctitate Romanæ Eccleſiæ præſidente non ſumus iam iſtum typhum paſſuri.* & in epiſtola ad Celeſtinum P. R. quæ ibidem extat, *Executores etiam clericos veſtros quibuſque petentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumoſum typhum ſæculi in Eccleſiam Chriſti, quæ lucem ſimplicitatis & humilitatis diem, Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere.* Quæ quidem ſynodicæ epiſtolæ extant in Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ, & tom. 1. Concil. Eadem verba repetit Carolus Caluus Francorum Rex in reſcripto apologetico ad Hadrianum II. P. R. cap. 10. (tomo 1. conſtitut. Imperial. à Melchiore Goldaſto nuper edito) cùm de Hincmaro Laudunenſi, hoc eſt de tranſalpinis appellationibus ageretur: *Scriptum eſt etiam*, inquit, *in præfatis literis nobis ex nomine veſtro directis de Hincmaro, hoc modo: volumus & auctoritate Apoſtolica iubemus, ipſum Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum, veſtra fretum potentia, ad limina Sanctorum, noſtrámque venire clementiam, &c. quæ relegentes, licèt contra morem deceſſorum ac prædeceſſorum veſtrorum hoc dictum inuenimus, id eſt vmbroſum ſæculi typhum inducere in Eccleſiam ſuam, quæ lucem ſimplicitatis & humilitatis diem Domini videre deſiderantibus præfert, tamen de voluntate non dubitauimus, quia humano animo facilè poteſt ſubripi, quod ex deliberatione conueniat.* Typhi etiam vocabulo vſus eſt D. Auguſtinus lib. 2. de baptiſmo cap. 3. vbi priora Concilia poſterioribus emendari ſcribit, *Cùm aliquo*, inquit, *experimento rerum aperitur quod clauſum erat, & cognoſcitur quod latebat, ſine vllo typho ſacrilegæ ſuperbiæ, ſine vlla inflata ceruice arrogantiæ, ſine vlla contentione liuidæ inuidiæ, cum ſancta humilitate, cum pace Catholica, cum caritate Chriſtiana.*

ἐλευθερίαν] D. Paulus epiſt. ad Galatas cap. 5. 1. τῇ ἐλευθερίᾳ, ᾗ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, στήκετε, καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε. *In libertate qua Chriſtus nos liberauit, ſtate, & ne è contrario implicemini ſeruitutis iugo.*

παραμονάριον] Manſionarium, ſic rectè vertit Dionyſius Exiguus in Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ. Iuſtinianus l. 46. C. de Epiſc. & cler. inter eos qui res Eccleſiaſticas adminiſtrant παραμοναρίους etiam recenſet. Paramonarij autem ſunt villici ſiue actores poſſeſſionum, vt ſcribit doctiſſimus Iuriſconſultus Iacobus Cuiacius ad Tit. 5. C. de Epiſc. & cler. Villicus (authore Iſidoro lib. 9. Etymolog. cap. 4.) propriè villæ gubernator eſt, vnde à villa villicus nomen accepit. interdum autem villicus non gubernatorem villæ, ſed diſpenſatorem vniuerſæ domus, Tullio interprete, ſignificat, quod eſt vniuerſarum poſſeſſionum & villarum diſpenſator. Villicus à Varrone lib. 1. de re ruſtica cap. 2. dicitur qui præeſt pago, & totius rei ruſticæ curam habet. Paramonarij igitur ſiue manſionarij à manſione dicuntur. Manſio eſt μονὴ, καταμονὴ, παραμονή. Manſiones in iure Pag. 60. Can. ϛν'. Pag. 61. Can. ϛν'.

& apud Symmachum, Sidonium, Caſſiodorum, Lampridium, ſunt ἀλλαγαὶ & συνήματα, quæ diuerſoria appellantur manſionarica, hoc eſt habitationes, ad quas viantes interuentu noctis ſe recipiunt. Gregorius Dialogus de vit. Sanct. lib. 3. ὁ δὲ ἀπόστολος φανεὶς αὐτῷ κατ᾽ ὄναρ, εἶπε πρὸς αὐτόν. ἄπελθε εἰς τὸν προσμονάριον τῆς ἐκκλησίας, τὸν λεγόμενον σκευουίδιον, τὸν μανσιονάριον, καὶ αὐτὸς δώσει σοι τὴν ὑγείαν. Apuleius lib. 4. *Quòd in proximo nobis habenda eſſet manſio, & totius viæ finis quieta.* & ſeparantur à ciuitatibus & oppidis. Vnde etiam in legibus & Hiſtoriis Francorum & Germanorum hæ voces, manſus, manſuarij, & maſſarij.

Pag. 62. εἰς ἀφήλικον ἐπιτροπὴν] Iuſtinianus Nouel.
Can. ϛπά. conſtit. 123. cap. 5. prohibet Epiſcopos & monachos ex quacunque lege tutores aut curatores cuiuſcunque perſonæ fieri. At preſbyteros, diacooos & hypodiaconos iure adgnationis vel cognationis admittit ad legitimam tutelam, & ad curam quam propria voluntate & ſua ſponte ſuſcipere voluerint. Inuiti ergo nullam tutelam vel curam ſuſcipiunt, ne abſtrahantur à precibus & ſacris. Cyprianus lib. 1. epiſt. 9. *Iam pridem in Concilio Epiſcoporum ſtatutum (eſt) ne quis de clericis & Dei miniſtris tutorem vel curatorem teſtamento ſuo conſtituat, cùm ſinguli diuino ſacerdotio honorati, & cuncti in clericali miniſterio conſtituti, non niſi altari & ſacrificiis deſeruire, & precibus atque orationibus vacare debeant.* Leo Imp. Nouel. conſt. 68. τοῖς πάλαι νομοθέταις ἔδοξεν ἀποφήνασθαι, μὴ μετέχειν τοῦ πράγματος μήτε μονάζοντας, μηδ᾽ ὅσους ὁ ἱερὸς οἰκειοῦται κλῆρος. συνεῖδον γὰρ ὡς τοὺς ἀνακειμένους πρὸς θείαν λειτουργίαν δεῖ τῶν ἔξωθεν ὄχλων καὶ περισπασμῶν ἀπηλλάχθαι. ὅσον δὲ παιδοτροφίας καὶ ἄλλως οἰκονομίας εἰς τὸ περισπᾶν καὶ ἀφέλκειν τῆς ὀφειλομένης θεῷ θεραπείας ἰσχὺν ἔχουσιν, ἠγνόησεν οὐδείς. ὅλον γὰρ ὡς τὰ πολλὰ βίον τῇ ἐκείνων φροντίδι τῆς ἐπιτροπῆς ταύτης οἱ λαχόντες συνδέδενται. *Veteribus legiſlatoribus edicere viſum eſt, ne monachi aut quoſcunque ſacer ordo deuinctos habet, tutorum officio fungantur. Intellexerunt enim, qui diuino miniſterio conſecrati ſunt, hos ab externarum rerum occupationibus & moleſtiis liberos eſſe oportere. Quantum autem alendorum & alioqui regendorum puerorum cura hominum animos diſtrahat, vt quæ Deum debitè colere impediat, nemo ignorat. tota enim plerumque vita tutores laborioſis iſtis curis irretiti tenentur.* Quanquam autem Epiſcopi & monachi arceantur à muneribus tutelæ vel curæ, poſſunt tamen ex d. Nouel. 68. Leonis Sophi eſſe executores teſtamentorum, quos etiam ἐπιτρόπους vocari dicit, nempe tutores vltimarum voluntatum. Hi ſunt diſpenſatores tantùm, at perſonarum vel bonorum nullo modo tutores aut curatores eſſe debent.

Pag. 63. ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρυχθήτω] Qui ordinan-
Can. ϛπδ΄. dus eſt in Eccleſia prædicetur. Id eſt, palàm & publicè prædicatus vel nominatus, vt ait canon 38. huius codicis, adſcribatur miniſterio huius vel illius Eccleſiæ. quod poſteriores dixerunt, neminem ſine titulo ordinari debere. Eâdem notione ſacerdotes prædicari dixit Lampridius in Alexandro Seuero. *Vbi aliquis,* inquit, *voluiſſet vel rectores prouinciis dare, vel præpoſitos facere, vel procuratores id eſt rationales ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum vt ſiquis quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus, ſi non probaſſet, ſubiret pœnam capitis. Dicebátque graue eſſe, quum id Chriſtiani & Iudæi facerent in prædicandis ſacerdotibus qui ordinandi ſunt, non fieri in prouinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita.* Is fuit vetus mos Eccleſiæ in Epiſcopis ordioandis, vt rogarentur ſuffragia non modò cleri, ſed etiam populi. atque vt omnium, de eo qui ordioandus erat, iudicia ſciſcitarentur, illius nomen plebi publicè proponebatur, factâ omnibus poteſtate quidquid vellent eis obiicieodi. & hoc eſt quod ſcribit Balſamo ad can. 5. Concilij Laodiceni, ἐν ταῖς ψήφοις λέγονταί τινα πολλάκις καὶ ἀνάξια χάριν τῶν ψηφιζομένων, & Zonaras ad can. 1. Apoſt. cuius verba ſuprà retulimus in annot. ad can. 109. Huius antiqui moris veſtigia etiam extant apud Cyprianum lib. 1. epiſt. 4. poſtquam retulit quomodo Eleazarus Aaronis filius ſacerdos fuiſſet creatus: *Coram omni ſynagoga,* inquit, *iubet Deus conſtitui ſacerdotem, id eſt, inſtruit & oſtendit ordinationes ſacerdotales non niſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere, vt plebe præſente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur, vt ſit ordinatio iuſta & legitima, quæ omnium ſuffragio & iudicio fuerit examinata.* & poſt pauca ſic ait: *Epiſcopus deligatur plebe præſente quæ ſingulorum vitam pleniſſimè nouit, & vniuſcuiuſque actum de conuerſatione perſpexit.* Idem lib. 5. epiſt. 5. preſbyteros, diaconos, & plebem vniuerſam alloquitur his verbis: *In* Vide Baſilium epiſt. 181.
ordinandis clericis, fratres cariſſimi, ſolemus vos antè conſulere, & mores ac merita ſingulorum communi conſilio ponderare. Nec diſſimilis apud veteres Romanos fuit lex Domitia de ſacerdotiis, à Domitio Ænobarbo Tribuno plebis lata: *Vt non ſacerdotum collegia, quem vellent cooptarent, ſed populi id beneficium eſſet.* & Licinia à Q. Licinio promulgata: *Vt ſacerdotum cooptatio ab ipſorum collegio ad populum transferretur.*

τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως] Tres olim erant Epi- Can. ϛπζ΄.
ſcoporum gradus, Epiſcopi ſcilicet ciuitatum, Metropolitani prouinciarum, Exarchi diœceſeon, vt ex hoc canone conſtat, & can. 195. huius codicis infrà. Sic in Concilio Antiocheno II. inter acta Concilij Calchedonenſis tom. 2. Concil. Domnus Antiochiæ Epiſcopus, *Exarchus diœceſeos Orientalis*, dicitur. Exarchi autem diœceſeon ſunt Patriarchæ, quibus integræ diœceſes erant attributæ. Id teſtatur Zonaras ad hunc canonem: ἐξάρχους δὲ τῶν διοικήσεων, τοὺς πατριάρχας εἶναι φησίν. Sed de his alius erit, vt ſpero, diſſerendi locus. Porrò huius canonis definitionem de ordine Iudiciorum confirmat Iuſtinianus l. 46. C. de Epiſc. & cler. & l. 30. C. de Epiſcop. aud. & Nouel. 123. cap. 22.

Pag. 64. Can. ρπθ'. πέμπεσθαι ἐπιστολίοις εἰρηνικοῖς ὁδεύειν] εἰρηνικῶν etiam meminit can. 86. & 87. huius codicis ſuprà. Harum literarum frequentem vſum inter Chriſtianos fuiſſe teſtatur Gregorius Nazianzenus lib. 1. contra Iulianum his verbis: ἔτι δὲ καταγώγια πήξασθαι καὶ ξενῶνας, καὶ τὴν εἰς τοὺς δεομένους φιλανθρωπίαν. τὴν δὲ ἄλλην ὅπόση καὶ ἣ ἐν τοῖς ἐπιστολιμαίοις συνθήμασιν, οἷς ἡμεῖς ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος τοὺς χρήζοντας παραπέμπομεν. *Conſtituebat etiam diuerſoria ædificare, ac domos excipiendis hoſpitibus dicatas, ſimúlque humanitatem erga pauperes adiungere, eum aliam tum eam quæ in notis ſiue teſſeris epiſtolaribus conſiſtis, quibus eos qui inopia premuntur, ex gente ad gentem tranſmittimus.* & Sozomenus de eodem Iuliano loquens lib. 5. cap 16. ἐγνώκει δὲ, inquit, ζηλῶσαι λέγεται τὰ συνθήματα τῶν ἐπισκοπικῶν γραμμάτων, οἷς ἔθος ἀμοιβάδην τοὺς ξένους ἐπιδόντες δέχονται, καὶ παρ᾽ οἷς ἂν ἀφίκωνται, πάντως καταγεσθαι, καὶ θεραπείας ἀξιοῦσθαι, οἷά γε γνωρίμους καὶ φιλτάτους διὰ τὴν τοῦ συμβόλου μαρτυρίαν. *Præcipuè verò æmulatus eſſe dicitur notas ſiue teſſeras literarum Epiſcopalium, quibus ſolent inuicem peregrini quocumque proficiſcuntur, & à quibus veniant, hoſpitio excipi, & ſolatia promereri, tanquam noti & amici propter ſigni ſiue teſſeræ teſtimonium.* ἐπιστολιμαῖα συνθήματα, & συνθήματα γραμμάτων, certa quædam erant ſigna ac ſymbola ſiue notæ ac teſſeræ, quibus in Eccleſiaſticis literis ſcribendis, ne fraus irreperet, Epiſcopi vtebantur. Sic apud Procopium συνθηματικῶς γράφειν *per notas ſcribere.* καὶ πρὸς τὸν Αχιλλέα, inquit, ἐπιστολὰς γεγραμμένας συνθηματικῶς, ἐξέπεμψεν. Latini ſcriptores Eccleſiaſtici literas formatas vocant, eo quòd certa forma certíſque notis erant conceptæ. Qui igitur peregrinabantur eiuſmodi teſſeras epiſtolares ſiue formatas epiſtolas deferentes, quocunque pergerent hoſpitio ſuſcipiebantur, illiſque pro viatico erant. Lucianus in Peregrino: ἐξῄει οὖν τὸ δεύτερον πλανησόμενος, ἱκανὰ ἐφόδια, τοὺς χριστιανοὺς ἔχων, ὑφ᾽ ὧν δορυφορούμενος, ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις ἦν, καὶ χρόνον μέν τινα οὕτως ἐβόσκετο. *Secunda peregrinatione ſuſcepta egreditur vagaturus, ſatis ſibi viatici in Chriſtianis repoſitum eſſe exiſtimans, à quibus quaquauerſum incedebat ſtipatus, in omni agebat rerum abundantia, atque ad hunc modum aliquantum temporis alebatur.* Hinc Tertull. *hoſpitalitatis conteſſerationem* dixit, mutuato ἀπὸ ξένων vocabulo. Antiqui enim apud Gentiles inſtituti fuit, vt hoſpitij neceſſitudo non modò inter priuatos, ſed etiam inter populos ac ciuitates contraheretur. Quod genus amicitiæ προξενία & ἰδιοξενία Græcis, Latinis publicum & priuatum hoſpitium dicebatur; cuius nota ac pignus fuit teſſera hoſpitalitatis, eóque fœdere apud eos mutuæ amicitiæ fouebantur, quæ etiam ad poſteros manabant. Plautus in Pœnulo:

——Si ita eſt, teſſeram
Conferre ſi vis hoſpitalem, eccam attuli.
Agedum huc oſtende. eſt par probè: nam habeo domi.
O mi hoſpes! ſalue multum, nam mihi tuus pater,
Pater tuus ergo mihi hoſpes Antidamas fuit,
Hæc mihi hoſpitalis teſſera cum illo olim fuit.

Hoſpitibus teſſera dabatur vt hoſpes agnoſceretur. hinc qui ius hoſpitij violaſſet, teſſeram confregiſſe dicebatur. Idem in Ciſtel.

Abi quærere vbi tuo iureiurando ſatis ſiet ſubſidij
Hic apud nos iam Alceſimarche confregiſti teſſeram.

συστατικαὶ ἐπιστολαὶ] συστατικὰ γράμματα can. 191. huius codicis. Harum epiſtolarum meminit D. Paulus 2. ad Corinth. cap. 3. 1. μὴ χρήζομεν, ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν; *Num egemus, vt nonnulli, commendatitiis epiſtolis apud vos, aut à vobis commendatitiis?* συστατικαὶ autem, hoc eſt commendatitiæ epiſtolæ dicuntur, quæ dantur clericis, aut laïcis à communione ſeparatis, aut ignotis in aliam ciuitatem abeuntibus, ipſos loci illius Epiſcopo commendantes, vt cenſuris ſolutos vel fideles exiſtentes. Zonaras hîc & in can. 13. Apoſtol. συστατικαὶ δὲ ἐπιστολαὶ λέγονται, αἱ ἐγχειριζόμεναι κληρικοῖς ἢ λαϊκοῖς ἀφωρισμένοις ἢ ἀγνώστοις ἐν ἑτέρᾳ πόλει ἀπιοῦσι, καὶ συνιστῶσι τῷ ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ ἐπισκόπῳ τοὺς ἄνδρας ὡς λυθέντας τῆς ἐπιτιμίου, ἢ πιστοὺς ὄντας. & Græcus Scholiaſtes Harmenopuli in epitome canonum ſect 2. tit. 3. & ſect. 3. tit. 1. συστατικαὶ, inquit, ἐπιστολαί εἰσιν, αἱ διδόμεναι τοῖς ὑπὸ ἐπιτίμιον, εἰς λύσιν, καὶ ἑτέρῳ αὐτῶν ἐπισκόπῳ συνιστῶσαι πρὸς κοινωνίαν. *Commendatitiæ literæ ſunt quæ cenſura alicui ſubiectis dantur ad eorum purgationem, & per quas alteri Epiſcopo commendantur ad communionem.* Adde quæ ex Matthæo Blaſtare vir eruditiſſimus C. Labbæus ſuis in ſynopſim Baſilicon obſeruationibus inſeruit. Porro obſeruandum eſt, veteres Chriſtianos in recipiendis commendatitiis literis, ne fraus irreperet, accuratam adhibuiſſe examinationem fidei illorum qui eas ferebant. qua de re extat canon 33. qui dicitur Apoſtolorum. Hunc morem indicat Lucianus in Peregrino de Chriſtianis loquens: καταφρονοῦσιν οὖν ἁπάντων ἐξίσης, καὶ κοινὰ ἡγοῦνται ἄνευ τινὸς ἀκριβοῦς πίστεως τὰ τοιαῦτα παραδεξάμενοι. *Apud illos*, inquit, *omnia ex æquo habentur contempui, exiſtimantúrque eſſe communia, quæ citra fidem exactè exploratam in communem vſum à quocunque deferente ſuſcipiunt.* Id etiam ſtatuit Concilium Eliberitanum can. 58. *Placuit vbique & maximè in eo loco, in quo primæ cathedra conſtitutus eſt Epiſcopus, vt interrogentur hi qui communicatorias literas tradunt, an omnia rectè habeant, & ſuo teſtimonio comprobent.*

Can. ϛλα'. ἀγνώστοις] Hunc locum emendauimus ex codice MS. Zonaræ, Bibliothecæ Regiæ. Hanc etiam emendationem confirmat Matthæus Blaſtares mentem huius canonis referens in codice MS. illuſtriſſimi Præſidis I. Auguſti Thuani: ὁ δ᾽ ἐν Αντιοχίᾳ ἕβδομος, ξένοις κληρικοῖς, καὶ ἀγνώστοις κωλύουσι μὴ λειτουργεῖν, συστατικῶν ἄνευ τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου. Malè vulgatus Codex Tilij & Cod. MS. Balſamonis, ἀγροικοις.

Pag. 65. Can. ϛπγ'. διάκονον γυναῖκα ἐτῶν τεσσεράκοντα] D. Paulus 1. ad Timoth. 5. 9. viduarum ſeu diaconiſſarum ætatem definit, vt ſint annorum ſexaginta.

χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα, *Vidua eligatur non minor ſexaginta annis.* Iiſdem veſtigiis inſiſtens Theodoſius Imp. conſtituit, τὰς γυναῖκας εἰ μὴ ἑξήκοντα ἔτη γένοιντο, διακονίας μὴ ἐπιτρέπεσθαι κατὰ τὸ ἀποστόλου Παύλου ἱερὸν πρόσταγμα, *Non eſſe mulieribus miniſterium committendum, niſi ſexageſimum ætatis annum exceſſerint ſecundum Pauli Apoſtoli verbum.* & Valentinianus l. 27. C. Th. de Epiſc. & cler. *Nulla niſi emenſis ſexaginta annis, ſecundùm præceptum Apoſtoli, ad Diaconiſſarum conſortium transferatur.* Tertullianus de velandis virg. de viduis loquens, *Ad quam ſedem, præter annos ſexaginta, tantum viniura, id eſt nupta aliquando eliguntur, ſed & matres & quædam educatrices filiorum.* Hieronymus lib. 2. Comment. in Eſaiam, *Non Eccleſiaſticis ſuſtentatur vidua alimentis, niſi quæ ſexaginta annorum eſt, & maturitatem habet morum pariter & ætatis.* Poſtea indultum eſt, vt anno quinquageſimo eligi poſſent, Nouella 6. cap. 6. ſed & quadrageſimo, & hoc canone, & Nouel. 123. cap. 15.

Pag. 65. Can. ϛιγ´. δέξασθαι τὴν χειροθεσίαν] Hic χειροθεσία pro impoſitione manuum benedictionis accipitur, non ordinationis. vide annot. ad can. 19. & 115. ſuprà.

τῇ λειτουργίᾳ] De diaconiſſarum miniſterio agit author Conſtit. Apoſt. lib. 3. cap. 15. *Elige diaconiſſam fidelem & ſanctam, ad mulierum miniſteria, nam accidit aliquando cùm in aliquorum domos diaconum ad mulieres mittere non potes propter infideles: mittes igitur mulierem diaconiſſam, propter improborum cogitationes. nam ad multos vſus muliere diaconiſſa indigemus: ac primùm cùm illuminantur mulieres.* & Epiphanius hæreſ. 79. contra Collyridianos, καὶ ὅτι μὲν διακονισσῶν τάγμα ἐστὶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἀλλ' οὐχὶ εἰς τὸ ἱερατεύειν, οὐδέ τι ἐπιχειρεῖν ἐπιτρέπειν. ἕνεκεν δὲ σεμνότητος τοῦ γυναικείου γένους, ἢ διὰ ὥραν λουτροῦ, ἢ ἐπισκέψεως πάθους, ἢ πόνου, καὶ ὅτε γυμνωθείη σῶμα γυναικὸς ἵνα μὴ ὑπὸ ἀνδρῶν ἱερουργούντων θεαθείη, ἀλλ' ὑπὸ τῆς διακονούσης. *Diaconiſſarum quidem ordo eſt in Eccleſia, ſed non vt ſacrificent, nec tale quippiam aggredi permittantur, verùm reuerentiæ muliebris gratiâ, aut propter horam baptiſmi aut affectionum laborúmque viſitationem, & quando nudatum fuerit corpus mulieris, vt ne à viris ſacrum facientibus aſpiciatur, ſed à miniſtrante muliere.* & in compendio totius operis, vbi ſui temporis Eccleſiæ formam deſcribit p. 465. καὶ διακόνισσαι δὲ καθίστανται εἰς ὑπηρεσίαν γυναικῶν μόνον διὰ τὴν σεμνότητα, εἰ χρεία κατεπείγοι λουτροῦ ἕνεκα, ἢ ἐπισκέψεως σωμάτων. *Diaconiſſæ conſtituuntur ad ſolum mulierum miniſterium, grauitatis & reuerentiæ ſeu pudoris, atque caritatis causâ, ſi opus fuerit, baptiſmi gratiâ, aut inſpectionis corporum.* Hieronymus ad Nepotianum, *Multas*, inquit, *anus alit Eccleſia, quæ officium ægrotanti præſtant, & beneficium accipiunt miniſtrando.* Adde Iuſtiniani Nouel. 6. cap. 6. vbi diaconiſſas baptiſmo miniſtrare tradit. Quale autem fuerit diaconiſſarum in baptiſmo miniſterium, indicat ſynodus Carthaginenſis IV. can. 12. *Viduæ*, inquit, *vel ſanctimoniales quæ ad baptizandarum mulierum miniſterium eliguntur, tam ad officium inſtructæ ſint, vt poſſint apto, ſiue aperto & ſano ſermone docere imperitas & ruſticas mulieres, quo tempore baptizandæ ſunt, qualiter & baptiſatori reſpondeant, & accepto baptiſmate viuant.* Pauperum etiam & carcere vinctorum curam habebant, & pleraque alia pietatis officia eis commendabantur. Illud autem diaconiſſarum officium hodie in Eccleſia ſublatum eſt.

Ἐκδίκων] Olim ab Impp. dabantur Eccleſiis id poſcentibus ἔκδικοι, ſiue *defenſores*, qui laïci erant; quorum officium erat vim omnem ac tumultum ab Eccleſia & paſtoribus arcere, & operam dare ne quid in Eccleſia per vim aut ſordes fieret: Nou. 56. Codex Canonum Eccleſiæ Africanæ can. 75. *Ab Impp. viſum eſt poſtulandum, propter afflictionem pauperum, quorum moleſtiis ſine intermiſſione fatigantur Eccleſia, vt defenſores eis aduerſus potentias diuitum, cum Epiſcoporum prouiſione delegentur.* Pag. 66. Can. σα´.

Hic canon 206. & qui proximè ſequitur 207. extant in codice Tilij, & apud Balſamonem & Zonaram. Pag. 68. Can. σϛ´.

ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς] In Barbarico, hoc eſt, ſolo Barbarorum ſic accipitur in Codice canonum Eccleſiæ Africanæ can. 52. *De prouincia Mauritania nihil ſtatuimus, quòd ea ſita ſit in finibus Africæ, & quòd Barbarico ſit contermina.* & apud Ammianum Marcellinum lib 18. *Viſus eſt in Barbarico miles.* & l. 2. C. de Commerc. Eadem notione Barbariæ vox paſſim reperitur apud rerum Romanarum ſcriptores. Lampridius in Alexandro Seuero de limitaneis ducibus loquens, *Addidit ſanè his*, inquit, *& animalia & ſeruos, vt poſſent colere quod acceperant: ne per inopiam hominum, vel ſenectutem poſſidentium deſererentur rura vicina Barbariæ.* Ruſus Feſtus in Breuiario: *Traianus Daciam trans Danubium, in ſolo Barbariæ, prouinciam fecit.* Gellius lib. 9. cap. 12. *Homo Thracius ex vltima Barbaria.* Paulinus epiſt. 26. ad Victricium Rothomagenſem Epiſcopum, *Vbi quondam deſerta ſiluarum, ac litorum pariter in tota aduena Barbaria*, &c. Syneſius τὴν βαρβαρίαν dixit epiſt. 101. vbi rectè Latinus interpres *Barbariam* vertit. Auguſtinus ep. 178. *Non enim in Africa, aut in cuncta Barbaria, ſed in Syria vel Græcia*, &c. Romani igitur ſcriptores quidquid erat vltra limites orbis ſiue Imperij Romani, Barbaricum & Barbariam dixerunt: ipſum verò Orbem Romanum, Romaniam appellarunt, vt ex Epiphanio iam obſeruauit doctiſſimus Caſaubonus in notis ad Lampridium loco citato. Addam & alia quædam teſtimonia. Athanaſius ad omnes ſolitariam vitam agentes, μητρόπολις ἡ Ῥώμη τῆς Ῥωμανίας ἐστί. Epiphanius hæreſi 66. ὅρμοι τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης διάφοροι, ἐπὶ τὰ στόμια τῆς Ῥωμανίας: *Portus maris rubri diuerſi ſunt, ad oſtia Romaniæ diſcreti.* Item εἰς τὰς ἄλλας πατρίδας διὰ θαλάσσης διερχόμενοι, οἱ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς ἐπὶ τὴν Ῥωμανίαν ἐμπορευόμενοι. *In alias regiones per mare penetrantes, hi qui ab India veniunt, ad Romaniam perueniunt.* Apud Conſtantinum Porphyrogennetam cap. 47. lib. Pag. 68. Can. σϛ´.

Digitized by Google

de adminiſtr. Imperio : τῶν ἐν Ῥωμανίᾳ οἰκούντων. *In Romania habitantes.* & cap. 46. Ea ſignificatione Romaniæ vox accipitur apud Euagrium lib. 6. cap. 20. & Nicephorum lib. 18. cap. 21. adde Oroſium lib. 7. cap. 43. qui de Ataulpho Gothorum Rege loquens, *Eum inprimis ardenter inhiaſſe*, inquit, *ut obliterato Romano nomine, Romanum omne ſolum, Gothorum Imperium & faceret & vocaret, eſſétque Gothia, quod Romania fuiſſet.* Hinc paſſim Romani Barbaris opponuntur. In edicto Theodorici Regis Italiæ cap. 43. *Nullus ad potentem Romanum aut Barbarum proprias quolibet titulo transferat actiones.* & cap. 44. *Nullus ſe potens Romanus, aut Barbarus, tanquam defenſor aut ſuffragator negotio miſceat.* Romani ſunt veteres incolæ, Barbari aduenæ victores. ſic in Legibus Wiſigothorum lib. 3. tit. 1. *Vt tam Gotho Romanam, quàm Romano Gotham matrimonio liceat ſociare.* & lib. 10. tit 2. *ſortes Gothica & Romana.* & in confeſſione Epiſcoporum, presbyterorum & primorum gentis Gothicæ, quæ inter acta Concilij Toletani III. extat : *Quicumque libellum deteſtabilem*, xii. *anno Leobigildi Regis à nobis editum, in quo continetur Romanorum ad Arianorum hæreſim traductio, pro vero habuerit, anathema ſit.* & Concil. Tolet. IX. cap. 13. *Cunctis Eccleſiarum libertis interdicitur, iudicio generali, ne deinceps causâ connubij aut Romanis ingenuis copulentur, aut Gothis.* His enim locis *Romanorum* appellatione veteres incolæ Hiſpaniæ ſignificantur, qui ante Gothorum in Hiſpaniam irruptionem Imperio Romano parebant. Sic apud Victorem Vticenſem lib. 1. de perſecutione Vandalica, veteres Africæ incolæ à Vandalis deuicti, *Romani* appellantur. Sic & Galli qui Romano Imperio parebant ante aduentum Francorum, Burgundionum, aliorúmque Barbarorum, quod in legibus Salicis obſeruare licet, tit. 15. *Si Romanus homo Francum ſpoliaueris*, &c. & in præfatione Goodobaldi Regis ad leges Burgundionum, *Burgundiones & Romani Ciuitatum aut Pagorum Comites.* & Concil. Turon. II. cap. 9. *Ne quis Britannum aut Romanum in Armorico, ſine Metropolitani, aut comprouincialium voluntate vel literis, Epiſcopum ordinare præſumat.*

FINIS.



Digitized by Google

INDEX AVTHORVM
QVI IN PRÆFATIONE ET NOTIS
in Codicem Eccleſiæ vniuerſæ, laudantur.

ACTA Concilij Epheſini MSS. è Bibliotheca V.C. Petri Stella Gracè.
Acta Concilij Calchedonenſis.
Ado Viennenſis.
Æſchines.
Agobardus.
Alexius Patriarcha CP.
Ammianus Marcellinus.
Ambroſius.
Andocides.
Antiquitates Eccl. Britannica.
Anſegiſus.
Annalium Francor. ſcriptores à P.Pithœo editi.
Antonius Auguſtinus.
Arnobius.
Ariſtophanes.
Athenæus.
Athenagoras.
Athanaſius.
Auguſtinus.
Baronius.
Baſilius Cæſarienſis.
Baſilius Seleucienſis.
Beda.
Benedictus Leuita.
Bernardus.
Biblia Sacra.
Budæus.
Burchardus.
Canones qui dicuntur Apoſtolorum.
Capitularia Caroli Magni.
Carolus Caluus.
G. Caſſander.
I. Caſaubonus.
Caſſiodorus.
Cedrenus.
Chaldaïca paraphraſis.
Chryſoſtomus.
Cicero.
Clemens Alexandrinus.
Clemens Romanus.
Concilia Galliæ.
Concilia Hiſpaniæ.
Concilia Græca Romæ edita an. 1608.
Conciliorum canones à Io. Tilio Græcè editi.
Concilium Conſtantinopol. ſub Menna.
Concilium VIII. œcumenicum.
Concilium Aquileienſe.
Concilium Vvormacienſe.
Codex Conciliorum MS. è bibliotheca V.C. Io. Bochardi Domini de Champigni, Regis Chriſtianiſſimi apud Venetos legati.
Codex Theodoſianus.
Codex Iuſtinianeus.
Collectio Græca Canonum Eccleſiæ Africanæ.
Collectio Canonum Eccleſiaſticorum Dionyſij Exigui, è Bibliotheca V.C. Nicolai Fabri.
Collectio Canonum Iſidori Mercatoris MS.
Criſconius.
N. Cragius.
I. Cuiacius.
Curopalates.
Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.
Damaſus P.R.
Demoſthenes.
Dio Chryſoſtomus.
Dio Nicæus.
Dionyſius Areopagita.
Epiphanius.
Euagrius.
Euſebius Cæſarienſis.
Euſebius Emiſſenus.
Euthymius.
R. Fornerius.
Fulgentius Ferrandus.
Gelaſius Cyzicenus.
Gellius.
Gregorius I. P.R.
Gregorius Thaumaturg.
Gregorius Turonenſis.
Gregorius Nazianzenus.
Harmenopulus.
Heſiodus.
Hieronymus.
Hincmarus.
Hiſtoria Miſcella.
Hormiſda P.R.
Ignatius Antiochenus.
Innocentius P.R.
Ioannes I. P.R.
Ioſephus.
Ioſephus Scaliger.
Irenæus.
Iſidorus Hiſpalenſis.
Iſidorus Mercator.
Iulius Pollux.
Iuo.
Iuſtinus Martyr.
Iuuenalis.
Lampridius.
C. Labbæus.
Leges Burgundionum.
Leges Salicæ.
Leges Vviſigothorum.
Leo I. P.R.
Leo IV. P.R.
I. Leſchaſſerius.
LXX. Interpretes.
Lipſius.
Liturgia Græca.
Lucianus.
Ludouicus Pius.
Marianus Scotus.
Martialis.
Martinus Bracharenſis.
Melchior Goldaſtus.
Minutius Felix.
Matthæus Blaſtares MS. è Biblioth. illuſtriſſimi Præſidis Iacobi Auguſti Thuani Græcè.
Maximus Monachus.
Nicephorus Patriar. CP.
Nicephorus Caliſtus.
Nicetas.
Nicolaus I. P.R.
Notitia Imperij.
Nouellæ Iuſtiniani Imp.
Nouellæ Leonis Imp.
Oecumenius.
Optatus Mileuitanus.
Origenes.
Oroſius.
Ouidius.
Pacianus.
Pandectæ.
Paulinus.
P. Pithœus.
Pius I. P.R.
Philo Iudæus.
Phrynicus.
Plato.
Plautus.
Plinius iunior.
Plutarchus.
Pomponius.
Pontius Paulinus.
Procopius.
B. Rhenanus.
Ruffinus.
Rufus Feſtus.
Salmaſius.
Scholiaſtes Græcus Harmenopuli.
Seneca.
Siculus Flaccus.
Sidonius Apollinaris.
Sigebertus.
Sixtus Senenſis.
Socrates.
Sozomenus.
Spartianus.
Strabo.
Suidas.
Symmachus.
Syneſius.
Synodus VI. in Trullo.
Tertullianus.
Tharaſius Patriarch. CP.
Theodoretus.
Theodorus Balſamo MS. Græcè.
Theophilus.
Theophanes.
Valerius Maximus.
Vegetius.
I. Vvendelſtinus.
Victor Tunnunenſis.
Victor Vticenſis.
Vitruuius.
Vlpianus IC.
Xiphilinus Patriarc. CP.
Zeno Veronenſis.
Zonaras MS. è Bibliotheca Regia, Græcè.

Digitized by Google

CODEX
CANONVM
ECCLESIASTICORVM
DIONYSII EXIGVI.

SIVE

CODEX CANONVM
VETVS
ECCLESIÆ ROMANÆ,

AB HADRIANO PAPA I. CAROLO MAGNO
Romæ quondam oblatus.

Hac poſtrema editione à mendis expurgatus.

Cui acceſſerunt antiquiora Pontificum Romanorum decreta, ab eodem Dionyſio collecta.

Ex vetuſtiſſimis exemplaribus MMSS. Bibliothecæ CHRISTOPH. IVSTELLI.

Digitized by Google

Ex Tomo II. Conciliorum Galliæ IACOBI SIRMONDI Societ. IESV Preſbyteri. pag. 117.

De Codice Canonum, qui Carolo Magno Regi, cùm Romæ eſſet, ab Hadriano Papa oblatus eſt, anno Chriſti, vt coniectura eſt, DCCXXCVII.

EDITA eſt ſuperioribus annis primùm Ingolſtadij tomo VI. Antiquæ lectionis, deinde Coloniæ tomo III. Conciliorum, Epitome Canonum Orientalium & Africanorum, cum titulo, qui hanc ab Hadriano Papa Carolo Magno Regi, cùm Romæ eſſet, ad vſum Occidentalium Eccleſiarum oblatam ſignificat. Atqui Carolo conſtat oblatam fuiſſe non Epitomem, ſed integram Collectionem, tum Canonum, ex quibus Epitome illa deinceps conflata eſt, tum Decretorum etiam Pontificum, à Siritio ad Gregorium Iuniorem. Denique illum ipſum Carolo datum eſſe librum, qui CODEX CANONVM à Nicolao Papa dicitur D. XIX. cap. *Si Romanorum.* quíque Moguntiæ primùm excuſus anno M. D. XXV. in editione poſtea Pariſienſi inſcriptus eſt, *Codex Canonum vetus Eccleſiæ Romanæ.* Hoc enim declarant plurima, quæ in Bibliothecis Galliæ viſuntur, Collectionis huius exemplaria: quorum in fronte, velut oblati muneris dedicatio præfixa eſt, Hadriani ad Carolum epiſtola, quæ primis ſingulorum verſuum litteris hunc titulum reddit, DOMINO EXCELL. FILIO CARVLO REGI HADRIANVS PAPA. Epiſtola autem ipſa ſic habet, tum in aliis paſſim, vt dixi, tum in vetuſtiſſimo S. Germani codice, Caroli ipſius Magni temporibus exarato, anno regni eius XXXVII. id eſt Chriſti DCCCV.

EPISTOLA HADRIANI PAPÆ
AD CAROLVM MAGNVM REGEM,
quæ in antiquis exemplaribus eius Codici Canonum præponitur.

D DIVINA *fulgens doctrina ſceptra præcellit regni,*
O *Origo regum felix, ſemper genitura beata,*
M *Molem perſpicimus legis gratiam laudis habere.*
I *Iuſto gignitur rege Eccleſiæ almæ defenſor,*
N *Numquam enim vinci poteſt diſciplina cæleſtis,*
O *Olim iam ſumens paterni triumphans regni*
E *Exemplum, quo deuota fides victoria gaudet,*
C *Chriſto iuuante, ac beato clauigero Petro,*
C *Cunctas aduerſas gentes regalibus ſubdit plantis.*
E *En radix beata inſtar contulit prole.*
L *Læta Deum colere, legem ſemper amare diuinam,*
L *Laudabilem ſeruare fidem, ſanctámque defendere vitam,*
F *Fautorem prorſus habens ianitorem in triumphis cæli.*
I *Ipſius freta virtute victrice perſiſtit ſemper.*
L *Lumen ſequens doctrinæ fidei Apoſtolicæ Sedis,*
I *In hanc ſanctam ſedem magnus Rex Carulus ſplendet.*
O *Omnibus per eum ditata bonis triumphat vbique,*

Digitized by Google

C *Cæleſte ſemper in his habere meruit regnum.*
A *Arma ſumens diuina gentes calcauit ſuperbas.*
R *Reddidit priſca dona Eccleſiæ matri ſuæ,*
V *Vrbéſque magnas, fines ſimul & caſtra diuerſa.*
L *Langobardam ac Erulam virtute diuina proſtrauit gentem.*
O *Ouans amplectitur fidem, quam ſuſcepit ab auis.*
M *Magna proſapia hæc in toto rutilat mundo:*
A *Altus, nobilis, nitens, regit diuerſa regna.*
G *Gaudens celer ad limina venit Apoſtolorum ſoſpes,*
N *Nimis laudibus hymníſque populo celebratur ab omni.*
O *Obnixè pro ſe ſummum orare Antiſtitem poſcit,*
R *Redimi ſibi noxas à iuuentute commiſſas.*
E *Exutus ſuffragiis almis ſpondebat lingua magiſtro*
G *Genium ſeruare ſanctæ Eccleſiæ in æuo Romanæ,*
I *Iuſtitias almi Petri ſui protectoris tueri*
H *Habilem vt ſuper donans in eius Confeſſione libauit.*
A *Adhæc Hadrianus Præſul Chriſti prædixit triumphos,*
D *Dextera protegi diu diuina Petro comitante Paulóque.*
R *Romphæam victoriæ donantes, atque pro te dimicantes,*
I *Inlæſus cum tuis victor manebis, nempe per ipſos*
A *Aditum petunt vrbis Papiæ te ingredi victorem.*
N *Neſa perfidi regis calcabis Deſiderij colla,*
V *Vires eius proſternens merges baratro profundi.*
S *Septus Langobardorum regno, munus reddes tuum*
P *Pollicita ſacra dona clauigeri aulæ Petri,*
A *Amplius donans tibi victoriam, ſimúlque honorem*
P *Per ſæcla regnare cum tuis hic, in futuróque ſoboli.*
A *A lege nunquam diſcede, hæc obſeruans ſtatuta.*

Hactenus Hadriani Epiſtola, vt ex corruptis exemplaribus elici potuit. Quod verò ad tempus attinet, cùm Carolus ter in vrbem Hadriano ſuperſtite venerit, anno nimirum DCCLXXIV, cùm Papiam obſideret, anno iterum DCCXXCI, cùm eius filij Pippinus Italiæ, Ludouicus Aquitaniæ Reges ab Hadriano inuncti ſunt, anno denique DCCXXCVII, cùm inde Capuam quoque, ac Beneuentum aduerſus Grimoaldum Ducem profectus eſt: nos, tametſi res incerta eſt, Codicem Hadriani ad poſtremam potius profectionem referendum duximus, quàm quod aliis placuit ad primam, cui multa, quæ in eius Epiſtola leguntur, conuenire vix poſſint.

LECTORI.

Digitized by Google

LECTORI.

CODICEM ſeu Collectionem Canonum Eccleſiaſticorum Dionyſij Exigui, cuius index tantùm ex Cod. MS. eruditiſſimi viri Nic. Fabri an. CIↃ.IↃCIX. primùm editus eſt, integrum nunc tibi damus ex alio veteri Cod. MS. Bibliothecæ Cl. V. Chriſtophori Iuſtelli, omnium, quæ Latinè extant, Iuris Canonici antiquiſſimum monumentum: quod quidem ab hoc fonte hauſtum eſſe nemini dubium eſt. Continet autem hæc Collectio eoſdem ferè Conciliorum canones, quos Græcus Eccleſiæ vniuerſæ Codex, ab eodem Iuſtello, anno CIↃ.IↃCX. editus: Canones præterea, qui dicuntur Apoſtolorum quinquaginta, Sardicenſis etiam XXI. & Africanarum, ſiue Carthaginenſium ſynodorum capitula CXXXVIII. complectitur. Huius non obſcurè meminit Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus in opuſc. LV. Capitul. aduerſus Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum cap. XLIII. his verbis: *Qui ſunt illi, inquit, quos & Apoſtolica Sedes, & omnes Epiſcopi per vniuerſum orbem, & omnis Eccleſia Catholica Canones appellant? quíque à Nicæno Concilio, quod primum in noſtris codicibus, quos ab Apoſtolica Sede maiores noſtri acceperunt ſequendos, per ordinem vſque ad Africanum Concilium, pro Canonibus recipiendis, venerandis & obſeruandis, retinent.* Is verò eſt Dionyſius Exiguus, qui, omiſſa profana annorum numeratione per Olympiades, vel Conſules, vel Indictiones, primus ab Incarnatione Chriſti tempora prænotare cœpit, & cyclum Paſchalem XCV. annorum deſcripſit, ſub Conſulatu, non Fl. Mauortij, vt ſcribit Marianus Scotus in Chronico ann. D.XXVII. ſed Fl. Philoxeni & Anicij Probi iunioris Indictione III. hoc eſt anno Chriſti D.XXV. vt ipſe Dionyſius teſtatur in epiſtola Paſchali prima ad Petronium Epiſcopum, nuper à doctiſſimo Petauio ex Cod. MS. primùm edita: in qua etiam ex ſacris Canonibus, hoc eſt ex ipſo veteri Codice Canonum quem nunc edimus, atque ex ſua interpretatione, citat Canonem LXXIX. qui primus Antiocheni Concilij eſſe reperitur. Ex quibus confirmatur ordo & numerus Canonum in illo ſeruatus, atque ex iis colligi poteſt Canones hoſce Eccleſiaſticos, iam antè, ex Græcis exemplaribus Dionyſiū tranſtuliſſe. Quis autem fuerit Græcæ illius antiquæ collectionis Canonum auctor, quæ à Nicæno vſque ad Conſtantinopolitanum Concilium protenditur; cuius tranſlationem ſuſcepit ipſe Dionyſius, ignoratur. Illud tamen liquidò conſtat Concilio Chalcedonenſe antiquiorem fuiſſe, in cuius actione IV. XI. & XIII. ex ipſa antè iam facta collectione, communi maiorum authoritate probata, quinque Canones, IV. videlicet, XXCIII. XXCIV. XCV. & XCVI. qui IV. Nicæni, & IV. V. XVI. &

XVII. Antiocheni Concilij eſſe reperiuntur, lectos ac citatos fuiſſe com-
pertum eſt. Qui quidem Canones, eodem ordine, atque continuata,
nec interrupta numerorum ſerie (quam veteres conſequentiam regula-
rem vocant) extant in Codice Græco Canonum Eccleſiæ vniuerſæ, &
in hac Latina Dionyſij Exigui collectione. Sed & ante Epheſinum Con-
cilium, Græcam illam collectionem factam fuiſſe, ex epiſtola à Dionyſio
ipſo huic Codici præfixa, planum eſt: quâ videlicet Canones à Nicæno
cæteríſque conſequentibus Conciliis, quæ ante illud vel poſtmodum
facta ſunt, vſque ad Concilium Conſtantinopolitanum II. œcumeni-
cum, ſub ipſo ordine numerorum, id eſt à primo capitulo vſque ad cen-
teſimum ſexageſimum quintum enumerat. Quinam autem ſint, illi
CLXV. Canones, facile eſt ex Conciliorum ordine & Canonum conſe-
quentia, quibus conſtabat antiquus ille Codex, cuiuis dignoſcere. Nam
XX. Canones Concilij Nicæni, XXIV. Ancyrani, XIV. Neocæſarienſis,
XX. Gangrenſis, XXV. Antiocheni, LIX. Laodiceni, III. Conſtanti-
nopolitani: hi, inquam, collecti numeri, centum & ſexaginta quin-
que efficiunt. Ex quibus etiam cognoſcimus veteres in dinumerandis
Conciliorum Canonibus non eadem ratione vſos fuiſſe. Nam ex verbis
Concilij Chalcedonenſis colligitur Canones ſuprà citatos I. IV. V. XVI.
& XVII. Concilij Antiocheni, in veteri Græco Codice, XXC. XXCIII.
XXCIV. XCV. & XCVI. fuiſſe, qui in Latino Dionyſij Exigui LXXIX.
XXCIV. XXCV. XCVI. & XCVII. eſſe reperiuntur. Sed hæc differentia
ex eo nata videtur quòd Ancyranum Concilium in Græco Codice, vi-
ginti quinque Canonibus conſtat, & Neocæſarienſe quindecim: in La-
tina verò Dionyſij collectione quatuordecim & viginti quatuor tantùm:
Canonéſque quartus & quintus Ancyrani Concilij, item tertius deci-
mus & quartus decimus Neocæſarienſis, pro vnico habentur, vt ex vtriuſ-
que Codicis collatione facile eſt obſeruare. Subiunximus & ex Codice
MS. perantiquo eiuſdem Iuſtelli epiſtolam ſynodicam ſancti Cyrilli &
Concilij diœceſeos Ægypti, Alexandriæ congregati anno CCCCXXX.
cum duodecim anathematiſmis contra Neſtorium, ex Latina Dionyſij
Exigui interpretatione, cui epiſtolam ad Petrum quendam Epiſcopum
ipſe præfixit. Quæ quidem epiſtola ſynodica ab Iſidoro, & aliis qui eum
ſequuti ſunt Latinis Conciliorum collectoribus, contra omnium Codd.
veterum Græcorum & Latinorum fidem, tribuitur Epheſino Concilio
III. œcumenico, quod anno demùm ſequenti celebratum eſſe conſtat,
Anicio Baſſo & Antiocho Coſſ. Hæc verò extat Græcè & Latinè, ſed aliâ
verſione, inter acta Concilij Epheſini Act. I. & Concilij Conſtantino-
politani V. œcumenici collat. VI. edit. Rom. & Colon. cum hac epigra-
phe, Τῷ εὐλαβεστάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ Κύριλλος, καὶ ἡ
συνελθοῦσα σύνοδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως ἐν κυρίῳ χαίρειν.
Illius etiam meminit Liberatus Archidiaconus Carthaginenſis in Bre-
uiario lib. IV. *Cyrillus*, inquit, *Neſtorio ſynodicam direxit epiſtolam, in qua
& duodecim capitula contra eius dogma dictauit & inſeruit, & eſt principium:
Dicente Domino, qui amat patrem ſuum & matrem ſuam pluſquàm me, non eſt
me dignus.* Cùm hæc ad memoriam antiquitatis Canonicæ & Eccleſia-

ſticæ conſeruandam pertineant, operam noſtram, Lector, boni conſule, & beneficio noſtro fruere.

TESTIMONIA ALIQVOT
de Dionyſio Exiguo, eiúſque Latina Canonum Eccleſiaſticorum interpretatione.

Caſſiodorus cap. XXIII. diuin. lect.

GENERAT *etiam hodiéque Catholica Eccleſia viros illuſtres probabilium dogmatum decore fulgentes: fuit enim noſtris temporibus &* DIONYSIVS *monachus, Scytha natione, ſed moribus omnino Romanus, in vtraque lingua valde doctiſſimus, reddens actionibus ſuis, quam in libris Domini legerat æquitatem; qui ſcripturas diuinas tanta curioſitate diſcuſſerat, atque intellexerat, vt vndecunque interrogatus fuiſſet paratum haberet competens ſine aliqua dilatione reſponſum. Fuit in illo cum ſapientia magna ſimplicitas, cum doctrina humilitas, cum facundia loquendi parcitas: vt in nullo ſe vel extremis famulis anteferret, cùm dignus eſſet Regum ſine dubitatione colloquiis. Qui petitus à Stephano Epiſcopo Salonitano, ex Græcis exemplaribus* CANONES ECCLESIASTICOS, *moribus ſuis, vt erat planus atque diſertus, magnæ eloquentiæ luce compoſuit, quos hodie vſu celeberrimo Eccleſia Romana complectitur. Hos etiam oportet vos aſſiduè legere, ne videamini tam ſalutares Eccleſiaſticas regulas culpabiliter ignorare. Alia quoque multa ex Græco tranſtulit in Latinum, quæ vtilitati poſſunt Eccleſiæ conuenire.*

Beda de tempor. rat. cap. XLV.

PRIMI *decennalis circuli curſu temporum ordo præfigitur: quem Græci calculatores à Diocletiani Principis annis obſeruauere: ſed* DIONYSIVS *venerabilis Abbas Romanæ vrbis, & vtriuſque linguæ, Græcæ videlicet & Latinæ, non ignobili præditus ſcientiâ, Paſchales ſcribens circulos, noluit eis, ſicut ipſe teſtatur, memoriam impij perſecutoris innectere, ſed magis elegit ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti tempora prænotare; quatenus exordium ſpei noſtræ notius nobis exiſteret.*

Idem in Chronico ſeu lib. de ſex ætatibus. an. mundi 4480.

DIONYSIVS *Paſchales ſcribit circulos incipiens ab anno Dominicæ Incarnationis* DXXXII. *qui eſt annus Diocletiani* CCXLVIII. *poſt Conſulatum Lampadij & Oreſtis.*

Io. Trithemius lib. de Script. Eccleſiaſt.

DIONYSIVS *Abbas Romanus, cognomento Exiguus, vir ingenio & ſcientia magnus, atque clariſſimus, in ſcripturis ſanctis eruditus, & in diſciplina ſæcularium literarum nobiliter doctus, Græco & Latino eloquio clarus, computiſta & calculator temporum egregius, ſcripſit Latino ſermone nonnulla opuſcula. De quibus ego tantùm reperi ſubiecta: Annorum* DXXXII. *cyclum Paſchalem magnum. tranſtulit de Græco in Latium vitam ſancti Pacomij Abbatis, librum quoque Gregorij Emiſſeni de conditione hominis, & ſcripta Proterij Alexandrini Epiſcopi ad Leonem Papam, & quædam alia. Inchoauit autem cyclum ſuum anno Domini* DXXXI. *&c. claruit ſub Iuſtiniano Magno anno* DXL.

Ex Annal. Eccleſiaſt. Cæſaris Baronij Cardinalis an. CCCXXV. num. CXXIII.

S*I fidelitas atque peritia in transferendo, & ſinceritas in edendo quàm maxima requiratur: nulla exquiri poteſt editio exactior atque fidelior, quàm quæ elaborata eſt à magno illo, ſed cognomento Exiguo Dionyſio, cuius eximiam in vtraque lingua peritiam, & morum egregiam probitatem Caſſiodorus dignis laudibus mirificè prædicat.*

Rob. Bellarminus Cardinalis de Script. Eccleſiaſt. an. DXXV.

DIONYSIVS EXIGVVS *natione Scytha, ſed moribus Romanus, quemadmodum cognomento Exiguus, ſed doctrina & ſanctitate maximus, vixit tempore Theodorici Regis Italiæ, & ſucceſſorum eius: nam anno* DXXVII. *ſcripſit cyclum Paſchalem, & omiſſa profana numeratione annorum ab imperio Diocletiani impij perſecutoris, numerare cœpit ab Incarnatione Domini Ieſu Chriſti. Scripſit præterea* COLLECTIONEM SACRORVM CANONVM, *ex Conciliis Eccleſiæ Catholicæ: quem poſteà imitati ſunt Martinus Bracarenſis, & Creſconius.*

CODEX CANONVM ECCLESIASTICORVM DIONYSII EXIGVI.

JNCIPIT PRÆFATIO.

DOMINO venerando mihi Patri STEPHANO Epiſcopo DIONYSIVS EXIGVVS in Domino ſalurem. Quamuis chariſſimus frater noſter Lautentius, aſſidua & familiari cohortatione, paruitatem noſtram Regulas Eccleſiaſticas de Gtæco transferre pepulerit; confuſione credo priſcæ tranſlationis offenſus: nihilominus tamen ingeſtum laborem tuæ beatitudinis conſideratione ſuſcepi, cui Chriſtus omnipotens Deus, ſolita populis pietare ptoſpiciens, ſummi ſacerdotij contulit digniratem. Vt inter plurima virtutis ornamenta, quibus Eccleſiam Domini motum ſanctitate condecoras, eriam ſacratiſſima iura, Ponrificalibus per Dei gratiam digeſta conuenribus, intemerata conſetuans, perfecto regimine clerum plebémque moderetis: nullatenus noſtri ſæculi more contentus, quo proniùs deſideramus tecta noſſe, quàm facere: ſed diuino iunctus auxilio, quæ fieri præcipis antè perficias, vt efficaciſſimo fidelibus profis exemplo. Magna eſt ſiquidem iubentis authoritas, eadem primitus iuſſa complentis, quatenus inconuulſa Eccleſiaſtici ordinis diſciplina inuiolabilis permanens ad capeſſendum perenne præmium Chriſtianis omnibus præſtar aceeſſum: per quem ſancti præſules paternis muniantur regulis, & obedientes populi ſpiritualibus imbuanrur exemplis. In principio itaque, Canones, qui dicunrur Apoſtolorum, de Græco tranſtulimus: quibus quia plurimi conſenſum non præbuere facilèm, hoc ipſum veſtram noluimus ignorare ſanctitatem: quamuis poſtea quædam conſtirura Ponrificum ex ipſis Canonibus adſumpta eſſe videantur. Deinde tegulas Nicænæ ſynodi, & deinceps omnium Conciliorum, ſiue quæ ante eam, ſiue quæ poſtmodum facta ſunr, vſque ad ſynodum centum quinquaginta Pontificum, qui apud Conſtantinopolim conuenetunt, ſub ordine numerorum, id eſt à primo capire vſque ad centeſimum ſexageſimum quintum, ſicur habetur in Græca authoritate, digeſſimus. Tum ſancti Calchedonenſis Concilij decreta ſubdentes, in his Græcorum Canonum finem eſſe declaramus. Ne quid prætetea notitiæ veſtræ credar vello ſubtrahere, ſtatuta quoque Sardicenſis Concilij atque Africani, quæ Latinè ſunt edira, ſuis à nobis numeris cernuntur eſſe diſtincta. Vniuerſarum verò definitionum titulos poſt hanc præfationem ſtrictiùs ordinantes, ea quæ in ſingulis ſparſim ſunt promulgata Conciliis, ſub vno aſpectu locauimus, vt ad inquiſitionem cuiuſque rei compendium aliquod attuliſſe videamur.

EXPLICIT PRÆFATIO.

Incipiunt Tituli Canonum Apoſtolorum.

I. De ordinatione Epiſcopi.
II. De ordinatione preſbyteri, diaconi & cæterorum.
III. Nihil aliud in ſacrificio præter quod Dominus ſtatuit offerendum.
IV. Quæ ſpecies ad altare, non ad ſacrificium, ſed ad benedictionem ſimplicem, debeant exhiberi.
V. Quòd ea quæ in Eccleſiis offerri non poſſunt, ad domus ſacerdotum à fidelibus deferantur.
VI. Vt Epiſcopus aut preſbyter vxorem ſuam, quam debet caſtè tegere, non relinquat.
VII. Vt ſacerdotes & miniſtri altaris ſæcularibus curis abſtineant.
VIII. Quo tempore Paſcha celebretur.
IX. Quòd miniſtri altaris, oblatione celebrata, debeant communicare.
X. Quòd fideles laïci ingredientes Eccleſiam, communicare debeant.
XI. Quòd cum excommunicatis non ſit orandum.
XII. Quòd cum damnatis clericis non ſit orandum.
XIII. Vt nullus fidelium, præter commendatitias ſuſcipiatur epiſtolas.
XIV. Vt ab Epiſcopis aliena parochia minimè peruadatur.
XV. Vt clerici proprias Eccleſias non relinquant.
XVI. Vt Epiſcopus, qui clericos alterius ſuſceperit, communione priuetur.
XVII. Quòd bigami non admittantur ad clerum.
XVIII. Quòd is, qui viduam, vel eiectam, aut meretricem acceperit, non admittatur ad clerum.
XIX. Qui duas ſorores habuerit, non admittatur ad clerum.
XX. Clericum fideiuſſorem eſſe non poſſe.
XXI. Quòd ij qui non ſponte eunuchizati ſunt, ſuſcipiantur ad clerum.
XXII. Vt is qui ſe eunuchizauit clericus non fiat.
XXIII. Vt clericus qui ſe eunuchizauit, abiiciatur à clero.
XXIV. Vt laïcus qui ſe eunuchizauit, tribus annis communione priuetur.
XXV. Quòd Epiſcopus, preſbyter, aut diaconus, ſi pro criminibus damnati fuerint, minimè communione priuentur.
XXVI. Similiter & reliqui miniſtri Eccleſiæ.
XXVII. Qui clerici debeant coniugibus copulari.
XXVIII. Quòd Epiſcopus, preſbyter, aut diaconus, fideles peccantes verberare non debeant.
XXIX. Quòd officium priſtinum damnati pro criminibus vſurpare non debeant.
XXX. Quòd non debeant officia Eccleſiaſtica pecuniis obtineri.
XXXI. Vt Eccleſia ſæculari potentiâ minimè peruadatur.
XXXII. De preſbytero, qui contempto Epiſcopo ſeorſum conuentus congregare tentauerit.
XXXIII. Quòd clerici damnati non debeant ab aliis recipi.
XXXIV. Vt nullus Epiſcopus, preſbyter, aut diaconus ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis.
XXXV. De primatu Epiſcoporum.
XXXVI. Quòd non liceat Epiſcopum in aliena prouincia clericos ordinare.
XXXVII. De ordinatis Epiſcopis nec receptis.
XXXVIII. Vt bis in anno Concilia celebrentur.
XXXIX. Vt tantùm curam rerum Eccleſiaſticarum Epiſcopus habeat.
XL. De dignitate Pontificis, & quòd rerum ſuarum habeat poteſtatem.
XLI. Quòd Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum, pro diſpenſatione pauperum, habeat poteſtatem.
XLII. Quòd Epiſcopus, preſbyter, aut diaconus aleator & ebrioſus eſſe non debeat.
XLIII. Similiter clerici & laici, ſi permanſerint in alea, communione priuentur.
XLIV. Quòd Epiſcopus, preſbyter, & diaconus non debeant vſuras accipere.

XLV. Quòd non debeat Epiſcopus, preſbyter & diaconus cum hæreticis orare.
XLVI. Quòd non debeant hæreticorum baptiſmata comprobari.
XLVII. Quòd Eccleſiæ baptiſmate baptizati denuo baptizari non debeant, & non ita baptizatus debeat baptizari.
XLVIII. Laicum pellentem ſuam coniugem communione priuandum.
XLIX. Quòd in nomine Trinitatis debeat baptizari.
L. Quòd non debeat vna merſio in baptiſmate, quaſi in morte Domini, prouenire.

Incipiunt tituli Canonum Nicæni Concilij, numero XX.

I. De eunuchis, & qui ſe ipſos abſciderunt.
II. De his qui ex gentilibus, poſt baptiſma, ad Clericatus ordinem promouentur.
III. De ſubintroductis mulieribus.
IV. De his qui ad Epiſcopatum in prouinciis prouehuntur.
V. De excommunicatis.
VI. De priuilegiis, quæ quibuſdam ciuitatibus competunt.
VII. De Epiſcopo Æliæ, id eſt Hieroſolymorum.
VIII. De his qui dicuntur Cathari, id eſt mundi.
IX. De his qui ad honorem preſbyterij ſine examine prouecti ſunt.
X. De his qui in perſecutionibus negauerunt, & poſtmodum in clero promoti ſunt.
XI. De laicis qui negauerunt.
XII. De his qui abrenuntiauerunt, & iterum ad ſeculum ſunt regreſſi.
XIII. De his qui communionem tempore mortis expoſcunt.
XIV. De catechumenis lapſis.
XV. Quòd non oporteat demigrari.
XVI. De his qui in Eccleſiis in quibus prouecti ſunt, minimè perdurauerunt.
XVII. De clericis vſuras accipientibus.
XVIII. De priuilegiis preſbyterorum.
XIX. De his qui à Paulo Samoſateno ad Eccleſiam veniunt.
XX. De flectendo genu.

Tituli Canonum Ancyrani Concilij, numero XXIV.

XXI. De preſbyteris qui immolauerunt tempore perſecutionis.
XXII. De diaconis qui immolauerunt.
XXIII. De his qui ex fuga comprehenſi ſunt, & per paganos ritus aliquid pertulerunt.
XXIV. De his qui diuerſis cauſis gentilitatis ritus aliquid peregerunt.
XXV. De his qui timore ritus gentilium peregerunt.
XXVI. De his qui in locis idolorum manducauerunt.
XXVII. De his qui frequenter idolis immolauerunt.
XXVIII. De his qui & aliis ſacrificandi cauſas adtulerunt.
XXIX. De diaconis qui tempore ordinationis de nuptiis adteſtati ſunt.
XXX. De deſponſatis puellis & ab aliis corruptis.
XXXI. De his qui cùm eſſent catechumeni in idolis immolauerunt.
XXXII. Quòd non oporteat Chorepiſcopos ordinare Clericum niſi in agris & villulis.
XXXIII. De his qui eſum carnium in clero conſtituti diffugiunt.
XXXIV. De rebus Eccleſiaſticis eo tempore diſtractis, quo ipſæ Eccleſiæ viduantur Epiſcopis.
XXXV. De his qui fornicantur irrationabiliter, id eſt, qui miſcentur pecoribus, aut cum maſculis polluuntur.
XXXVI. De his qui in pecudes, vel in maſculos, aut olim polluti ſunt, aut hactenus, hoc vitio tabeſcunt.

XXXVII. De his qui ad Epiſcopatum prouecti ſunt, nec recepti.
XXXVIII. De his qui virginitatem profeſſi ſunt, & de his quæ ſub ſororis habitu cum aliquibus commoratæ ſunt.
XXXIX. De his qui adulteras habuerint vxores, vel ſi ipſi adulteri comprobentur.
XL. De his quæ partus ſuos ex fornicatione diuerſis modis interimunt.
XLI. De homicidiis.
XLII. De his qui non ſponte homicidium commiſerint.
XLIII. De his qui diuinationes expetunt.
XLIV. De his qui virginum corruptionibus conſentiunt.

Tituli Canonum Neocæſarienſis Concilij, numero XIV.

XLV. DE preſbyteris qui vxores acceperunt, vel fornicati ſunt.
XLVI. De his quæ duobus fratribus nupſerint, vel qui duas ſorores vxores acceperint.
XLVII. De multinubis.
XLVIII. De his qui proponentes fornicari vetantur.
XLIX. De catechumenis peccantibus.
L. De catechumena prægnante.
LI. Quòd non oporteat in bigami nuptiis orare preſbyteros.
LII. De his qui mulieribus adulteris iuncti ſunt.
LIII. De his qui ad presbyterium promouentur, & ante ordinationem, peccatorum ſibi ſunt conſcij.
LIV. De diaconis ſimiliter.
LV. Quo tempore presbyterum conueniat ordinari.
LVI. De his qui in ægritudine baptiſmata conſequuntur.
LVII. De presbyteris agrorum.
LVIII. De numero certo diaconorum.

Tituli Canonum Gangrenſis Concilij, numero XX.

LIX. DE his qui nuptias execrantur.
LX. De his qui abominantur eos qui carnibus veſcuntur.
LXI. De ſeruis, qui iugum famulatus abiiciunt Chriſtianitatis obtentu.
LXII. De presbyteris, qui habuere coniugia.
LXIII. De his, qui Eccleſiæ conuentus ſpernendos exiſtimant.
LXIV. De his, qui Eccleſiaſticà miniſteria præter Eccleſiam faciunt.
LXV. De fructuum oblationibus, quæ miniſtris Eccleſiæ conferuntur.
LXVI. De his quæ in vſus pauperum conferuntur.
LXVII. De his qui in virginitate continentiáque perſiſtunt.
LXVIII. De his qui pro virginitate ſuperbiunt.
LXIX. De his qui agapas, id eſt, paſtiones pauperum, riſui deputant.
LXX. De his qui palliis vtuntur, & idcirco ſuperbiunt.
LXXI. De mulieribus quæ vtuntur virilibus indumentis.
LXXII. De his qui, velut peccatum, copulam deſerunt nuptiarum.
LXXIII. De his qui Chriſtianitatis obtentu deſpiciunt filios.
LXXIV. De his qui parentes Chriſtianitatis occaſione contemnunt.
LXXV. De mulieribus quæ ſe attondent Chriſtianitatis obtentu.
LXXVI. De his qui Dominico die ieiunant, tanquam nihil præ cæteris differente.
LXXVII. De his qui Eccleſiaſtica ieiunia abſque neceſſitate diſſoluunt.
LXXVIII. De his qui collectas quæ fiunt in martyrum commemorationibus execrantur.

Tituli

Tituli Canonum Antiocheni Concilij, numero XXV.

LXXIX. DE his qui contraria gerunt his, quæ regulariter de Paſcha ſtatuta ſunt in Nicæno Concilio.
XXC. De his qui ſe à perceptione ſanctæ communionis auertunt, & qui excommunicatis per domos communicant.
XXCI. De his qui ab alia parœcia præter conſcientiam Epiſcoporum ſuorum in aliis immorantur.
XXCII. De damnatis & miniſtrare tentantibus.
XXCIII. De his qui ſe à miniſterio Eccleſiaſtico ſubtrahunt, & ſeorſum colligunt.
XXCIV. De clericis excommunicatis, & laicis.
XXCV. De peregrinorum ſuſceptione.
XXCVI. De pacificis peregrinorum, id eſt commendatitiis literis.
XXCVII. De Metropolitanis ſingularum prouinciarum.
XXCVIII. De his qui vocantur Chorepiſcopi.
XXCIX. De Epiſcopis & clericis adeuntibus Imperatorem.
XC. De damnatis Epiſcopis, aut clericis adeuntibus Imperatorem.
XCI. De his, qui cùm ſint ex alia prouincia, in aliis audent ordinationes efficere.
XCII. De diſſenſione, quæ ſuper Epiſcoporum diiudicatione contingit, appellantium prouinciales antiſtites.
XCIII. De Epiſcopis ab eiuſdem prouinciæ ſacerdotibus conſonanter excluſis.
XCIV. De vagantibus Epiſcopis.
XCV. De his qui cùm ad Epiſcopatum vocantur, euitant.
XCVI. De his qui promouentur ad Epiſcopatum, nec recipiuntur.
XCVII. De Epiſcopalibus in prouinciis ordinationibus.
XCVIII. De ſynodis quæ debent ab Epiſcopis ſuis temporibus in prouincia celebrari.
XCIX. Vt nullo modo de parœcia ad aliam parœciam Epiſcopus tranſeat.
C. Vt in altera parœcia clericos alterius parœciæ Epiſcopus nullatenus ordinet.
CI. Vt nullus ad Epiſcopatum pro ſe conſtituat promouendum.
CII. De rebus ad Eccleſiam pertinentibus, & de his quæ propria Epiſcopi eſſe noſcuntur.
CIII. Vt Epiſcopus diſpenſandi res Eccleſiaſticas habeat poteſtatem.

Tituli Canonum apud Laodiciam Phrygiæ congregati, numero LIX.

CIV. DE digamis.
CV. De his qui pro diuerſis erratibus pœnitudinem feruentiùs exegerunt.
CVI. Quòd non oporteat ad clerum ſtatim poſt baptiſma promoueri.
CVII. De tempore ordinationum.
CVIII. Vt hi qui ſacrario ſeruiunt, vſuras non exigant.
CIX. De hæreticis intrantibus in Eccleſias, vel baſilicas martyrum.
CX. De his qui ad Eccleſias ab hæreticis veniunt.
CXI. De his qui veniunt ab hæreſi Cataphrygarum.
CXII. De his qui ad hæreticorum ſpeluncas cauſa orationis accedunt.
CXIII. De his qui cum hæreticis nuptiarum copulam iungunt.
CXIV. Non congruere preſbyteras in mulieribus ordinari.
CXV. De Epiſcopalibus ordinationibus.
CXVI. Iudicio multitudinis ordinationes fieri non debere.
CXVII. Ad alias parœcias eulogias quæ oblatæ ſunt, minimè deſtinandas.

Digitized by Google

CXVIII. De his qui debeant in ambone, id eſt, in pulpito pſallere.
CXIX. De lectionibus quæ debeant ſabbatis recenſeri.
CXX. Quod interſtitium pſalmorum debeat in congregationibus fieri.
CXXI. De precibus nona & veſpera celebrandis.
CXXII. De precibus poſt homilias, id eſt, poſt ſermones habitos ad populum, proferendis, & de his quos intra ſacrarium communicare conueniat.
CXXIII. De honore quem preſbyteris diaconi qui ſub iſtis ſunt, debeant exhibere.
CXXIV. Quòd ſubdiaconi à diaconico, id eſt, à ſecretario ſint remoti.
CXXV. Subdiaconos cum orariis adſiſtere non debere.
CXXVI. Lectores cantoréſque cum orariis agere ſuum officium non debere.
CXXVII. Quòd nullus Eccleſiaſticorum in tabernis comedere debeat.
CXXVIII. Quòd ſubdiaconi non debeant benedicere, vel benedictionem tribuere.
CXXIX. De exorciſtis, qui non ſunt ab Epiſcopis ordinati.
CXXX. Quòd de conuiuiis, quæ ex agape fiunt, eſcarum partes accipi non debeant.
CXXXI. In Eccleſiis prandia fieri non debere.
CXXXII. De Chriſtianis, qui ſabbatizare, vel iuxta quendam modum iudaïzare noſcuntur.
CXXXIII. De viris cum mulieribus lauacra celebrantibus.
CXXXIV. De his qui hæreticis iunguntur fœdere nuptiarum.
CXXXV. Ab hæreticis eulogias accipere non debere.
CXXXVI. De ſchiſmaticis.
CXXXVII. De martyribus hæreticorum.
CXXXVIII De his qui Angelos colunt.
CXXXIX. De his qui incantatibus & phylacteriis vtuntur.
CXL. De his qui ab hæreticis, vel Iudæis feſtiuitatis eorum dona ſuſcipiunt.
CXLI. De Chriſtianis qui Iudæorum azyma comedunt.
CXLII. De Chriſtianis celebrantibus feſta gentilium.
CXLIII. De Epiſcopis, qui eas quæ fiunt euocationes ad ſynodum, vitant.
CXLIV. Quòd ſine literis, ſacro miniſterio ſeruientes proficiſci non debent.
CXLV. Quòd præter Epiſcopum clericus proficiſci non debeat.
CXLVI. Vt ſubdiaconi ad oſtia perſeuerent.
CXLVII. Vt ad ſacrarium mulieres non introeant.
CXLVIII. De his qui circa mediam ſeptimanam ad baptiſma veniunt.
CXLIX. De redditione baptizandorum.
CL. De his qui in ægritudine baptizantur.
CLI. Vt poſt baptiſma chriſma detur.
CLII. Oblationes offerri in quadrageſima non oportere.
CLIII. Non debere ieiunium ſolui in quinta feria maioris ſeptimanæ.
CLIV. Non debere in diebus ieiuniorum commemorationes martyrum fieri.
CLV. Vt natalitia vel nuptiæ in quadrageſima non fiant.
CLVI. Vt in Chriſtianorum non ſaltetur nuptiis.
CLVII. Non licere clericis ludicris ſpectaculis intereſſe.
CLVIII. Non congruere penitus Chriſtianis comeſſationibus intereſſe.
CLIX. Non licere preſbyteris introire ad altare priuſquam ingrediatur Epiſcopus.
CLX. Qui in agris vel poſſeſſionibus debeant ordinari.
CLXI. Oblationes offerri in domibus non oportere.
CLXII. Quæ pſallere vel legere in Eccleſiis conuenit.

Tituli Canonum Concilij apud Conſtantinopolim congregati, numero III.

CLXIII. VT ea quæ apud Nicæam conſtituta ſunt immota permaneant, & de anathemare Arrianorum, Eunomianorum, Macedonianorum, Sabellianorum, Photinianorum, Marcellianorum & Apollinarianorum.

CLXIV. De ordine ſingularum diœceſeon, & de priuilegiis quæ Ægyptiis, Antiochenis, Conſtantinopolitaníſque debentur.

CLXV. De Maximi inlicita ordinatione.

Tituli Canonum Calchedonenſis Concilij, numero XXVII.

I. DE Canonibus vniuſcuiuſque Concilij.

II. Quòd non oporteat Epiſcopos, aut quemlibet ex clero per pecunias ordinari.

III. Quòd non oporteat Epiſcopos, clericos & monachos prædia aliena conducere.

IV. De honore monachis competente, & vt nullus eorum tentet Eccleſiaſtica aut ſæcularia inquietare negoria, nec alienum ſeruum præter conſcientiam domini eius ſuſcipere.

V. Non tranſmigrandum de ciuitate in ciuitatem.

VI. Quòd non oporteat abſolutè quoſlibet ordinari.

VII. De clericis & monachis non manentibus in ſuo propoſito.

VIII. De clericis qui ſunt in ptochiis, monaſteriis atque martyriis, quæ ſub poteſtate Epiſcoporum vniuſcuiuſque ciuitatis exiſtunt.

IX. Quòd non oporteat clericos habentes aduerſus ſe inuicem negotia, proprium Epiſcopum relinquere, & ad ſæcularia iudicia conuolare.

X. Quòd non licet clerico in duarum ciuitatum Eccleſiis miniſtrare.

XI. Quòd non oporteat egenis epiſtolia tribui, honeſtiores autem commendatitiis literis approbari.

XII. Vt nequaquam in duos Metropolitanos prouincia diuidatur.

XIII. Quòd non oporteat peregrinos clericos ſine commendaritiis literis miniſtrare.

XIV. Quòd non liceat clerico vxorem ſectæ alterius accipere.

XV. De diaconiſſis mulieribus.

XVI. De virginibus.

XVII. De parochiis.

XVIII. De coniurarione, vel conſpiratione.

XIX. Quòd oporteat per prouincias bis in anno Concilia celebrari.

XX. Quòd minimè clericos tranſmigrari conueniat.

XXI. De Epiſcoporum aut clericorum accuſatoribus.

XXII. Quòd non liceat clericis poſt mortem ſui Epiſcopi res ad Deum pertinentes diripere.

XXIII. De clericis & monachis, qui præter voluntatem ſui Epiſcopi, ad vrbem regiam Conſtantinopolim veniunt.

XXIV. Quòd non liceat monaſteria quæ conſecrata ſunt, diuerſoria ſæcularia fieri.

XXV. Quòd non oporteat ordinationes Epiſcoporum diu differre.

XXVI. De diſpenſatoribus ſingularum Eccleſiarum.

XXVII. De his qui rapiunt puellas.

Tituli Canonum Concilij Sardicenſis, numero XXI.

I. DE Epiſcopis, etiam laïca communione priuandis, qui ciuitates mutauerunt.
II. Item de iiſdem Epiſcopis, vt ſi per ambitionem ſedem mutauerint, nec in exitu communionem laïcam conſequantur.
III. Vt inter diſcordes Epiſcopos, comprouinciales antiſtites audiant: quòd ſi damnatus appellauerit Romanum Pontificem, id obſeruandum quod ipſe conſtituerit.
IV. Vt nullus accuſati ſedem vſurpet Epiſcopus.
V. Quando quis debeat à vicinis prouinciæ Epiſcopis ordinari.
VI. De non ordinandis Epiſcopis per vicos & modicas ciuitates.
VII. De prouinciali ſynodo retractanda per Vicarios Epiſcopi vrbis Romæ, ſi ipſe decreuerit.
VIII. Quando & in quibus cauſis Epiſcopi ad comitatum ire debeant.
IX. De diaconis ad comitatum dirigendis.
X. Quòd ad comitatum pro pupillis & viduis, ac neceſſitatem patientibus, ſit eundum.
XI. Vt qui in canali ſunt Epiſcopi, euntes ad comitatum ſollicitè diſcutiant.
XII. De his qui ignorant quid ſit in ſynodo conſtitutum.
XIII. De laïcis non temere faciendis Epiſcopis.
XIV. Quandiu Epiſcopus in aliena ciuitate remoretur.
XV. Non liceat Epiſcopo à ſua Eccleſia plus tribus hebdomadibus abeſſe.
XVI. De clericis à communione ſummotis ab alio non recipiendis Epiſcopo.
XVII. De excommunicatis apud vicinos Epiſcopos audiendis.
XVIII. De non ſollicitandis clericis alienis.
XIX. De non ordinandis clericis alienis ſine ſui conſenſu Epiſcopi.
XX. De presbyteris & diaconis qui Theſſalonicam veniunt, quantum temporis ibi reſideant.
XXI. De ſuſcipiendis his qui perſecutionem patiuntur.

Tituli Canonum Concilij congregati apud Carthaginem, numero CXXXVIII.

I. VT quæ in Nicæno Concilio ſtatuta ſunt omnimodo conſeruentur.
II. De Trinitate prædicanda.
III. De continentia.
IV. De diuerſis ordinibus ab vxoribus abſtinendis.
V. De auaritia.
VI. Vt chriſma à presbyteris non fiat.
VII. De his qui in periculo poſiti reconciliantur.
VIII. De his qui in accuſationem maioris natu veniunt, & vt Epiſcopum nulli criminoſo liceat accuſare.
IX. De his qui merito facinorum ſuorum ab Eccleſiæ congregatione pelluntur.
X. De presbyteris qui à propriis corripiuntur Epiſcopis.
XI. Si quis presbyter contra Epiſcopum ſuum inflatus ſchiſma fecerit, anathema ſit.
XII. Si quis Epiſcopus abſque tempore ſynodi in crimine detentus fuerit, à duodecim Epiſcopis audiatur.
XIII. Vt non liceat Epiſcopum niſi à plurimis ordinari, ſed ſi neceſſitas fuerit vel à tribus ordinetur Epiſcopis.
XIV. Vt de Tripoli vnus Epiſcopus in legationem veniat, & vt presbyter ibidem à quinque Epiſcopis audiatur.

XV. De diuerſis ordinibus, Eccleſiæ ſeruientibus, vt ſi quis in cauſa criminis incurrerit, & abnuerit iudicium Eccleſiaſticum, debeat periclitari: & vt filij ſacerdotum ſpectacula ſæcularia non adeant.

XVI. Vt nullus Epiſcopus, presbyter & diaconus conductor exiſtat, & vt lectores vxores accipiant, & clerici abſtineant ab vſuris, & quo tempore vel ipſi, vel virgines conſecrentur.

XVII. Vnaquæque prouincia propter longinquitatem primatum habeat proprium.

XVIII. Si quis clericus ordinatur, moneri debet conſtituta ſeruare: & vt corporibus defunctorum Euchariſtia non detur, nec baptiſma: & vt per ſingulos annos per omnes prouincias ad Concilium Metropolitani conueniatur.

XIX. Vt ſi quis Epiſcopus accuſatur, ad Primatem ipſius prouinciæ cauſa deferatur.

XX. De presbyteris vel clericis accuſatis.

XXI. Vt filij clericorum in matrimonio non iungantur hæreticis.

XXII. Vt Epiſcopi vel clerici in eos qui Catholici non ſunt, nihil conferant.

XXIII. Vt Epiſcopi trans mare non proficiſcantur.

XXIV. Vt præter ſcripturas canonicas nihil in Eccleſia legatur.

XXV. De Epiſcopis vel ſequentibus ordinibus, qui ſacro-ſancta myſteria contrectant, placuit ab vxoribus contineri.

XXVI. Vt res Eccleſiæ nemo diſtrahat.

XXVII. Presbyteri & diaconi in grauiori culpa conuicti, manus impoſitionem tanquam laici nequaquam ſuſcipiant.

XXVIII. Presbyteri aut diaconi vel clerici, qui cauſa ſua ad tranſmarina putauerint appellandum, in communionem minimè ſuſcipiantur.

XXIX. Si quis excommunicatus, ante audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationem protulit.

XXX. De accuſato vel de accuſatore.

XXXI. Si qui clerici ab Epiſcopis ſuis promoti contempſerint, nec illic maneant vnde recedere noluerunt.

XXXII. Si quis clericorum pauper promotus in ordine, poſtea habuerit aliquid, Eccleſiæ poteſtati ſubiaceat.

XXXIII. Vt presbyteri rem Eccleſiæ in qua ſunt conſtituti non vendant, & nulli Epiſcopo liceat rem tituli matricis Eccleſiæ vſurpare.

Tituli Canonum diuerſorum Conciliorum Africanæ prouinciæ.

XXXIV. QVOD nihil de Hipponenſi Concilio ſit emendandum.

XXXV. Vt Epiſcopi, vel clerici non facilè filios ſuos emancipent.

XXXVI. Vt Epiſcopi, vel clerici non ordinentur, niſi omnes ſuos fecerint Chriſtianos.

XXXVII. Quòd præter panem, & metum mixtum aqua, nihil in ſacramentis offerri debeat.

XXXVIII. Vt clerici, vel continentes ad virgines viduáſque non accedant.

XXXIX. Vt princeps ſacerdotum non appelletur Epiſcopus.

XL. Vt clerici tabernas, niſi in peregrinis, non ingrediantur.

XLI. Vt à ieiunis Deo ſacrificia peragantur.

XLII. Vt in Eccleſiis conuiuia minimè celebrentur.

XLIII. De pœnitentibus.

XLIV. De virginibus.

XLV. De ægrotantibus qui pro ſe reſpondere non poſſunt.

XLVI. De paſſionibus martyrum.

XLVII. De paruulis qui apud Donatiſtas baptizati ſunt.

XLVIII. De rebaptizationibus, reordinationibus, vel tranſlationibus Epiſcoporum.

XLIX. Quot Epiſcopi ordinare Epiſcopum debeant.

L. Quot addi debeant Epiſcopi numero ordinatorum, ſi de ordinando Epiſcopo fuerit contradictum.

Digitized by Google

LI. Vt de Eccleſia Carthaginis, dies Paſchæ nuncietur.
LII. De viſitandis prouinciis.
LIII. Vt diœceſes, niſi ex conſenſu Epiſcopi proprij, Epiſcopum non accipiant.
LIV. Vt alienus clericus minimè ſuſcipiatur ab alio.
LV. Vt Carthaginenſi Epiſcopo, vnde voluerit, clericum liceat ordinare.
LVI. Vt Epiſcopi qui in diœceſibus fuerint ordinati, diœceſim ſibi nullam vendicent.
LVII. Vt paruuli apud Donatiſtas baptizati, Catholici clerici ordinentur.
LVIII. De reliquiis idolorum, vel templis ab Imperatoribus abolendis.
LIX. Vt clerici de iudicij ſui cognitione non cogantur in publico dicere teſtimonium.
LX. De paganorum conuiuiis auferendis.
LXI. De ſpectaculis, vt die Dominico vel ceteris Sanctorum feſtiuitatibus minimè celebrentur.
LXII. De clericis damnatis.
LXIII. De hiſtrionibus Chriſtianis factis.
LXIV. De manumiſſionibus, vt in Eccleſia celebrentur, ab Imperatore poſcendum.
LXV. De Equitio damnato Epiſcopo.
LXVI. Vt cum Donatiſtis leniùs agatur.
LXVII. De literis mittendis iudicibus, vt ea quæ inter Donatiſtas, & Maximianiſtas acta ſunt innoteſcant.
LXVIII. Vt clerici Donatiſtarum in Eccleſia Catholica ſuſcipiantur in clero.
LXIX. Vt legatio ad Donatiſtas componendæ pacis gratià dirigatur.
LXX. Qui clerici ab vxoribus debeant abſtinere.
LXXI. De his qui plebes proprias derelinquunt.
LXXII. De infantibus baptizandis, quoties dubitatur vtrum fuerint baptizati.
LXXIII. Diem Paſchæ, die Concilij nuntiandum.
LXXIV. Ne interuentor Epiſcopus cathedram, vbi interuentor eſt, ſedeat.
LXXV. De defenſoribus Eccleſiarum ab Imperatore poſcendis.
LXXVI. De Epiſcopis qui ad Concilia non occurrunt.
LXXVII. De Creſconio.
LXXVIII. De Eccleſia Hipponenſium Diaretorum.
LXXIX. De clericis qui intra annum cauſam ſuam agere non procurarint.
XXC. Vt de alieno monaſterio receptos, nec præpoſitos monaſterij, nec clericos liceat ordinare.
XXCI. De Epiſcopis qui hæreticos vel paganos hæredes inſtituunt.
XXCII. De manumiſſionibus.
XXCIII. De falſis memoriis martyrum.
XXCIV. De idolorum reliquiis extirpandis.
XXCV. Vt ab Epiſcopo Carthaginenſi, cùm opus fuerit, omnium Epiſcoporum nomine dictentur, & ſubſcribantur epiſtolæ.
XXCVI. De Epiſcoporum ordine, vt qui poſteriùs ordinati ſunt prioribus ſe non audeant anteferre.
XXCVII. De Quodvultdeo Epiſcopo.
XXCVIII. De Maximiano Epiſcopo.
XXCIX. Vt Epiſcopi qui ordinantur, ab ordinatoribus ſuis epiſtolas accipiant, quæ diem & Conſulem præferant.
XC. De his qui vel ſemel in Eccleſia legerint, ab aliis non poſſe promoueri.
XCI. De conueniendis Donatiſtis.
XCII. Forma conuentionis Donatiſtarum.
XCIII. Quale commonitorium acceperunt legati contra Donatiſtas.
XCIV. Breuis cauſarum.
XCV. Concilium vniuerſale non niſi neceſſitate faciendum.
XCVI. Vt ab electis iudicibus prouocare non liceat.
XCVII. Vt ab Imperatoribus poſtuletur aduocatorum defenſio pro cauſis Eccleſiæ.

xcviii. De plebibus quæ numquam Epiſcopos habuerunt.
xcix. De plebibus, vel diœceſibus ex Donatiſtarum prauitate conuerſis.
c. De ſuggeſtione Maurentij Epiſcopi.
ci. De pacificandis Eccleſiis Romana, & Alexandrina.
cii. De his qui vxores, aut quæ viros dimittunt, vt ſic maneant.
ciii. De precibus ad altare dicendis.
civ. De his qui publicorum iudiciorum cognitionem ab Imperatore popoſcerint.
cv. De his qui cùm in Africa non communicant, voluerint trans mare ſubrepere.
cvi. Vt pergentes ad comitatum cauſam ſuam vel Carthaginenſi, vel Romano Pontifici inſinuare procurent.
cvii. Concilium de cognitione Epiſcopi.
cviii. Concilium contra hæreſim Pelagij & Cæleſtij.
cix. Quòd Adam non ſit factus à Deo mortalis.
cx. Quòd paruuli in peccatorum remiſſionem baptizentur.
cxi. Quòd gratia Dei non ſolùm remiſſionem tribuit peccatorum, ſed etiam præſtat adiutorium ne peccetur.
cxii. Quòd gratia Chriſti non ſolùm ſcientiam tribuit quid agamus, ſed etiam dilectionem nobis inſpirat, vt quod ſcimus implere valeamus.
cxiii. Quòd ſine Dei gratia nihil boni poſſimus implere.
cxiv. Quòd non ſolùm humilis, ſed & verax ſanctorum vox iſta eſt, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus.
cxv. Quòd in oratione Dominica ſancti pro ſe dicant, Dimitte nobis debita noſtra.
cxvi. Quòd veraciter à ſanctis dicatur, Dimitte nobis debita noſtra.
cxvii. De plebibus conuerſis à Donatiſtis.
cxviii. De diœceſibus, qualiter eas diuidant inter ſe Epiſcopi tam Catholici, quàm qui ex Donatiſtarum parte conuerſi ſunt.
cxix. Vt ſi quam diœceſim Epiſcopus ab hæreſi liberans triennio poſſederit, nullus eam repetat.
cxx. De his qui in plebes, quas ad ſe putant pertinere, inconuentis his à quibus tenentur, inruerint.
cxxi. De his qui plebes ad ſe pertinentes negligunt.
cxxii. Quòd electorum iudicum ſententia ſperni non debeat.
cxxiii. Vt ſi Epiſcopus negligat ſuam diœceſim, communione priuetur.
cxxiv. De Epiſcopis qui Donatiſtas communicaſſe mentiti fuerint.
cxxv. De presbyteris & clericis, vt non appellent niſi ad Africana Concilia.
cxxvi. De virginibus etiam minoribus velandis.
cxxvii. Ne diutiùs Epiſcopi teneantur in Concilio, ternos ex ſe ſingularum prouinciarum iudices eligant.
cxxviii. Quòd excommunicati ad accuſationem admitti non debeant.
cxxix. Quòd ſerui & liberti, omnéſque infames perſonæ, non debeant accuſare.
cxxx. Vt qui vnum crimen non probauerit, ad alterum admitti non debeat.
cxxxi. Qui ad teſtimonium admittendi ſunt.
cxxxii. De Epiſcopo, qui excommunicat eum, qui ſibi ſoli crimen dicit eſſe confeſſum.
cxxxiii. Vt non temerè quemquam communione priuet Epiſcopus.
cxxxiv. Epiſtola ab omni Concilio Africano, ad Bonifacium vrbis Romæ Epiſcopum.
cxxxv. Epiſtola Cyrilli Alexandrini Epiſcopi ad Concilium Africanæ prouinciæ.
cxxxvi. Epiſtola Attici Epiſcopi Conſtantinopolitani ad memoratum Concilium.
cxxxvii. Symbolum fidei Nicæni Concilij.
cxxxviii. Epiſtola totius Concilij Africani ad Papam Cæleſtinum vrbis Romæ Epiſcopum.

EXPLICIVNT CAPITVLA.

Digitized by Google

INCIPIVNT REGVLÆ ECCLESIASTICÆ SANCTORVM APOSTOLORVM,

prolatæ per Clementem Eccleſiæ Romanæ Pontificem.

De ordinatione Epiſcopi.

I. EPISCOPVS à duobus, aut tribus Epiſcopis ordinetur.

De ordinatione presbyteri, & diaconi, & cæterorum.

II. PRESBYTER ab vno Epiſcopo ordinetur, & diaconus, & reliqui clerici.

Nihil aliud in ſacrificio, præter quod Dominus ſtatuit, offerendum.

III. SI quis Epiſcopus, aut preſbyter, præter ordinationem Domini, alia quædam in ſacrificio offerat ſuper altare: id eſt aut mel, aut lac, aut pro vino ſiceram, & confecta quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina: contra conſtitutionem Domini faciens, congruo tempore deponatur.

Quæ ſpecies ad altare non ad ſacrificium, ſed ad benedictionem ſimplicem debeant exhiberi.

IV. OFFERRI non liceat aliquid ad altare præter nouas ſpicas, & vuas; & oleum ad luminaria, & thymiama, id eſt incenſum: tempore quo ſancta celebratur oblatio.

Quòd ea, quæ in Eccleſiis offerri non poſſunt, ad domus ſacerdotum à fidelibus deferantur.

V. RELIQVA poma omnia ad domum primitiæ Epiſcopo & preſbyteris dirigantur, nec offerantur in altari. Certum eſt autem quòd Epiſcopis, & preſbyteris diuidant, & diaconis, & reliquis clericis.

Vt Epiſcopus, aut presbyter vxorem ſuam, quam debet caſtè regere, non relinquat.

VI. EPISCOPVS, aut preſbyter vxorem propriam nequaquam ſub obtentu religionis abiiciat: ſi verò reiecerit, excommunicetur, ſed & ſi perſeuerauerit, deiiciatur.

Vt ſacerdotes, & miniſtri altaris ſæcularibus curis abſtineant.

EPISCOPVS, aut preſbyter, aut diaconus nequaquam ſæculares curas adſumant; ſin aliter deiiciantur. VII.

Quo tempore Paſcha celebretur.

SI quis Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus ſanctum Paſchæ diem ante vernale æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, abiiciatur. VIII.

Quòd miniſtri altaris, oblatione celebrata, debeant communicare.

SI quis Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus, vel quilibet ex ſacerdotali catalogo, factâ oblatione, non communicauerit: aut cauſam dicat, vt, ſi rationabilis fuerit, veniam conſequatur; aut ſi non dixerit, communione priuetur, tanquam qui populo cauſa læſionis extiterit, dans ſuſpicionem de eo, qui ſacrificauit, quòd rectè non obtulerit. IX.

Quòd fideles laici, ingredientes Eccleſiam, communicare debeant.

OMNES fideles, qui ingrediuntur Eccleſiam, & ſcripturas audientes, non autem perſeuerant in oratione, nec ſanctam communionem percipiunt, velut inquietudines Eccleſiæ commouentes, conuenit communione priuari. X.

Quòd cum excommunicatis non ſit orandum.

SI quis cum excommunicato, ſaltem in domo ſimul orauerit, iſte communione priuetur. XI.

Quòd cum damnatis clericis non ſit orandum.

SI quis cum damnato clerico, veluti cum clerico, ſimul orauerit, iſte damnetur. XII.

Vt

Vt nullus fidelium præter commendatitias ſuſcipiatur epiſtolas.

XIII. Si quis clericus, aut laïcus à communione ſuſpenſus, ſeu communicans ad aliam properet ciuitatem, & ſuſcipiatur præter commendatitias literas, & qui ſuſceperunt, & qui ſuſceptus communione priuentur. Excommunicato verò protelетur ipſa correptio, tanquam qui mentitus ſit, & Eccleſiam Dei ſeduxerit.

Vt ab Epiſcopis parochia minimè peruadatur.

XIV. Episcopo non licere alienam parochiam, propriâ relictâ, peruadere, licèt cogatur à plurimis. Niſi fortè eum rationabilis cauſa compellat, tanquam qui poſſit ibidem conſtitutis plus lucri conferre, & in cauſa religionis aliquid profectò proſpicere. Et hoc non à ſemetipſo perrentet, ſed multorum Epiſcoporum iudicio, & maxima ſupplicatione perficiat.

Vt clerici proprias Eccleſias non relinquant.

XV. Si quis presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum, relinquens propriam parochiam pergat ad alienam, & omnino demigrans, præter Epiſcopi ſui conſcienriam, in aliena parochia commoretur, hunc vlteriùs miniſtrare non patimur: præcipuè, ſi vocatus ab Epiſcopo, redire contempſerit, in ſua inquietudine perſeuerans. Veruntamen tanquam laicus ibi communicet.

Vt Epiſcopus, qui clericos alterius ſuſceperit, communione priuetur.

XVI. Episcopus verò, apud quem memoratos eſſe conſtiterit, ſi contra eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans, tanquam clericos fortè ſuſceperit: velut magiſter inquietudinis, communione priuetur.

Quòd bigami non admittantur ad clerum.

XVII. Si quis poſt baptiſma ſecundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non poteſt eſſe Epiſcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorſus ex numero eorum, qui miniſterio ſacro deſeruiunt.

Quòd is, qui viduam, vel eiectam, aut meretricem acceperit, non admittatur ad clerum.

Si quis viduam, & eiectam acceperit, XVIII.
aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de his, quæ publicis ſpectaculis mancipantur, non poteſt eſſe Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex eo numero, qui miniſterio ſacro deſeruiunt.

Qui duas ſorores habuerit, non admittatur ad clerum.

Qui duas in coniugium ſorores acce- XIX.
perit, vel filiam fratris, clericus eſſe non poterit.

Clericum fideiuſſorem eſſe non poſſe.

Clericus fideiuſſionibus inſer- XX.
uiens abiiciatur.

Quòd ij, qui non ſponte eunuchizati ſunt, ſuſcipiantur ad clerum.

Eunuchus, ſi per inſidias hominum XXI.
factus eſt, vel ſi in perſecutione eius ſunt amputata virilia, vel ſi ita natus eſt, & eſt dignus: efficiatur Epiſcopus.

Vt is, qui ſe eunuchizauit, clericus non fiat.

Si quis abſcidit ſemetipſum, id eſt, ſi XXII.
quis amputauit ſibi virilia, non fiat clericus, quia ſuus homicida eſt, & Dei conditionis inimicus.

Vt clericus, qui ſe eunuchizauit, abiiciatur à clero.

Si quis, cùm clericus fuerit, abſcide- XXIII.
rit ſemetipſum, omnino damnetur, quia ſuus eſt homicida.

Vt laïcus, qui ſe eunuchizauit, tribus annis communione priuetur.

Laïcus ſemetipſum abſcindens, an- XXIV.
nis tribus communione priuetur, quia ſuæ vitæ inſidiator extitit.

Quòd Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſi pro criminibus damnati fuerint, minimè communione priuentur.

Episcopus, aut presbyter, aut diaco- XXV.
nus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur: non tamen communione priuetur. Dicit enim ſcriptura, non vindicabit Dominus bis in idipſum.

Similiter & reliqui miniſtri Eccleſiæ.

XXVI. Similiter & reliqui clerici huic conditioni ſubiaceant.

Qui clerici debeant coniugibus copulari.

XXVII. Innvptis autem, qui ad clerum prouecti ſunt, præcipimus: vt ſi voluerint, vxores accipiant: ſed lectores, cantoréſque tantummodo.

Quòd Epiſcopus, presbyter, & diaconus peccantes fideles verberare non debeant.

XXVIII. Episcopvm, aut presbyterum, aut diaconum, percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniquè agentes, & per huiuſmodi volentes timeri, deiici ab officio ſuo præcipimus, quia nuſquam nos hoc Dominus docuit. E contrario verò ipſe, cùm percuteretur, non repercutiebat, cùm malediceretur, non remaledicebat: cùm pateretur, non comminabatur.

Quòd officium priſtinum damnati pro criminibus vſurpare non debeant.

XXIX. Si quis Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus depoſitus iuſtè ſuper certis criminibus, auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum: hic ab Eccleſia penitus abſcindatur.

Quòd non debeant officia Eccleſiaſtica pecuniis obtineri.

XXX. Si quis Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem: deiiciatur & ipſe, & ordinator eius, & à communione modis omnibus abſcindatur, ſicut Simon Magus à Petro.

Vt Eccleſia ſæculari potentia minimè peruadatur.

XXXI. Si quis Epiſcopus ſæculi poteſtatibus vſus Eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur, & ſegregentur omnes, qui illi communicant.

De presbytero, qui contra Epiſcopum ſeorſum conuentus congregare tentauerit.

XXXII. Si quis presbyter, contemnens Epiſcopum ſuum, ſeorſum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens, quod reprehendat Epiſcopum in cauſa pietatis, & iuſtitiæ: deponatur, quaſi principatus amator exiſtens, eſt enim tyrannus; & cæteri clerici, quicunque tali conſentiunt deponantur, laïci verò ſegregentur. Hæc autem poſt vnam, & ſecundam, & tertiam Epiſcopi obteſtationem fieri conueniet.

Quòd clerici damnati non debeant ab aliis recipi.

Si quis preſbyter, aut diaconus ab Epiſcopo ſuo ſegregetur, hunc non licere ab alio recipi, ſed ab ipſo, qui eum ſequeſtrauerat, niſi forſitan obierit Epiſcopus ipſe, qui eum ſegregaſſe cognoſcitur. XXXIII.

Vt nullus Epiſcopus, presbyter, aut diaconus ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis.

Nvllvs Epiſcoporum peregrinorum, aut preſbyterorum, aut diaconorum ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis, & cùm ſcripta detulerint, diſcutiantur attentiùs, & ita ſuſcipiantur, ſi prædicatores pietatis extiterint minus, nec quæ ſunt neceſſaria ſubminiſtrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia per ſubreptionem multa proueniunt. XXXIV.

De primatu Epiſcoporum.

Episcopos gentium ſingularum ſcire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput exiſtiment, & nihil amplius præter eius conſcientiam gerant, quàm illa ſola ſinguli, quæ parochiæ propriæ, & villis, quæ ſub ea ſunt, competunt, ſed nec ille præter omnium conſcientiam faciat aliquid, ſic enim vnanimitas erit, & glorificabitur Deus per Chriſtum in Spiritu ſancto. XXXV.

Quòd non liceat Epiſcopum in aliena prouincia clericos ordinare.

Episcopvm non audere extra terminos proprios ordinationes facere in ciuitatibus, & villis, quæ illi nullo iure ſubiectæ ſunt: ſi verò conuictus fuerit hoc feciſſe præter eorum conſcientiam, qui ciuitates ipſas, & villas detinent: & ipſe deponatur, & qui ab illo ſunt ordinati. XXXVI.

De ordinatis Epiſcopis, nec receptis.

Si quis Epiſcopus non ſuſceperit officium, & curam populi ſibi commiſſam: hic communione priuetur, quoad vſque conſentiat obedientiam commodans; ſimiliter autem & preſbyter, & diaconus. Si XXXVII.

verò perrexerit, nec receptus fuerit, non pro ſua ſententia, ſed pro malitia populi: ipſe quidem maneat Epiſcopus; clerici verò ciuitatis communione priuentur, eo quòd eruditores inobedientis populi non fuerunt.

Vt bis in anno Concilia celebrentur.

XXXVIII. Bis in anno Epiſcoporum Concilia celebrentur; vt inter ſe inuicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Eccleſiaſticas contentiones amoueant: ſemel quidem quarta ſeptimana Pentecoſtes: ſecundò verò XII. die menſis Hyperberetæi, id eſt iuxta Romanos quarto idus Octobris.

Vt tantùm curam rerum Eccleſiaſticarum Epiſcopus habeat.

XXXIX. Omnivm negotiorum Eccleſiaſticorum curam Epiſcopus habeat, & ea velut Deo contemplante diſpenſet, nec ei liceat ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis, quæ Dei ſunt, condonare. Quòd ſi pauperes ſunt, tanquàm pauperibus ſubminiſtret, nec eorum occaſione Eccleſiæ negotia deprædentur.

De dignitate Pontificis, & quòd rerum ſuarum habeat poteſtatem.

XL. Presbyteri, & diaconi præter Epiſcopum nihil agere pertentent. Nam Domini populus ipſi commiſſus eſt, & pro animabus eorum hic redditurus eſt rationem. Sint autem manifeſtæ res propriæ Epiſcopi, (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ Dominicæ, vt poteſtatem habeat, de propriis moriens Epiſcopus, ſicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere. Nec ſub occaſione Eccleſiaſticarum rerum, quæ Epiſcopi eſſe probantur, intercidant, fortaſſis enim aut vxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut ſeruos. Et iuſtum eſt hoc apud Deum, & homines, vt nec Eccleſia detrimentum patiatur, ignoratione rerum Pontificis, nec Epiſcopus, vel eius propinqui ſub obtentu Eccleſiæ proſcribantur, & in cauſas incidant, qui ad eum pertinent, mórſque eius iniuriis & malæ famæ ſubiaceat.

Quòd Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum, pro diſpenſatione pauperum habeat poteſtatem.

XLI. Præcipimvs, vt in poteſtate ſua Epiſcopus Eccleſiæ res habeat. Si enim animæ hominum pretioſæ illi ſunt credita, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita vt poteſtate eius indigentibus omnia diſpenſentur per presbyteros, & diaconos, & cum timore, omnique ſollicitudine miniſtrentur. Ex his autem quæ indiget (ſi tamen indiget) ad ſuas neceſſitates, & ad peregrinorum fratrum vſus ipſe percipiat, vt nihil eis poſſit omnino deeſſe. Lex enim Dei præcipit, vt qui altari deſeruiunt, de altari paſcantur: quia nec miles ſtipendiis propriis contra hoſtes arma ſuſtulit.

Quòd Epiſcopus, presbyter, & diaconus, aleator, & ebrioſus eſſe non debeat.

Episcopvs, aut presbyter, aut diaconus alea, atque ebrietati deſeruiens, aut deſinat, aut certè damnetur. XLII.

Similiter clerici, & laïci ſi permanſerint in alea, communione priuentur.

Svbdiaconvs, aut lector, aut cantor, ſimilia faciens, aut deſinat, aut communione priuetur; ſimiliter etiam laici. XLIII.

Quòd Epiſcopus, presbyter, aut diaconus non debeant vſuras accipere.

Episcopvs, aut presbyter, aut diaconus vſuras à debitoribus exigens, aut deſinat, aut certè damnetur. XLIV.

Quòd non debeat Epiſcopus, presbyter, aut diaconus cum hæreticis orare.

Episcopvs, presbyter & diaconus, qui cum hæreticis orauerit, tantummodo communione priuetur: ſi verò tanquam clericos hortatus eos fuerit agere, vel orare, damnetur. XLV.

Quòd non debeant hæreticorum baptiſmata comprobari.

Episcopvm, aut presbyterum hæreticorum ſuſcipientem baptiſma damnari præcipimus: quæ enim conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? XLVI.

Quòd Eccleſiæ baptiſmate baptizatus denuo baptizari non debeat, & non ita baptizatus debeat baptizari.

Episcopvs, aut presbyter, ſi eum, qui ſecundùm veritatem habuerit baptiſma, denuo baptizauerit: aut pollutum ab impiis non baptizauerit, deponatur, tanquam deridens crucem & mortem Domini, nec ſacerdotes à falſis ſacerdotibus iure diſcernens. XLVII.

Digitized by Google

Laïcum pellentem ſuam coniugem communione priuandum.

XLVIII. Si quis laïcus vxorem propriam pellens alteram, vel ab alio dimiſſam duxerit, communione priuetur.

Quòd in nomine Trinitatis debeat baptizari.

XLIX. Si quis Epiſcopus, aut presbyter iuxta præceptum Domini non baptizauerit, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ſed in tribus ſine initio principiis, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paracletis, abiiciatur.

Quòd non debeat vna merſio in baptiſmate, quaſi in morte Domini, prouenire.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter non trinam merſionem vnius myſterij celebret, ſed ſemel mergat in baptiſmate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate, ſed, euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. L.

INCIPIVNT CANONES NICÆNI CONCILII XX.

De eunuchis, & qui ſeipſos abſciderunt.

I. Si quis à medicis per languorem defectus eſt, aut à barbaris abſciſus, hic in clero permaneat. Si quis autem ſe ſanus abſcidit, hunc, & in clero conſtitutum abſtineri conueniet, & deinceps nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc clarет, quòd de his, qui hanc rem affectant, vel audent, qua ſemetipſos abſcidere dictum ſit: ſic eos, quos aut barbari, aut domini caſtrauerunt; inueniuntur autem aliàs digniſſimi, tales ad clerum ſuſcipit regula.

De his, qui ex gentilibus, poſt baptiſma, ad clericatus ordinem promouentur.

II. Qvoniam plura, aut per neceſſitatem, aut aliàs cogentibus hominibus, aduerſus Eccleſiaſticam facta ſunt regulam, vt homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & inſtructos breui tempore, mox ad lauacrum ſpiritale perducerent, ſimúlque vt baptizati ſunt, etiam ad Epiſcopatum, vel ad presbyterium promouerent: optimè placuit, nihil tale de reliquo fieri. Nam & tempore opus eſt ei, qui catechizatur, & poſt baptiſma probatione quamplurima. Manifeſta eſt enim apoſtolica ſcriptura, quæ dicit: non neophytum, ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat, & laqueum diaboli. Si verò proceſſu temporis aliquod delictum animæ circa perſonam reperiatur huiuſmodi, & à duobus vel tribus teſtibus arguatur: à clero talis abſtineat. Si quis autem præter hæc fecerit, quaſi contra magnum Concilium ſe efferens: ipſe de clericatus honore periclitabitur.

De ſubintroductis mulieribus.

Interdixit per omnia magna Synodus, non Epiſcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino, qui in clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem: niſi fortè matrem, aut ſororem, aut amitam, vel eas tantùm perſonas, quæ ſuſpiciones effugiunt. III.

De his, qui ad Epiſcopatum in prouinciis prouehuntur.

Episcopvm conuenit maximè quidem ab omnibus, qui ſunt in prouincia Epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter inſtantem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem: tribus tamen omnimodis in idipſum conuenientibus, & abſentibus quoque pari modo decernentibus, & per ſcripta conſentientibus: tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur per vnamquamque prouinciam, metropolitano tribuatur Epiſcopo. IV.

De excommunicatis.

De his, qui communione priuantur, ſeu ex clero, ſeu ex laïco ordine, ab Epiſcopis per vnamquamque prouinciam, ſententia regularis obtineat: vt hi, qui abiiciuntur ab aliis, ab aliis non recipian- V.

tur. Requiratur autem, ne puſillanimitate, aut contentione, vel alio quolibet Epiſcopi vitio videatur à congregatione ſeclusus. Vt hoc ergo decentiùs inquitatur, bene placuit, annis ſingulis, per vnamquamque prouinciam bis in anno Concilia celebrari: vt communiter, omnibus ſimul Epiſcopis prouinciæ congregatis, diſcutiantur huiuſmodi quæſtiones. Et ſic, qui ſuo peccauerunt euidenter Epiſcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus æſtimentur: vſquequo, vel in communi, vel eidem Epiſcopo placeat humaniorem pro talibus ferre ſententiam. Concilia verò celebrentur, vnum quidem ante Quadrageſimam Paſchæ: vt omni diſſenſione ſublatâ munus offeratur Deo puriſſimum: ſecundum verò, circa tempus autumni.

De priuilegiis, quæ quibuſdam ciuitatibus competunt.

VI. ANTIQVA conſuetudo ſeruetur per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, ita vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem. Quia & vrbis Romæ Epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam, cæteraſque prouincias, ſuis priuilegia ſeruentur Eccleſiis. Illud autem generaliter clarum eſt, quod ſi quis præter ſententiam Metropolitani fuerit factus Epiſcopus, hunc magna ſynodus definiuit Epiſcopum eſſe non oportere. Sin autem communi cunctorum decreto rationabili, & ſecundùm Eccleſiaſticam regulam comprobato: duo aut tres, propter contentiones proprias, contradicunt: obtineat ſententia plurimorum.

De Epiſcopo Æliæ, id eſt, Hieroſolymorum.

VII. QVIA conſuetudo obtinuit, & antiqua traditio, vt Æliæ Epiſcopus honoretur: habeat honoris conſequentiam, ſaluâ Metropoli propriâ dignitate.

De his, qui dicuntur Cathari, id eſt mundi.

VIII. DE his, qui ſe cognominant Catharos, id eſt mundos, ſi aliquando venerint ad Eccleſiam Catholicam, placuit ſancto, & magno Concilio vt impoſitionem manus accipientes, ſic in clero permaneant. Hæc autem præ omnibus eos ſcriptis conuenit profiteri, quod Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ dogmata ſuſcipiant, & ſequantur: id eſt, & bigamis ſe communicare, & his, qui in perſecutione prolapſi ſunt, erga quos & ſpatia conſtituta ſunt, & tempora definita: vt ita Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ placita ſequantur in omnibus. Vbicunque verò, ſiue in municipiis, ſeu in ciuitatibus ipſi ſoli reperti fuerint ordinati: qui inueniuntur in clero, in eodem habitu perſeuerent: vbi autem Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo, vel presbytero conſtituto quidam ex illis adueniunt: certum eſt, quòd Epiſcopus Eccleſiæ habebit Epiſcopi dignitatem. Is autem qui nominatur apud eos Epiſcopus, honorem presbyterij poſſidebit, niſi fortè placuerit Epiſcopo nominis eum honore cenſeri. Si vero hoc ei minimè placuerit, prouidebit ei aut chorepiſcopatus, aut presbyterij locum, vt in clero prorſus eſſe videatur: ne in vna ciuitate duo Epiſcopi probentur exiſtere.

De his, qui ad honorem presbyterij ſine examine promoti ſunt.

SI qui presbyteri ſine examine ſunt promoti, vel, cùm diſcuterentur, peccata ſua confeſſi ſunt, & homines, contra Canones commoti, manus confeſſis imponere tentauerunt, tales regula non admittit, quia quod inreprehenſibile eſt, Catholica defendit Eccleſia. IX.

De his, qui in perſecutionibus negauerunt, & poſtmodum in clero promoti ſunt.

QVICVNQVE de lapſis ad ordinem cleri promoti ſunt per ignorantiam, vel per ordinantium diſſimulationem: hoc Eccleſiaſticæ non præiudicat regulæ, cogniti namque deponantur. X.

De laicis, qui negauerunt.

DE his, qui præter neceſſitatem præuaricati ſunt, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel aliquid huiuſmodi, quod factum eſt ſub tyrannide Licinij: placuit ſynodo, quamuis humanitate probentur indigni, tamen eis beneuolentiam commodari. Quicunque ergo veraciter pœnitudinem gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur: & ſex annis omni ſe contritione deiiciant, duobus autem annis ſine oblatione populo in oratione communicent. XI.

De his, qui abrenunciauerunt, & iterum ad ſæculum ſunt regreſſi.

QVICVMQVE vocati per gratiam, pri- XII.

mum quidem impetum monſtrauerunt deponentes militiæ cingulum: poſtmodum verò ad proprium vomitum ſunt relapſi, ita vt quidam & pecunias tribuerent, & beneficiis militiam repeterent, hi decem annis poſt triennij tempus (quo inter audientes erunt) in afflictione permaneant. Sed in his omnibus propoſitum, & ſpeciem pœnitentiæ conuenit explorare: quotquot enim metu, & lachrymis, atque pœnitentia, vel bonis operibus rebus ipſis conuerſionem ſuam, non ſimulatione demonſtrant: hi definitum tempus auditionis implentes, tum demum fidelibus in oratiòne communicent, poſtmodum verò licebit Epiſcopo de his aliquid humanius cogitare. Quicunque verò indifferenter tulerunt, & aditum introeundi Eccleſiam ſibi arbitrati ſunt ad conuerſionem poſſe ſufficere, hi definitum modis omnibus tempus implebunt.

De his, qui communionem tempore mortis expoſcunt.

XIII. De his, qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua, regulariſque ſeruabitur, ita, vt ſi quis egreditur è corpore, vltimo & neceſſario viatico minimè priuetur. Quòd ſi deſperatus, & conſecutus communionem, oblationiſque particeps factus iterum conualuerit: ſit inter eos, qui communionem orationis tantummodo conſequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu poſito, & poſcenti ſibi communionis gratiam tribui, Epiſcopus probabiliter ex oblatione dare debebit.

De catechumenis lapſis.

XIV. De catechumenis, ſancto & magno Concilio placuit, vt tribus annis ſint inter audientes tantummodo, poſt hæc autem cum catechumenis orent.

Quòd non oporteat demigrari.

XV. Propter multam perturbationem, & ſeditiones, quæ fiunt: placuit conſuetudinem omnimodis amputari, quæ, præter regulam, in quibuſdam partibus videtur admiſſa: ita vt de ciuitate ad ciuitatem, non Epiſcopus, non presbyter, non diaconus transferatur. Si quis autem, poſt definitionem ſancti & magni Concilij, tale quid agere tentauerit, & ſe huiuſcemodi negotio manciparit: hoc factum prorſus in irritum ducatur, & reſtituatur Eccleſiæ, cui fuit Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus.

De his, qui in Eccleſiis, in quibus prouecti ſunt, minimè perdurarunt.

Qvicvmqve temerè, ac periculosè, neque timorem Dei præ oculis habentes, nec Eccleſiaſticam regulam agnoſcentes, diſcedunt ab Eccleſia presbyteri, aut diaconi, vel quicunque ſub regula prorſus exiſtunt: hi nequaquam debent in aliam Eccleſiam recipi, ſed omnem neceſſitatem conuenit illis imponi, vt ad ſuas parochias reuertantur; quod ſi non fecerint, oportet eos communione priuari. Si quis autem ad alium pertinentem audacter inuadere, & in ſua Eccleſia ordinare tentauerit, non conſentiente Epiſcopo, à quo diſceſſit is, qui regulæ mancipatur: ordinatio huiuſcemodi irrita comprobetur. XVI.

De clericis vſuras accipientibus.

Qvoniam multi, ſub regula conſtituti, auaritiam, & turpia lucra ſectantur, oblitique diuinæ ſcripturæ, dicentis: qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram; mutuum dantes centeſimas exigunt: iuſtè cenſuit ſancta & magna ſynodus, vt ſi quis inuentus fuerit, poſt hanc definitionem, vſuras accipiens, aut ex adinuentione aliqua, vel quolibet modo negotium transfigens, aut hemiolia, id eſt ſeſcupla, exigens; vel aliquid tale prorſus excogitans turpis lucri gratiâ: deiiciatur à clero, & alienus exiſtat à regula. XVII.

De priuilegiis presbyterorum.

Pervenit ad ſanctum, magnúmque Concilium, quòd in quibuſdam locis, & ciuitatibus, presbyteris gratiam ſacræ communionis diaconi porrigant; quod nec regula, nec conſuetudo tradidit, vt ab his, qui poteſtatem non habent offerendi, illi qui offerunt, Chriſti corpus accipiant. Necnon & illud innotuit, quòd quidam diaconi ante Epiſcopos ſacra oblata contingant. Hæc igitur omnia reſecentur, & in ſua diaconi menſura permaneant: ſcientes, quòd Epiſcoporum quidem miniſtri ſint, inferiores autem presbyteris habeantur per ordinem. Ergo poſt presbyteros, gratiam ſacræ communionis accipiant, aut Epiſcopo eis, aut presbytero porrigente. Sed nec ſedere in medio presbyterorum diaconis liceat; quia ſi hoc fiat, præter regu- XVIII.

ſam, & ordinem probatur exiſtere. Si quis autem etiam poſt has definitiones obedire noluerit, à miniſterio ceſſare debebit.

De his, qui à Paulo Samoſateno ad Eccleſiam veniunt.

XIX. De Paulianiſtis ad Eccleſiam Catholicam confugientibus, definitio prolata eſt, vt baptizentur omnimodis. Si qui autem de his prætetito tempore fuerint in clero, ſiquidem immaculati, & inreprehenſibiles apparuerint, baptizati ordinentur ab Epiſcopo Eccleſiæ Catholicæ: quòd ſi diſcuſſio incongruos eos inuenerit, abiici tales conueniet. Similiter autem & de diaconiſſis, & omnino de his, qui ſub regula verſantur, hæc forma ſeruabitur. Meminimus autem de diaconiſſis, quæ in eodem habitu eſſe probantur, quòd non habeant aliquam manus impoſitionem, & ideo modis omnibus eas inter laïcos deputari.

De flectendo genu.

Qvoniam ſunt quidam in die Dominico genu flectentes, & in diebus Pentecoſtes: vt omnia in vniuerſis locis conſonanter obſeruentur, placuit ſancto Concilio ſtantes Domino vota perſoluere. XX.

INCIPIVNT REGVLÆ
ANCYRANI CONCILII.

Istæ regulæ priores quidem ſunt Nicænis: ſed ideo Nicænæ priùs ſcriptæ ſunt, propter authoritatem eiuſdem magni, ſanctique Concilij congregati apud Nicæam.

De presbyteris, qui immolauerunt tempore perſecutionis.

XXI. Presbyteros immolantes, & iterum luctamen adeuntes: ſi hoc non per illuſionem aliquam, ſed ex veritate fecerint, nec ante parentes, & affectantes atque ſuadentes, vt æſtimentur quidem tormentis aptari, ſed his viſu tantùm & habitu ſubiici: hos placuit honorem quidem retinere propriæ ſedis, offerre verò aut alloqui, aut omnino ſacerdotalibus officiis fungi non licere.

De diaconis, qui immolauerunt.

XXII. Diaconi ſimiliter, qui immolauerunt, honorem quidem habeant: ceſſent verò ab omni ſacto miniſterio, ſiue à pane, ſiue à calice offerendo, vel prædicando. Quòd ſi quidam Epiſcoporum conſcij ſunt laboris eorum, & humilitatis, & manſuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere vel adimere, penes ipſos erit poteſtas.

De his, qui ex fuga comprehenſi ſunt, & per vim pagans ritus aliquid pertulerunt.

XXIII. Qvi fugientes comprehenſi ſunt, vel à domeſticis traditi, vel ademptis facultatibus, ſuſtinuere tormenta, aut in cuſtodiam truſi, proclamauerunt ſe Chriſtianos eſſe, & eò vſque aſtricti ſunt, vt manus eorum comprehendentes violenter attraherent, & funeſtis ſacrificiis admouerent, aut aliquid polluti cibi per neceſſitatem ſumere cogerentur, confitentes iugiter ſe Chriſtianos eſſe, & luctum rei, quæ contigit, inceſſabiliter oſtendentes omni deiectione, & habitu, & humilitate vitæ: hos, velut extra delictum conſtitutos, à communionis gratia non vetari. Si verò prohibiti ſunt ab aliquibus, propter ampliorem cautelam, vel propter quorumdam ignorantiam: ſtatim recipiantur. Hoc autem ſimiliter & de clericis, & de cæteris laïcis obſeruare conueniet. Perquiſitum eſt autem & illud, ſi poſſunt etiam laïci, qui in has neceſſitatis anguſtias inciderunt, ad clericatus ordinem promoueri. Placuit ergo & hos, tanquam qui nihil peccauerunt, ſi & præcedens eorum vita probabilis ſit, ad hoc officium prouehi.

De his, qui diuerſis cauſis, gentilitatis ritus aliquid peregerunt.

XXIV. De his, qui ſacrificare coacti ſunt, inſuper & cœnauerunt in idolio, quicunque eorum, cùm ducerentur, lætiore habitu fuerunt, & veſtimentis precioſioribus vſi ſunt, & præparatæ cœnæ indifferenter participes extiterunt: placuit

Digitized by Google

eos inter audientes vno anno conſtitui, ſuccumbere verò tribus annis, in oratione autem communicare biennio, & tunc ad perfectionis gratiam peruenire. Quotquot autem aſcenderunt templa veſte lugubri, & recumbentes per omne tempus fleuere diſcubitus, ſi compleuerunt pœnitentiam triennij temporis, ſine oblatione ſuſcipiantur. Si autem non manducauerunt, biennio ſubiecti pœnitentiæ, tertio anno ſine oblatione communicent: vt perfectionem quadriennio conſequantur. Penes autem Epiſcopos erit poteſtas, modum conuerſionis eorum probantes, vel humaniùs erga eos agere, vel amplius tempus addicere. Ante omnia verò præcedens eorum vita & poſterior inquiratur, & ita eis impertiatur humanitas.

De his, qui timore ritus gentilium peregerunt.

XXV. DE his, qui minis tantùm ceſſere pœnatum, aut priuatione facultatum territi, aut demigratione, ſacrificauerunt: & hactenus pœnitudinis negligentes, neque conuerſi ſunt, huius Concilij tempore ſemet obtulerunt, conuerſionis ſuæ conſilia capientes, placuit vſque ad magnum diem eos inter audientes ſuſcipi, & poſt magnum diem triennio pœnitentiam agere, & poſtmodum duobus annis ſine oblatione communicare: Et tunc demum, ſex annis completis, ad perfectionis gratiam peruenire. Si verò quidam ante hanc ſynodum ſuſcepti ſunt ad pœnitentiam, ex illo tempore initium eis ſexennij computetur. Si quod autem periculum, vel mortis expectatio, aut ex infirmitate, aut ex aliqua occaſione contigerit: his ſub definitione ſtatuta communio non negetur.

De his, qui in locis idolorum manducauerunt.

XXVI. DE his, qui feſtis diebus gentilium, in remotis eorum locis conuiuia celebrāſunt, cibóſque proprios deferentes ibidem comederunt, placuit poſt pœnitentiam biennij, eos ſuſcipi, vtrum verò cum oblatione, ſinguli Epiſcoporum, probantes vitam eorum, & ſingulos actus, examinent.

De his, qui frequenter idolis immolauerunt.

XXVII. HI, qui ſecundò & tertiò ſacrificauerunt coacti, quatuor annis pœnitentiæ ſubiiciantur: duobus autem annis ſine oblatione communicent, & ſeptimo anno perfectè recipiantur.

De his, qui & aliis ſacrificandi cauſas attulerunt.

QVOTQVOT autem non ſolùm ipſi deuiauerunt, ſed etiam inſurrexerunt, & compulerunt fratres, & cauſas præbuerunt, vt cogerentur: hi per triennium quidem locum inter audientes accipiant, per aliud verò ſexennium pœnitentiæ ſubiiciantur acriori, & alio anno communionem ſine oblatione percipiant, vt perfectionem, expleto decennio, conſequantur. Inter hæc autem & eorum vita penſanda eſt. XXVIII.

De diaconis, qui tempore ordinationis de nuptiis atteſtati ſunt.

DIACONI, quicunque ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, & dixerunt, velle ſe coniugio copulari, quia ſic manere non poſſunt: hi ſi poſtmodum vxores duxerint, in miniſterio maneant, propterea quòd eis Epiſcopus licentiam dederit. Quicunque ſanè tacuerunt, & ſuſceperunt manus impoſitionem, profeſſi continentiam, & poſtea nuptiis obligati ſunt, à miniſterio ceſſare debebunt. XXIX.

De deſponſatis puellis, & ab aliis corruptis.

DESPONSATAS puellas, & pòſt ab aliis raptas, placuit erui, & eis reddi, quibus antè fuerant deſponſatæ, etiamſi eis à raptoribus vis illata conſtiterit. XXX.

De his, qui cùm eſſent catechumeni, idolis immolauerunt.

EOS, qui ante baptiſma ſacrificauerunt idolis, & poſtea baptiſma conſecuti ſunt: placuit ad ordinem prouehi, quòd probentur abluti. XXXI.

Quòd non oporteat Chorepiſcopos clericos ordinare, niſi in agris, & villulis.

CHOREPISCOPIS non licere preſbyteros, aut diaconos ordinare, ſed nec preſbyteris ciuitatis, ſine præcepto Epiſcopi, vel literis, in vnaquaque parochia. XXXII.

De his, qui eſum carnium in clero conſtituti diffugiunt.

HI, qui in clero ſunt preſbyteri, & diaconi, & à carnibus abſtinent: placuit eas quidem contingere, & ita ſi voluerint, continere. Quòd ſi in tantùm eas abomi- XXXIII.

abominantur, vt nec olera, quæ cum eis coquuntur, exiſtiment comedenda, tanquam non conſentientes regulæ, ab ordine ceſſare debebunt.

De rebus Eccleſiaſticis eo tempore diſtractis, quo ipſæ Eccleſiæ viduantur Epiſcopis.

XXXIV. DE his, quæ pertinent ad Eccleſiam, quæcunque, cùm non eſſet Epiſcopus, preſbyteri vendiderunt: placuit, reſciſſo contractu, ad iura Eccleſiaſtica reuocari. In iudicio autem erit Epiſcopi, ſi pretium debeat recipi, necne: quia plerumque rerum diſtractarum reditus ampliorem ſummam pro pretio dato reddiderit.

De his, qui fornicantur irrationabiliter, id eſt qui miſcentur pecoribus, aut cum maſculis polluuntur.

XXXV. DE his, qui irrationabiliter verſati ſunt, ſiue verſantur, quotquot ante viceſimum annum tale crimen commiſerint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum: deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis ſacramenta contingant. Diſcutiatur autem & vita eorum, qualis tempore pœnitudinis extiterit, & ita miſericordiam conſequantur. Quòd ſi inexplebiliter his hæſere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus inſumant. Quotquot autem peracta XX. annorum ætate, & vxores habentes, hoc peccato prolapſi ſunt, XXV. annis pœnitudinem gerentes in communionem ſuſcipiantur orationum: in qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis ſacramenta percipiant. Quòd ſi qui & vxores habentes, & tranſcendentes quinquageſimum annum ætatis, ita deliquerint: ad exitum vitæ communionis gratiam conſequantur.

De his, qui in pecudes, vel in maſculos, aut olim polluti ſunt, aut hactenus hoc vitio tabeſcunt.

XXXVI. Eos, qui irrationabiliter vixerunt, & leprâ iniuſti criminis alios polluerunt, præcepit ſancta Synodus inter eos orare, qui ſpiritu periclitantur immundo.

De his, qui ad Epiſcopatum promoti ſunt, nec recepti.

XXXVII. SI qui Epiſcopi ordinati ſunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim Præſulibus earum inferre, ſeditiones aduerſus eos excitando: hos abiici placuit. Quòd ſi voluerint in preſbyterij ordine, vbi priùs fuerant, vt presbyteri reſidere: non abiiciantur propria dignitate. Si autem ſeditiones commouent ibidem conſtitutis Epiſcopis, presbyterij quoque honor talibus auferatur, fiántque damnatione notabiles.

De his, qui virginitatem profeſſi ſunt, & de his, quæ ſub ſororis habitu cum aliquibus commorantur.

QVOTQVOT virginitatem promittentes irritam faciunt ſponſionem: inter bigamos cenſeantur. Virgines autem, quæ conueniunt cum aliquibus, tanquam ſorores, habitare prohibemus. XXXVIII.

De his qui adulteras habent vxores, vel ſi ipſi adulteri comprobantur.

SI cuius vxor adultera fuerit, vel ſi ipſe adulterium commiſerit, ſeptem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem conſequi, ſecundùm priſtinos gradus. XXXIX.

De his, qui partus ſuos, ex fornicatione, diuerſis modis interimunt.

DE mulieribus, quæ fornicantur, & partus ſuos necant, vel quæ agunt ſecum, vt vtero conceptos excutiant: antiqua quidem definitio vſque ad exitum vitæ eas ab Eccleſia remouet: humaniùs autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus, ſecundùm præfixos gradus pœnitentiæ largiamur. XL.

De homicidis.

QVI voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem iugiter ſe ſubmittant: perfectionem verò circa vitæ exitum conſequantur. XLI.

De his, qui non ſponte homicidium commiſerunt.

DE homicidiis non ſponte commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi præcipit: ſecunda verò, quinquennij tempus explere. XLII.

De his, qui diuinationes expetunt.

QVI diuinationes expetunt, & morem gentilium ſubſequuntur, aut in domos ſuas huiuſcemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causâ, ſub regula quinquennij XLIII.

iaceant, ſecundùm gradus pœnitentiæ definitos.

De his, qui virginum corruptionibus conſcij ſunt.

XLIV. QVIDAM ſponſam habens, ſororem eius violauit, & grauidam reddidit: poſtmodum deſponſatam ſibi duxit vxorem, illa verò, quæ corrupta eſt, laqueo ſe peremit. Hi, qui fuerunt conſcij, poſt decennem ſatisfactionem iuſſi ſunt ſuſcipi, ſecundùm gradus pœnitentiæ conſtitutos.

INCIPIVNT REGVLÆ PROLATÆ IN SYNODO NEOCÆSARIENSI. XIV.

ET hæ regulæ poſt eas quidem probantur eſſe, quæ apud Ancyram expoſitæ ſunt: ſed Nicænis anreriores reperiuntur.

De presbyteris, qui vxores acceperunt, vel fornicati ſunt.

XLV. PRESBYTER, ſi vxorem acceperit, ab ordine deponatur: ſi verò fornicatus fuerit, aut adulterium perpetrauerit, ampliùs pelli debet, & ad pœnitentiam redigi.

De his, quæ duobus fratribus nupſerint, vel qui duas ſorores vxores acceperint.

XLVI. MVLIER, ſi duobus fratribus nupſerit, abiiciatur vſque ad mortem: veruntamen in exitu propter miſericordiam, ſi promiſerit, quòd facta incolumis, huius coniunctionis vincla diſſoluat, fructum pœnitentiæ conſequatur. Quòd ſi defecerit mulier, aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti.

De multinubis.

XLVII. DE his, qui in plurimas nuptias inciderunt, & tempus quidem præfinitum manifeſtum eſt, ſed conuerſatio eorum, & fides tempus adbreuiat.

De his, qui proponentes fornicari vetantur.

XLVIII. SI quis mulierem concupiſcens, propoſuerit cum ea concumbere, & cogitatio eius non perueniat ad effectum: apparet, quòd Dei gratia liberatus ſit.

De catechumenis peccantibus.

XLIX. CATECHVMENVS ſi ingrediatur Eccleſiam, & in ordinem eorum, qui inſtruuntur, adſiſtat: hic autem deprehenſus fuerit peccans, ſiquidem genu flectit, audiat, vt non delinquat vlteriùs: ſi verò & audiens peccauerit, expellatur.

De catechumena prægnante.

GRAVIDAM oportet baptizari, quando voluerit, nihil enim in hoc quæ parit, naſcenti communicat: propterea quòd vniuſcuiuſque ſuum propoſitum in confeſſione declaretur. L.

Quòd non oporteat in bigami nuptiis orare presbyterum.

PRESBYTERVM in nuptiis bigami prandere non conuenit, quia cùm pœnitentia bigamus egeat, quis erit presbyter, qui propter conuiuium talibus nuptiis poſſit præbere conſenſum? LI.

De his, qui mulieribus adulteris iuncti ſunt.

MVLIER cuiuſdam adulterata laïci conſtituti, ſi euidenter arguatur, talis ad miniſterium cleri venire non poterit. Si verò poſt ordinationem adulrerata fuerit, dimittere eam conuenit: quòd ſi cum illa conuixerit, miniſterium ſibi commiſſum obtinere non poterit. LII.

De his, qui ad presbyterium promouentur, & ante ordinationem, peccatorum ſibi ſunt conſcij.

PRESBYTER, ſi præoccupatus corporali peccato prouehatur, & confeſſus fuerit de ſe, quòd ante ordinationem deliquerit, oblata non conſecret; manens in reliquis officiis, propter ſtudium bonum. Nam peccata reliqua plerique dixerunt per manus impoſitionem poſſe dimitti. Quòd ſi de ſe non fuerit ipſe confeſſus, & argui manifeſtè nequiuerit, poteſtatis ſuæ iudicio relinquatur. LIII.

De diaconis ſimiliter.

SIMILI modo etiam diaconus, ſi eodem peccato ſuccubuerit, ab ordine miniſterij ſubtrahatur. LIV.

Quo tempore presbyterum conueniat ordinare.

LV. Presbyter ante triceſimum ætatis ſuæ annum nullatenus ordinetur, licèt valde ſit dignus: ſed hoc tempus obſeruet. Nam Dominus noſter triceſimo ætatis ſuæ anno baptizatus eſt, & ſic cœpit docere.

De his, qui in ægritudine baptiſma conſequuntur.

LVI. Si quis in ægritudine fuerit baptizatus, ad honorem preſbyterij non poteſt promoueri, quòd non ex propoſito fides eius, ſed ex neceſſitate deſcendit: niſi fortè propter ſequens ſtudium eius, & fidem, atque hominum raritatem talis poſſit admitti.

De presbyteris agrorum.

LVII. Presbyteri ruris in Eccleſia ciuitatis, Epiſcopo præſente, vel presbyteris vrbis ipſius, offerre non poſſunt, nec panem ſanctificatum dare, calicémque porrigere. Si verò abſentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, ſoli dare debebunt. Chorepiſcopi quoque ad exemplum quidem, & formam ſeptuaginta videntur eſſe: vt comminiſtri autem, propter ſtudium quod erga pauperes exhibent, honorentur.

De numero certo diaconorum.

LVIII. Diaconi ſeptem debent eſſe, iuxta regulam, licèt & valde magna ſit ciuitas. Idipſum autem & Actuum Apoſtolorum liber inſinuat.

INCIPIVNT REGVLÆ GANGRENSES,

QVÆ POST NICÆNVM CONCILIVM EXPOSITÆ SVNT. XX.

De his, qui nuptias execrantur.

LIX. Si quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro ſuo fidelem, ac religioſam deteſtatur: aut culpabiles æſtimat, velut qui in regnum Dei introire non poſſint: anathema ſit.

De his, qui abominantur eos, qui carnibus veſcuntur.

LX. Si quis carnes edentem, præter ſanguinem, & idolis immolatum, & ſuffocatum, cum religione, & fide, condemnat, velut ſpem, propter huiuſmodi perceptionem, non habentem: anathema ſit.

De ſeruis, qui iugum famulatus abiiciunt Chriſtianitatis obtentu.

LXI. Si quis ſeruum, prætextu diuini cultus, doceat dominum contemnere proprium: vt diſcedat ab eius obſequio, nec ei cum beneuolentia, & omni honore deſeruiat, anathema ſit.

De presbyteris, qui habuere coniugia.

LXII. Qvicvnqve diſcernit à presbytero, qui vxorem habuit, quòd non oporteat, eo miniſtrante, de oblatione percipere: anathema ſit.

De his, qui Eccleſiæ conuentus ſpernendos exiſtimant.

LXIII. Si quis docet domum Dei contemptibilem eſſe, & conuentus, qui in ea celebrantur, anathema ſit.

De his, qui Eccleſiaſtica miniſteria præter Eccleſiam faciunt.

LXIV. Si quis extra Eccleſiam ſeorſum conuentus celebrat, & deſpiciens Eccleſiam, ea quæ ſunt Eccleſiæ voluerit vſurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum Epiſcopi, anathema ſit.

De fructuum oblationibus, quæ miniſtris Eccleſiæ conferuntur.

LXV. Si quis oblationes Eccleſiæ extra Eccleſiam accipere, vel dare voluerit, præter conſcientiam Epiſcopi, vel eius, cui huiuſcemodi officia commiſſa ſunt, nec cum eius voluerit agere conſilio: anathema ſit.

De his, quæ in vſus pauperum conferuntur.

LXVI. Si quis dederit, vel acceperit oblata præter Epiſcopum, vel eum, qui conſtitutus eſt ab eo, ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus: & qui dat, & qui accipit, anathema ſit.

Digitized by Google

De his, qui in virginitate, continentiáque perſiſtunt.

LXVII. QVICVNQVE virginitatem cuſtodiens, aut continentiæ ſtudens, velut horreſcens nuptias temerat, nec propter hoc, quod bonum, & ſanctum eſt, nomen virginitatis adſumit: anathema ſit.

De his, qui pro virginitate ſuperbiunt.

LXVIII. SI quis ex his, qui virginitatem propter Dominum ſeruant, extollitur aduerſum coniugatos, anathema ſit.

De his, qui agapas, id eſt paſtiones pauperum, riſui deputant.

LXIX. SI quis deſpicit eos, qui fideliter agapas, id eſt conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Domini conuocant fratres, & noluerit communicare huiuſcemodi vocationibus, paruipendens quod geritur, anathema ſit.

De his, qui palliis vtuntur, & idcirco ſuperbiunt.

LXX. SI quis virorum propter continentiam, quæ putatur, amictu pallij vtitur, quaſi per hoc habere ſe iuſtitiam credens: & deſpicit eos, qui cum reuerentia birris, & aliis communibus, & ſolitis vtuntur, anathema ſit.

De mulieribus quæ vtuntur virilibus indumentis.

LXXI. SI qua mulier propter continentiam, quæ putatur, habitum mutat, & pro ſolito muliebri, amictum virilem ſumit, anathema ſit.

De his, qui velut peccatum, copulam deſerunt nuptiarum.

LXXII. SI qua mulier virum proprium relinquens, diſcedere voluerit, nuptias execrans, anathema ſit.

De his, qui Chriſtianitatis obtentu, deſpiciunt filios.

SI quis filios ſuos relinquens, non eos enutrit, & quod ad ſe pertinet, ad pietatem diuini cultus informat, ſed per occaſionem continentiæ negligit, anathema ſit. LXXIII.

De his, qui parentes, Chriſtianitatis occaſione, contemnunt.

QVICVNQVE filij à parentibus, ſub prætextu diuini cultus, abſcedunt, nec debitam reuerentiam dependunt illis, qui diuinum cultum ſibi proculdubio præferunt, anathema ſit. LXXIV.

De mulieribus, quæ ſe attondent Chriſtianitatis obtentu.

SI qua mulier, propter diuinum cultum, vt æſtimat, crines attondet, quos ei Deus ad ſubiectionis memoriam tribuit, tanquam præceptum diſſoluens obedientiæ, anathema ſit. LXXV.

De his, qui Dominico die ieiunant, tanquam nihil præ cæteris differente.

SI quis propter continentiam, quæ putatur, aut contumaciam, in die Dominico ieiunat, anathema ſit. LXXVI.

De his, qui Eccleſiaſtica ieiunia abſque neceſſitate diſſoluunt.

SI quis eorum, qui continentiæ ſtudent, abſque neceſſitate corporea, tradita in commune ieiunia, & ab Eccleſia cuſtodita, ſuperbiendo diſſoluit, ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus, anathema ſit. LXXVII.

De his, qui collectas, quæ fiunt in martyrum commemorationibus, execrantur.

SI quis ſuperbiæ vſus affectu conuentus abominatur, qui ad confeſſiones martyrum celebrantur, & miniſteria, quæ in eis fiunt, ſimul cum eorum memoriis execratur, anathema ſit. LXXVIII

Digitized by Google

INCIPIVNT REGVLÆ EXPOSITÆ APVD ANTIOCHIAM IN ENCÆNIIS XXV.

De his, qui contraria gerunt, his, quæ regulariter de Paſcha ſtatuta ſunt in Nicano Concilio.

LXXXIX. OMNES, qui auſi fuerint diſſoluere definitionem ſancti & magni Concilij, quod apud Nicæam congregatum eſt, ſub præſentia piiſſimi, & venerandi Principis Conſtantini, de ſalutifera ſolemnitate ſacratiſſimæ Paſchæ: excommunicandos, & de Eccleſia pellendos eſſe cenſemus, ſi tamen contentioſiùs aduerſus ea, quæ benè ſunt decreta, perſtiterint: & hæc quidem de laïcis dicta ſint. Si quis autem eorum, qui præeſſe noſcuntur Eccleſiæ, aut Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, poſt hanc definitionem tentauerit ad ſubuerſionem populorum, Eccleſiarúmque perturbationem, ſeorſum colligere, & cum Iudæis Paſcha celebrare: ſancta ſynodus hunc alienum iam hinc ab Eccleſia iudicauit, quòd non ſolùm ſibi, ſed & plurimis cauſa corruptionis, & perturbationis extiterit. Nec ſolùm tales à miniſterio remouet, ſed etiam illos, qui poſt damnationem huiuſmodi communicare tentauerint: damnatos autem omni quoque extrinſecus honore priuari, quem ſancta regula, & ſacerdotium Dei promeruit.

De his, qui ſe à perceptione ſanctæ communionis auertunt, & qui excommunicatis per domos communicant.

XXC. OMNES, qui ingrediuntur Eccleſiam Dei, & ſcripturas ſacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, ſed pro quadam intemperantia ſe à perceptione ſanctæ communionis auertunt: hi de Eccleſia remoueantur, quamdiu per confeſſionem pœnitentiæ fructus oſtendant, & precibus indulgentiam conſequantur. Cum excommunicatis autem non licere communicare; nec cum his, qui per domos conueniunt, deuitantes orationes Eccleſiæ, ſimul orandum eſt: ab alia quoque Eccleſia non ſuſcipiendum, qui in alia minimè congregatur. Si quis autem de Epiſcopis, aut preſbyteris, vel diaconis, ſeu quilibet ex clero deprehenſus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iſte priuetur communione, tanquam qui regulam confundat Eccleſiæ.

De his, qui ab alia parochia præter conſcientiam Epiſcoporum ſuorum, in aliis immorantur.

SI quis preſbyter, aut diaconus, & omnino quilibet ex clero, parochiam propriam deſerens, ad aliam properauerit: dein omnino demigrans, in alia parochia per multa tempora nititur immorari, vlteriùs ibidem non miniſtret: maximè, ſi vocanti ſuo Epiſcopo, & regredi ad propriam parochiam commonenti obedire contempſerit. Quòd ſi in hac indiſciplinatione perdurat, à miniſterio modis omnibus remoueatur: ita vt nequaquam locum reſtitutionis inueniat. Si verò pro hac cauſa damnatum alter Epiſcopus ſuſcipiat, hic etiam à communi coërceatur Synodo, velut qui Eccleſiaſtica conſtituta diſſoluat. XXCI.

De damnatis, & miniſtrare tentantibus.

SI quis Epiſcopus damnatus à Synodo, vel preſbyter, aut diaconus à ſuo Epiſcopo auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro contingere: ſiue Epiſcopus, iuxta præcedentem conſuetudinem, ſiue preſbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia Synodo, reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis: ſed & communicantes ei omnes abiici de Eccleſia, & maximè ſi poſteaquàm didicerint aduerſum memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentauerint. XXCII.

De his, qui ſe à miniſterio Eccleſiaſtico ſubtrahunt, & ſeorſum colligunt.

SI quis preſbyter, aut diaconus, Epiſcopum proprium contemnens, ſe ab Eccleſia ſequeſtrauit, & ſeorſum colligens altare conſtituit, & commonenti Epiſcopo non adquieuerit, nec conſentire, vel obedire voluerit ſemel, & ite- XXCIII.

rum conuocanti : hic damnetur omnimodo , nec vltrà remedium conſequatur, quia ſuam recipere non poteſt dignitatem. Quòd ſi Eccleſiam conturbare , & ſollicitare perſiſtat , tanquam ſeditioſus, per poteſtates exteras opprimatur.

De clericis excommunicatis, & laicis.

XXCIV. SI quis à proprio Epiſcopo communione priuatus eſt, non antè ſuſcipiatur ab aliis, quàm ſuo reconcilietur Epiſcopo, aut certè ad Synodum , quæ congregatur, occurrens pro ſe ſatisfaciat, & perſuadens Concilio ſententiam ſuſcipiat alteram. Hæc autem definitio maneat circa laicos, & preſbyteros, & diaconos , omnéſque qui ſub regula eſſe monſtrantur.

De peregrinorum ſuſceptione.

XXCV. NVLLVS peregrinorum ſine pacificis, id eſt , commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis.

De pacificis peregrinorum, id eſt, commendatitiis literis.

XXCVI. PRESBYTERI, qui ſunt in agris, canonicas epiſtolas dare non poſſunt, ad ſolos tantùm vicinos Epiſcopos literas deſtinabunt. Chorepiſcopi autem qui ſunt irreprehenſibiles, dare poſſunt pacificas, id eſt, generales epiſtolas.

De Metropolitanis ſingularum prouinciarum.

XXCVII. PER ſingulas regiones Epiſcopos conuenit noſſe , Metropolitanum Epiſcopum ſollicitudinem totius prouinciæ gerere : propter quod ad Metropolim omnes vndique qui negotia videntur habere , concurrunt. Vnde placuit eum & honore præcellere , & nihil amplius præter eum cæteros Epiſcopos agere , ſecundùm antiquam à patribus noſtris regulam conſtitutam: niſi ea tantùm , quæ ad ſuam diœceſim pertinent , poſſeſſionéſque ſubiectas. Vnuſquiſque enim Epiſcopus habeat ſuæ parochiæ poteſtatem , vt regat iuxta reuerentiam ſingulis competentem , & prouidentiam gerat omnis poſſeſſionis, quæ ſub eius eſt ciuitate: ita vt preſbyteros & diaconos ordinet , & ſingula ſuo iudicio comprehendat. Ampliùs autem nihil agere tentet, præter Antiſtitem metropolitanum, nec Metropolitanus ſine cæterorum gerat conſilio ſacerdotum.

De his, qui vocantur Chorepiſcopi.

QVI in vicis, vel poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur, quamuis manus impoſitionem Epiſcoporum perceperint, & vt Epiſcopi conſecrati ſint : tamen ſanctæ Synodo placuit, vt modum proprium recognoſcant, vt gubernent ſubiectas ſibi Eccleſias earúmque moderamine , curáque contenti ſint. Ordinent etiam lectores & ſubdiaconos atque exorciſtas ; quibus promotiones iſtæ ſufficiant. Nec presbyterum verò , nec diaconum audeant ordinare, præter ciuitatis Epiſcopum, cui ipſe cum poſſeſſione ſubiectus eſt. Si quis autem tranſgredi ſtatuta tentauerit , depoſitus, quo vtebatur honore priuetur. Chorepiſcopum verò ciuitatis Epiſcopus ordinet, cui ille ſubiectus eſt. XXCVIII.

De Epiſcopis, & clericis adeuntibus Imperatorem.

SI quis Epiſcopus , aut presbyter, aut quilibet regulæ ſubiectus Eccleſiæ, præter conſilium , & literas Epiſcoporum prouinciæ, & præcipuè Metropolitani , adierit Imperatorem : hunc reprobari, & abiici oportere , non ſolùm à communione, verùm & ab honore, cuius particeps videtur exiſtere. Quia venerandi Principis auribus moleſtiam tentauit inferre, contra leges Eccleſiæ. Si igitur adire Principem neceſſaria cauſa depoſcit, hoc agatur cum tractatu , & conſilio Metropolitani , & cæterorum Epiſcoporum , qui in eadem prouincia commorantur: qui etiam proficiſcentem ſuis proſequantur epiſtolis. XXCIX.

De damnatis Epiſcopis, aut clericis adeuntibus Imperatorem.

SI quis à proprio Epiſcopo presbyter aut diaconus, aut à ſynodo fuerit Epiſcopus fortè damnatus, & Imperatoris auribus moleſtus extiterit : oportet ad maius Epiſcoporum conuerti Concilium, & quæ putauerint habere iuſta, plurimis Epiſcopis ſuggerant, eorúmque diſcuſſiones ac iudicia præſtolentur. Si verò hæc paruipendentes moleſti fuerint Imperatori, hos nulla venia dignos eſſe, nec locum ſatisfactionis habere, nec ſpem futuræ reſtitutionis penitus opperiri. XC.

De his, qui cùm ſunt ex alia prouincia, in aliis audent ordinationes efficere.

NVLLVS Epiſcopus ex alia prouin- XCI.

cia audeat ad aliam tranſgredi, & ad promotionem miniſterij aliquos in Eccleſiis ordinare, licèt conſenſum videantur præbere nonnulli: niſi litteris tam Metropolitani, quàm cæterorum, qui cum eo ſunt, Epiſcoporum, rogatus adueniat, & ſic ad actionem ordinationis accedat. Si verò nullo vocante, inordinato mote deproperet ſuper aliquibus ordinationibus & Eccleſiaſticis negotiis, ad eum non pertinentibus, componendis: irrita quidem, quæ ab eo geruntur, exiſtant, ipſe verò incompoſiti motus ſui, & irrationabilis audaciæ ſubeat vltionem, ex hoc iam damnatus à ſancto Concilio.

De diſſenſione, quæ ſuper Epiſcoporum diiudicatione contingit, appellantium prouinciales Antiſtites.

XCII. Si quis Epiſcopus de certis criminibus iudicetur, & contingat de eo prouinciales Epiſcopos diſſidere: cùm iudicatus ab aliis innocens creditur, reus ab aliis: pro totius ambiguitatis abſolutione ſanctæ Synodo placuit, vt metropolitanus Epiſcopus à vicina prouincia iudices alios conuocet, qui controuerſiam tollant: vt per eos ſimul, & per prouinciales Epiſcopos, quod iuſtum viſum fuerit, approbetur.

De Epiſcopis ab eiuſdem prouinciæ ſacerdotibus conſonanter excluſis.

XCIII. Si quis Epiſcopus de certis criminibus accuſatus condemnetur ab omnibus Epiſcopis eiuſdem prouinciæ, cunctique conſonanter eandem contra eum formam decreti protulerint: hunc apud alios nullomodo iudicari, ſed firmam concordantium Epiſcoporum prouinciæ manere ſententiam.

De vacantibus Epiſcopis.

XCIV. Si quis Epiſcopus vacans in Eccleſiam vacantem proſiliat, ſedémque peruadat abſque integro, perfectóque Concilio: hic abiiciatur neceſſe eſt, etſi cunctus populus, quem diripuit, eum habere delegerit. Perfectum verò Concilium illud eſt, vbi interfuerit metropolitanus Antiſtes.

De his, qui cùm ad Epiſcopatum vocantur, euitant.

XCV. Si quis Epiſcopus manus impoſitionem Epiſcopatus acceperit: & præeſſe populo conſtitutus, miniſterium ſubire neglexerit, nec adquieuerit ire ad Eccleſiam ſibi commiſſam: hunc oportet communione priuari, donec ſuſceperit coactus officium, aut certè de eo aliquid integra decreuerit eiuſdem prouinciæ Synodus ſacerdotum.

De his, qui promouentur ad Epiſcopatum, nec recipiuntur.

Si quis Epiſcopus ordinatus ad parochiam minimè, cui eſt electus, acceſſerit, non ſuo vitio, ſed quòd eum aut populus vitet, aut propter aliam cauſam, non tamen eius vitio perpetratam: hic & honoris ſit, & miniſterij particeps, dummodo nil moleſtus Eccleſiæ rebus exiſtat, vbi miniſtrare cognoſcitur. Quem etiam obſeruare conueniet, quicquid Synodus perfecta prouinciæ, quod viſum fuerit, iudicando decreuerit. XCVI.

De Epiſcopalibus in prouinciis ordinationibus.

Episcopvs præter Synodum, & præſentiam Metropolitani nullatenus ordinetur. Hoc autem modis omnibus coram poſito melius quidem eſt, vt omnes ſimul adſint eiuſdem prouinciæ ſacerdotes: quos metropolitanus Epiſcopus aduocare debebit. Et ſiquidem omnes occurrerint, optimè; quòd ſi hoc difficile fuerit, ſaltem plures adeſſe omnimodo conuenit: aut certè ſcriptis eiuſdem ſententiæ comprobari, & ita ſub plurimorum vel præſentia, vel decreto ordinatio celebretur. Quòd ſi ſecùs contra definita factum fuerit, nullas ordinatio vires habeat, ſi verò iuxta definitam regulam fiat, & nonnulli pro contentione propria contradicant, obtineat ſententia plurimorum. XCVII.

De ſynodis, quæ debent ab Epiſcopis, ſuis temporibus in prouincia celebrari.

Propter vtilitates Eccleſiaſticas, & abſolutiones earum rerum, quæ dubitationem, controuerſiámque recipiunt: optimè placuit, vt per ſingulas quaſque prouincias bis in anno Epiſcoporum Concilia celebrentur. Semel quidem poſt tertiam ſeptimanam feſti Paſchalis: ita vt quarta ſeptimana Pentecoſtes conueniat Synodus, Metropolitano prouinciales Epiſcopos admonente. Secunda verò Synodus fiat idus Octobris, id eſt, quinto-decimo die menſis Octobris, XCVIII.

Digitized by Google

quem Hyperberetæon Græci cognominant. In ipſis autem Conciliis adſint preſbyteri, & diaconi, & omnes, qui ſe læſos exiſtimant: & Synodi experiantur examen. Nullis verò liceat apud ſe celebrare Concilia, præter eos, quibus à Metropolitanis videntur eſſe iura commiſſa.

Vt nullo modo de parochia ad aliam parochiam Epiſcopus tranſeat.

XCIX. Episcopvs ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, nec ſponte ſua prorſus inſiliens, nec vi coactus à populis, nec ab Epiſcopo neceſſitate compulſus: maneat autem in Eccleſia, quam primitus à Deo ſortitus eſt, nec inde tranſmigret, ſecundùm priſtinum de hac re terminum conſtitutum.

Vt in altera parochia clericos alterius parochiæ Epiſcopus nullatenus ordinet.

C. Episcopvs alienam ciuitatem, quæ non eſt illi ſubiecta, non adeat: nec ad poſſeſſionem accedat, quæ ad eum non pertinet ſuper ordinatione cuiuſquam, nec conſtituat preſbyteros, aut diaconos alteri ſubiectos Epiſcopo: niſi fortè cum conſilio, & voluntate regionis Epiſcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentauerit, irrita ſit eius ordinatio, & ipſe coërceatur à Synodo, nam ſi ordinare non potuerit, nullatenus iudicabit.

Vt nullus ad Epiſcopatum pro ſe conſtituat promouendum.

CI. Episcopo non licere pro ſe alterum ſucceſſorem ſibi conſtituere, licèt ad exitum vitæ perueniat: quòd ſi tale aliquid factum fuerit, irritum eſſe huiuſcemodi conſtitutum. Seruetur autem ius Eccleſiaſticum, id continens oportere non aliter fieri, niſi cum Synodo, & iudicio Epiſcoporum, qui poſt obitum quieſcentis poteſtatem habent, eum, qui dignus extiterit, promouere.

De rebus ad Eccleſiam pertinentibus, & de his, quæ propria Epiſcopi eſſe noſcuntur.

CII. Qvæ ſunt Eccleſiæ, ſub omni ſolicitudine, & conſcientia bona, & fide, quæ in Deum eſt, qui cuncta conſiderat, iudicátque, ſeruentur, quæ etiam diſpenſanda ſunt iudicio, & poteſtate Pontificis, cui commiſſus eſt populus, & animæ, quæ intra Eccleſiam congregantur. Manifeſta verò ſint, quæ pertinere videntur ad Eccleſiam, cum notitia preſbyterorum, & diaconorum, qui circa ipſum ſunt: ita vt agnoſcant, nec ignorent, quæ ſint Eccleſiæ propria, nec eos aliquid lateat. Vt ſi contigerit Epiſcopum migrare de ſæculo, certis exiſtentibus rebus, quæ ſunt Eccleſiæ, nec ipſæ conlapſæ depereant, nec quæ propria probantur Epiſcopi, ſub occaſione rerum peruadantur Eccleſiæ. Iuſtum namque, & acceptum eſt coram Deo, & hominibus, vt ſua Epiſcopus quibus voluerit, derelinquat, & quæ Eccleſiæ ſunt, eidem conſeruentur Eccleſiæ, vt nec Eccleſia aliquod patiatur incommodum, nec Epiſcopus ſub occaſione proſcribatur Eccleſiæ, & in cauſas incidant, qui ad eum pertinent, & ipſe poſt obitum maledictionibus ingrauetur.

Vt Epiſcopus diſpenſandi res Eccleſiaſticas habeat poteſtatem.

Episcopvs Eccleſiaſticarum rerum CIII.
habeat poteſtatem, ad diſpenſandum erga omnes, qui indigent, cum ſumma reuerentia, & timore Dei. Participet autem & ipſe quibus indiget: ſi tamen indiget: tam ſuis, quàm fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſariis vſibus profuturis, ita vt in nulla qualibet occaſione fraudentur, iuxta ſanctum Apoſtolum ſic dicentem: habentes victum, & tegumentum, his contenti ſumus. Quòd ſi contentus iſtis minimè fuerit, conuertat autem res Eccleſiæ in ſuos vſus domeſticos, & eius commoda vel agrorum fructus, non cum preſbyterorum conſcientia, diaconorúmque pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis, aut fratribus, ſibiſque committat: vt per huiuſmodi perſonas occultè cæteræ lædantur Eccleſiæ, Synodo prouinciæ pœnas iſte perſoluat. Si autem & aliter accuſetur Epiſcopus, aut preſbyteri, qui cum ipſo ſunt, quòd ea, quæ pertinent ad Eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet Eccleſiaſtica facultate ſibimet vſurpent, ita vt ex hoc affligantur quidem pauperes: criminationi verò, & blaſphemiis tam ſermo prædicationis, quàm hi, qui diſpenſant, taliter exponantur: & hos oportet corrigi, ſancta Synodo, id quod condecet, approbante.

INCIPIVNT

INCIPIVNT REGVLÆ
APVD LAODICIAM EXPOSITÆ NVM. LIX.

SANCTA Synodus, quæ apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ conuenit ex diuerſis regionibus Aſiæ, definitiones expoſuit Eccleſiaſticas, quæ ſubter annexæ ſunt.

De bigamis.

CIV. DE his, qui ſecundùm Eccleſiaſticam regulam, liberè ac legitimè ſecundis nuptiis iuncti ſunt, nec occultè nuptiarum copulam fecerunt: oportet, vt paruo tempore tranſacto, vacent orationibus, & ieiuniis, quibus etiam iuxta indulgentiam communionem reddi decreuimus.

De his, qui pro diuerſis erratis pœnitudinem feruentiùs exegerunt.

CV. DE his, qui diuerſis facinoribus peccauerunt, & perſeuerantes in oratione confeſſionis & pœnitentiæ, conuerſionem à malis habuere perfectam: pro qualitate delicti, talibus pœnitentiæ tempus impenſum propter clementiam, & bonitatem Dei communio concedatur.

Quòd non oporteat ad clerum ſtatim poſt baptiſma promoueri.

CVI. DE his, qui nuper ſunt illuminati baptiſmate, quòd eos in ſacerdotali non conueniat ordine promoueri.

De tempore ordinationum.

CVII. QVOD non oporteat ordinationes ſub conſpectu audientium celebrari.

Vt hi, qui ſacrario ſeruiunt vſuras non exigant.

CVIII. QVOD non oporteat ſacerdotes, & clericos fœnerantes vſuras, vel quæ dicuntur ſeſcupla, id eſt & ſummam capitis, & dimidium ſummæ percipere.

De hæreticis intrantibus in Eccleſias, vel baſilicas martyrum.

CIX. QVOD hæretici non permittendi ſint ingredi in domum Dei, in hæreſi permanentes.

De his qui ad Eccleſias ab hæreticis veniunt.

CX. DE his, qui ab hæreticis conuertuntur, id eſt Nouatianis, aut Photinianis, aut Teſſareſcædecatitis, ſiue baptizati ſint illi, ſeu catechumeni; non antè ſuſcipiantur, quàm omnes hæreſes anathematizent, & præcipuè illam, qua detinebantur. Et tunc demum hi, qui apud eos dicebantur fideles, noſtræ doceantur fidei ſymbolum, & vncti ſancto chriſmate, ſic myſteriis communicent ſacroſanctis.

De his, qui veniunt ab hæreſi Cataphrygarum.

CXI. DE his, qui conuertuntur ab hæreſi, quæ dicitur Cataphrygarum; etſi in clero, qui apud eos eſſe creditur, fuerint, etſi maximi nominentur, hos ſub omni diligentia ab Epiſcopis Eccleſiæ, vel presbyteris inſtrui, & baptizari conueniet.

De his, qui ad hæreticorum ſpeluncas, cauſa orationis accedunt.

CXII. QVOD non permittantur Eccleſiaſtici ad hæreticorum cœmeteria, vel ad ea, quæ ab eis appellantur martyria, orationis causâ, vel ſanitatis accedere: ſed huiuſmodi, ſi fideles fuerint, certo tempore communione priuari: pœnitentes autem, & confitentes ſe deliquiſſe, conuenit ſuſcipi.

De his, qui cum hæreticis nuptiarum copula iunguntur.

CXIII. QVOD non oporteat, indifferenter Eccleſiaſticos, fœdere nuptiarum, hæreticis ſuos filios, filiaſque coniungere.

Non congruere presbyteras in mulieribus ordinari.

CXIV. QVOD non oporteat eas, quæ dicuntur presbyteræ, vel præſidentes, in Eccleſiis ordinari.

De Epiſcopalibus ordinationibus.

CXV. VT Epiſcopi iudicio Metropolitanorum, & eorum Epiſcoporum, qui circumcirca ſunt, proueheantur ad Eccleſiaſticam poteſtatem: hi videlicet, qui plurimo

cantur agapæ, fieri: nec intra domum Dei comedere, vel accubitus ſternere.

De Chriſtianis, qui ſabbatizare, vel iuxta quendam modum iudaizare noſcuntur.

CXXXII. QVOD non oporteat Chriſtianos iudaizare, & otiari in ſabbato, ſed operari eos in eodem die. Præferentes autem in veneratione Dominicum diem, ſi vacare voluerint, vt Chriſtiani hoc faciant. Quòd ſi reperti fuerint iudaizare, anathema ſint à Chriſto.

De viris cum mulieribus lauacra celebrantibus.

CXXXIII QVOD non oporteat ſacris officiis deditos aut clericos, aut continentes, vel omnem laïcum Chriſtianum, lauacra cum mulieribus celebrare, quia hæc apud gentes reprehenſio prima eſt.

De his, qui cum hæreticis iungunt fœdera nuptiarum.

CXXXIV. QVOD non oporteat cum hæreticis vniuerſis nuptiarum fœdera celebrare, nec eis filios dare, vel filias, ſed magis accipere: ſi tamen Chriſtianos ſe fieri promittant.

Ab hæreticis eulogias accipere non debere.

CXXXV. QVOD non oporteat ab hæreticis eulogias accipere, quæ ſunt maledictiones potiùs, quàm benedictiones.

De ſchiſmaticis.

CXXXVI. QVOD non oporteat cum hæreticis, aut ſchiſmaticis pariter orare.

De martyribus hæreticorum.

CXXXVII QVOD omnem Chriſtianum non oporteat deſerere martyres Chriſti, & ire ad pſeudo-martyres, id eſt hæreticorum, & quos ipſos conſtet hæreticos extitiſſe, hi namque ſunt alieni à Deo: ſint igitur anathema, qui ad tales acceſſerint.

De his, qui Angelos colunt.

CXXXVIII QVOD non oporteat Chriſtianos Eccleſiam Dei relinquere, & ire, atque Angelos nominare, & congregationes facere: quæ interdicta noſcuntur. Si quis igitur inuentus fuerit huic occultæ idololatriæ ſeruiens, ſit anathema, quia dereliquit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei, & ſe idololatriæ tradidit.

De his, qui incantationibus, & phylacteriis vtuntur.

QVOD non oporteat ſacris officiis deditos, vel clericos, magos aut incantatores exiſtere, aut facere phylacteria: quæ animarum ſuarum vincula comprobantur. Eos autem, qui his vtuntur, ab Eccleſia pelli præcipimus. CXXXIX.

De his, qui ab hæreticis, vel Iudæis feſtiuitatis eorum dona ſuſcipiunt.

QVOD non oporteat à Iudæis, vel hæreticis ea, quæ mittuntur munera feſtiua ſuſcipere, nec cum eis feſta celebrare. CXL.

De Chriſtianis, qui Iudæorum azyma comedunt.

QVOD non oporteat azyma à Iudæis accipere, & communicare impietatibus eorum. CXLI.

De Chriſtianis celebrantibus feſta gentilium.

QVOD non oporteat cum gentilibus feſta celebrare, & communicare prauitatibus eorum, qui ſine Deo ſunt. CXLII.

De Epiſcopis, qui eas quæ ſunt euocationes ad Synodum, vitant.

QVOD non oporteat Epiſcopos ad Synodum vocatos omnino contemnere, ſed protinus ire, & docere, vel diſcere ea, quæ ad correctionem Eccleſiæ, vel reliquarum pertinent rerum. Seipſum verò, qui contempſerit, accuſabit: niſi fortè per ægritudinem ire non poſſit. CXLIII.

Quòd ſine literis, ſacro miniſterio ſeruientes, proficiſci non debeant.

QVOD non oporteat ſacerdotem, vel clericum ſine literis proficiſci canonicis. CXLIV.

Quòd præter Epiſcopum clericus proficiſci non debeat.

QVOD non oporteat ſacerdotem, vel clericum, præter iuſſionem ſui proficiſci Pontificis. CXLV.

Vt ſubdiaconi ad oſtia perſeuerent.

QVOD non oporteat ſubdiaconos, falſtem paululum ianuas deſerere, & orationi vacare. CXLVI.

Vt ad ſacrarium mulieres non introeant.

QVOD non oporteat ingredi mulieres ad altare. CXLVII.

De his, qui, circa mediam ſeptimanam, ad baptiſma veniunt.

CXLVIII. QVOD non oporteat ad baptiſma quemquam poſt duas quadrageſimæ hebdomadas admitti.

De redditione baptizandorum.

CXLIX. QVOD oporteat eos, qui ad baptiſma veniunt, fidem diſcere, & quinta feria ſeptimanæ maioris, Epiſcopo aut presbyteris reddere.

De his, qui in ægritudine baptizantur.

CL. QVOD oporteat eos, qui in ægritudine percipiunt baptiſma, poſtquam conualuerint, fidem perdiſcere, & ſcire cuius muneris participes facti ſint.

Vt poſt baptiſma chriſma detur.

CLI. QVOD oporteat eos, qui baptizantur, poſt lauacrum, chriſma cæleſte percipere, & regni Chriſti participes inueniri.

Oblationes offerri in quadrageſima non oportere.

CLII. QVOD non oporteat in quadrageſima, panem benedictionis offerri in ſabbato, & Dominico.

Non debere ieiunium ſolui in quinta feria maioris ſeptimanæ.

CLIII. QVOD non oporteat in quadrageſima, in vltima ſeptimana quintæ feriæ ieiunium ſoluere, totámque quadrageſimam ſine veneratione tranſire, magiſque conueniat omnem quadrageſimam diſtricto venerari ieiunio.

Non debere in diebus ieiuniorum commemorationes martyrum fieri.

CLIV. QVOD non oporteat in quadrageſima martyrum natalitia celebrari: ſed eorum ſancta commemoratio in diebus ſabbatorum, & dominicorum fieri conueniat.

Vt natalitia vel nuptiæ in quadrageſima non fiant.

CLV. QVOD non oporteat in quadrageſima, aut nuptias, aut natalitia celebrare.

Vt in Chriſtianorum non ſaltetur nuptiis.

QVOD non oporteat Chriſtianos, euntes ad nuptias plaudere, vel ſaltare: ſed venerabiliter cœnare, vel prandere, ſicut Chriſtianos decet. CLVI.

Non licere clericis ludicris ſpectaculis intereſſe.

QVOD non oporteat ſacerdotes, aut clericos quibuſcunque ſpectaculis, in cœnis, aut in nuptiis intereſſe: ſed antequam thymelici ingrediantur, exurgere eos conuenit, atque inde diſcedere. CLVII.

Non congruere penitus Chriſtianis, comeſſationibus intereſſe.

QVOD non oporteat ſacerdotes, aut clericos ex collatis, vel comeſſationibus conuiuia celebrare; hoc autem nec laïcis poſſe congruere. CLVIII.

Non licere presbyteris introire ad altare, priuſquam ingrediatur Epiſcopus.

QVOD non oporteat presbyteros ante proceſſionem Epiſcopi, introire ſacrarium, & ſedere: ſed cum Epiſcopo debent ingredi, vel in ſubſelliis ſedere, niſi forſitan infirmitate detineatur, aut proficiſcatur Epiſcopus. CLIX.

Qui in agris, vel poſſeſſionibus debeant ordinari.

QVOD non oporteat in villulis, aut in agris Epiſcopos conſtitui, ſed viſitatores. Veruntamen iampridem conſtituti nihil faciant præter conſcientiam Epiſcopi ciuitatis; ſimiliter & presbyteri, præter conſilium Epiſcopi nihil agant. CLX.

Oblationes offerri in domibus non oportere.

QVOD non oporteat in domibus oblationes celebrari ab Epiſcopis, vel presbyteris. CLXI.

Quæ pſallere, vel legere in Eccleſiis conueniat.

QVOD non oporteat plebeios pſalmos in Eccleſia cantare, nec libros, præter canonem, legi: ſed ſola ſacra volumina noui teſtamenti, vel veteris. CLXII.

INCIPIVNT REGVLÆ CONSTANTINOPOLITANÆ.

SVB Theodoſio piiſſimo Imperatore apud Conſtantinopolim expoſiti ſunt canones tres. Hæ definitiones expoſitæ ſunt ab Epiſcopis CL. qui in idipſum apud Conſtantinopolim conuenerunt, quando beatus Nectarius Epiſcopus eſt ordinatus.

Vt ea, quæ apud Nicæam conſtituta ſunt, immota permaneant, & de anathemate Arianorum, Eunomianorum, Macedonianorum, Sabellianorum, Photinianorum, Marcellianorum, & Apollinarianorum.

CLXIII. FIDEM non violandam Patrum CCC. XVIII. qui apud Nicæam Bithyniæ conuenerunt: ſed manere eam firmam, & ſtabilem, & anathematizandam omnem hæreſim, & ſpecialiter Eunomianorum, vel Anomianorum, & Arianorum, vel Eudoxianorum, & Macedonianorum, vel Spiritui ſancto reſiſtentium, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Photinianorum, & Apollinarianorum.

De ordine ſingularum diœceſeon, & de priuilegiis, quæ Ægyptiis, Antiochenis, Conſtantinopolitaniſque debentur.

CLXIV. QVI ſunt ſuper diœceſim Epiſcopi, nequaquam ad Eccleſias, quæ ſunt extra præfixos ſibi terminos, accedant, nec eas hac præſumptione confundant: ſed iuxta canones, Alexandrinus Antiſtes, quæ ſunt in Ægypto regat ſolummodò, & Orientis Epiſcopi Orientem tantùm gubernent, ſeruatis priuilegiis, quæ Nicænis Canonibus Eccleſiæ Antiochenæ tributa ſunt. Aſianæ quoque diœceſeos Epiſcopi, ea ſolùm quæ ſunt in Aſiana diœceſi diſpenſent. Necnon & Ponti Epiſcopi ea tantùm quæ ſunt in Ponto: & Thraciarum, quæ in Thraciis ſunt, gubernent. Non vocati autem Epiſcopi, vltra ſuam diœceſim non accedant, propter ordinationes faciendas vel propter alias diſpenſationes Eccleſiaſticas. Seruatâ verò, quæ ſcripta eſt de gubernationibus regulâ, manifeſtum eſt, quòd illa, quæ ſunt per vnamquamque prouinciam, ipſius prouinciæ Synodus diſpenſet, ſicut Nicæno conſtat decretum eſſe Concilio. Eccleſias autem Dei in barbaricis gentibus conſtitutas gubernari conuenit, iuxta conſuetudinem, quæ eſt à Patribus obſeruata. Veruntamen Conſtantinopolitanus Epiſcopus habeat honoris primatum poſt Romanum Epiſcopum: propterea quòd vrbs ipſa ſit iunior Roma.

De Maximi inlicita ordinatione.

DE Maximo Cynico, & eius inordinata conſtitutione, quæ Conſtantinopoli facta eſt, placuit neque Maximum Epiſcopum eſſe, vel fuiſſe, nec eos, qui ab ipſo, in quolibet gradu, clerici ſunt ordinati: cùm omnia, quæ ab eodem perpetrata ſunt, in irritum deducta eſſe videantur. CLXV.

INCIPIVNT REGVLÆ ECCLESIASTICÆ, PROMVLGATÆ A CALCHEDONENSI ſancto Concilio. XXVII.

De Canonibus vniuſcuiuſque Concilij.

I. REGVLAS ſanctorum Patrum, per ſingula nunc vſque Concilia conſtitutas, proprium robur obtinere decreuimus.

Quòd non oporteat Epiſcopos, aut quemlibet ex clero per pecunias ordinari.

SI quis Epiſcopus per pecuniam fecerit ordinationem, & ſub pretio redegerit gratiam, quæ non poteſt vendi, ordinaueritque per pecunias Epiſcopum, aut II.

preſbyterum, aut diaconum, vel quemlibet ex his, qui connumerantur in clero, aut promouerit per pecunias diſpenſatorem, aut defenſorem, vel quemquam, qui ſubiectus eſt regulæ, pro ſuo turpiſſimi lucri commodo: is, cui hoc attentanti probatum fuerit, proprij gradus periculo ſubiacebit. Et qui ordinatus eſt, nihil ex hac ordinatione, vel promotione, quæ eſt per negociationem facta, proficiat: ſed ſit alienus à dignitate, vel ſolicitudine, quam pecuniis quæſiuit. Si quis verò mediator tam turpibus, & nefandis datis, vel acceptis extiterit: ſiquidem clericus fuerit, proprio gradu decidat, ſi verò laïcus, aut monachus, anathematizetur.

Quòd non oporteat Epiſcopos, clericos, & monachos prædia aliena conducere.

III. PERVENIT ad ſanctam Synodum, quòd quidam, qui in clero videntur allecti, propter lucra turpia conductores alienarum poſſeſſionum fiant, & ſæcularia negotia ſub cura ſua ſuſcipiant: Dei quidem miniſterium paruipendentes, ſæcularium verò diſcurrentes domos, & propter auaritiam patrimoniorum ſolicitudines adſumentes: decreuit itaque ſanctum hoc magnúmque Concilium, nullum deinceps, non Epiſcopum, non clericum, vel monachum, aut poſſeſſiones conducere, aut negotiis ſæcularibus ſe miſcere: præter pupillorum, ſi fortè leges imponant, inexcuſabilem curam, aut ciuitatis Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum ſolicitudinem habere præcipiat, aut orphanorum, & viduarum, earúmque, quæ ſine vlla prouiſione ſunt, perſonarum: quæ maximè Eccleſiaſtico indigent adiutorio; propter timorem Domini cauſa depoſcat. Si quis autem tranſgredi de cætero ſtatuta tentauerit, huiuſmodi Eccleſiaſticis increpationibus ſubiacebit.

De honore monachis competente, & vt nullus eorum tentet Eccleſiaſtica, aut ſæcularia inquietare negotia, nec alienum ſeruum præter conſcientiam domini eius ſuſcipere.

IV. QVI verè, & ſincerè ſingularem ſectantur vitam, competenter honorentur: quoniam verò quidam, vtentes habitu monachi, Eccleſiaſtica negotia, ciuiliáque conturbant, circumeuntes indifferenter vrbes, necnon & monaſteria ſibi inſtruere tentantes, placuit nullum quidem vſquam ædificare, aut conſtituere monaſterium, vel orationis domum, præter conſcientiam ciuitatis Epiſcopi. Monachos verò per vnamquamque ciuitatem, aut regionem, ſubiectos eſſe Epiſcopo, & quietem diligere, & intentos eſſe tantummodo ieiunio, & orationi, in locis quibus renuntiauerunt ſæculo, permanentes. Nec Eccleſiaſticis verò, nec ſæcularibus negotiis communiceent, vel in aliquo ſint moleſti propria monaſteria deſerentes: niſi fortè his præcipiatur propter opus neceſſarium ab Epiſcopo ciuitatis. Nullum verò recipere in monaſteriis ſeruum obtentu monachi, præter ſui domini conſcientiam. Tranſgredientem verò hanc definitionem noſtram, excommunicatum eſſe decreuimus: ne nomen Dei blaſphemetur. Veruntamen Epiſcopum conuenit ciuitatis competentem monaſteriorum prouidentiam gerere.

Non tranſmigrandum de ciuitate in ciuitatem.

DE his, qui tranſmigrant de ciuitate in ciuitatem, Epiſcopis, aut clericis, placuit, vt canones, qui de hac re à ſanctis Patribus ſtatuti ſunt, habeant propriam firmitatem. V.

Quòd non oporteat abſolutè quoſlibet ordinari.

NVLLVM abſolutè ordinari debere preſbyterum, aut diaconum, nec quemliber in gradu Eccleſiaſtico: niſi ſpecialiter Eccleſiæ ciuitatis, aut poſſeſſionis, aut martyrij, aut monaſterij qui ordinandus eſt, pronuncietur. Qui verò abſolutè ordinantur, decreuit ſancta Synodus, irritam haberi huiuſcemodi manus impoſitionem, & nuſquam poſſe miniſtrare ad ordinantis iniuriam. VI.

De clericis, & monachis non manentibus in ſuo propoſito.

QVI ſemel in clero deputati ſunt, aut monachorum vitam expertiuerunt, ſtatuimus, neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam, aut hoc tentantes, & non agentes pœnitentiam, quo minus redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegerunt, anathematizari. VII.

De clericis, qui ſunt in ptochiis, monaſteriis, atque martyriis, quæ ſub poteſtate Epiſcoporum vniuſcuiuſque ciuitatis exiſtunt.

VIII. CLERICI, qui præficiuntur ptochiis vel qui ordinantur in monaſteriis, & baſilicis martyrum, ſub Epiſcoporum, qui in vnaquaque ciuitate ſunt, ſecundùm ſanctorum Patrum traditiones, poteſtate permaneant, nec per contumaciam ab Epiſcopo ſuo diſſiliant. Qui verò audent euertere huiuſcemodi formam quocunque modo, nec proprio ſubiiciuntur Epiſcopo: ſiquidem clerici ſunt, canonum correptionibus ſubiacebunt; ſi verò laici, vel monachi fuerint, communione priuentur.

Quòd non oporteat clericos, habentes aduerſus inuicem negotia, proprium Epiſcopum relinquere, & ad ſæcularia iudicia conuolare.

IX. SI quis clericus aduerſus clericum habet negotium, non deſerat Epiſcopum proprium, & ad ſæcularia percurrat iudicia: ſed priùs actio ventiletur apud Epiſcopum proprium, vel certè conſilio eiuſdem Epiſcopi, apud quos vtræque partes voluerint, iudicium continebunt. Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis correptionibus ſubiacebit. Quòd ſi clericus habet cauſam aduerſus Epiſcopum proprium, vel aduerſus alterum, apud Synodum prouinciæ iudicetur. Quòd ſi aduerſus eiuſdem prouinciæ Metropolitanum Epiſcopus, vel clericus habet querelam, petat Primatem diœceſeos, aut ſedem regiæ vrbis Conſtantinopolitanæ, & apud ipſum iudicetur.

Quòd non liceat clericum in duarum ciuitatum Eccleſiis miniſtrare.

X. NON liceere clericum in duarum ciuitatum conſcribi ſimul Eccleſiis, & in qua initio ordinatus eſt, & ad quam confugit, quaſi ad potiorem, ob inanis gloriæ cupiditatem. Hoc autem facientes reuocari debere ad ſuam Eccleſiam, in qua primitus ordinati ſunt, & ibi tantummodo miniſtrare. Si verò iam quis tranſlatus eſt ex alia in aliam Eccleſiam, prioris Eccleſiæ, vel martyriorum, quæ ſub ea ſunt, aut ptochiorum, aut xenodochiorum rebus in nullo communicet. Eos verò, qui auſi fuerint, poſt definitionem magnæ & vniuerſalis huius Synodi, quicquam ex his, quæ ſunt prohibita, perpetrare, decreuit ſancta Synodus, à proprio huiuſmodi gradu recedere.

Quòd non oporteat egenis epiſtolia tribui: honeſtiores autem commendatitiis literis approbari.

OMNES pauperes, & indigentes auxilio, cùm proficiſcuntur ſub probatione, epiſtoliis, vel Eccleſiaſticis pacificis tantummodo commendari decreuimus, & non commendatitiis literis, propter quòd commendatitias literas honoratioribus tantummodo præſtari perſonis conueniat. XI.

Vt nequaquam in duos Metropolitanos prouincia diuidatur.

PERVENIT ad nos, quòd quidam, præter Eccleſiaſtica ſtatuta facientes, conuolarunt ad poteſtates, & per pragmaticam formam in duo vnam prouinciam diuiſerunt: ita vt ex hoc facto duo Metropolitani eſſe videantur in vna prouincia: ſtatuit ergo ſancta Synodus de reliquo nihil ab Epiſcopis tale tentari, alioqui qui hoc adniſus fuerit, amiſſione gradus proprij ſubiacebit. Quæcunque verò ciuitates literis imperialibus Metropolitani nominis honore ſubnixæ ſunt, honore tantummodo perfruantur, & qui Eccleſiam eius gubernat Epiſcopus: ſaluis ſcilicet veræ metropolis priuilegiis ſuis. XII.

Quòd non oporteat peregrinos clericos ſine commendatitiis literis miniſtrare.

PEREGRINOS clericos, & lectores, in alia ciuitate, præter commendatitias literas ſui Epiſcopi, nuſquam penitus miniſtrare debere. XIII.

Quòd non liceat clerico vxorem ſectæ alterius accipere.

QVONIAM in quibuſdam prouinciis conceſſum eſt lectoribus, & pſaltis vxores ducere, ſtatuit ſancta Synodus, non licere cuiquam ex his accipere ſectæ alterius vxorem. Qui verò ex huiuſmodi coniugio iam filios ſuſceperunt, ſiquidem præuenti ſunt, vt ex ſe genitos apud hæreticos baptizarent, offerre eos Eccleſiæ Catholicæ communioni conueniet, non baptizatos autem non poſſe vlteriùs apud hæreticos baptizari. Sed neque copulari debet nuptura hæretico Iudæo, vel pagano: niſi fortè promittat, ad XIV.

orthodoxam fidem ſe perſonam orthodoxè copulandam transferre. Si quis autem hanc definitionem ſanctæ Synodi tranſgreſſus fuerit, correptioni canonicæ ſubiacebit.

De diaconiſſis mulieribus.

XV. DIACONISSAM non ordinandam ante annum quadrageſimum, & hanc cum ſummo libramine: ſi verò ſuſcipiens manus impoſitionem, & aliquantum temporis in miniſterio permanens, ſemetipſam tradat nuptiis, gratiæ Dei contumeliam faciens, anathematizetur huiuſmodi cum eo, qui eidem copulatur.

De virginibus.

XVI. VIRGINEM, quæ ſe Deo Domino conſecrauit, ſimiliter & monachum, non licere nuptialia iura contrahere: quòd ſi hoc inuenti fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decreuimus vt habeat authoritatem eiuſdem loci Epiſcopus miſericordiam, humanitatémque largiri.

De parochiis.

XVII. SINGVLARVM Eccleſiarum ruſticas parochias, vel poſſeſſiones manere inconcuſſas illis Epiſcopis, qui eas retinere noſcuntur, & maximè, ſi per triceñium, eas abſque vi obtinentes, ſub diſpenſatione rexerunt: quòd ſi intra tricennium facta fuerit de his, vel fiat altercatio, licere eis, qui ſe læſos adſerunt, apud ſanctam Synodum prouinciæ de his mouere certamen. Quòd ſi quis à Metropolitano læditur, apud Primatem diœceſeos, aut apud Conſtantinopolitanam ſedem iudicetur, ſicut ſuperius dictum eſt. Si qua verò ciuitas poteſtate imperiali nouata eſt, aut ſi protinus innouetur, ciuiles diſpoſitiones & publicas, Eccleſiaſticarum quoque parochiarum ordines ſubſequantur.

De coniuratione, vel conſpiratione.

XVIII. CONIVRATIONIS, vel conſpirationis crimen, & ab exteris legibus eſt omnino prohibitum: multo magis hoc in Dei Eccleſia ne fiat, admonere conuenit. Si qui ergo clerici, aut monachi reperti fuerint coniurantes, aut conſpirantes, aut inſidias ponentes Epiſcopis aut clericis, gradu proprio penitus abiciantur.

Quòd oporteat per prouincias bis in anno Concilia celebrari.

PERVENIT ad aures noſtras, quòd XIX. in prouinciis ſtatuta Epiſcoporum Concilia minimè celebrentur: & ex hoc plurima negligantur Eccleſiaſticarum cauſarum, quæ correctione indigeant. Decreuit itaque ſancta Synodus, ſecundùm canones Patrum bis in anno Epiſcopos in idipſum, in vnaquaque prouincia conuenire: quo Metropolitanus Antiſtes probauerit, & corrigere ſingula, ſi qua fortaſſis emerſerint. Quicunque verò non aduenerint Epiſcopi, reſident autem in ſuis ciuitatibus, & hoc, dum in ſua incolumitate conſiſtunt, omníque inexcuſabili, & neceſſaria occupatione probantur liberi, fraterno corripiantur affectu.

Quòd minimè clericos tranſmigrari conueniat.

CLERICOS in Eccleſia miniſtrantes, XX. ſicut iam conſtituimus, in alterius ciuitatis Eccleſia ſtatutos fieri non oportet: ſed contentos eſſe in quibus ab initio miniſtrare meruerunt: exceptis illis, qui proprias amittentes prouincias, ex neceſſitate ad aliam Eccleſiam tranſierunt. Si quis autem Epiſcopus poſt hanc definitionem ſuſceperit clericum ad alium Epiſcopum pertinentem: placuit & ſuſceptum & ſuſcipientem communione priuari, donec is, qui migrauerat clericus, ad propriam fuerit regreſſus Eccleſiam.

De Epiſcoporum, aut clericorum accuſatoribus.

CLERICOS, aut laïcos accuſantes XXI. Epiſcopos, aut clericos paſſim, & ſine probatione, ad accuſationem recipi non debere: niſi prius eorum diſcutiatur exiſtimationis opinio.

Quòd non liceat clericis poſt mortem ſui Epiſcopi res ad eum pertinentes diripere.

NON licere clericis, poſt obitum ſui XXII. Epiſcopi, res ad eum pertinentes diripere, ſicut antiquis quoque eſt canonibus conſtitutum. Quòd ſi hoc facere tentauerint, graduum ſuorum periculo ſubiacebunt.

De

De clericis, & monachis, qui præter voluntatem ſui Epiſcopi, ad vrbem regiam Conſtantinopolim veniunt.

XXIII. PERVENIT ad aures ſancti Concilij, quòd quidam clerici, & monachi, quibus nil ab Epiſcopo ſuo commiſſum eſt: eſt autem quando & communione ab eo priuantur, peruenientes ad vrbem regiam Conſtantinopolitanam, in ea diutiùs immorentur, excitantes turbas, & ſtatum Eccleſiaſticum commouentes, ſubuertentes etiam quorumdam domos: decreuit ſancta Synodus huiuſmodi primò quidem per defenſorem Conſtantinopolitanæ ſanctæ Eccleſiæ commoneri, vt egrediantur ab vrbe regia: quòd ſi iiſdem negotiis impudenter inſiſtant, etiam nolentes idem defenſor expellat, vt ad propria loca perueniant.

Quòd non liceat monaſteria, quæ conſecrata ſunt, diuerſoria ſæcularia fieri.

XXIV. QVÆ ſemel dedicata ſunt monaſteria, conſilio Epiſcoporum, maneant perpetuò monaſteria, & res, quæ ad ea pertinent, monaſteriis reſeruari, nec poſſe ea vltrà fieri ſæcularia habitacula: qui verò hoc fieri permiſerint, canonum ſententiis ſubiacebunt.

Quòd non oporteat ordinationes Epiſcoporum diu differre.

XXV. QVONIAM quidam Metropolitanorum, quantum comperimus, negligunt commiſſos ſibi greges, & ordinationes Epiſcoporum facere differunt: placuit Synodo, intra tres menſes ordinationes Epiſcoporum celebrari: niſi fortè neceſſitas inexcuſabilis præparet tempus dilationis extendi: quòd ſi hoc minimè fecerit, correptioni Eccleſiaſticæ ſubiacebit: veruntamen redditus Eccleſiæ viduatæ, penes œconomum eiuſdem Eccleſiæ integri reſeruentur.

De diſpenſatoribus ſingularum Eccleſiarum.

QVONIAM in quibuſdam Eccleſiis, XXVI.
vt rumore comperimus, præter œconomos, Epiſcopi facultates Eccleſiaſticas tractant: placuit omnem Eccleſiam habentem Epiſcopum, habere œconomum de clero proprio, qui diſpenſet res Eccleſiaſticas, ſecundùm ſententiam Epiſcopi proprij: ita vt Eccleſiæ diſpenſatio præter teſtimonium non ſit, & ex hoc diſpergantur Eccleſiaſticæ facultates, & ſacerdotio maledictionis derogatio procuretur: quòd ſi hoc minimè fecerit, diuinis conſtitutionibus ſubiacebit.

De his, qui rapiunt puellas.

EOS, qui rapiunt mulieres, ſub no- XXVII.
mine ſimul habitandi, cooperantes, aut conniuentes raptoribus: decreuit ſancta Synodus, vt ſiquidem clerici ſunt, decidant gradu proprio, ſi verò laïci, anathematizentur.

EXPLICIVNT CANONES CONCILII CALCHEDONENSIS.

INCIPIVNT CANONES
SYNODI SARDICENSIS XXI.

De Epiſcopis, etiam laïca communione priuandis, qui ciuitates mutauerunt.

I. OSIVS Epiſcopus dixit: Non minùs mala conſuetudo, quàm pernicioſa corruptela, funditus eradicanda eſt: ne cui liceat Epiſcopo, de ciuitate ſua ad aliam tranſire ciuitatem, manifeſta eſt enim cauſa, qua hoc facere tentat: cùm nullus in hac re inuentus ſit Epiſcopus, qui de maiore ciuitate ad minorem tranſiret. Vnde apparet, auaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni ſeruire, & vt dominationem agant. Si omnibus placet, huiuſmodi pernicies ſæuiùs, & auſteriùs vindicetur, vt nec laïcam communionem habeat, qui talis eſt: reſponderunt vniuerſi, placet.

Item de iiſdem Epiſcopis, vt ſi per ambitionem ſedem mutauerint, nec in exitu communionem, ſaltem laïcam, conſequantur.

OSIVS Epiſcopus dixit: Etiam ſi talis II.
aliquis extiterit temerarius, vt fortaſſis

Digitized by Google

excuſationem afferens adſeueret, quòd populi literas acceperit, cùm manifeſtum ſit potuiſſe plures præmio, & mercede corrumpi eos, qui ſinceram fidem non habent: vt clamarent in Eccleſia, & ipſum petere viderentur Epiſcopum. Omnino has fraudes damnandas eſſe arbitror: ita vt nec laïcam in fine communionem talis accipiat. Si vobis omnibus placet, ſtatuite. Synodus reſpondit, placet.

Vt inter diſcordes Epiſcopos, comprouinciales Antiſtites audiant, quòd ſi damnatus appellauerit Romanum Pontificem, id obſeruandum, quod ipſe cenſuerit.

III. Osivs Epiſcopus dixit: Illud quoque neceſſariò adiiciendum eſt, vt Epiſcopi de ſua prouincia ad aliam prouinciam, in qua ſunt Epiſcopi, non tranſcant: niſi fortè à fratribus ſuis inuitati, ne videantur ianuam claudere charitatis. Quòd ſi in aliqua prouincia aliquis Epiſcopus contra fratrem ſuum Epiſcopum litem habuerit: vnus de duobus ex alia prouincia aduocet Epiſcopum cognitorem. Quòd ſi aliquis Epiſcopus iudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putarſe bonam cauſam habere: vt iterum concilium renouetur, ſi vobis placet, ſancti Petri Apoſtoli memoriam honoremus, vt ſcribatur ab his, qui cauſam examinarunt, Iulio Romano Epiſcopo, & ſi iudicauerit renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det iudices: ſi autem probauerit talem cauſam eſſe, vt non refricentur ea, quæ acta ſunt, quæ decreuerit confirmata erunt. Si hoc omnibus placet. Synodus reſpondit, placet.

Vt nullus accuſati ſedem vſurpet Epiſcopi.

IV. Gavdentivs Epiſcopus dixit: Addendum, ſi placet, huic ſententiæ, quam plenam ſanctitate protuliſti: vt cùm aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit eorum Epiſcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamauerit agendum ſibi negotium in vrbe Roma: alter Epiſcopus in eius cathedra poſt appellationem eius qui videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur: niſi cauſa fuerit in iudicio Epiſcopi Romani determinata.

Quando quis debeat à vicinis prouinciæ Epiſcopis ordinari.

V. Osivs Epiſcopus dixit: Si contigerit in vna prouincia, in qua plurimi fuerint Epiſcopi, vnum fortè remanere Epiſcopum, ille verò per negligentiam noluerit ordinare Epiſcopum, & populi conuenerint, Epiſcopos vicinæ prouinciæ debere illum priùs conuenire Epiſcopum, qui in ea prouincia moratur, & oſtendere, quòd populi petant ſibi rectorem, & hoc iuſtum eſſe, vt & ipſi veniant, & cum ipſo ordinent Epiſcopum. Quòd ſi conuentus literis tacuerit, & diſſimulauerit, nihilque reſcripſerit, ſatisfaciendum eſſe populis, vt veniant ex vicina prouincia Epiſcopi, & ordinent Epiſcopum.

De non ordinandis Epiſcopis per vicos, & modicas ciuitates.

Licentia verò danda non eſt ordinandi Epiſcopum aut in vico aliquo, aut in modica ciuitate, cui ſufficit vnus preſbyter, quia non eſt neceſſe ibi Epiſcopum fieri, ne vileſcat nomen Epiſcopi & authoritas. Non debent illic ex alia prouincia inuitati facere Epiſcopum: niſi aut in his ciuitatibus, quæ Epiſcopos habuerunt, aut ſi qua talis, aut tam populoſa ciuitas, quæ meretur habere Epiſcopum. Si hoc omnibus placet: Synodus reſpondit, placet. VI.

De prouinciali Synodo retractanda per vicarios Epiſcopi vrbis Romæ, ſi ipſe decreuerit.

Osivs Epiſcopus dixit: Placuit autem, vt ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint congregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo eum deiecerint: ſi appellauerit, qui deiectus eſt, & confugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ, & voluerit ſe audiri: ſi iuſtum putauerit, vt renouetur examen, ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima, & propinqua prouincia ſunt, vt ipſi diligenter omnino requirant, & iuxta fidem veritatis definiant: quòd ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo preſbyterum mittat, erit in poteſtate Epiſcopi, quid velit, & quid æſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopis iudicent, habentes eius authoritatem, à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio: ſi verò crediderit Epiſcopos ſufficere, vt negotio terminum imponant, faciet quod ſapientiſſimo conſilio iudicauerit. VII.

Quando, & in quibus cauſis Epiſcopi ad comitatum ire debeant.

VIII. Osivs Epiſcopus dixit: Importunitates & nimia frequentia, & iniuſtæ petitiones fecerunt, nos non tantam habere vel gratiam, vel fiduciam: dum quidam non ceſſant ad comitatum ire Epiſcopi, & maximè Afri, qui, ſicut cognouimus, ſanctiſſimi fratris, & Coëpiſcopi noſtri Grati ſalutaria conſilia ſpernunt, atque contemnunt, vt non ſolùm ad comitatum multas, & diuerſas, Eccleſiæ non profuturas perferant cauſas, neque vt fieri ſolet, aut oportet, vt pauperibus, aut viduis, aut pupillis ſubueniatur: ſed & dignitates ſæculares, & adminiſtrationes, quibuſdam poſtulent. Hæc itaque prauitas olim non ſolùm murmurationes, ſed & ſcandala excitat. Honeſtum eſt autem, vt Epiſcopi interceſſionem his præſtent, qui iniqua vi opprimuntur, aut ſi vidua affligatur, aut pupillus expolietur: ſi tamen iſthæc nomina iuſtam habeant cauſam aut petitionem. Si vobis ergo fratres chariſſimi, placet, decernite: ne Epiſcopi ad comitatum accedant, niſi fortè hi, qui religioſi Imperatoris literis vel inuitati, vel vocati fuerint. Sed quoniam ſæpe contingit, vt ad miſericordiam Eccleſiæ confugiant, qui iniuriam patiuntur, aut qui peccantes in exilio, vel inſulis damnantur, aut certè quamcumque ſententiam ſuſcipiunt, ſubueniendum eſt his, & ſine dubitatione petenda indulgentia: hoc ergo decernite, ſi vobis placet. Vniuerſi dixerunt, placet & conſtituatur.

De diaconis ad comitatum dirigendis.

IX. Osivs Epiſcopus dixit: Hoc quoque prouidentia veſtra tractare debet, qui decreuiſtis, ne Epiſcoporum improbitas nitatur, vt ad comitatum pergant. Quicunque ergo, quales ſuperiùs memorauimus, preces habuerint, vel acceperint, per diaconum ſuum mittant, quia perſona miniſtri inuidioſa non eſt, & quæ impetrauerit, celeriùs poterit referre, & hoc conſequens eſſe videtur, vt de qualibet prouincia Epiſcopi ad eum fratrem, & Coëpiſcopum noſtrum preces mittant, qui in metropoli conſiſtit: vt ille & diaconum eius, & ſupplicationes deſtinet, tribuens commendatitias epiſtolas pari ratione ad fratres, & Coëpiſcopos noſtros, qui in illo tempore in his regionibus, & vrbibus morantur, in quibus felix, & beatus Auguſtus rempublicam gubernat. Si verò habet Epiſcopus amicos in palatio, qui cupit aliquid, quod tamen honeſtum eſt impetrare, non prohibetur per diaconum ſuum rogare, ac ſignificare his, quos ſcit benignam interceſſionem abſenti poſſe præſtare, ſi tamen opportunum fuerit.

Quòd ad comitatum pro pupillis & viduis, ac neceſſitatem patientibus ſit eundum.

Qvi verò Romam venerint, ſicut dictum eſt, ſanctiſſimo fratri, & Coëpiſcopo noſtro Romanæ Eccleſiæ preces, quas habent, tradant: vt & ipſe priùs examinet, ſi honeſtæ, & iuſtæ ſunt: & præſtet diligentiam, atque ſolicitudinem, vt ad comitatum perferantur. Vniuerſi dixerunt placere ſibi, & honeſtum eſſe conſilium. Alypius Epiſcopus dixit: Si propter pupillos, & viduas, vel laborantes, qui cauſas iniquas habent, ſuſceperint peregrinationis incommoda: habebunt aliquid rationis, nunc verò cùm ea poſtulent præcipuè, quæ ſine inuidia hominum, & ſine reprehenſione eſſe non poſſint, non neceſſe eſt ipſum ire ad comitatum. X.

Vt qui in canali ſunt Epiſcopi, euntes ad comitatum ſolicitè diſcutiant.

Gavdentivs Epiſcopus dixit: Ea, quæ ſalubriter prouidiſtis conuenientia, & æſtimatione omnium & Deo placitura, tenere hanc firmitatem poſſunt, ſi metus huic ſententiæ coniungatur. Scimus enim, & ipſi ſæpiſſime propter paucorum impudentiam religioſum ſacerdotale nomen fuiſſe reprehenſum. Si igitur aliquis contra omnium ſententiam niſus voluerit ambitioni magis placere, quàm Deo: is debet ſcire, cauſis redditis, honorem, dignitatémque ſe amiſſurum: quod ita demum compleri poterit, ſi vnuſquiſque noſtrûm, qui in canali conſtitutus eſt, cùm progredientem Epiſcopum viderit, inquirat tranſitum eius, cauſas videat, quò tendat agnoſcat, & ſiquidem eum inuenerit ire ad comitatum, requirat & illud, quod ſuperiùs comprehenſum eſt: ne fortè inuitatus eſt, vt ei facultas eundi permittatur. Si verò, vt ſuperiùs memorauit ſanctitas veſtra, propter deſideria, & ambitiones ad comitatum pergat, nec in literis eius ſubſcribatur, neque in communionem recipiatur. Si vobis placet, omnium ſententiâ confirmari debet. Vniuerſi dixerunt honeſtum eſſe, & placere ſibi hanc conſtitutionem. XI.

De his, qui ignorant, quid ſit in Synodo conſtitutum.

XII. Osivs Epiſcopus dixit: Sed & moderatio neceſſatia eſt, dilectiſſimi fratres, ne ſubitò adhuc aliqui neſcientes quid decretum ſit in Synodo, veniant ad ciuitates eas, quæ in canali ſunt. Debet ergo Epiſcopus ciuitatis ipſius admonere eum, & inſtruere, & ex eo loco diaconum ſuum mittat, admonitus ipſe tamen redeat in parochiam ſuam.

De laïcis non temerè faciendis Epiſcopis.

XIII. Osivs Epiſcopus dixit: Et hoc neceſſatium arbitrot, vt diligentiſſimè tractetis: ſi fotrè aut diues, aut ſcholaſticus de foro, aut ex adminiſtratione Epiſcopus fuerit poſtulatus: vt non priùs otdinetur, niſi & lectoris munere, & officio diaconi, aut preſbyteri fuetit perfunctus: vt per ſingulos gradus, ſi dignus fuerit, aſcendat ad culmen Epiſcopatus. Poteſt enim per has promotiones, quæ habebunt vtique prolixum tempus, probari, quâ fide ſit, quâ modeſtiâ, quâ grauitate, & verecundiâ. Et ſi dignus fuetit probatus, diuino ſacerdotio inluſtretur, quia conueniens non eſt, nec ratio, vel diſciplina patitut, vt temerè, & leuiter ordinetur aut Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus. Maximè cùm & magiſter gentium Apoſtolus, ne hoc fieret denunciaſſe, & prohibuiſſe videatur. Sed hi, quorum pet longum tempus examinata ſit vita, & merita fuerint comprobata.

Quamdiu Epiſcopus in aliena ciuitate moretur.

XIV. Osivs Epiſcopus dixit: Et hoc quoque ſtatuere debetis, vt ex alia ciuitate cùm venerit ad aliam ciuitatem, vel ex prouincia ſua ad aliam prouinciam, & ambitioni magis quàm deuotioni ſeruiens voluerit in aliena ciuitate multo tempore reſidere. Fortè enim euenit Epiſcopum loci non eſſe tam inſtructum, neque tam doctum. Is verò, qui aduenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere ſermonem, vt dehoneſtet, & infirmet illius perſonam: ita vt ex hac occaſione non dubitet relinquere adſignatam ſibi Eccleſiam, & tranſeat ad alienam. Definite ergo tempus, quia & non recipi Epiſcopum inhumanum eſt, & ſi diutius reſideat, perniciosum eſt: hoc ergo ne fiat, prouidendum eſt. Memini autem ſuperiore Concilio fratres noſtros conſtituiſſe: vt ſi quis laïcus in ea, in qua commoratur ciuitate, tres Dominicos dies, id eſt per tres ſeptimanas, non celebraſſet conuentum, communione priuaretur. Si hæc circa laïcos conſtituta ſunt, multo magis Epiſcopo nec licet, nec decet: ſi nulla ſit tam grauis neceſſitas, quæ detineat: vt ampliùs à ſupra ſcripto tempore abſens ſit ab Eccleſia ſua. Vniuerſi dixerunt placere ſibi.

Ne liceat Epiſcopo à ſua Eccleſia plus tribus hebdomadibus abeſſe.

Osivs Epiſcopus dixit: Quia nihil XV.
prætermitti oportet, ſunt quidam fratres, & Coëpiſcopi noſtri, qui non in ea ciuitate, in qua videntur Epiſcopi eſſe conſtituti, vel certè paruam rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoſcuntur, vel affectionem proximorum, quibus indulgeant: hactenus permitti eis oportet, vt accedant ad poſſeſſiones ſuas, & diſponant, vel ordinent fructum laboris ſui: vt poſt tres Dominicos, id eſt poſt tres hebdomadas, ſi morari neceſſe eſt, in ſuis potiùs fundis morentur. Aut ſi eſt proxima ciuitas, in qua eſt preſbyter, ne ſine Eccleſia videatur facere diem Dominicum, illuc accedat: vt neque res domeſticæ per abſentiam eius detrimentum ſuſtineant, & non frequenter veniendo ad ciuitatem, in qua Epiſcopus moratur, ſuſpicionem iactantiæ, & ambitionis euadat. Vniuerſi dixerunt placere ſibi.

De clericis à communione ſummotis, ab alio non recipiendis Epiſcopo.

Osivs Epiſcopus dixit: Hoc quo- XVI.
que omnibus placet, vt ſiue diaconus, ſiue preſbyter, ſiue quis clericorum ab Epiſcopo ſuo communione fuerit priuatus, & ad alterum perrexerit Epiſcopum, & ſcierit ad quem confugit, eum ab Epiſcopo ſuo fuiſſe abiectum, non oportet, vt ei communionem indulgeat: quod ſi fecerit, ſciat ſe conuocatis Epiſcopis cauſas eſſe dicturum. Vniuerſi dixerunt, hoc ſtatutum & pacem ſeruabit, & concordiam cuſtodiet.

De excommunicatis apud vicinos Epiſcopos audiendis.

Osivs Epiſcopus dixit: Quod me XVII.
adhuc mouet, reticere non debeo, ſi Epiſcopus, qui fortè iracundus (quod eſſe non debet) citò, & aſperè commouetur

aduerſus presbyterum, ſiue diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit, prouidendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem: & ideo habeat poteſtatem is, qui abiectus eſt, vt Epiſcopos finitimos interpellet, & cauſa eius audiatur, ac diligentiùs tractetur, quia non oportet ei negare audientiam roganti; & ille Epiſcopus, qui iuſtè, aut iniuſtè eum abiecit, patienter accipiat, vt negotium diſcutiatur: vt vel probetur ſententia eius à plurimis, vel emendetur. Tamen priuſquam omnia diligenter, & fideliter examinentur, eum, qui fuerit à communione ſeparatus, ante cognitionem nullus debet præſumere vt eum communione ſociet. Hi verò, qui conueniunt ad audiendum, ſi viderint clericorum eſſe ſtudium, & ſuperbiam, quia non decet, vt Epiſcopus iniuriam, vel contumeliam patiatur, ſeuerioribus eos verbis caſtigent, vt obediant honeſta præcipienti Epiſcopo, qui ſicut ille clericis ſincerum exhibere debet amorem charitatis, ita quoque vieiſſim miniſtri infucata debent Epiſcopo ſuo exhibere obſequia.

De non ſolicitandis clericis alienis.

XVIII. IANVARIVS Epiſcopus dixit: Illud quoque ſtatuat ſanctitas veſtra, vt nulli Epiſcopo liceat, alterius Epiſcopi ciuitatis miniſtrum Eccleſiaſticum ſolicitare, & in ſuis parochiis ordinare. Vniuerſi dixerunt, placet, quia ex his contentionibus ſolet naſci diſcordia, & ideo prohibet omnium ſententia, ne quis hoc facere audeat.

De non ordinandis clericis alienis, ſine ſui conſenſu Epiſcopi.

XIX. OSIVS Epiſcopus dixit: Et hoc vniuerſi conſtituimus, vt quicunque ex alia parochia voluerit alienum miniſtrum ſine conſenſu Epiſcopi ipſius, & voluntate ordinare, non ſit rata ordinatio eius. Quicunque autem hoc vſurpauerit, à fratribus, & Coëpiſcopis noſtris & admoneri debet, & corrigi.

De presbyteris, & diaconis, qui Theſſalonicam veniunt, quantum temporis ibi reſideant.

XX. AETIVS Epiſcopus dixit: Non ignoratis quanta & qualis ſit Theſſalonicenſium ciuitas; ſæpe ad eam veniunt ex aliis regionibus presbyteri, & diaconi, & non ſunt contenti breui tempore morari, ſed aut reſident ibi, aut certè vix poſt longa ſpatia, ad ſua redire coguntur. Vniuerſi dixerunt, ea tempora, quæ conſtituta ſunt circa Epiſcopos, & circa has perſonas obſeruari debent.

De ſuſcipiendis his, qui perſecutionem patiuntur.

XXI. OSIVS Epiſcopus dixit: Suggerente fratre & Coëpiſcopo noſtro Olympio, etiam hoc placuit: vt ſi aliquis vim perpeſſus eſt, & iniquè expulſus, pro diſciplina, & Catholica confeſſione, vel defenſione veritatis, effugiens pericula, innocens, & deuotus ad aliam venerit ciuitatem, non prohibeatur immorari, quamdiu, aut redire poſſit, aut iniuria eius remedium acceperit: quia durum eſt eum, qui perſequutionem patitur, non recipi, etiam & larga beneuolentia, & humanitas ei eſt exhibenda.

Expliciunt canones ſiue decreta Concilij Sardicenſis. Subſcripſerunt autem omnes Epiſcopi, ſic; ego ille Epiſcopus illius ciuitatis & prouinciæ illius, ita credo ſicut ſcriptum eſt ſuprà.

INCIPIT SYNODVS

APVD CARTHAGINEM AFRICANORVM, quæ conſtituit canones, numero CXXXVIII.

POST Conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum, Honorij XII. & Theodoſij VIII. Auguſtorum. VIII. Kal. Iunias, Carthagine, in ſecretario baſilicæ Fauſti, cùm Aurelius Papa, vnà cum Valentino primæ ſedis prouinciæ Numidiæ, Fauſtino Eccleſiæ Potentinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legato Eccleſiæ Romanæ: ſed & legatis diuerſarum prouinciarum Africanarum, ideſt Numidiarum duarum, Byzacenæ, Mauritaniæ, Cæſarienſis, ſed & Tripolitanæ, & Vincentio Coloſita-

no, Fortunatiano, & cæteris Epiſcopis prouinciæ Proconſularis reſidentibus CCXVII. necnon Philippo, & Aſello presbyteris atque legatis Romanæ Eccleſiæ, conſediſſent, aſtantibus diaconis, Aurelius Epiſcopus dixit: Poſt diem præſtitutam Concilij, vt recordamini fratres beatiſſimi, multa flagitata ſunt, expectantes fratres noſtros, qui nunc ad præſentem Synodum legati aduenerunt, quæ geſtis neceſſe eſt ſocientur: qua de re Dominó Deo noſtro de tantæ congregationis cœtu gratias referimus. Supereſt, vt tam exemplaria Nicæni Concilij, quæ nunc habemus, & à patribus conſtituta ſunt, quàm etiam hîc à deceſſoribus noſtris eandem Synodum firmantes, vel quæ ſecundùm formam per omnes clericorum gradus à ſummo vſque ad vltimum ſalubriter ordinata ſunt, in medium proferantur. Ab vniuerſo Concilio dictum eſt, proferantur.

Daniel notarius recitauit. Nicæni Concilij fidei profeſſio, vel ſtatuta ita ſe habent, & cùm diceret, Fauſtinus Epiſcopus plebis Potentinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legatus Rom. Eccleſiæ dixit: Iniuncta nobis ſunt à Sede Apoſtolica aliqua per ſcripturam, aliqua etiam in mandatis, cum veſtra beatitudine tractanda, ſicut in geſtis ſuperioribus meminimus, hoc eſt de Nicænis canonibus: vt conſeruentur, & conſtituta eorum, & conſuetudo, quia & aliqua ordine, & canone tenentur, aliqua conſuetudine firmata ſunt. De his ergo primitus, ſi placet beatitudini veſtræ, tractemus, & poſtea cætera, quæ acta, vel inchoata ſunt, inſerta firmabuntur, vt & ad ſedem venerandam reſcriptis veſtris intimare poſſitis, ad quæ nos ammonuiſſe apud venerabilem Papam euidenter clareat, licèt & capitula actionum iam inſerta ſint geſtis. De ipſis ergo, vt ſuperiùs dixi, quid veſtræ beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergo commonitorium in medium, vt ſcire poſſit veſtra beatitudo, quid in eo contineatur, vt ad ſingula reſpondeatur.

Aurelius Epiſcopus dixit: Proferatur commonitorium, quod fratres, & conſacerdotes noſtri in actis nuper allegauerunt, & cætera, quæ acta ſunt, vel agenda ſunt ſubſequentur.

Daniel notarius recitauit. Commonitorium Fratri Fauſtino, & filiis Philippo, & Aſello presbyteris, Zoſimus Epiſcopus. Vobis commiſſa negotia non latent vos, ita ac ſi noſtra, immo quia noſtra ibi in vobis præſentia eſt, cuncta peragite, maximè cùm & hoc noſtrum poſſitis habere mandatum, & verba canonum, quæ in pleniorem firmitatem huic commonitorio inſeruimus. Ita enim dixerunt fratres in Nicæno Concilio, cùm de Epiſcoporum appellatione decernerent.

Placuit autem, vt ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint congregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo deiecerint eum, & appellaſſe videatur, & confugerit ad beatiſſimum Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum, & voluerit audiri, & iuſtum putauerit, vt renouetur examen, ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia ſunt: vt ipſi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod ſi quis rogat cauſam ſuam iterum audiri, & deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt de latere ſuo presbyterum mittat: erit in poteſtate Epiſcopi quid velit, & quid exiſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe qui præſentes cum Epiſcopis iudicent, habentes authoritatem eius, à quo deſtinati ſunt, erit in eius arbitrio. Si verò crediderit ſufficere Epiſcopos, vt negotio terminum imponant, faciet quod ſapientiſſimo conſilio ſuo iudicauerit.

Et cùm recitaret, Alypius Epiſcopus Eccleſiæ Tagaſtenſis, legatus prouinciæ Numidiæ, dixit: De hoc iam ſuperioribus etiam literis Concilij noſtri reſcripſimus, & id nos ſeruaturos profitemur, quod in Nicæno Concilio conſtitutum eſt; adhuc tamen me mouet, quomodo cùm inſpiceremus Græca exemplaria huius Synodi Nicænæ, iſta ibi, neſcio quâ ratione, minimè inuenimus, vnde petimus venerationem tuam, ſancte Papa Aureli, vt quia hoc authenticum Concilium Nicænum in vrbe dicitur eſſe Conſtantinopolitana, aliquos cum ſcriptis tuæ ſanctitatis mittere digneris, & non ſolùm ad ipſum ſanctum fratrem noſtrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ſed etiam ad Alexandrinum, & Antiochenum venerabiles ſacerdotes: qui hoc nobis Concilium ſub adſtipulatione literatum ſuarum dirigant, vt omnis poſtmodum ambiguitas auferatur: quia nos ita, vt frater Fauſtinus attulit, minimè inuenimus iſta, nos tamen pau-

liſper ſeruaturos, vt antea dixi, donec integra exemplaria veniant, profitemur. Petendus eſt autem literis noſtris etiam venerabilis Eccleſiæ Romanæ Epiſcopus Bonifacius, vt ipſe quoque dignetur ad memoratas Eccleſias aliquos mittere, qui eadem exemplaria debeant ſecundùm eius ſcripta perferre: nunc autem memorati Nicæni Concilij qualia exemplaria habemus, his geſtis ſociamus.

Fauſtinus Epiſcopus, legatus Eccleſiæ Romanæ, dixit: Nec veſtra ſanctitas præiudicat Eccleſiæ Romanæ, ſiue de hoc capitulo, ſiue de aliis, quia dicere dignatus eſt frater noſter, & Coëpiſcopus Alypius, dubios eſſe canones: ſed hæc ipſa ad ſanctum & beatiſſimum Papam noſtrum ſcribere dignemini, vt & ipſe integros canones inquirens cum veſtra ſanctitate de omnibus conſtitutis tractare poſſit. Sufficit autem vt ipſe beatiſſimus Epiſcopus vrbis Romæ, ſicut & veſtra ſanctitas apud ſe tractat, ita & ipſe inquirat, ne contentio inter Eccleſias naſci videatur: ſed magis charitate fraterna deliberare poſſitis, ipſo reſcribente, quod meliùs obſeruari debeat.

Aurelius Epiſcopus dixit: Præter iſta, quæ depromſimus actis, neceſſe eſt vt etiam noſtræ paruitatis literis ſancto fratri & conſacerdoti noſtro Bonifacio ſingula, quæ tractamus, pleniſſimè intimemus. Ergo ſi omnibus placet proſequutio noſtra, ore omnium condiſcamus. Vniuerſum Concilium dixit, placet.

Nouatus Epiſcopus, legatus Mauritaniæ Sitifenſis dixit: Nunc meminimus hoc commonitorio etiam de preſbyteris, vel diaconibus contineri: qualiter audiri ab Epiſcopis ſuis, vel à finitimis debeant, quod in Nicæno Concilio minimè legimus, vnde hoc ipſum iubeat ſanctitas veſtra recitari.

Aurelius Epiſcopus dixit: Recitetur ad locum etiam hoc, quod depoſcitur; Daniel notarius recitauit. De appellationibus autem clericorum, id eſt minoris loci, eſt ipſius Synodi certa reſponſio, de qua re quid acturi ſitis, credimus inſerendum, quod taliter dictum eſt.

Oſius Epiſcopus dixit: Quid me adhuc mouet, reticere non debeo. Si Epiſcopus quis fortè iracundus (quod eſſe non debet) citò, aut aſperè commoueatur aduerſus preſbyterum, ſiue diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit, prouidendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem: habeat poteſtatem eiectus, vt finitimos interpellet, vt cauſa eius audiatur, & diligentiùs tractetur, quia non oportet negare ei audientiam roganti. Et ille Epiſcopus, qui aut iuſtè aut iniuſtè eum reiecit, patienter accipiat, vt negotium diſcutiatur, vt aut probetur eius, aut emendetur ſententia, &c.

Cúmque recitarentur, Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Hipponenſis prouinciæ Numidiæ dixit: Et hoc nos ſeruaturos profitemur, ſalua diligentiore inquiſitione Concilij Nicæni. Aurelius Epiſcopus dixit: Si hoc etiam omnium veſtræ charitati placet, reſponſione firmate. Vniuerſum Concilium dixit: Omnia quæ in Nicæno Concilio ſtatuta ſunt nobis omnibus placent. Iocundus Epiſcopus Eccleſiæ Sufficulæ, legatus prouinciæ Byzacenæ dixit: Quod ſtatutum eſt in Nicæno Concilio, violari à quoquam nullatenus poteſt.

Fauſtinus Epiſcopus, legatus Eccleſiæ Romanæ dixit: Adhuc ſecundùm profeſſionem ſanctitatis veſtræ, tam ſancti Alypij, quàm etiam fratris noſtri Iocundi, aliqua infirmari credo, aliqua firmari, quod non debeat, cùm iam in dubium ipſi canones venerint. Ergo, vt placet & nobis, & beatitudini veſtræ, ad ſanctum & venerabilem Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum veſtra ſanctitas referre dignetur, vt & ipſe, quod ſanctus Auguſtinus ſtatuere dignatus eſt, deliberare poſſit: vtrumnam & hoc concedendum ſit, an reticendum, hoc eſt, de appellatione inferioris gradus. Si ergo adhuc in dubium venit, & de hoc capitulo iuſtum eſt, vt beatiſſimæ ſedis Epiſcopus informari debeat, ſi tamen approbatis canonibus hoc inueniri poſſit. Aurelius Epiſcopus dixit: Etiam quæ dudum veſtræ charitati intimauimus, nunc patimini exemplaria ſtatutorum Nicæni Concilij, ſed & quæ hîc ſalubriter à noſtris deceſſoribus, ſecundùm eiuſdem Concilij formam, vel quæ nunc à nobis ordinata ſunt, recitari, & geſtis inſeri. Omne Concilium dixit: Exemplaria fidei, & ſtatuta Nicænæ Synodi, quæ ad noſtrum Concilium per beatæ recordationis olim prædeceſſorem tuæ ſanctitatis, qui interfuit, Cæcilianum Epiſcopum adlata ſunt, ſed & quæ Patres ea exempla ſequentes hîc conſtituerunt, vel nunc communi tractatu ſtatuimus, his geſtis Eccleſiaſticis

inſerta manebunt, ita vt quemadmodum ſuperiùs dictum eſt, venerabilibus viris Antiochenæ, & Alexandrinæ, ſed & Conſtantinopolitanæ Eccleſiarum Epiſcopis ſcribere veſtra beatitudo dignetur, vt exemplaria veriſſima Concilij Nicæni, ſub adſtipulatione litterarum ſuarum dirigant, quò declarata veritate, ea capitula, quæ in commonitorio præſens frater & Coëpiſcopus noſter Fauſtinus, ſed & compreſbyteri Philippus, & Aſellus ſecum attulerunt: aut ibidem reperta, à nobis firmabuntur, aut ſi non inueniantur, collecta Synodo de hoc in ſequenti tractabimus. Daniel notarius Nicæni Concilij profeſſionem fidei vel eius ſtatuta recitauit in Concilio Africano.

Profeſſio fidei Nicani Concilij.

CREDIMVS in vnum Deum, patrem omnipotentem, viſibilium & inuiſibilium factorem, & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum de patre vnigenitum, hoc eſt de ſubſtantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, vnius ſubſtantiæ cum patre, quod Græci dicunt omouſion: per quem omnia facta ſunt, ſiue quæ in cælo, ſiue quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, aſcendit in cælos, ſedet ad dexteram patris, vnde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & in Spiritum ſanctum. Eos autem, qui dicunt, erat quando non erat, & priuſquam naſceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus eſt, vel ex alia ſubſtantia, dicentes mutabilem, & conuertibilem filium Dei: hos anathematizat Catholica, & Apoſtolica Eccleſia.

Statuta quoque Nicæni Concilij in viginti capitulis ſimiliter recitata ſunt, ſicut in ſuperioribus inueniuntur adſcripta. Deinde quæ in Conciliis Africanis promulgata ſunt, actis præſentibus inſerta noſcuntur.

Vt qua in Nicano Concilio ſtatuta ſunt, omnimodo conſeruentur.

I. AVRELIVS Epiſcopus dixit: Hæc ita apud nos habentur exemplaria ſtatutorum, quæ tunc patres noſtri de Concilio Nicæno ſecum detulerunt, cuius formam ſeruantes, hæc, quæ ſequentur conſtituta, firmata à nobis cuſtodientur.

De Trinitate prædicanda.

VNIVERSVM Concilium dixit: Deo propitio, pari profeſſione, fides Eccleſiaſtica, quæ per nos traditur in hoc cœtu glorioſo, primitus confitenda eſt, tunc demum ordo Eccleſiaſticus ſingulorum, & conſenſu omnium adſeruandus. Ad corroborandas autem fratrum & Coëpiſcoporum noſtrorum, nuper promotorum mentes: ea proponenda ſunt, quæ à patribus certa diſpoſitione accepimus, vt Trinitatis, quam noſtris ſenſibus conſecratam retinemus, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti vnitatem, quæ nullam noſcitur habere differentiam: ſicuti dicimus, ita Dei populos inſtruamus. Item ab vniuerſis Epiſcopis nuper promotis dictum eſt, planè ſic accepimus, ſic tenemus, ſic docemus fidem Euangelicam cum veſtra doctrina ſequentes. II.

De continentia.

AVRELIVS Epiſcopus dixit: Cùm in præterito Concilio de continentia, & caſtitatis moderamine tractaretur: gradus iſti tres, qui conſtrictione quadam caſtitatis per conſecrationes adnexi ſunt, Epiſcopos, inquam, preſbyteros, & diaconos, ita placuit, vt condecet ſacros Antiſtites, ac Dei ſacerdotes, nec non & leuitas, vel qui ſacramentis diuinis inſeruiunt continentes eſſe in omnibus, quò poſſint ſimpliciter, quod à Domino poſtulant, impetrare, vt quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus. III.

De diuerſis ordinibus ab vxoribus abſtinendis.

FAVSTINVS Epiſcopus Eccleſiæ Potentinæ, prouinciæ Piceni, legatus Romanæ Eccleſiæ, dixit: Placet vt Epiſcopus, preſbyter, & diaconus, vel qui ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes ab vxoribus ſe abſtineant. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt, placet, vt in omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altari inſeruiunt. IV.

De auaritia.

AVRELIVS Epiſcopus dixit: Auaritiæ cupiditas, quam rerum omnium malarum matrem eſſe, nemo qui dubitet: proinde inhibenda eſt, ne quis alienos fines vſurpet, aut per præmium terminos patrum ſtatutos tranſcendat, nec omnino V.

cui-

cuiquam clericorum liceat de qualibet res fœnus accipere. Quamquam nouellæ ſuggeſtiones, quæ vel obſcuræ ſunt, vel ſub genere latent, inſpectæ à nobis, formam accipient, cæterum de quibus apertiſſimè diuina ſcriptura ſanxit, non eſt ferenda ſententia, ſed potiùs exequenda. Proinde quod in laïcis reprehenditur, id multò magis debet in clericis prædamnari. Vniuerſum Concilium dixit: Nemo contra Prophetas, nemo contra Euangelia facit ſine periculo.

Vt chriſma à presbyteris non fiat.

VI. FORTVNATVS Epiſcopus dixit: In præteritis Conciliis ſtatutum meminimus eſſe, vt chriſma, vel reconciliatio pœnitentium, necnon & puellarum conſecratio à preſbyteris non fiant: ſi quis autem emerſerit hoc faciens, quid de eo ſtatuendum ſit? Aurelius Epiſcopus dixit: Audiuit dignatio veſtra ſuggeſtionem fratris & Coëpiſcopi noſtri Fortunati, quid ad hæc dicitis? Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Chriſmæ confectio, & puellarum conſecratio à preſbyteris non fiat; vel reconciliare quemquam in publica miſſa preſbytero non licere, hoc omnibus placet.

De his, qui in periculo poſiti reconciliantur.

VII. AVRELIVS Epiſcopus dixit: Si quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliare diuinis altaribus petierit: ſi Epiſcopus abſens fuerit, debet vtique preſbyter conſulere Epiſcopum, & ſic periclitantem eius præcepto reconciliare; quam rem debemus ſalubri conſilio roborare. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Placet, quod ſanctitas veſtra neceſſario nos inſtruere dignata eſt.

De his, qui in accuſationem maioris natu veniunt; & vt Epiſcopum nulli criminoſo liceat accuſare.

VIII. NVMIDIVS Epiſcopus Maxulitanus dixit: Præterea ſunt quamplurimi non bonæ conuerſationis, qui exiſtimant maiores natu, vel Epiſcopos paſſim, vagéque in accuſationem pulſandos; debent tam facilè admitti, necne? Aurelius Epiſcopus dixit: Placet igitur charitati veſtræ, vt is, qui aliquibus ſceleribus irretitus eſt, vocem aduerſus maiorem natu non habeat accuſandi. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Si criminoſus eſt, non admittatur, placet.

De his, qui merito facinorum ſuorum ab Eccleſia congregatione pelluntur.

AVGVSTINVS Epiſcopus, legatus prouinciæ Numidiæ, dixit: Hoc ſtatuere dignemini, vt ſi qui fortè merito facinorum ſuorum ab Eccleſia pulſi ſunt, & ſiue ab aliquo Epiſcopo, vel preſbytero fuerint in communione ſuſcepti, etiam ipſe pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugientes ſui Epiſcopi regulare iudicium. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet. IX.

De preſbyteris, qui à propriis corripiuntur Epiſcopis.

ALYPIVS Epiſcopus, legatus prouinciæ Numidiæ dixit: Nec illud prætermittendum eſt, vt ſi quis forte preſbyter ab Epiſcopo ſuo correptus, tumore, vel ſuperbia inflatus putauerit ſeparatim ſacrificia Deo offerenda, vel aliud erigendum altare, contra Eccleſiaſticam fidem, vel diſciplinam, crediderit: non exeat impunitus. Valentinus primæ ſedis prouinciæ Numidiæ, dixit: Neceſſariò diſciplinæ Eccleſiaſticæ, & fidei congrua ſunt, quæ frater noſter Alypius proſecutus eſt; proinde quid videatur veſtræ dilectioni, edicite. X.

Si quis presbyter contra Epiſcopum ſuum inflatus ſchiſma fecerit, anathema ſit.

AB vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Si quis preſbyter à præpoſito ſuo correptus fuerit, debet vtique apud vicinos Epiſcopos conqueri, vt ab ipſis eius cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo Epiſcopo reconciliari: quod niſi fecerit, ſed ſuperbia (quod abſit) inflatus ſecernendum ſe ab Epiſcopi ſui communione duxerit, ac ſeparatim, cum aliquibus ſchiſma faciens, ſacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat: ac ſi querimoniam iuſtam aduerſus Epiſcopum non habuerit, inquirendum erit. XI.

Si quis Epiſcopus abſque tempore ſynodi in crimine detentus fuerit, à XII. Epiſcopis audiatur.

FELIX Epiſcopus dixit: Suggero, ſecundùm ſtatuta veterum Conciliorum, vt ſi quis Epiſcopus (quod non optamus) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia neceſſitas non poſſe plurimos congregare: ne in crimine remaneat, à XII. Epiſcopis audiatur, & preſbyter à ſex XII.

Epiſcopis cum proprio ſuo Epiſcopo audiatur, & diaconus à tribus.

Vt non liceat Epiſcopum, niſi à plurimis ordinari: ſed ſi neceſſitas fuerit, vel à tribus ordinetur Epiſcopis.

XIII. AVRELIVS Epiſcopus dixit: Quid ad hæc dicit ſanctitas veſtra? Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: A nobis veterum ſtatuta debere ſeruari, ſicuti & inconſulto Primate cuiuſlibet prouinciæ, tam facilè non præſumant multi congregati Epiſcopi Epiſcopum ordinare: niſi neceſſitas fuerit, tres Epiſcopi, in quocunque loco ſint, eius præcepto ordinare debebunt Epiſcopum: & ſi quis contra ſuam profeſſionem, vel ſubſcriptionem venerit in aliquo, ipſe ſe honore priuabit.

Vt de Tripoli vnus Epiſcopus in legationem veniat, & vt presbyter ibidem à quinque Epiſcopis audiatur.

XIV. ITEM placuit de Tripoli, propter inopiam prouinciæ vnus Epiſcopus in legationem veniat, & vt ibi presbyter à quinque audiatur Epiſcopis, & diaconus à tribus, vt ſuperiùs memoratum eſt, proprio Epiſcopo reſidente.

De diuerſis ordinibus Eccleſiæ ſeruientibus: vt ſi quis cauſam criminis incurrerit, & abiecerit iudicium Eccleſiaſticum, debeat periclitari: & vt filij ſacerdotum ſpectacula ſæcularia non adeant.

XV. ITEM placuit, vt quiſquis Epiſcoporum, presbyterorum, & diaconorum, ſeu clericorum, cùm in Eccleſia ei fuerit crimen inſtitutum, vel ciuilis cauſa fuerit commota: ſi relicto Eccleſiaſtico iudicio, publicis iudiciis purgari voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat, & hoc in criminali; in ciuili verò perdat quod euicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit. Hoc etiam placuit, vt à quibuſcumque iudicibus Eccleſiaſticis ad alios iudices Eccleſiaſticos, vbi eſt maior authoritas, fuerit prouocatum: non cis obſit, quorum fuerit ſoluta ſententia, ſi conuinci non potuerint, vel inimico animo iudicaſſe, vel aliqua cupiditate, aut gratia deprauati. Sanè ſi ex conſenſu partium electi fuerint iudices, etiam à pauciori numero, quàm conſtitutum eſt, non liceat prouocari. Et vt filij ſacerdotum ſpectacula ſæcularia non exhibeant, ſed nec ſpectent, licèt hoc ſemper Chriſtianis omnibus indictum ſit, & vbi blaſphemiæ ſunt, non accedant.

Vt nullus Epiſcopus, presbyter, & diaconus conductor exiſtat, & vt lectores vxores accipiant, & clerici abſtineant ab vſuris, & quo tempore vel ipſi, vel virgines conſecrentur.

ITEM placuit, vt Epiſcopi, presbyteri, & diaconi, non ſint conductores, aut procuratores, neque vllo turpi negotio, & inhoneſto victum quærant, quia reſpicere debent ſcriptum eſſe, nullus militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus. Item placuit, vt lectores, cùm ad annos pubertatis peruenerint, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri. Item placuit, vt clericus, ſi commodauerit pecuniam, pecuniam accipiat: ſi ſpeciem, eandem ſpeciem, quantam dederit, accipiat: & vt ante viginti quinque annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines conſecrentur: & vt lectores populum non ſalutent. XVI.

Vt vnaquaque prouincia, propter longinquitatem, Primatem habeat proprium.

PLACVIT, vt Mauritania Sitifenſis, vt poſtulauit, Primatem prouinciæ Numidiæ, ex cuius cœtu ſeparatur: vt ſuum habeat Primatem: quem conſentientibus omnibus Primatibus prouinciarum Africanarum, vel omnibus Epiſcopis, propter longinquitatem habere permiſſa eſt. XVII.

Si quis clericus ordinatur, moneri debet conſtituta ſeruare: & vt corporibus defunctorum Euchariſtia non detur, nec baptiſma: & vt per ſingulos annos per omnes prouincias ad Concilium Metropolitanè conueniatur.

ITEM placuit, vt ordinatis Epiſcopis, vel clericis priùs ab ordinatoribus ſuis placita Conciliorum auribus eorum inculcentur: ne ſe aliquid contra ſtatuta Concilij feciſſe pœniteant. Item placuit, vt corporibus defunctorum Euchariſtia non detur: ſcriptum eſt enim, accipite, & edite: cadauera autem nec accipere poſſunt, nec edere: & ne iam mortuos homines baptizari faciat presbyterorum ignauia: pro qua re confirmandum eſt in hac ſancta Synodo, vt ſecundùm Nicæna ſtatuta, propter cauſas Eccleſiaſticas, quæ ad perniciem plebium ſæpe veteraſcunt, ſingulis quibuſque an- XVIII.

nis Concilium conuocetur, ad quod omnes prouinciæ, quæ primas ſedes habent, de Conciliis ſuis binos, aut quantos delegerint, Epiſcopos legatos mittant: vt congregato conuentu plena poſſit eſſe authoritas.

Vt ſi quis Epiſcopus accuſatur, ad Primatem ipſius prouinciæ cauſa deferatur.

XIX. AVRELIVS Epiſcopus dixit: Quiſquis Epiſcoporum accuſatur, ad Primates prouinciæ ipſius cauſam deferat accuſator, nec à communione ſuſpendatur, cui crimen intenditur: niſi ad cauſam ſuam dicendam electorum iudicum, die ſtatuta, literis euocatus, minimè occurrerit: hoc eſt infra ſpatium menſis, ex ea die, qua eum literas accepiſſe conſtiterit: quòd ſi aliquas veras neceſſitatis cauſas probauerit, quibus eum occurrere non potuiſſe manifeſtum ſit, cauſæ dicendæ intra alterum menſem integram habeat facultatem: verùm tam diu poſt menſem ſecundum non communicet, donec purgetur. Si autem ad Concilium vniuerſale anniuerſarium occurrere noluerit, vt vel ibi cauſa eius terminetur: ipſe in ſe damnationis ſententiam dixiſſe iudicetur, tempore ſanè, quo non communicat, nec in ſua Ecclesia, vel parochia communicet. Accuſator autem eius, ſi nunquam diebus cauſæ dicendæ defuerit, à communione non remoueatur; ſi verò aliquando defuerit, ſubtrahens ſe, teſtituto in communione Epiſcopo, ipſe remoueatur à communione accuſator: ita tamen, vt nec ipſi adimatur facultas cauſæ peragendæ, ſi ſe ad diem occurrere non voluiſſe, ſed non potuiſſe probauerit. Illud verò, vt cùm agere cœperit in Epiſcoporum iudicio, ſi fuerit accuſatoris perſona culpabilis, ad arguendum non admittatur, niſi proprias cauſas, non tamen Eccleſiaſticas, aſſerere voluerit.

De presbyteris, vel clericis accuſatis.

XX. SI autem preſbyteri, vel diaconi fuerint accuſati, adiuncto ſibi ex vicinis locis cum proprio Epiſcopo legitimo numero collegarum, quos ab eodem accuſati petierint: id eſt vnà ſecum in preſbyteri nomine ſex; in diaconi tres, ipſorum cauſam diſcutiant, eadem dierum, & dilationum, & à communione remotionum, & diſcuſſione perſonarum inter accuſatores, & eos, qui accuſantur, forma ſeruata. Reliquorum autem clericorum cauſas, etiam ſolus Epiſcopus loci agnoſcat, & finiat.

Vt filij clericorum in matrimonio non iungantur hæreticis.

ITERVM placuit vt filij clericorum gentilibus, vel hæreticis, matrimonio non iungantur. XXI.

Vt Epiſcopi, vel clerici in eos, qui non ſunt Catholici, nihil conferant.

ET vt in eos, qui Catholici Chriſtiani non ſunt, etiamſi conſanguinei fuerint, per donationes rerum ſuarum, Epiſcopi, vel clerici nihil conferant. XXII.

Vt Epiſcopi trans mare non proficiſcantur.

ITEM, vt Epiſcopi trans mare non proficiſcantur, niſi conſulto primæ ſedis Epiſcopo ſuæ cuiuſque prouinciæ: vt ab eo præcipuè poſſint ſumere formatam, vel commendationem. XXIII.

Vt præter ſcripturas canonicas nihil in Eccleſia legatur.

ITEM vt præter ſcripturas canonicas nihil in Eccleſia legatur ſub nomine diuinarum ſcripturarum. Sunt autem canonicæ ſcripturæ, id eſt Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu Naue, Iudicum, Ruth, Regum libri IV. Paralipomenon libri II. Iob, Pſalterium, Salomonis libri V. libri XII. Prophetarum, Heſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Thobias, Iudith, Eſter, Eſdræ libri II. Machabæorum libri II. Noui Teſtamenti, Euangeliorum libri IV. Actuum Apoſtolorum liber vnus. Epiſtolæ Pauli XIV. Petri Apoſtoli II. Ioannis Apoſtoli III. Iacobi Apoſtoli I. Iudæ Apoſtoli vna. Apocalypſis Ioannis liber vnus. Hoc etiam fratri & conſacerdoti noſtro Bonifacio, vel aliis earum partium Epiſcopis pro confirmando iſto canone innoteſcat, quia à patribus iſta accepimus in Eccleſia legenda. XXIV.

De Epiſcopis, vel ſequentibus ordinibus, qui ſacro-ſancta myſteria contrectant, placuit ab vxoribus contineri.

AVRELIVS Epiſcopus dixit: Addimus fratres chariſſimi præterea, cùm de quorundam clericorum, quamuis lectorum, erga vxores proprias incontinentia referretur, placuit, quod & in diuerſis Conciliis firmatum eſt, vt ſubdiaconi, qui ſacra XXV.

T ij

myſteria contrectant, & diaconi, preſbyteri, ſed & Epiſcopi, ſecundùm propria ſtatuta, etiam ab vxoribus ſe contineant, vt tanquam non habentes videantur eſſe: quod niſi fecerint, ab Eccleſiaſtico remoueantur officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi; niſi maturiori ætate. Ab vniuerſo Concilio dictum eſt, quæ veſtra ſanctitas eſt iuſtè moderata, & ſancta, & Deo placita ſunt, confirmamus.

Vt res Eccleſiæ nemo diſtrahat.

XXVI. ITEM placuit, vt rem Eccleſiæ nemo vendat: quòd ſi redditus non habet, & aliqua nimia neceſſitas cogit, hanc inſinuandam eſſe Primati prouinciæ ipſius, vt cum ſtatuto numero Epiſcoporum vtrum faciendum ſit arbitretur. Quòd ſi tanta vrget neceſſitas Eccleſiæ, vt non poſſit antè conſulere, ſaltem vicinos teſtes conuocet Epiſcopos, curans ad Concilium omnes referre ſuæ Eccleſiæ neceſſitates: quod ſi non fecerit, reus Deo, & Concilio venditor, honore amiſſo, teneatur.

Presbyteri, & diaconi in grauiore culpa conuicti manus impoſitionem, tanquam laici, nequaquam ſuſcipiant.

XXVII. ITEM confirmatum eſt, vt ſi quando preſbyteri, vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos à miniſterio neceſſe ſit remoueri: non eis manus, tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis, imponatur: neque permittendum, vt rebaptizati ad clericatus gradum promoueantur.

Presbyteri, diaconi, vel clerici, qui cauſa ſua ad tranſmarina putauerint appellandum, in communionem minimè ſuſcipiantur.

XXVIII. ITEM placuit, vt preſbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores clerici, in cauſis, quas habuerint, ſi de iudiciis Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini Epiſcopi eos cum conſenſu ſui Epiſcopi audiant, & inter eos definiant adhibiti ab eis Epiſcopi: quòd ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent ad tranſmarina iudicia, ſed ad Primates ſuarum prouinciarum: ſicut & de Epiſcopis ſæpe conſtitutum eſt. Ad tranſmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam ad communionem ſuſcipiatur.

Si quis excommunicatus ante audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationem protulit.

ITEM placuit vniuerſo Concilio, vt qui excommunicatus fuerit pro ſuo neglectu, ſiue Epiſcopus, ſiue quilibet clericus, & tempore excommunicationis ſuæ, ante audientiam, communionem præſumpſerit: ipſe in ſe damnationis iudicetur protuliſſe ſententiam. XXIX.

De accuſato, vel accuſatore.

ITEM placuit, vt accuſatus vel accuſator in eo loco, vnde eſt ille, qui accuſatur, ſi metuit aliquam vim temerariæ multitudinis, locum ſibi eligat proximum, quò non ſit difficile teſtes perducere, vbi cauſa finiatur. XXX.

Si qui clerici ab Epiſcopis ſuis promoti contempſerint, nec illic maneant, vnde recedere noluerunt.

ITEM placuit, vt quicunque clerici, vel diaconi pro neceſſitatibus Eccleſiarum non obtemperauerint Epiſcopis ſuis, volentibus eos ad honorem ampliorem in ſua Eccleſia promouere: nec illic miniſtrent in gradu ſuo, vnde recedere noluerunt. XXXI.

Si quis clericorum pauper promotus in ordine, poſtea habuerit aliquid, Eccleſiæ poteſtati ſubiaceat.

ITEM placuit, vt Epiſcopi, preſbyteri, diaconi, vel quicunque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Epiſcopatus, vel clericatus ſui agros, vel quæcunque prædia nomine ſuo comparant, tamquam rerum dominicarum inuaſionis crimine teneantur, niſi admoniti in Eccleſiam eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis propriè aliquid liberalitate alicuius, vel ſucceſſione cognationis obuenerit, faciant inde, quod eorum propoſito congruit: quòd ſi à ſuo propoſito retrorſum exorbitauerint, honore Eccleſiaſtico indigni, tanquam reprobi, iudicentur. XXXII.

Vt presbyteri rem Eccleſiæ, in qua ſunt conſtituti, non vendant, & nulli Epiſcopo liceat rem tituli matricis Eccleſiæ vſurpare.

ITEM placuit, vt preſbyteri non vendant rem Eccleſiæ, vbi ſunt conſtituti, neſcientibus Epiſcopis ſuis, quomodo & XXXIII.

Epiſcopis non licet vendere prædia Eccleſiæ, ignorante Concilio, vel presbyteris ſuis. Non habente ergo neceſſitatem, nec Epiſcopo liceat matricis Eccleſiæ, nec presbytero rem tituli ſui vſurpare.

Recitata ſunt etiam in iſta Synodo diuerſa Concilia vniuerſæ prouinciæ Africæ, tranſactis temporibus Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi celebrata.

De Concilio quod Hippone Regio factum eſt.

GLORIOSISSIMO Imperatore Theodoſio Auguſto III. & Abundantio v. c. VIII. Idus Octobris, Hippone Regio, in ſecretario Baſilicæ pacis, & cætera. Geſta huius Concilij ideo deſcripta non ſunt, quia ea, quæ ibi ſtatuta ſunt, in ſuperioribus probantur inſerta.

De Concilio Carthaginenſi, vbi legati Epiſcopi proconſulares ad Concilium Adrumetinum deſtinantur.

GLORIOSISSIMIS Imperatoribus, Arcadio III. & Honorio II. Augg. Conſſ. V I. Kal. Iulias, Carthagine. In hoc Concilio legati delecti ſunt Epiſcopi proconſulares ad Concilium Adrumetinum.

De Concilio Carthaginenſi, vbi multa ſunt conſtituta.

CÆSARIO, & Attico vv. cc. Conſſ. quinto Kal. Septembris, Carthagine in ſecretario Baſilicæ reſtitutæ, cùm Aurelius Epiſcopus vnà cum Epiſcopis conſediſſet: adſtantibus etiam diaconibus, aduenientibus quoque Victore ſene Puppianenſe, Tuto Migirpenſe, Euangelo Aſſuritano.

Allocutio ad Epiſcopos Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi.

AVRELIVS Epiſcopus dixit: Poſt diem præſtitutam Concilij conſedimus, vt recordamini, fratres beatiſſimi, & arbitrabamur omnium prouinciarum per Africam legationes conueniſſe ad diem, vt dixi, præſtitutam noſtri tractatus: ſed cùm ſacerdotum noſtrorum epiſtola Byzacenorum fuiſſet recitata, vel quid mecum iidem, qui tempus, & diem Concilij præuenerant, tractaſſent, veſtræ charitati legeretur, lecta eſt etiam à fratribus Honorato & Vrbano, qui nobiſcum hodie concilium participantur, legatio Sitifenſis prouinciæ deſtinata. Frater etiam Reginus Eccleſiæ Vegei Selitanæ literas ad paruitatem meam datas Creſcentiani primæ ſedis, vt ipſe inſinuat, Numidiarum, & Aurelij Coëpiſcoporum noſtrorum: in quibus ſcriptis veſtra mecum charitas recognoſcit promiſiſſe eoſdem, quòd aut ipſi dignarentur venire, aut ad hoc Concilium fuiſſent ex more deſtinaturi legatos: ſed hoc quia minimè factum videtur, diu ſe detineri de longinquo venientes legati Mauritaniæ Sitifenſis non poſſe teſtantur: & ideo fratres, ſi veſtræ charitati videtur, literæ fratrum noſtrorum Byzacenorum, ſed & breuiarium, quod eidem epiſtolæ adiunxerunt, ad hunc cœtum conrogatum legantur, vt ſi qua fortè illic mouere charitatis veſtræ animum poſſunt, in eodem breuiario quæ diligentiùs fuerint animaduerſa, in melius reformentur. Hoc enim frater & Coëpiſcopus noſter primæ ſedis, vir perſpectus merito ſuæ grauitatis, atque prudentiæ, Mizonius ſcribens ad meam paruitatem poſtulauit. Si ergo placet, quæ tractata ſunt, legantur, & ſingula à veſtra charitate conſiderentur.

Quòd nihil de Hipponenſi Concilio ſit emendandum.

EPIGONIVS Epiſcopus dixit: In hoc XXXIV. breuiario, quod decerptum eſt de Concilio Hipponenſi, nihil arbitramur eſſe emendandum, vel aſſuendum, niſi vt dies ſanctæ Paſchæ tempore Concilij innoteſcat.

Vt Epiſcopi, vel clerici non facilè filios ſuos emancipent.

VT Epiſcopi, vel clerici filios ſuos à XXXV. ſua poteſtate per emancipationem exire non ſinant: niſi de moribus eorum fuerint, & de ætate ſecuri, vt poſſint ad eos iam propria pertinere peccata.

Vt Epiſcopi, vel clerici non ordinentur, niſi omnes ſuos fecerint Chriſtianos.

VT Epiſcopi, & presbyteri, & diaconi XXXVI. non ordinentur, priuſquam omnes, qui ſunt in domo eorum, Chriſtianos Catholicos fecerint.

Quòd præter panem, & merum mixtum aqua, nihil in ſacramentis offerri debeat.

VT in ſacramentis corporis, & ſan- XXXVII. guinis Domini nihil ampliùs offeratur,

quàm quod ipſe Dominus tradidit, hoc eſt panis, & vinum aqua mixtum: primitiæ verò, ſeu mel, & lac, quod vno die ſolemniſſimo in infantum myſterio ſolet offerri: quamuis in altari offerantur, ſuam tamen habeant propriam benedictionem, vt à ſacramento Dominico corporis, & ſanguinis diſtinguantur, nec ampliùs in primitiis offeratur, quàm de vuis, & frumentis.

Vt clerici, vel continentes, ad virgines, vel viduas, non accedant.

XXXVIII. Clerici, vel continentes, ad viduas, vel virgines, niſi ex iuſſu vel permiſſu Epiſcoporum, aut presbyterorum non accedant: & hoc non ſoli faciant, ſed cum conclericis, vel cum his cum quibus Epiſcopus aut presbyter iuſſerit, nec ipſi Epiſcopi, & presbyteri ſoli habeant acceſſum ad huiuſmodi feminas: ſed vbi aut clerici præſentes ſunt, aut graues aliqui Chriſtiani.

Vt princeps ſacerdotum non appelletur Epiſcopus.

XXXIX. Vt primæ ſedis Epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid huiuſmodi: ſed tantùm primæ ſedis Epiſcopus.

Vt clerici tabernas, niſi in peregrinis, non ingrediantur.

XL. Vt clerici edendi, vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur: niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.

Vt à ieiuniis Deo ſacrificia celebrentur.

XLI. Vt ſacramenta altaris, non niſi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuerſario, quo cœna Domini celebratur, nam ſi aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, ſiue Epiſcoporum, ſiue cæterorum commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiat: ſi illi, qui faciunt iam pranſi inueniuntur.

Vt in Eccleſiis conuiuia minimè celebrentur.

XLII. Vt nulli Epiſcopi, vel clerici in Eccleſia conueniantur, niſi fortè tranſeuntes hoſpitiorum neceſſitate illic reficiant, populi etiam ab huiuſmodi conuiuiis, quantum fieri poteſt, prohibeantur.

De pœnitentibus.

XLIII. Vt pœnitentibus, ſecundùm differentiam peccatorum, Epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur, & vt presbyter inconſulto Epiſcopo non reconciliet pœnitentem: niſi abſentiæ Epiſcopi neceſſitate cogente. Cuiuſcunque autem pœnitentis publicum, & vulgatiſſimum crimen eſt, quod vniuerſam Eccleſiam commouerit, ante abſidem manus ei imponatur.

De virginibus.

Vt virgines ſacræ, cum parentibus, XLIV. à quibus cuſtodiebantur, priuatæ fuerint, Epiſcopi vel presbyteri, vbi Epiſcopus abſens eſt, prouidentia, grauioribus feminis commendentur, aut ſimul habitantes inuicem ſe cuſtodiant: ne paſſim vagando Eccleſiæ lædant exiſtimationem.

De ægrotantibus, qui pro ſe reſpondere non poſſunt.

Vt ægrotantes, qui pro ſe reſpondere non poſſunt, cùm voluntatis eorum XLV. teſtimonium, ſui periculo proprio dixerint, baptizentur. Vt ſcenicis, atque hiſtrionibus, cæteriſque huiuſmodi perſonis vel apoſtaticis conuerſis vel reuerſis ad Deum gratia vel reconciliatio non negetur.

De paſſionibus martyrum.

Liceat etiam legi paſſiones marty- XLVI. rum, cùm anniuerſarij dies eorum celebrantur.

De paruulis, qui apud Donatiſtas baptizati ſunt.

De Donatiſtis placuit, vt conſulamus fratres & conſacerdotes noſtros Siri- XLVII. cium, & Simplicianum de ſolis infantibus, qui baptizantur penes eoſdem: ne quod ſuo non fecerunt iudicio, cùm ad Eccleſiam Dei ſalubri propoſito fuerint conuerſi, parentum illos error impediat, ne promoueantur ſacri altaris miniſtri.

Quibus inſertis, Honoratus & Vrbanus Epiſcopi, legati prouinciæ Mauritaniæ Sitifenſis, dixerunt: Iam dudum, cùm apud ſanctitatem veſtram allegaremus ſcripta, dilati ſumus ea contemplatione, quouſque fratres noſtri aduenire poſſent de Numidia legati, ſed quia non parui dies ſunt, quibus expectati minimè venerunt: vltrà prætermittere, quæ nobis mandata ſunt à noſtris Coëpiſcopis, non oportet, atque ideo fratres ſuggeſtionem noſtram libenter admittite. De fide enim Nicæni tractatus audiuimus,

verum eſt de ſacrificiis inhibendis poſt prandium, vt à ieiunis, ſicut dignum eſt, offerantur, & tunc, & nunc firmatum eſt.

De rebaptizationibus, & reordinationibus, vel tranſlationibus Epiſcoporum.

XLVIII. ILLVD autem ſuggerimus mandatum nobis, quod etiam in Capuenſi plenaria Synodo videtur ſtatutum: vt non liceat fieri rebaptizationes, reordinationes, vel tranſlationes Epiſcoporum. Nam Creſconius Villa-Rhegenſis Epiſcopus, plebe ſua derelicta, Tubunienſem inuaſit Eccleſiam, & vſque hodie commonitus, ſecundùm quod ſtatutum fuerat, relinquere eandem, quam inuaſerat, plebem, contempſit. Aduerſus iſtum quæ pronunciata fuerant confirmata quidem audiuimus: ſed petimus, ſecundùm quod nobis mandatum eſt, vt dignemini dare fiduciam, quòd iam neceſſitate ipſa cogente liberum nobis ſit rectorem prouinciæ, ſecundùm ſtatuta glorioſiſſimorum Principum, aduerſus illum adire: vt qui miti admonitione ſanctitatis veſtræ adquieſcere noluit, & emendare inlicitum, authoritate iudiciaria protinus excludatur. Aurelius Epiſcopus dixit: Seruata forma diſciplinæ non æſtimabitur appetitus, ſi à veſtra charitate modeſtè conuentus recedere detractauerit: cùm fuerit ſuo contemptu, & contumacia, faciente etiam authoritate iudiciaria, conuentus. Honoratus, & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: Hoc ergo omnibus placet. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Iuſtum eſt, placet.

Quot Epiſcopi ordinare Epiſcopum debeant.

XLIX. HONORATVS, & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: Et illud nobis mandatum eſt, vt quia proximè fratres noſtri Numidiæ duo Epiſcopi ordinare præſumpſerunt Pontifiecm: non niſi à XII. cenſeatis celebrari Epiſcoporum ordinationes. Aurelius Epiſcopus dixit: Forma antiqua ſeruabitur, vt non minùs quàm tres ſufficiant, qui fuerint deſtinati ad Epiſcopum ordinandum. Propterea, quia in Tripoli fortè, & in Arzuge interiacere videntur barbaræ gentes; nam in Tripoli, vt aſſeritur, Epiſcopi ſunt quinque tantummodo, & poſſunt fortè de ipſo numero vel duo neceſſitate aliqua occupari, difficile eſt enim vt de quolibet numero omnes poſſint occurrere, nunquid debet hoc ipſum impedimento eſſe Eccleſiaſticæ vtilitati? Nam & in hac Eccleſia, ad quam dignata eſt veſtra ſanctitas conuenire, crebrò, ac penè per diem dominicam ordinandos habemus: nunquidnam frequenter duodecim potero, vel decem, vel non multo minùs aduocare Epiſcopos? ſed facile eſt mihi duos adiungere meæ paruitati vicinos. Quapropter cernit mecum charitas veſtra hoc ipſum obſeruari non poſſe.

Quot addi debeant Epiſcopi numero ordinatorum, ſi de ordinando Epiſcopo fuerit contradictum.

SED illud eſt ſtatuendum, vt quando ad eligendum Epiſcopum conuenerimus, ſi qua contradictio fuerit oborta, quia talia tractata ſunt apud nos, non præſumant ad purgandum eum, qui ordinandus eſt, tres iam: ſed poſtuletur ad numerum ſupradictorum, vnus vel duo, & in eadem plebe, cui ordinandus eſt, diſcutiantur primò perſonæ contradicentium. Poſtremò etiam illa, quæ obiiciuntur, pertractentur, & cùm purgatus fuerit in conſpectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum veſtræ ſanctitatis animo concordat, roboretur veſtræ dignationis reſponſione. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Satis placet. L.

Vt de Eccleſia Carthaginis dies Paſchæ nuncietur.

HONORATVS, & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: Quoniam de commonitorio noſtro omnia tractata noſcuntur, addimus etiam de die Paſchæ nobis eſſe mandatum, vt de Ecelеſia ſemper Carthaginenſi, ſicuti adſolet, inſtruamur, & non ſub anguſto temporis ſpatio. Aurelius Epiſcopus dixit: Si ſanctitati veſtræ videtur, quoniam nos ſpopondiſſe iam dudum meminimus, vt ſingulis quibuſque annis ad tractandum conueniamus, & cùm venerimus in vnum, tunc diuulgabitur ſanctus Paſchæ dies per legatos, qui adfuerint Concilio. Honoratus, & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: Nunc de præſenti cœtu petimus, vt literis prouinciam noſtram de hac die informare dignemini. Aurelius Epiſcopus dixit: Ita fiat neceſſe eſt. LI.

De viſitandis prouinciis.

HONORATVS, & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: Et illud nobis verbo manda- LII.

tum eſt, vt quia conſtitutum eſt in Concilio Hipponenſi, ſingulas debere prouincias tempore Concilij viſitandas eſſe, dignemini etiam, quod hoc anno ſecundùm ordinem diſtuliſtis, vel alio anno Mauritaniam prouinciam viſitare. Aurelius Epiſcopus dixit: Tunc de prouincia Mauritania, propterea quòd in finibus Africæ poſita ſit, nihil ſtatuimus, ſiquidem vicinæ ſunt barbarico; ſed præſtet Deus, vt ex abundanti non pollicentes venire poſſimus ad veſtram prouinciam. Cogitare enim debetis, fratres, quia hoc ſibi, & Tripolitani, & Arzugitani fratres poterant exigere, ſi ratio pateretur.

Vt diœceſis, niſi ex conſenſu Epiſcopi proprij, Epiſcopum non accipiant.

LIII. Epigonivs Epiſcopus dixit: Multis Conciliis hoc ſtatutum à cœtu ſacerdotali eſt, vt plebes, quæ in diœceſibus ab Epiſcopis retinentur, quæ Epiſcopos nunquam habuerunt, non niſi cum voluntate eius Epiſcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores, id eſt, Epiſcopos. At verò quia nonnulli, dominatu quodam adepto, communionem fratrum abhorrent, vel certè, cùm deprauati fuerint, quaſi in quadam arce tyrannica ſibi dominatum vendicant: quod plerique tumidi, atque ſtolidi, aduerſum Epiſcopum ſuas ceruices erigunt preſbyteri, vel conuiuiis ſibi concinnantes plebem, vel certè perſuaſu maligno, vt illicito fauore eoſdem velint ſibi collocare rectores. Quod quidem inſigne mentis tuæ tenemus votum, frater religioſe Aureli, qui hæc ſæpe oppreſſiſti, non curando tales petitores. Sed propter eorum malos cogitatus, & prauè concinnata conſilia hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebem, quæ in diœceſi ſemper ſubiacuit, nec vnquam proprium Epiſcopum habuit. Quapropter ſi vniuerſo ſanctiſſimo cœtui placet hoc, quod proſequutus ſum, confirmetur. Aurelius Epiſcopus dixit: Fratris & conſacerdotis noſtri proſequutioni non obſiſto: ſed hoc me & feciſſe, & facturum eſſe profiteor circa eos ſanè, qui fuerint concordes, non ſolùm circa Eccleſiam Carthaginenſem, ſed circa omne ſacerdotale conſortium. Sunt enim plerique conſpirantes cum plebibus propriis, quas decipiunt, vt dictum eſt, earum ſcalpentes aures, blandi ad ſeducendum, vitioſæ vitæ homines, vel certè inflati, & ab hoc conſortio ſeparati, qui putant propriæ plebi incubandum, & nonnunquam conuenti ad Concilium venire detrectant, ſua fortè ne prodantur flagitia metuentes. Dico, ſi placet, circa hos non tantùm diœceſes non eſſe ſeruandas, verùm & de propria Eccleſia, quæ illis malè fauerit, omnimodo adnitendum, vt etiam authoritate publica reüciantur, atque ab ipſis principalibus cathedris remoueantur. Oportet enim, vt qui vniuerſis fratribus, ac toto Concilio inhæſerit, non ſolùm ſuam integro iure, ſed & diœceſes poſſideat. At verò, qui ſibimet putant plebes ſufficere, fraterna dilectione contempta, non tantùm diœceſes amittant, ſed, vt dixi, etiam propriis publica careant authoritate, vt rebelles. Honoratus & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: Summa prouiſio ſanctitatis tuæ cohæſit mentibus ſingulorum, & puto, omnium reſponſione ea quæ proſequi dignatus es, roboranda. Vniuerſi Epiſcopi dixerunt: Placet, placet.

Vt alienus clericus minimè ſuſcipiatur ab alio.

Epigonivs Epiſcopus dixit: In multis Conciliis hoc ſtatutum eſt, etiam nunc hoc confirmatum eſt à veſtra prudentia, beatiſſimi fratres, vt clericum alienum nullus ſibi prærripiat Epiſcopus præter eius arbitrium, cuius fuerit clericus. Dico autem Iulianum, qui ingratus eſt Dei beneficiis per meam paruitatem in ſe conlatis, ita temerarium, & audacem extitiſſe, vt eum, qui à me baptizatus eſt, cùm eſſet puer egentiſſimus, mihi ab eodem commendatus, cúmque multis annis à me aleretur, atque increſceret, hunc, vt dixi, baptizatum eſſe in Eccleſia mea, per manum paruitatis meæ conſtat: idem in diœceſi Mappalienſi lector eſſe cœperat, immo annis ferme duobus legerat, neſcio quo contemptu humilitatis meæ, idem Iulianus eum arripuit, quem dicit quaſi proprium ciuem ſui loci Vazaritani, me inconſulto vſurpare, nam & diaconum illum ordinauit: hoc ſi liceat, pateat hæc licentia nobis beatiſſimi fratres; ſi minùs, tam impudens cohibeatur, ne ſe miſceat communioni cuiuſquam. Numidius Epiſcopus dixit: Si non poſtulata, neque conſulta tua dignatione id videtur feciſſe Iulianus, LIV.

lianus ; iudicamus omnes iniquè factum, atque indignè. Quapropter niſi idem Iulianus correxerit errorem ſuum, & cum ſatisfactione eundem clericum, quem fuerat auſus ordinare, reuocauerit tuæ plebi, contra ſtatuta Concilij faciens, contumaciæ ſuæ ſeparatus à nobis, excipiet iudicium. Epigonius Epiſcopus dixit: Ætate patet, & ipſa promotione antiquiſſimus, vir laudabilis, frater & collega noſter Victor vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

Vt Carthaginenſi Epiſcopo, vnde voluerit, clericum liceat ordinare.

LV. Avrelivs Epiſcopus dixit: Sermonem meum admittite fratres. Contingit nonnunquam, vt poſtulentur ab Eccleſiis, quæ præpoſitis egent, vel preſbyteris, vel Epiſcopis: & tamen memor ſtatutorum id ſequor, vt conueniam Epiſcopum eius, atque ei inculcem, quòd eius clericus à qualibet Eccleſia poſtuletur: ſed fortè in hodierno non reluctati ſunt, & nequando contingat, vt reluctentur, cùm fuerint à me in hac cauſa poſtulati, quem ſcitis multarum Eccleſiarum, & ordinandorum curam ſuſtinere. Iuſtum eſt ergo, vt quemlibet conſacerdotum conueniam cum duobus è conſortio noſtro, vel tribus teſtibus. Sin verò indeuotus extiterit, quid cenſet charitas veſtra faciendum? ego enim cunctarum Eccleſiarum, dignatione Dei, vt ſcitis fratres, ſolicitudinem ſuſtineo. Numidius Epiſcopus dixit: Fuit ſemper hæc licentia huic ſedi, vt vnde vellet, & de cuius nomine fuiſſet conuentus, pro deſiderio cuiuſque Eccleſiæ ordinare Epiſcopum. Epigonius Epiſcopus dixit: Bonitas ſequeſtrat poſſibilitatem, minùs enim præſumis, frater, cùm te bonum, & clementem omnibus præbes: habes enim hoc in arbitrio, ſed longè eſt, vt ſatisfiat perſonæ vniuſcuiuſque Epiſcopi in prima tantummodo conuentione. Si autem quod licet huic ſedi vendicandum ſibi fuerit arbitratus, neceſſe habes tu omnes Eccleſias fulcire, vnde tibi non poteſtatem damus, ſed tuæ adſignamus: vt liceat voluntati tuæ, & ſemper tenere quem voles, vt præpoſitos plebibus, vel Eccleſiis non conſtituas, qui poſtulati fuerint, & vnde volueris. Poſthumianus Epiſcopus dixit: Deinde, qui vnum habuerit, nunquid debet illi vnus preſbyter auferri? Aurelius Epiſcopus dixit: Sed Epiſcopus vnus eſſe poteſt, per quem dignatione diuina presbyteri multi conſtitui poſſint, vnus autem Epiſcopus difficilè inuenitur conſtituendus. Quapropter ſi neceſſarium Epiſcopatui quis habuerit preſbyterum, & vnum, vt dixiſti frater, habuerit: etiam ipſum ad promotionem dare debebit. Poſthumianus Epiſcopus dixit: Ergo ſi habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs ſubuenire. Aurelius Epiſcopus dixit: Sanè quando tu Eccleſiæ alteri ſubueneris, perſuadebitur illi, qui plures habet clericos, vt vnum tibi ordinandum largiatur.

Vt Epiſcopi, qui in diœceſibus fuerint ordinati, diœceſim ſibi nullam vendicent.

Honoratvs, & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: Audiuimus conſtitutum, vt diœceſes non mereantur Epiſcopos accipere, niſi conſenſu eius, ſub quo fuerant conſtitutæ: ſed in prouincia noſtra cùm aliqui fortè in diœceſi, concedente eo Epiſcopo, in cuius poteſtate fuerant conſtituti, ordinati ſunt Epiſcopi, etiam diœceſes ſibi vendicant, hoc & corrigi charitatis veſtræ iudicio, & inhiberi de cætero debet. Epigonius Epiſcopus dixit: Singulis Epiſcopis ſeruatum eſt, quod decebat: vt ex maſſa diœceſium nulla carperetur, vt proprium Epiſcopum habuiſſet, niſi ipſe conſenſum adhibuiſſet concedendi. Sufficiat enim, ſi conceſſerit, vt eadem diœceſis permiſſa, proprium tantùm Epiſcopum habeat: cæteras ſibi non vindicent diœceſes, quia exempta de faſce multarum ſola meruit honorem Epiſcoparus ſuſcipere. Aurelius Epiſcopus dixit: Non dubito charitati veſtræ omnium placere eum, qui in diœceſi concedente Epiſcopo, qui matricem tenuit, ſolam eandem retinere plebem, in qua fuerat ordinatus: quoniam igitur vniuerſa arbitror fuiſſe tractata, ſi omnia cum animo veſtro conuenerunt, ſermone veſtro cuncta roborate. Vniuerſi Epiſcopi dixerunt: Omnibus nobis hæc placuerunt, & hæc noſtra ſubſcriptione firmauimus, & ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi: ſimiliter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt. LVI.

In hoc Concilio ſtatutum eſt, vt Epiſcopi ſine formata non nauigent.

Cæsario & Attico v v. c c. Conſſ.

V

ſexto Kal. Iulias Catthagine, placuit vt nullus Epiſcoporum nauiget ſine formata Primatis. Geſta in authenticis, qui quæret, inueniet.

De Concilio iſto legati ad Imperatorem, infraſcripti diriguntur Epiſcopi.

Post conſulatum glorioſiſſimi Imperatoris Honorij Augusti IV. & Eutychiani v. c. quinto Kal. Maias, Carthagine, in ſecretario baſilieæ reſtitutæ. In hoc Concilio legationem ſuſceperunt Epigonius, & Vincentius Epiſcopi: vt pro eonfugientibus ad Eccleſiam, quocunque reatu inuolutis legem de glorioſiſſimis Principibus mereantur, ne quis eos audeat abſtrahere.

In hoc Concilio legatio deſtinatur ad Romanum & Mediolanenſem Epiſcopos, de paruulis, qui apud hæreticos baptiſati ſunt, & ad Imperatorem de idolorum reliquiis auferendis, & de aliis rebus quampluribus.

Post Conſulatum Fl. Stiliconis v. c. XIV. Kal. Iulias, Carthagine, in ſeeretatio baſilicæ reſtitutæ. Cùm Aurelius Epiſcopus vnà cum Coëpiſeopis ſuis eonſediſſet, adſtantibus diaconis, Aurelius Epiſcopus dixit: Eeeleſiarum Dei per Africam conſtitutarum neceſſitates mecum optimè nouit eharitas veſtra, ſanctiſſimi fratres, & quoniam præſtitit Dominus, vt ex aliqua parte ſancti eœtus veſtti eſſet congregata præſentia: videtur mihi, vt has eaſdem neceſſitates, quas pro ſolicitudine noſtra indagare potuimus, in medium proferamus, quas cùm approbauerit veſtra ſineeritas, ſit conſequens, eligendum eſſe vnum à noſtro numero conſacerdotem, qui auxiliante Domino, & orationibus veſtris, & has ipſas neceſſitates ſuſcipere poſſit, & gnauitet peragendas implere, perrecturus ad tranſmarinas Italiæ partes, vt tam ſanctis fratribus, & conſacerdotibus noſtris, venerabili ſancto fratri Anaſtaſio, Sedis Apoſtolicæ Epiſcopo, quàm etiam ſancto fratri Venerio ſacerdoti Mediolanenſis Eccleſiæ, neceſſitatem ipſam, ac dolorem atque inopiam noſtram valeat intimare. Ex his enim ſedibus hoc fuerat prohibitum, quod nouerim, communi periculo prouidendum: maximè quia tanta indigentia clericorum eſt, multæque Eccleſiæ ita deſertæ ſunt, vt ne vnum quidem diaconum vel inliteratum habere teperiantur. Nam de eæteris ſuperiotibus gradibus, & officiis tacendum arbitror, quia, vt dixi, ſi miniſterium diaconi facilè non inuenitur, multo magis ſuperiorum honorum inueniri non poſſe certiſſimum eſt. Et quotidianos planctus diuerſarum penè emortuarum plebium iam non ſuſtinemus: quibus niſi fuetit aliquando ſubuentum, grauis nobis, & inexcuſabilis innumetabilium animarum pereuntium cauſâ apud Deum manſura eſt.

Vt paruuli apud Donatiſtas baptiſati, in Catholica Eccleſia clerici ordinentur.

Vnde quoniam ſuperioti Concilio ſtatutum eſſe nieeum recognoſcit vnanimitas veſtra, vt hi, qui apud Donatiſtas paruuli baptiſati ſunt, nondum ſcire valentes erròris eorum interitum: & poſteaquam ad ætatem rationis capacem peruenerunt, agnita vetitate falſitatem eorum abhorrentes ad Eccleſiam Dei Catholicam pet vniuerſum mundum diffuſam ordine antiquo, per manus impoſitionem recepti ſunt, debere talibus ſuſcipiendum munus elericatus non impedire nomen erroris: cùm veram Eccleſiam illorum putauerint ad fidem aecedendo, & ibi Chtiſto crediderint, & Trinitatis ſacramenta percepetint, quæ omnia vera, & ſancta, atque diuina eſſe certiſſimum eſt, & in his omnem animæ ſpem conſtitutam. Quanquam & hæreticorum præſumpta audacia, veritatis nomine palliata, hæe tradere audeat, quæ quoniam ſimplicia ſunt, vt præmonet beatus Apoſtolus dieendo, vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma, & iterari non liceat, quod ſemel dare oportet, anathematizato nomine erroris reeipiantur per manus impoſitionem in vnam Eccleſiam, columbam, vt dictum eſt, & vnam matrem omnium Chriſtianorum, vbi omnia illa ſacramenta ſalubriter, & æterna, & vitaliter accipiuntur: quæ perſeuerantibus in hæreſi magnam damnationis pœnam conquirunt, vt quod eis in veritare ad æternam vitam conſequendam eſſet luminoſius, hoc in errore ſit tenebroſius atque damnoſius. Quod fugientes nonnulli, & matris Eccleſiæ Catholicæ vbera eognoſcentes, qui illa omnia ſancta myſteria amore veritatis crediderunt, atque peteeperunt, quibus ſacramentorum rebus cùm vitæ bonæ probitas acceſſerit, ſine LVII.

dubio ad officium clericatus tales eſſe applicandos, & maximè in tanta rerum neceſſitate, nullus eſt, qui non concedat. Quanquam nonnulli eiuſdem ſectæ clerici cum plebibus, atque honoribus ſuis ad nos tranſire deſiderent: qui amore honoris aut perſuadent ad vitam, aut retinent ad ſalutem. Sed hoc maiori fratrum ſupradictorum conſiderationi dimittendum cenſeo: vt prudentiori ſuo conſilio noſtræ ſuggeſtionis ſermonem cùm perpenderint, quid de hac re eis placeat, nos informare dignentur. Tantùm de his, qui infantes baptizati ſunt, ſatagimus, vt noſtræ, ſi placet, in iiſdem ordinandis conſentiant voluntati: omnia ergo, quæ ſuperiùs comprehendimus, apud ſanctos Epiſcopos agenda eſſe mecum honorabilis fraternitas veſtra perpendat.

De reliquiis idolorum, vel templis ab Imperatoribus abolendis.

LVIII. INSTANT etiam aliæ neceſſitates à religioſis Imperatoribus poſtulandæ: vt reliquias idolorum per omnem Africam iubeant penitus amputari: nam pleriſque in locis maritimis, atque poſſeſſionibus diuerſis, adhuc erroris iſtius iniquitas viget: vt præcipiantur & ipſa deleri, & templa eorum, quæ in agris, vel in locis abditis conſtituta, nullo ornamento ſunt, iubeantur omni modo deſtrui.

Vt clerici de iudicij ſui cognitione, non cogantur in publico dicere teſtimonium.

LIX. PETENDVM etiam, vt ſtatuere dignentur: vt ſi fortè in Eccleſia quamlibet cauſam iure Apoſtolico Eccleſiis impoſito agere voluerint, & fortaſſe deciſio clericorum vni parti diſplicuerit: non liceat clericum in iudicium ad teſtimonium deuocari eum, qui cognitor, vel præſens fuit: vt nulla ad teſtimonium dicendum Eccleſiaſtici cuiuſlibet perſona pulſetur.

De paganorum conuiuiis auferendis.

LX. ILLVD etiam petendum, vt quæ contra præcepta diuina conuiuia multis in locis exercentur, quæ ab errore gentili attracta ſunt, ita vt nunc à paganis Chriſtiani ad hæc celebranda cogantur: ex qua re temporibus Chriſtianorum Imperatorum perſecutio altera fieri occultè videatur: vetari talia iubeant, & de ciuitatibus, & de poſſeſſionibus impoſitam pœnam prohiberi: maximè cùm etiam in natalibus martyrum per nonnullas ciuitates, & in ipſis locis ſacris talia committere non reformident. Quibus diebus etiam, quod pudoris eſt dicere, ſaltationes ſceleratiſſimas per vicos, atque plateas exerceant: vt matronalis honor, & innumerabilium feminarum pudor, deuotè venientium ad ſacratiſſimum diem, iniuriis laſciuientibus appetatur: vt etiam ipſius ſanctæ religionis penè fugiatur acceſſus.

De ſpectaculis, vt die Dominico, vel cæteris ſanctorum feſtiuitatibus minimè celebrentur.

NECNON & illud petendum, vt ſpectacula theatrorum cæterorúmque ludorum die Dominica, vel cæteris religioſis Chriſtianæ diebus celeberrimis amoueantur, maximè quia ſancti Paſchæ octauarum die populi ad circum magis, quàm ad Eccleſiam conueniunt, deberi transferri deuotionis eorum dies ſi quando occurrerint, nec oportere etiã quemquam Chriſtianorum cogi ad hæc ſpectacula: maximè, quia in his exercendis, quæ contra præcepta Dei ſunt, nulla perſecutionis neceſſitas à quoquam adhibenda eſt: ſed, vti oportet, homo libera voluntate ſubſiſtat ſibi diuinitus conceſſa. Corporatorum enim maximè periculum conſiderandum eſt, qui contra præcepta Dei, magno terrore coguntur ad ſpectacula conuenire. LXI.

De clericis damnatis.

ET illud petendum, vt ſtatuere dignentur: vt ſi quis cuiuſlibet honoris clericus iudicio Epiſcoporum quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum ſiue ab Eccleſiis, quibus præfuit, ſiue à quolibet homine defenſari, interpoſita pœna damni, pecuniæ, atque honoris, quo nec ætatem, nec ſexum excuſandum eſſe præcipiant. LXII.

De hiſtrionibus Chriſtianis factis.

ET de his etiam petendum: vt ſi quis ex qualibet ludicra arte ad Chriſtianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere: non eum liceat à quoquam iterum ad eadem exercenda reduci, vel cogi. LXIII.

De manumiſſionibus in Eccleſia celebrandis, ab Imperatore poſcendum.

DE manumiſſionibus ſanè in Eccleſia LXIV.

dicendis : ſi id noſtri conſacerdotes per Italiam facere reperiuntur, noſtræ etiam erit fiduciæ iſtorum ordinem conſequi : data planè licentia, miſſo legato, vt quæcunque digna fide pro ſtatu Eccleſiæ, & ſalute animarum agere potuerit, nos laudabiliter in conſpectu Domini accepturos. Quæ omnia, ſi ſanctitati veſtræ placent, edicite: vt & meam ſuggeſtionem ratam eſſe vobis aduertant, & noſtram omnium conſenſionem ſinceritas eorum libenter accipiat. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placent hæc, quæ iniuncta ſunt peragenda, & prudenter à tua ſanctitate enarrata.

De Equitio damnato Epiſcopo.

LXV. AVRELIVS Epiſcopus dixit: Equitij etiam, olim merito ſuo Epiſcopali ſententia damnati, non arbitror prætereundam eſſe legationis cauſam : vt ſi fortè eum in illis partibus repererit, ſit eidem fratri noſtro curæ pro Eccleſiæ ſtatu quod oportuerit, vel vbi licuerit, aduerſus eum peragere. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt : Multum placet & iſta proſecutio : maximè cùm olim damnatus ſit Equitius, & eius impudens inquietudo pro ſtatu, & ſalute Eccleſiæ magis magiſque vbique repellenda. Et ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis, huic decreto conſenſi, & perlecto ſubſcripſi : ſimiliter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

In hoc Concilio literæ leguntur Anaſtaſij Romani Pontificis, de Donatiſtis Catholicos Epiſcopos admonentis.

VINCENTIO, & Frauito vv. cc. Conſſ. Idus Septembris, Carthagine in ſecretario baſilicæ reſtitutæ, cùm in Concilio congregati in Eccleſia Carthaginenſi conſediſſemus ex Africanis omnibus prouinciis Epiſcopi, id eſt Aurelius eiuſdem ſedis Epiſcopus cum collegis ſuis, quos eorum ſubſcriptio manifeſtat : recitatis epiſtolis beatiſſimi fratris & conſacerdotis noſtri Anaſtaſij, Eccleſiæ Romanæ Epiſcopi, quibus nos paternæ, & fraternæ charitatis ſolicitudine, ac ſinceritate adhortatus eſt: vt de hæreticorum, & ſchiſmaticorum Donatiſtarum inſidiis, & improbitatibus, quibus Africanam Eccleſiam Catholicam grauiter vexant, nullo modo diſſimulemus. Gratias agimus Domino noſtro, quòd illi optimo, ac ſancto Antiſtiti ſuo tam piam curam pro membris Chriſti, quamuis in diuerſitate terrarum, ſed in vna compage corporis conſtitutis, inſpirare dignatus eſt.

Vt cum Donatiſtis leniùs agatur.

DEINDE pertractatis, & conſideratis omnibus, quæ vtilitati Eccleſiæ conuenire videbantur, annuente, atque admonente ſpiritu Dei eligimus cum memoratis hominibus, quamuis de Dominici corporis vnitate inquieta diſſenſione præciſis, leniter, & pacificè agere : vt quantum in nobis eſt omnibus, qui eorum communione, & ſocietate irretiti ſunt, per vniuerſas prouincias Africanas penitus innoteſcat, quàm miſerabili errore deuincti ſunt: ne fortè, ſicut dicit Apoſtolus, nobis in manſuetudine corripientibus diuerſa ſentientes, det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant de diaboli laqueis, captiuati ab ipſo in ipſius voluntatem. LXVI.

De literis mittendis iudicibus, vt ea, quæ inter Donatiſtas, & Maximianiſtas acta ſunt, innoteſcant.

ITAQVE placuit, vt ex Concilio noſtro literæ darentur ad iudices Africanos, à quibus hoc peti congruum videretur, vt in hoc adiuuent communem matrem Eccleſiam Catholicam, in quo Epiſcopalis authoritas communiri in ciuitatibus poteſt, id eſt vt iudiciaria poteſtate atque diligentia ex fide Chriſtiana, quid geſtum ſit in omnibus locis, in quibus Maximianiſtæ baſilicas obtinuerunt, qui ab eis ſchiſma fecerunt inquirant, & geſtis publicis, propter firmam notitiam omnibus neceſſariam, faciant inhærere. LXVII.

Vt clerici Donatiſtarum in Eccleſia Catholica ſuſcipiantur in clero.

DEINDE placuit, vt literæ mittantur ad fratres & Coëpiſcopos noſtros, & maximè ad Sedem Apoſtolicam, in qua præſidet memoratus venerabilis frater & collega noſter Anaſtaſius, quo nouerit habere Africam magnam neceſſitatem, propter Eccleſiæ pacem, & vtilitatem: vt ex ipſis Donatiſtis quicunque clerici correcto conſilio ad Catholicam vnitatem tranſire voluerint, ſecundùm vniuſcuiuſque Epiſcopi Catholici voluntatem, atque conſilium, qui in eodem loco gubernat Eccleſiam, ſi hoc paci Chriſtianæ prodeſſe viſum fue- LXVIII.

rit, in ſuis honoribus ſuſcipiantur, ſicut prioribus eiuſdem diuiſionis temporibus factum eſſe manifeſtum eſt. Quod multarum, & penè omnium Africanarum Eccleſiarum, quibus talis error exortus eſt, exempla teſtantur: non vt Concilium, quod in transmarinis partibus de hac re factum eſt, diſſoluatur: ſed vt illud maneat circa eos, qui ſic tranſire ad Catholicam volunt, vt nulla per eos vnitatis compenſatio procuretur. Per quos autem vel omni modo perfici, vel adiuuari manifeſtis fraternarum animarum lucris Catholica vnitas in locis, in quibus degunt, viſa fuerit: non eis obſit, quod contra honores eorum, quamuis ſalus nulli intercluſa ſit, in transmarino Concilio ſtatutum eſt; id eſt vt ordinati in parte Donati, ſi ad Catholicam correcti tranſire voluerint, non ſuſcipiantur in honoribus ſuis ſecundùm transmarinum Concilium: ſed exceptis his, per quos Catholicæ vnitati conſulitur.

Vt legatio ad Donatiſtas componendæ pacis gratia dirigatur.

LXIX. DEINDE placuit, vt his peractis legati etiam prædicandæ pacis atque vnitatis, ſine qua ſalus Chriſtiana non poteſt obtineri, è numero noſtro ad ipſorum Donatiſtarum, ſiue quos habent Epiſcopos, ſiue ad plebes mittantur, per quos omnibus in notitiam perferatur, quàm nihil habeant quod aduerſus Eccleſiam Catholicam iuſtè poſſint dicere: maximè, vt manifeſtum fiat omnibus, per geſta etiam municipalia, propter documentorum firmitatem, quid ipſi de Maximianiſtis ſchiſmaticis ſuis egerint: vbi eis diuinitus demonſtratur, ſi attendere velint, tam iniquè tunc illos ab Eccleſiæ vnitate præciſos, quàm iniquè nunc clamant à ſe Maximianiſtas ſchiſma feciſſe, ex quorum tamen numero quos iam plenarij concilij ſui authoritate damnauerant, in ſuis honoribus denuo receperunt, baptiſmum, quem damnati, & excluſi dederant, acceptauerunt: vt videant, quàm ſtulto corde reſiſtant paci Eccleſiæ toto orbe diffuſæ: cùm iſta faciant pro parte Donati, neque ſe iſtorum, quos ita receperunt, communione, propter intuitum pacis, contaminari dicant, & nos condemnent, id eſt Eccleſiam Catholicam, etiam in extremis terrarum partibus conſtitutam, per eorum communionem inquinatam, quos tunc accuſantes conuincere nequiuerunt.

Qui clerici ab vxoribus debeant abſtinere.

PRÆTEREA, cùm de quorundam clericorum, quamuis erga vxores proprias, incontinentia referretur: placuit, Epiſcopos, & presbyteros, & diaconos ſecundùm priora ſtatuta etiam ab vxoribus continere; quod niſi fecerint, ab Eccleſiaſtico remoueantur officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundùm vniuſcuiuſque Eccleſiæ conſuetudinem obſeruari debere. LXX.

De his, qui plebes proprias derelinquunt.

RVRSVM placuit, vt nemini ſit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam Eccleſiam in diœceſi conſtitutam ſe conferre, vel in re propria diutiùs, quàm oportet, conſtitutum, curam, vel frequentationem propriæ cathedræ negligere. LXXI.

De infantibus baptizandis, quoties dubitatur vtrum fuerint baptizati.

ITEM placuit de infantibus, quoties non inueniuntur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe ſine dubitatione teſtentur, neque ipſi ſunt per ætatem de traditis ſibi ſacramentis idonei reſpondere, abſque vllo ſcrupulo eos eſſe baptizandos, ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione priuari. Hinc enim legati Maurorum, fratres noſtri, conſuluerunt: quia multos tales à barbaris redimunt. LXXII.

Diem Paſchæ, die Concilij nunciandum.

ITEM placuit, vt dies venerabilis Paſchæ formatarum ſubſcriptione omnibus intimetur: dies verò Concilij idem ſeruetur, qui in Hipponenſi Concilio conſtitutus eſt, id eſt x. Kal. Septembris. Et ſcribendum ad ſingularum quarumque prouinciarum Primates, vt quando apud ſe Concilium congregant, iſtum diem non impediant. LXXIII.

Ne interuentor Epiſcopus cathedram, vbi interuentor eſt, ſedeat.

ITEM conſtitutum eſt, vt nulli interceſſori licitum ſit cathedram, cui interceſſor datus eſt, quibuſlibet populorum ſtudiis, vel ſeditionibus retinere: ſed dare operam, vt intra annum eiſdem Epiſcopum prouideat: quod ſi neglexe- LXXIV.

rit: anno exempto interuentor alius tribuatur.

De defenſoribus Eccleſiarum ab Imperatore poſcendis.

LXXV. Ab Imperatoribus, vniuerſis viſum eſt, poſtulandum propter afflictionem pauperum, quorum moleſtiis ſine intermiſſione fatigatur Eccleſia, vt defenſores eis aduerſus potentias diuitum cum Epiſcoporum prouiſione delegentur.

De Epiſcopis, qui ad Concilia non occurrunt.

LXXVI. Item placuit, vt quotieſcunque Concilium congregandum eſt, Epiſcopi, qui neque ætate, neque ægritudine, neque aliqua grauiori neceſſitate impediuntur, competenter occurrant, & Primatibus ſuarum quarumque prouinciarum intimetur, vt de vniuerſis Epiſcopis vel duæ, vel tres turmæ fiant, ac de ſingulis turmis viciſſim, quotquot electi fuerint, ad diem Concilij inſtantiſſimè occurrant. Quòd ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas in tractatoria conſcribant, vel ſi poſt aduentum tractatoriæ aliquæ neceſſitates repentè forſitan ortæ fuerint: niſi rationem impedimenti ſui apud ſuum Primatem reddiderint, Eccleſiæ ſuæ communione debere eſſe contentos.

De Creſconio.

LXXVII. De Creſconio Villa-Regenſi hoc omnibus viſum eſt, vt hinc quoque Primati Numidiæ intimetur, quo cognoſcat memoratum Creſconium ſcriptis ſuis conueniendum eſſe, vt proximo vniuerſali Africano Concilio ſuam præſentiam non differat exhibere: quòd ſi venire contempſerit, in ſe cognoſcat ſententiam promulgandam.

De Eccleſia Hipponenſium Diaretorum.

LXXVIII. Rvrsvm placuit, vt quoniam Hipponenſium Diaretorum Eccleſiæ deſtitutio non eſt diutius negligenda, & Eccleſiæ ibi ab his retinentur, qui Equitij facinoroſam communionem declinauerunt, miſſis ex præſenti Concilio Epiſcopis, Regino, Alypio, Auguſtino, Materno, Theaſio, Euodio, Placiano, Vrbano, Valerio, Ambiuio, Fortunato, Quod-vult-Deo, Honorato, Ianuario, Apto, Honorato, Ampelio, Victoriano, Euangelo, & Rogatiano; conuentis & correctis his, qui culpabili pertinacia fugam eiuſdem Equitij expectandam putabant, cum omnium voto eis Epiſcopus ordinetur. Si autem illi pacem conſiderare noluerint, non impediant in eligendo ad ordinandum præpoſito vtilitatem tanto tempore Eccleſiæ deſtitutæ.

De clericis, qui intra annum cauſam ſuam agere non procurauerint.

Rvrsvs conſtitutum eſt, vt quoties clericis conuictis, & confeſſis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter Eccleſiæ opprobrium, aut inſolentem inſultationem hæreticorum, atque gentilium; ſi fortè cauſæ ſuæ adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam aſſerere, intra annum excommunicationis hoc faciant: ſi verò intra annum cauſam ſuam purgare contempſerint, nulla eorum vox poſtea penitus audiatur. LXXIX.

Vt de alieno monaſterio ſuſceptos, nec præpoſitos monaſterij, nec clericos liceat ordinare.

Item placuit, vt ſi quis de alterius monaſterio repertum vel ad clericatum promouere voluerit, vel in ſuo monaſterio maiorem monaſterij conſtituerit: Epiſcopus, qui hoc fecerit, à cæterorum communione ſeiunctus ſuæ tantùm plebis communione contentus ſit, & ille neque clericus, neque præpoſitus perſeueret. XXC.

De Epiſcopis, qui hæreticos, vel paganos hæredes inſtituunt.

Item conſtitutum eſt, vt ſi quis Epiſcopus hæredes extraneos à conſanguinitate ſua, vel hæreticos etiam conſanguineos, aut paganos Eccleſiæ prætulerit, ſaltem poſt mortem anathema ei dicatur, atque eius nomen inter Dei ſacerdotes nullo modo recitetur. Nec excuſari poſſit, ſi inteſtatus deceſſerit, quia vtique debuit factus Epiſcopus rei ſuæ ordinationem congruam ſuæ profeſſioni nequaquam differre. XXCI.

De manumiſſionibus.

Item placuit, vt de manumiſſionibus in Eccleſia celebrandis ab Imperatore petatur. XXCII.

De falſis memoriis martyrum.

Item placuit, vt altaria, quæ paſſim per agros, & per vias, tanquam memoriæ XXCIII.

martyrum conſtituuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ martyrum condiræ probantur, ab Epiſcopis, qui locis eiſdem præſunt, ſi fieri poteſt, euertantur: ſi autem hoc per tumultus populares non ſinitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, vt qui rectè ſapiunt, nullâ ibi ſuperſtitione deuincti teneantur: & omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, niſi vbi corpus, aut aliquæ reliquiæ ſunt, aut origo alicuius habitationis, vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſima origine traditur. Nam quæ per ſomnia, & per inanes quaſi reuelationes quorumlibet hominum vbicunque conſtituuntur altaria, omni modo reprobentur.

De idolorum reliquiis extirpandis.

XXCIV. ITEM placuit ab Imperatoribus glorioſiſſimis peti, vt reliquiæ idololatriæ non ſolùm in ſimulacris, ſed in quibuſcunque locis, vel lucis, vel arboribus omni modo deleantur.

Vt ab Epiſcopo Carthaginenſi, cùm opus fuerit, omnium Epiſcoporum nomine dictentur, & ſubſcribantur epiſtolæ.

XXCV. AB vniuerſis etiam Epiſcopis dictum eſt, vt ſi quæ literæ dictandæ in Concilio placuerint, venerandus Epiſcopus, qui huic ſedi præſidet, omnium nomine dictare, & ſubſcribere dignetur, in quibus etiam ad Epiſcopos legatos, qui per prouincias Africanas in cauſa Donatiſtarum mittendi ſunt, placuit literas dari tenorem mandati continentes, quem non egrediantur. Et ſubſcripſerunt: Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi, ſimiliter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

In hoc Concilio præterita decreta firmantur.

GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Arcadio, & Honorio Auguſtis v. Conſſ. ſexto Kal. Septembris, in ciuitate Mileuitana, in ſecretario baſilicæ, cùm Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis in Concilio vniuerſali conſediſſet, adſtantibus diaconis, Aurelius Epiſcopus dixit: Quoniam Eccleſiæ ſanctæ vnum eſt corpus, omniúmque membrorum caput eſt vnum, factum eſt, volente Deo, & noſtram infirmitatem iuuante, vt ad hanc Eccleſiam veniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati, vnde quæſo charitatem veſtram, quia ita credendum eſt, quia noſter acceſſus ad vos nec ſuperfluus, nec inſuauis eſt cunctis, vt conſenſus omnium veſtrûm manifeſtetur concordare complacitis decretorum, quæ iamdudum vel in Hipponenſi Synodo firmata ſunt, vel poſtmodum meliore Concilio apud Carthaginem definitâ, nunc quoque nobis ex ordine recitentur. Tunc demum fraternitatis veſtræ concordia luce clarior apparebit, ſi hæc, quæ à nobis ſuperioribus Conciliis legaliter definita noſcuntur, non ſolùm conſenſu veſtro his actis, verùm & ſubſcriptionibus manifeſtetis. Xantippus Epiſcopus primæ ſedis Numidiæ dixit: Credo quod omni fraternitati placuit & ſtatuta ſua manu confirmauerunt, ſubſcribendo etiam nobis placere poſſe, & noſtra ſubſcriptione firmamus. Nicetius Epiſcopus primæ ſedis Mauritaniæ Sitifenſis dixit: Quæ recitata ſunt decreta, quoniam ratione non carent, & ſunt approbata cunctis, etiam & meæ paruitati hæc placent, quæ quidem propria ſubſcriptione firmabo.

De Epiſcoporum ordine, vt qui poſteriùs ordinati ſunt, prioribus ſe non audeant anteferre.

VALENTINVS Epiſcopus dixit: Si XXCVI. permittit bonum patientiæ veſtræ, proſequor ea, quæ præterito tempore in Eccleſia Carthaginenſi geſta ſunt, & ſubſcriptionibus fratrum firmata claruerunt, etiam nos hoc ſeruaturos eſſe profiteor: ſed illud ſcimus, inuiolatè ſemper manſiſſe Eccleſiaſticam diſciplinam, ita vt nullus fratrum prioribus ſuis ſe aliquando auderet anteponere, ſed officiis charitatis id ſemper exhibitum eſt prioribus, quod in ſequentibus gratanter ſemper acciperetur. Hunc ordinem iubeat ſanctitas veſtra meliùs veſtris interlocutionibus roborari. Aurelius Epiſcopus dixit: Non decuerat quidem, vt hæc repeteremus, niſi fortè exiſterent inconſideratæ mentes quorumdam, quæ ad hæc ſtatuenda noſtros acuerent ſenſus, ſed communis hæc cauſa eſt, quam inſinuauit frater, & conſacerdos noſter, vt vnuſquiſque noſtrûm ordinem ſibi decretum à Deo cognoſcat, & poſteriores anterioribus deferant, nec eis inconſultis aliquid agere præſumant. Qua de re dico, prout captus animi mei retinet, eos, qui puta-

uerint ſpretis maioribus aliquid præſumendum, competenter eſſe ab omni Concilio coërcendos. Xantippus Epiſcopus primæ ſedis Numidiæ dixit: Audiuit omnium fratrum præſentia proſecutionem fratris & conſacerdotis noſtri Aurelij, quid ad hæc reſpondent? Datianus Epiſcopus dixit: Quæ maiorum decreuit ſententia, noſtro aſſenſui mancipabuntur, vt quæ prateritorum Conciliorum geſtis tenentur Carthaginenſis Eccleſiæ, noſtra aſſenſione plenè apud omnes firmata teneantur. Vniuerſi Epiſcopi dixerunt: Hic ordo & à patribus, & à maioribus ſeruatus eſt, & à nobis Deo propitio ſeruabitur, ſaluo etiam iure Primatus Numidiæ, & Mauritaniæ.

De Archiuo, & matricula Numidiæ.

DEINDE placuit omnibus Epiſcopis, qui in hoc Concilio ſubſcripſerunt, vt matricula, & archiuus Numidiæ, & apud primam ſedem ſit, & in metropoli, id eſt Conſtantina.

De Quodvultdeo Epiſcopo.

XXCVII. DE Quodvultdeo etiam Centurienſi, quoniam aduerſarius ipſius, cùm ſe petiſſet introduci ad Concilium noſtrum, interrogatus, vtrum cum eo vellet apud Epiſcopos experiri, primò promiſerat, & alia die reſpondit hoc ſibi non placere, atque diſceſſit: placuit omnibus Epiſcopis, vt nullus idem Quodvultdeo communicet, donec cauſa eius, qualem potuerit, terminum ſumat. Nam adimi ei Epiſcopatum, antequam cauſæ eius exitus appareret, nulli Chriſtiano videri iure potuiſſet.

De Maximiano Epiſcopo.

XXCVIII DE Maximiano autem Bagaienſi, & ad eum, & ad ipſam plebem placuit de Concilio literas dari, vt & ipſe ab Epiſcopatu diſcedat, & illi ſibi alium requirant.

Vt Epiſcopi, qui ordinantur, ab ordinatoribus ſuis epiſtolas accipiant, qua diem, & conſulem praferant.

XXCIX. DEINDE placuit, vt quicunque deinceps ab Epiſcopis ordinantur per prouincias Africanas, literas accipiant ab ordinatoribus ſuis manu eorum ſubſcriptas, continentes conſulem & diem: vt nulla altercatio de poſterioribus, vel anterioribus oriatur.

De his, qui vel ſemel in Eccleſia legerint, ab aliis non poſſe promoueri.

ITEM placuit, vt quicunque in Eccleſia vel ſemel legerit, ab alia Eccleſia ad clericatum non teneatur. Et ſubſcripſerunt: Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi: ſimiliter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt. XC.

In hoc Concilio quid egerint Epiſcopi, qui ad tranſmarina legati directi ſunt, intimatur.

GLORIOSISSIMO Imperatore Theodoſio Auguſto, & Rumorido v. c. Conſſ. IX. Kal. Septembris Carthagine, in baſilica regionis ſecundæ, cùm Aurelius Epiſcopus in vniuerſali Concilio conſediſſet, adſtantibus diaconis, Aurelius Epiſcopus dixit: Exigente ratione fraternitas veſtra à mea tenuitate ad hoc Concilium congregata eſt, iamdudum enim, ſicut veſtra ſanctitas recordatur, habito Concilio deſtinauimus fratres noſtros ad tranſmarina legatos, quos oportuit in cœtu ſanctitatis veſtræ perfunctæ legationis curſum narrare, & licèt heſterno die de hac re conſidentibus nobis præter geſta Eccleſiaſtica diligentiùs quæ geſſerint, tractaremus, hodie tamen oportet tractatum heſterni diei actis Eccleſiaſticis confirmari.

De Epiſcopis prouinciarum Africa, qui non adfuerunt praſenti Concilio.

ORDO itaque rerum depoſcit, vt primitus de fratribus noſtris & conſacerdotibus, qui ad hoc Concilium vel de Byzatio, vel certè de Mauritania conuenerunt, quæramus, quemadmodum huic Concilio decreuerint intereſſe, & offerentibus Philologio, Geſta, Venuſtiano, & Feliciano Epiſcopis prouinciæ Byzacenæ, legationis literas, & recitatis, offerentibus etiam Luciano, & Syluano legatis prouinciæ Mauritaniæ Sitifenſis legationis literas, & recitatis, Aurelius Epiſcopus dixit: Horum ſcriptorum textus ſociabitur geſtis.

De Epiſcopis Byzacenis.

NVMIDIVS Epiſcopus dixit: Animaduertimus fratres & Coëpiſcopos noſtros Byzacenæ prouinciæ, & Mauritaniæ Sitifenſis ad Concilium deſtinaſſe legatos: nunc quæramus, vtrum legati

gati Numidiæ aduenerint, vel certè prouinciæ Tripolitanæ, vel Mauritaniæ Cæſarienſis.

De Epiſcopis Mauritaniæ Sitifenſis.

LVCIANVS, & Syluanus Epiſcopi, legati prouinciæ Mauritaniæ Sitifenſis dixerunt: Serò ad Cæſarienſes fratres noſtros tractoria venit, nam iam & illi venirent, tamen neceſſe eſt veniant, & confidimus de animis illorum, quia ſi quid in hoc Concilio geſtum fuerit, & ipſi ſine dubio ſuos conſenſus adhibebunt.

De Epiſcopis Numidiæ.

ALYPIVS Epiſcopus Eccleſiæ Tagaſtenſis dixit: Nos quidem de Numidia venimus, ego, & ſancti fratres Auguſtinus, & Poſidius, ſed de Numidia legatio mitti non potuit, quòd adhuc tumultu tironum, Epiſcopi propriis neceſſitatibus in ciuitatibus ſuis aut impediti, aut occupati ſunt. Nam etiam tractoriam ſanctitatis tuæ cùm ad ſanctum ſenem Xanrippum deferrem, in præſenti tractatu hoc viſum fuerat, vt Concilium indiceretur, quòd inſtructa legatio poſſet ad hoc Concilium deſtinari, ſed cùm eum poſterioribus literis ammonerem de impedimento tironum, vt ſuperiùs dixi, reſcriptis propriis excuſauit. Aurelius Epiſcopus dixit: Non dubium eſt, quòd prædicti fratres & Coëpiſcopi noſtri Numidiæ, cùm geſta Concilij acceperint, & ſuos adhibebunt conſenſus, & in effectum deducere maturabunt, quæcunque in placitum venerint: cura ergo iſtius ſedis hoc ipſum vt eis intimetur neceſſe eſt prouideri.

De Epiſcopis Tripolitanis.

DE Tripolitanis verò fratribus noſtris hoc potui condiſcere, quòd Dulcicium fratrem noſtrum deſtinauerint legatum: ſed quia non potuit occurrere, hoc aſſeuerauerunt quidam filij noſtri venientes de ſupradicta prouincia, quòd memoratus naui ſe commiſerit, & credendum eſt accidiſſe nonnullam de tempeſtatibus moram, quæ retardaret eius aduentum: tamen etiam circa ipſos, ſi charitati veſtræ placet, hæc forma ſeruabitur, vt placita ad eoſdem Concilij tranſmittantur. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Hæc, quæ ſtatuit ſanctitas tua, omnibus placent.

De conueniendis Donatiſtis.

XCI. AVRELIVS Epiſcopus dixit, quòd in tractatum venit charitatis veſtræ, puto hoc Eccleſiaſticis geſtis eſſe firmandum. Profeſſio enim veſtra omnium hoc deprompſit, debere vnumquemque noſtrûm in ciuitate ſua per ſe conuenire Donatiſtarum præpoſitos, aut adiungere ſibi vicinum collegam: vt pariter eos in ſingulis quibuſque ciuitatibus, vel locis per magiſtratus, vel ſeniores locorum conueniant. Hoc ſi omnibus placet, edicatur: Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet, & omnes hac ſubſcriptione noſtra firmauimus. Petimus etiam, vt epiſtolis ad iudices de Concilio mittendis, pro omnibus ſubſcribat ſanctitas tua. Aurelius Epiſcopus dixit: Si videtur charitati veſtræ, forma conuentionis eorum recitetur: vt hunc tenorem proſecutionis omnes, ſi placuerit, teneamus. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Recitetur. Lætus notarius recitauit.

Forma conuentionis Donatiſtarum.

XCII. ILLE Epiſcopus Eccleſiæ illius dixit: Quid de authoritate illius ampliſſimæ ſedis impetrauerimus, petimus grauitatem veſtram recitare, & geſtis innecti, atque vt in effectum deduci iubeatis. Recitata autem iuſſione, atque actis innexa, ille Epiſcopus Eccleſiæ illius dixit: Quid ergo nobis de Concilio Eccleſiæ Catholicæ mandatum ſit ad Donatiſtas per veſtram grauitatem perferendum, audire, & actis inſerere, & ad eos perferre dignemini, eorúmque reſponſionem rurſus apud acta veſtra nobis inſinuare. Conuenimus vos ex Concilij noſtri Catholica authoritate miſſi, de veſtra correptione gaudere cupientes, conſiderantes Domini charitatem, qui dixit, Beati pacifici, quia ipſi filij Dei vocabuntur, & admonuit per Prophetam etiam in his, qui dicunt ſe fratres noſtros non eſſe, dicere nos debere, fratres noſtri eſtis. Hanc ergo pacificam ex charitate venientem commonitionem noſtram contemnere non debetis: vt ſi quid veritatis habere vos arbitramini, non dubitetis adſerere, id eſt, vt congregato veſtro Concilio deligatis ex vobis, quibus cauſam aſſertionis veſtræ committatis: vt & nos poſſimus hoc facere, vt etiam de noſtro Concilio deligantur, qui cum eis, quos delegeritis, conſtituto loco, & tempore quicquid quæſtionis eſt,

Digitized by Google

quod veſtram à nobis ſeparat communionem, cum pace diſcutiant, & tandem aliquando adiuuante Domino Deo noſtro, finem veternoſus error accipiat, ne propter animoſitatem hominum infirmæ animæ, & ignari populi ſacrilega diſſenſione diſpereant. Si enim hoc fraternè acceperitis, veritas facilè dilueſcet, ſi autem hoc facere nolueritis, diffidentia veſtra facilè innoteſcet. Cúmque recitata eſſet, ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Satis placet, hoc fiat. & ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi,& prælecto ſubſcripſi. ſimiliter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Hac Synodus aduerſus Donatiſtas legationem ad Principes dirigit.

GLORIOSISSIMO Imperatore Honorio Auguſto VI. Conſſ. XII. Kal. Iulias Carthagine, in baſilica regionis ſecundæ. In hoc Concilio legationem ſuſceperunt Theaſius, & Euodius contra Donatiſtas, in quo Concilio inſertum eſt commonitorium, quod ita ſe continet.

Quale commonitorium acceperunt legati contra Donatiſtas.

XCIII. COMMONITORIVM fratribus Theaſio, & Euodio, legatis ex Carthaginenſi Concilio adglorioſiſſimos, religioſiſſimóſque Principes miſſis, cùm Domini auxilio piiſſimos Imperatores adierint, vt eis inſinuent.

Quemadmodum plena fiducia ſecundùm ſuperioris anni Concilium Donatiſtarum præpoſiti actis municipalibus ſunt conuenti: vt ſi confiderint de aſſertionibus ſuis, electis ex ſuo numero aliquibus idoneis, nobiſcum pacificè conferrent, & manſuetudine Chriſtiana, ſi quid veritatis tenerent, non ambigerent demonſtrare, quò ita ſinceritas Catholica, quæ iam pridem ſuperioribus temporibus claruit, nunc quoque per imperitiam, vel pertinaciam reſiſtentibus innoteſceret: ſed quia diffidentia premebantur, nihil penè auſi ſunt reſpondere. Vnde quia impletum eſt erga eos Epiſcopale, ac pacificum officium, & illi qui veritati reſpondere nequiuerunt, ad immanes violentias ſunt conuerſi; ita, vt multos Epiſcopos, multóſque clericos (vt de laïcis taceamus) inſidiis oppreſſerint, Eccleſias etiam aliquas inuaſerint, aliquas inuadere pertentauerint: ipſorum iam clementiæ eſt conſulere, vt Eccleſia Catholica, quæ eos religioſo vtero, in Chriſto genuit, & fidei firmitate nutriuit, eorum etiam proſpectione muniatur, ne temerarij homines, religioſis temporibus, infirmos populos terrendo præualeant: quoniam ſeducendo deprauare non poſſunt. Nota eſt enim,& ſæpe legibus conclamata Circumcellionum qua furunt, deteſtabilis manus: quæ etiam ipſorum religioſiſſimorum ſuprà Principum frequentibus ſanctionibus condemnata eſt, aduerſus quorum furorem poſſimus non inſolita, nec à ſcripturis ſanctis aliena impetrare præſidia, quando Apoſtolus Paulus, ſicut in Apoſtolorum actibus fidelibus notum eſt, factioſorum conſpirationem militari etiam ſubmouit auxilio. Sed nos illud poſcimus, vt Catholicis Eccleſiis ordinum per ciuitates ſingulas, & vicinorum quorumque poſſeſſorum per diuerſa loca ſine vlla diſſimulatione tuitio præbeatur. Simul etiam petendum, vt illam legem, quæ à religioſæ memoriæ eorum patre Theodoſio de auri libris decem in ordinatores, vel ordinatos hæreticos, ſeu etiam in poſſeſſores, vbi eorum congregatio deprehenditur, promulgata eſt, ita deinceps confirmari præcipiant: vt in eos valeat, contra quos propter eorum inſidias Catholici prouocati conteſtationem depoſuerint, vt hoc ſaltem terrore à ſchiſmatica, vel hæretica prauitate deſiſtant, qui conſideratione æterni ſupplicij emendari corrigíque diſſimulant. Petendum etiam, vt lex, quæ hæreticis vel ex donationibus, vel ex teſtamentis aliquid capiendi, vel relinquendi denegat facultatem, ab eorum quoque pietate hactenus repetatur, vt eis relinquendi, vel ſumendi ius adimat, qui pertinaciæ furore cæcati, in Donatiſtarum errore perſeuerare voluerint. Cæterum illis, qui conſideratione vnitatis, & pacis ſe corrigere voluerint, abſque interdicto huius legis capiendæ hæreditatis aditus pateat, etiam ſi adhuc in errore hæretico conſtitutis aliquid antè donationis, vel hæreditatis obuenit: his ſanè exceptis, qui lite pulſati putauerint ad Catholicam tranſeundum, quia de talibus credibile eſt, non metu cæleſtis iudicij potiùs, quàm terreni commodi auiditate vnitatem Catholicam præoptaſſe. Ad hæc autem omnia præſidio opus eſt poteſtatum ſuarum quarumque prouincia-

rum, ſanè pro vtilitatibus Eccleſiæ, quicquid intellexerint prodeſſe, agendi & imperandi liberam decernimus legationem. Illud præterea cunctis nobis placuit, vt literæ de cœtu noſtro ad glorioſiſſimos Imperatores, & eminentiſſimas poteſtates dirigantur: quibus inſtruantur omnium conſenſu ad beatiſſimum comitatum legatos à nobis eſſe directos. Sed quia iiſdem literis ab omnibus ſubſcribi tardiſſimum eſt, niſi ſingulorum ſubſcriptionibus eædem epiſtolæ onerentur, petimus, frater Aureli, vt iiſdem tua charitas noſtro omnium nomine ſubſcribere dignetur, & ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis, huic decreto conſenſi, & ſubſcripſi: ſimiliter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt. Literæ etiam ad iudices mittendæ ſunt, vt donec Dominus legatos ad nos redire permittat, tuitionem per ordines ciuitatum, & poſſeſſores prædiorum Eccleſiæ Catholicæ impertiant Adiungendum etiam de Equitio, vt improbitas eius, qua ſibi ius ſacerdotum improbiſſimè vendicat, ab Hipponenſi Diaretorum diœceſi ſecundùm ſtatuta Imperatoria repellatur. Literæ etiam ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ commendatione legatorum mittendæ ſunt: vel ad alios, vbi fuerit Imperator, & ſubſcripſerunt. Item Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. ſimiliter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

In hac Synodo quæ ſtatuta ſunt, breuis declarat adnexus.

STILICONE iterum, & Arthemio vv.cc.Conſſ.x.Kal. Septembris Carthagine in baſilica regionis ſecundæ. Huius Concilij geſta ideo non ex integro deſcripſi: quoniam magis ea, quæ in tempore neceſſaria fuerunt, quàm aliqua generalia, conſtituta ſunt, ſed ad inſtructionem ſtudioſorum eiuſdem Concilij breuem digeſſi.

Breuis cauſarum.

XCIV. VT libera legatio ab omnibus prouinciis ad Concilium dirigatur. ad Mizonium legari, & literæ, propter liberam dirigendam legationem deſtinare præceptæ ſunt: vt quia apud Carthaginem tantùm vnitas facta eſt, dentur etiam literæ ad iudices: vt & aliis prouinciis, & ciuitatibus operam impendi iubeant vnitati, & gratiarum actiones de Carthaginenſi Eccleſia pro vniuerſa Africa de excluſione Donatiſtarum cum Epiſcoporum literis ad comitatum mittantur. Recitatæ literæ Papæ Innocentij, vt Epiſcopi ad tranſmarina pergere facilè non debeant, quod hoc ipſum Epiſcoporum ſententiis confirmatur: vt propter gratiarum actionem, & excluſionem Donatiſtarum duo clerici Eccleſiæ Carthaginenſis ad comitatum mittantur.

In hoc Concilio quædam de conſtitutis ſuperioribus corriguntur.

GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Honorio VII. & Theodoſio II. iterum Auguſtis Conſſ. Idus Iunias Carthagine, in baſilica regionis ſecundæ. Cùm Aurelius Epiſcopus vnà cum Epiſcopis ſuis conſediſſet, adſtantibus diaconis, quoniam conſtitutum fuerat in Concilio Hipponenſi, vt ſingulis annis contraheretur Concilium Africæ plenarium: non tantùm hîc apud Carthaginem, verùm etiam per diuerſas prouincias ſuo ordine, & hoc reſeruatum eſt, vt indiceremus aliquando in Numidia, aliquando in Byzatio, atque hoc laborioſum omnibus fratribus viſum eſt.

Concilium vniuerſale, non niſi neceſſitate faciendum.

PLACVIT, vt non ſit vltrà fatigandis fratribus anniuerſaria neceſſitas, ſed quoties exegerit cauſa communis, id eſt totius Africæ: vndecunque ad hanc ſedem de hac re datæ literæ fuerint, congregandam eſſe Synodum, in ea prouincia, vbi opportunitas perſuaſerit: cauſæ autem quæ communes non ſunt, in ſuis prouinciis iudicentur. XCV.

Vt ab electis iudicibus prouocare non liceat.

SI autem fuerit prouocatum, eligat qui prouocauerit, iudices, & cum eo & ille, contra quem prouocauerit: vt ab ipſis deinceps nulli liceat prouocare. XCVI.

De legationibus diuerſarum prouinciarum.

CVM vniuerſæ legationes diuerſarum prouinciarum allegarentur, gratiſſimè acceptæ ſunt, id eſt Numidarum, Byzacenorum, Maurorum Sitifenſium, itémque Cæſarienſium, ſed & Tripolitanorum.

Digitized by Google

De executoribus Eccleſiæ.

PLACVIT prætetea vt executores in omnibus deſidetiis quæ habet Eccleſia quinque poſtulentur, qui in diuerſis prouinciis impertiantur.

Vt ab Imperatoribus poſtuletur aduocatorum defenſio pro cauſis Eccleſiæ.

XCVII. PLACVIT etiam, vt petant ex nomine prouinciarum omnium legati perrecturi, Vincentius, & Fortunatianus à glorioſiſſimis Imperatoribus: vt dent facultatem defenſores conſtituendi ſcholaſticos, qui in actu ſunt, vel in munere defenſionis cauſarum, vt more ſacerdotum ptouinciæ, iidem ipſi qui defenſionem Eccleſiarum ſuſceperint, habeant facultatem pro negotiis Eccleſiarum, quoties neceſſitas flagitauerit, vel ad obſiſtendum obrepentibus, vel ad neceſſaria ſuggerenda, ingredi iudicum ſecretaria.

Vt ſit legatio libera.

PLACVIT vt legationem liberam habeant ad comitatum miſſi delecti legati.

Proteſtatio Maurorum Pontificum de Primoſo.

PROTESTATOS eſſe præterea Mauros Cæſarienſes conſtat, Primoſum per ptincipales ciuitatis Thiganenſis conuentum literis eotum fuiſſe, vt ſecundùm principalia ſcita, plenario Concilio ſui præſentiam faceret, & vt oportuit, requiſitus Ptimoſus repertus non eſt, ſicuti diaconi renunciauerunt: ſed quia popoſcerunt iidem Mauri, de plenario Concilio oportere literas deſtinati ad venerabilem fratrem ſenem Innocentium, has placuit mitti, vt agnoſcat requiſitum Primoſum in Concilio, & minimè fuiſſe repertum.

De plebibus, quæ nunquam Epiſcopos habuerunt.

XCVIII. PLACVIT & illud, vt plebes, quæ nunquam habuerunt proprios Epiſcopos, niſi ex Concilio plenario vniuſcuiuſque prouinciæ, & Primatis, atque conſenſu eius ad cuius diœceſim eadem Eccleſia pertinebat, decretum fuerit, minimè accipiant.

De plebibus, vel diœceſibus ex Donatiſtis conuerſis.

XCIX. SANE vt illæ plebes, quæ conuerſæ ſunt à Donatiſtis, & habuerunt Epiſcopos ſine dubio, inconſulto Concilio habere mereantut: quæ autem plebes habuerunt Epiſcopum, & eo defuncto voluerint non Epiſcopum proprium habete, ſed ad alicuius Epiſcopi diœceſim pertinere, non eis eſſe denegandum. Nec non & illud ſuggeſtum eſt, quòd plebes ante legem Imperatoris de vnitate latam quicunque conuerterentur Epiſcopi ad Catholicam, ipſi eas obtinere debeant: verùm à lege vnitatis, & deinceps, oporteat vniuerſas Eccleſias vendicare ſibi Epiſcopos Catholicos eorum locorum, ad quæ loca ſub hæreticis pertinebant vel conuerſorum ad Catholicam vel non conuerſorum hæreticorum, & diœceſes, & ſi qua fortè ſunt inſtrumenta Eccleſiæ, vel ad eius ius pertinentia. Qui verò aliqua vſurpauerunt, poſt legem vſurpata conuenti teſtituant.

De ſuggeſtione Maurentij Epiſcopi.

C. AD ſuggeſtionem vel poſtulationem Epiſcopi Maurentij, cùm lecta fuiſſet ſcheda, quam obtulit Epiſcopus Placentinus, qui perſonam legati Numidiarum geſtat, ſententia eiuſdem Placentini recitata eſt in conſpectu Epiſcoporum, & cùm quærerentur hi, quos adeſſe voluit à diaconis pro foribus, id eſt, ſeniores à noua Germania, ac minimè inuenirentur, ſecundò vel tertiò requiſiti: propterea cenſuit ſanctum Concilium, vt literæ ad eundem ſenem Xantippum prætogentur, quò nouerit voluntati plebis memoratæ nullo modo iniuriam Epiſcopi ſuccumbendum. Maurentius Epiſcopus dixit: Quoniam tequiſiti ſunt ſeniores à noua Germania ſecundò, ac tertiò, & non ſunt inuenti, quibus præceptum erat à Primate, vt occurrerent ad venerabile Concilium, quod nunc agitur idibus Iuniis, ſuam abſentiam procurarunt: idcirco decernat ex hac re aliquid ſanctitas veſtra, ne ſub moleſtia calumniæ ipſorum innocens videar laborare: Concilium ſanctum ſtatuit, debuiſſe quidem ſecundùm cenſuram ſacerdotalem ex hoc Concilio aduerſus contumaces ferri ſententiam: ſed quia manſuetudo Eccleſiaſtica ſeruanda eſt in omnibus cauſis, promiſſæ ſunt literæ ad ſenem Xantippum,

vt nouerint iudices de Concilio electos ſine dilatione conſiderare debere in ciuitate Thuburſicenſi, vt negotio congruum adhibeatur examen. Maurentius Epiſcopus dixit: Iudices peto ſanctum ſenem Xantippum, ſanctum Auguſtinum, Florentium, Theaſium, Sanſucium, Secundum, & Poſidium, hos decerni mihi iubeatis. Sanctum Concilium conceſſit iudices poſtulatos, reliquos autem iudices ad complendum numerum neceſſarios, eligentibus ipſis ſenioribus à noua Germania ſenex Xantippus curauit decernere.

De pacificandis Eccleſiis Romana, & Alexandrina.

CI. PLACVIT etiam, vt de diſſenſione Romanæ, atque Alexandrinæ Eccleſiæ, ad ſanctum Papam Innocentium ſcribatur, quò vtraque Eccleſia intra ſe pacem, quam præcepit Dominus, teneat.

De his qui vxores, aut quæ viros dimittunt, vt ſic maneant.

CII. PLACVIT, vt ſecundùm Euangelicam, & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab vxore, neque dimiſſa à marito, alteri coniungatur, ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur: quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur, in qua cauſa legem Imperialem petendam promulgari.

De precibus ad altare dicendis.

CIII. PLACVIT etiam hoc, vt preces, quæ probatæ fuerint in Concilio, ſiue præfationes, ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones, ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino contra fidem præferantur, ſed quæcunque à prudentioribus fuerint collectæ, dicantur.

De his, qui publicorum iudiciorum cognitionem ab Imperatore popoſcerint.

CIV. PLACVIT, vt quicunque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur: ſi autem Epiſcopale iudicium ab Imperatore poſtularit, nihil ei obſit.

De his, qui cùm in Africa non communicant, voluerint trans mare ſubrepere.

CV. QVICVNQVE autem non communicans in Africa, ſi in tranſmarinis ad communicandum obrepſerit, iacturam clericatus excipiat.

Vt pergentes ad comitatum cauſam ſuam, vel Carthaginenſi vel Romano Pontifici inſinuare procurent.

PLACVIT, vt quicunque ad comitatum ire voluerit, in formata, qua ad vrbis Romæ Eccleſiam mittitur, intimetur: vt inde etiam ad comitatum formatam accipiat. Quòd ſi accipiens ad Romam tantummodo formatam, & tacens neceſſitatem, quæ ad comitatum illi pergendum eſt, voluerit etiam ad comitatum pergere, à communione remoueatur. Quòd ſi ibi Romæ ei repentina neceſſitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud Epiſcopum vrbis Romæ ipſam neceſſitatem, & de hoc ſcripta eiuſdem Romani Epiſcopi perferat. Formatæ autem, quæ à Primatibus, vel à quibuſcunque Epiſcopis clericis propriis dantur, habeant diem Paſchæ: quòd ſi adhuc eiuſdem anni Paſchæ dies incertus eſt, ille præcedens adiungatur, quomodo ſolet poſt Conſulatum in publicis geſtis adſcribi. Placuit & illud, vt aduerſus Donatiſtas, & paganos, vel eorum ſuperſtitiones, legati miſſi de hoc glorioſo Concilio, quicquid vtile peruiderint, de glorioſiſſimis Principibus impetrent. Placuit etiam petitu omnium Epiſcoporum, vt epiſtolis omnibus de Concilio dandis ſanctitas tua ſola ſubſcribat. Et ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. ſimiliter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt. CVI.

Concilium contra paganos, & hæreticos.

BASSO, & Philippo vv. cc. Conſſ. XVI. Kal. Iulias Carthagine, in ſecretario baſilicæ reſtitutæ. In hoc Concilio legationem iterum ſuſcepit Fortunatianus Epiſcopus contra paganos, & hæreticos.

Item Concilium contra paganos, & hæreticos.

BASSO, & Philippo vv. cc. Conſſ. III. Idus Octobris Carthagine in ſecretario baſilicæ reſtitutæ. In hoc Concilio ſuſceperunt legationem Reſtitutus, & Florentius Epiſcopi, contra paganos & hæreticos eo tempore, quo Seuerus, & Macarius occiſi ſunt, & propter eorum cauſam Euodius, Theaſius, & Victor Epiſcopi cæſi ſunt.

Concilium de cognitione Epiſcopi.

CVII. GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Honorio VII. & Theodoſio III. Aug. Conſſ. XVII. Kal. Iulias Carthagine in baſilica regionis ſecundæ. In hoc Concilio placuit, vt non ſibi vnus Epiſcopus vendicet cognitionem. Geſta huius Concilij ideo non deſcripſi, quoniam prouinciale, non vniuerſale celebratum eſt.

Concilium contra Donatiſtas.

POST Conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum Honorij VIII. & Theodoſij III. Augg. XVIII. Kal. Iulias Carthagine in baſilica regionis ſecundæ. In hoc Concilio legationem ſuſceperunt contra Donatiſtas, Florentius, Poſſidius, Præſidius, & Benenatus Epiſcopi, eo tempore, quo lex data eſt, vt liberâ voluntate quis cultum Chriſtianitatis exciperet.

Concilium contra hæreſim Pelagij, & Celeſtij.

CVIII. GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Honorio XII. & Theodoſio IX. Augg. Conſſ. Kal. Maias Carthagine in ſecretario baſilicæ Fauſti. Cùm Aurelius Epiſcopus vniuerſali Concilio conſediſſet, adſtantibus diaconis, placuit omnibus Epiſcopis, quorum nomina, & ſubſcriptiones inditæ ſunt, in ſancta Synodo Carthaginenſis Eccleſiæ conſtitutis.

Quòd Adam non ſit factus à Deo mortalis.

CIX. VT quicunque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita vt ſiue peccaret ſiue non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit.

Quòd paruuli in peccatorum remiſſionem baptizentur.

CX. ITEM placuit, vt quicunque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur, vnde ſit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum non vera, ſed falſa intelligatur, anathema ſit. Quoniam non aliter intelligendum eſt, quod ait Apoſtolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt: niſi quemadmodum Eccleſia Catholica vbique diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſeipſos adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remiſſionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

Quòd gratia Dei non ſolùm remiſſionem tribuit peccatorum, ſed etiam præſtat adiutorium, ne peccetur.

ITEM placuit, vt quicunque dixerit gratiam Dei, quâ iuſtificatur homo per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema ſit. CXI.

Quòd gratia Chriſti non ſolùm ſcientiam tribuit quid agamus, ſed etiam dilectionem nobis inſpirat, vt quod ſcimus, implere valeamus.

ITEM quiſquis dixerit, eandem gratiam Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum propter hoc tantùm nos adiuuare ad non peccandum; quia per ipſam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus: non autem per illam nobis præſtari, vt quod faciendum cognouerimus etiam facere diligamus atque valeamus, anathema ſit. Cùm enim dicat Apoſtolus, ſcientia inflat, charitas verò ædificat, valde impium eſt, vt credamus ad eam, quæ inflat, nos habere gratiam Chriſti: ad eam, quæ ædificat, non habere: cùm ſit vtrumque donum Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus, vt ædificante charitate, ſcientia non poſſit inflare. Sicut autem de Deo ſcriptum eſt, qui docet hominem ſcientiam, ita etiam ſcriptum eſt, charitas ex Deo eſt. CXII.

Quòd ſine Dei gratia nihil boni poſſimus implere.

ITEM placuit, vt quicunque dixerit ideo nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quid facere libero iubemur arbitrio, facilius poſſimus implere per gratiam, tanquam & ſi gratia non daretur, non quidem facilè, ſed tamen poſſimus etiam ſi- CXIII.

ne illa implere diuina mandata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait, ſine me difficiliùs poteſtis facere: ſed ait, ſine me nihil poteſtis facere.

Quòd non ſolùm humilis, ſed verax ſanctorum vox iſta eſt, ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus.

CXIV. ITEM placuit, quod ait ſanctus Ioannes Apoſtolus: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt. Quiſquis ſic accipiendum putauerit, vt dicat, propter humilitatem oportere dici, nos non habere peccatum, non quia verè ita eſt, anathema ſit. Sequitur enim Apoſtolus, & adiungit: Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi ſatis apparet, hoc non tantùm humiliter, ſed etiam veraciter dici. Poterat enim Apoſtolus dicere: Si dixerimus, non habemus peccatum, nos ipſos extollimus, & humilitas in nobis non eſt: ſed cùm ait, nos ipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt, ſatis oſtendit, eum, qui dixerit ſe non habere peccatum, non verum loqui, ſed falſum.

Quòd in oratione Dominica, ſancti pro ſe dicant, dimitte nobis debita noſtra.

CXV. ITEM placuit, vt quicunque dixerit in oratione Dominica ideo dicere ſanctos, dimitte nobis debita noſtra, vt non pro ſe ipſis hoc dicant, quia non eſt eis iam neceſſaria iſta petitio, ſed pro aliis, qui ſunt in ſuo populo peccatores, & ideo non dicere vnumquemque ſanctorum, dimitte mihi debita mea, ſed dimitte nobis debita noſtra, vt hoc pro aliis potiùs, quàm pro ſe iuſtus petere intelligatur, anathema ſit. Sanctus enim, & iuſtus erat Apoſtolus Iacobus, cùm dicebat: in multis enim offendimus omnes. Nam quare additum eſt, omnes, niſi vt iſta ſententia conueniret & pſalmo, vbi legitur: Ne intres in iudicio cum ſeruo tuo, quoniam non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens: & in oratione ſapientiſſimi Salomonis: non eſt homo, qui non peccauit: & in libro ſancti Iob: in manu omnis hominis ſignat, vt ſciat omnis homo infirmitatem ſuam. Vnde etiam Daniel ſanctus, & iuſtus cùm in oratione pluraliter diceret: peccauimus, iniquitatem fecimus, & cætera, quæ ibi veraciter, & humiliter confitetur: ne putaretur, quemadmodum quidam ſentiunt, hoc non de ſuis, ſed de populi ſui potiùs dixiſſe peccatis, poſtea dixit: cùm orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo meo, noluit dicere peccata noſtra, ſed peccata populi ſui dixit, & ſua: quoniam futuros iſtos, qui tam malè intelligerent, tanquam Propheta, prævidit.

Quòd veraciter à ſanctis dicatur, dimitte nobis debita noſtra.

ITEM placuit, vt quicunque ipſa verba Dominicæ orationis, vbi dicimus, dimitte nobis debita noſtra, ita volunt à ſanctis dici, vt humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema ſit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, ſed ipſi Domino mentientem, qui labiis ſibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ ſibi dimittantur, debita non habere? CXVI.

De plebibus conuerſis à Donatiſtis.

ITEM placuit, quoniam quidem ante aliquot annos in Eccleſia plenario Concilio conſtitutum eſt, vt quæcunque Eccleſiæ in diœceſi conſtitutæ, ante leges de Donatiſtis latas, Catholicæ factæ ſunt, ad eas cathedras pertineant, per quarum Epiſcopos factum eſt, vt Catholicæ vnitati communicarent: poſt leges autem, quæcunque communicauerunt, illuc pertineant, quò pertinebant, cùm eſſent in parte Donati. Sed quia multæ controuerſiæ poſtea inter Epiſcopos de diœceſibus ortæ ſunt, & oriuntur, quibus tunc minùs videtur eſſe proſpectum, nunc iſto Concilio ſancto placuit: vt vbicunque & Catholica fuit, & pars Donati, & ad diuerſas cathedras pertinebant, quocunque tempore illic vnitas facta eſt, vel facta fuerit, ſiue ante leges, ſiue poſt leges, ad eam cathedram pertineant, ad quam Catholica, quæ iam ibi fuerat, pertinebat. CXVII.

De diœceſibus: qualiter eas diuidant inter ſe Epiſcopi tam Catholici, quàm qui ex Donati parte conuerſi ſunt.

ITA ſanè, vt ſi Epiſcopus ex Donatiſtis ad Catholicam vnitatem conuerſus eſt, æqualiter inter ſe diuidant eas, quæ ſic fuerint inuentæ, vbi ambæ partes fuerunt, id eſt, vt alia loca ad illum, alia ad CXVIII.

illum pertineant, ita vt ille diuidat, qui ampliùs temporis in Epiſcopatu habet, & minor eligat. Quòd ſi fortè vnus fuerit locus, ad eum pertineat cui vicinior inuenitur. Quòd ſi ambabus cathedris æqualiter vicinus eſt, ad eum pertineat, quem plebs elegerit. Quòd ſi fortè antiqui Catholici ſuum Epiſcopum voluerint, & illi ſuum, qui ex Donati parte conuerſi ſunt: plurium voluntas paucioribus præferatur. Si autem partes æquales ſunt, maioris temporis Epiſcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerunt: vt non poſſint æqualiter diuidi, velut ſi impari numero fuerint, diſtributis eis locis, qui parem habent numerum, quicunque locus remanſerit, hoc in eo ſeruetur, quod ſuperiùs dictum eſt, cùm de vno tractaretur loco.

Vt ſi quam diœceſim Epiſcopus ab hæreſi liberans triennio poſſederit, nullus eam repetat.

CXIX. ITEM placuit, vt etiam ſi quiſquam, poſt leges, aliquem locum ad Catholicam vnitatem conuerterit: ſi eum per triennium nemine repetente retinuit, vlteriùs ab eo non repetatur. Si tamen per ipſum triennium fuit Epiſcopus, qui poſſet repetere, & tacuit, præiudicium patietur: ſi autem non fuit, non præiudicetur matrici, ſed liceat, cùm locus acceperit Epiſcopum, qui non habebat, ex ipſo die intra triennium repetere. Itémque ſi fuerit Epiſcopus ad Catholicam ex Donati parte conuerſus, non ei præiudicet præfinitum tempus: ſed ex quo die conuerſus eſt, habeat per triennium poteſtatem repetendi loca, quæ ad ipſam pertinebant cathedram.

De his, qui in plebes, quas ad ſe putant pertinere, inconuentis his, à quibus tenentur, inruerint.

CXX. ITEM placuit, vt quicunque Epiſcopi, plebes, quas ad ſuam cathedram æſtimant pertinere, non ita repetunt, vt cauſas ſuas Epiſcopis iudicantibus agant, ſed alio retinente inuerint, ſiue volentibus, ſiue nolentibus plebibus, cauſæ ſuæ detrimentum patiantur. Et quicunque iam hoc fecerunt, ſi nondum eſt inter Epiſcopos finita contentio, ſed adhuc inde contendunt: ille inde diſcedat, quem conſtiterit prætermiſſis iudiciis Eccleſiaſticis inuaſiſſe. Nec ſibi quiſque blandiatur, ſi à Primate, vt retineat, literas impetrarit, ſed ſiue habeat literas, ſiue non habeat, conueniat eum, qui tenet, & eius literas accipiat, vt eum appareat pacificè tenuiſſe Eccleſiam ad ſe pertinentem. Si autem aliquam quæſtionem retulerit, per Epiſcopos iudices cauſa finiatur: ſiue quos eis Primates dederint: ſiue quos ipſi vicinos ex conſenſu elegerint.

De his, qui plebes ad ſe pertinentes negligunt.

ITEM placuit, vt quicunque negligunt loca ad ſuam cathedram pertinentia, in Catholicam vnitatem lucrari, conueniantur à diligentibus vicinis Epiſcopis, vt id agere non morentur. Quòd ſi intra ſex menſes à die conuentionis non effecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipſum pertineant. Ita ſanè, vt ſi ille, ad quem pertinuiſſe videbantur, probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hæreticis, vt impune ibi ſint, & ſuam diligentiam fuiſſe præuentam: vt eo modo eius cura ſolicitior vetaretur: cùm hoc iudices Epiſcopi cognouerint, ſuæ cathedræ loca reſtituant. Sanè ſi Epiſcopi, inter quos cauſa verſatur, diuerſarum ſunt prouinciarum, ille Primas det iudices, in cuius prouincia eſt locus, de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut vnus eligatur, aut tres: vt ſi tres elegerint, aut omnium ſententiam ſequantur, aut duorum. CXXI.

Quòd electorum iudicum ſententia ſperni non debeat.

A iudicibus autem, quos communis conſenſus elegerit, non liceat prouocare. Et quiſquis prouocatus repertus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cùm hoc primæ ſedis Epiſcopo fuerit probatum, det literas, vt nullus ei communicet Epiſcoporum, donec obtemperet. CXXII.

Vt ſi Epiſcopus negligat ſuam diœceſim, communione priuetur.

SI in matricibus cathedris Epiſcopus negligens fuerit aduerſus hæreticos, conueniatur à vicinis Epiſcopis diligentibus, & ei ſua negligentia demonſtretur, vt ſe excuſare non poſſit. Quòd ſi ex die, quo conuenitur, intra ſex menſes, ſi in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad CXXIII

vni-

vnitatem Catholicam conuertendos curauerit: non ei communicetur, donec adimpleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adſcribatur Epiſcopo.

De Epiſcopis, qui Donatiſtas communicaſſe mentiti fuerint.

CXXIV. Si autem probatum fuerit, eum de communione illotum fuiſſe mentitum, dicendo eos communicaſſe, quos eo ſciente non communicaſſe conſtiterit, etiam Epiſcopatum amittat.

De presbyteris, & clericis, vt non appellent niſi ad Africana Concilia.

CXXV. Item placuit, vt presbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores clerici, in cauſis, quas habuerint, ſi de iudiciis Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint: vicini Epiſcopi eos audiant, & inter eos quicquid eſt, finiant adhibiti ab eis ex conſenſu Epiſcoporum ſuorum. Quòd ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent niſi ad Africana Concilia, vel ad Primates prouinciarum ſuarum: ad tranſmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam in communionem ſuſcipiatur.

De virginibus etiam minoribus velandis.

CXXVI. Item placuit, vt quicunque Epiſcoporum neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis, cùm vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel ſi etiam aliquo mortis periculoſo ſcrupulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his, ad quorum curam pertinet, velauerit virginem, ſeu velauit intra viginti & quinque annos ætatis: non ei obſit Concilium, quod de iſto annotum numero conſtitutum eſt.

Ne diutius Epiſcopi teneantur in Concilio, ternos ex ſe ſingularum prouinciarum iudices eligant.

CXXVII. Item placuit, ne diutius vniuerſi Epiſcopi, qui ad Concilium congregati ſunt, tenerentur, ab vniuerſo Concilio iudices ternos de ſingulis prouinciis eligi, & electi ſunt de prouincia Carthaginenſi, Vincentius, Fortunatianus, & Clarus: de prouincia Numidia Alypius, Auguſtinus, & Reſtitutus: de prouincia Byzacena, cum ſancto ſene Donatiano Primate Creſconius, Iocundus, & Æmilianus: de Mauritania Sitifenſi Seuerianus, Aſiaticus, & Donatus: de prouincia Tripolitana Plautius, qui ex more legatus vnus eſt miſſus, qui omnes cum ſancto ſene Aurelio vniuerſa cognoſcant: à quo petiit vniuerſum Concilium, vt cunctis ſiue geſtis, quæ confecta iam ſunt, ſeu epiſtolis ipſe ſubſcribat. Et ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis, huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. ſimiliter & cæteri ſubſcripſerunt.

Item huic Concilio interfuit Eccleſiæ Romanæ legatio.

Post Conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum Honorij XII. & Theodoſij VIII. Augg. III. Kal. Iunias, Carthagine in ſecretario baſilicæ teſtitutæ. Cùm Aurelius Epiſcopus, vnà cum Fauſtino Eccleſiæ Potentinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legato Romanæ Eccleſiæ, Vincentio Culoſitano, Fortunatiano Neapolitano, Mariano Vzipparenſi, Adeodato Simidico, Pentadio Carpitano, Rufiniano Muzubenſi, Prætextato Sicilibenſi, Quodvultdeo Verenſi, Candido Abbiritano, Galloniano Vtienſi legatis prouinciæ Proconſularis, Alypio Thagaſtenſi, Auguſtino Hipponenſium Regiorum, & Poſidonio Calamenſi legatis prouinciæ Numidiæ, Maximiano Aquenſi, Iocundo Suffetulenſi, & Hilariano Horreocellorum legatis prouinciæ Byzacenæ, Nouato Sitifenſi, & Leone Moctenſi, legatis prouinciæ Mauritaniæ Sitifenſis, Ninello Ruſurrenſi, Laurentio Icoſitano, & Numeriano Ruſgunienſi legatis prouinciæ Mauritaniæ Cæſarienſis, ab vniuerſali Concilio iudicibus delectis, adſtantibus diaconis, conſediſſet, & quibuſdam peractis, multi Epiſcopi cæterorum peragendorum memoraſſe conquererentur ſuſtinere non poſſe, & ad proprias Eccleſias feſtinarent, placuit vniuerſo Concilio, vt ab omnibus eligerentur de ſingulis quibuſque prouinciis, qui propter alia peragenda reſiderent. Et factum eſt, vt hi adeſſent, quorum ſubſcriptiones eos affuiſſe teſtantur.

Quòd excommunicati ad accuſationem admitti non debeant.

Placvitqve omnibus, quoniam ſuperioribus Conciliorum decretis de perſonis, quæ admittendæ ſunt ad accuſationem clericorum iam conſtitutum eſt, & quæ perſonæ non admitterentur, CXXVIII

non expreſſum eſt, idcirco definimus eum rite ad accuſationem non admitti, qui poſteaquam excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc excommunicatione conſtitutus, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, accuſare voluerit.

Quòd ſerui, & liberti, omnéſque infames perſonæ non debeant accuſare.

CXXIX. ITEM placuit, vt omnes ſerui, vel proprij liberti ad accuſationem non admittantur, vel omnes, quos ad accuſanda publica crimina leges publicæ non admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis aſperſi, id eſt, hiſtriones, ac turpitudinibus ſubiectæ perſonæ, hæretici etiam, ſiue pagani, ſeu Iudæi: ſed tamen omnibus, quibus accuſatio denegatur, in cauſis propriis accuſandi licentia non neganda.

Vt qui vnum crimen non probauerit, ad alterum admitti non debeat.

CXXX. ITEM placuit, quotieſcunque clericis ab accuſatoribus multa crimina obiiciuntur, & vnum ex ipſis, de quo priùs egerint, probare non valuerint, ad cætera iam non admittantur.

Qui ad teſtimonium admittendi ſunt.

CXXXI. TESTES autem ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti præcepti ſunt, vel etiam quos ipſe accuſator de ſua domo produxerit. Ad teſtimonium autem intra annos XIV. ætatis ſuæ non admittantur.

De Epiſcopo, qui excommunicat eum, qui ſibi ſoli crimen dicit eſſe confeſſum.

CXXXII. ITEM placuit, vt ſi quando Epiſcopus dicit, aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget: non putet ad iniuriam ſuam Epiſcopus pertinere, quòd illi ſoli non creditur, etſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare.

Vt non temere quemquam communione priuet Epiſcopus.

CXXXIII QVAMDIV excommunicato non communicauerit ſuus Epiſcopus, eidem Epiſcopo ab aliis non communicetur Epiſcopis: vt magis caueat Epiſcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis conuincere non poterit.

Aurelius Epiſcopus dixit: Iuxta ſtatuta totius Concilij congregati, & meæ mediocritatis ſententiam, placet facere rerum omnium concluſionem: vniuerſi tituli deſignati, & digeſti huius diei tractatu, Eccleſiaſtica geſta ſuſcipiant; quæ verò adhuc expreſſa non ſunt, die ſequenti per fratres noſtros Fauſtinum Epiſcopum, Philippum, & Aſellum presbyteros venerabili fratri & Coëpiſcopo noſtro Bonifacio reſcribemus, & ſubſcripſerunt.

Aurelius Epiſcopus his geſtis ſtatutorum apud nos habitis, ſubſcripſi.

Valentinus primæ ſedis Epiſcopus prouinciæ Numidiæ his geſtis ſubſcripſi.

Fauſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Potentinæ prouinciæ Piceni, legatus Eccleſiæ Romanæ, his geſtis ſubſcripſi.

Auguſtinus Epiſcopus Hipponienſis, legatus prouinciæ Numidiæ, his geſtis ſubſcripſi.

Poſſidius Epiſcopus Calamenſis, legatus prouinciæ Numidiæ, his geſtis ſubſcripſi.

Vincentius Culuſitanus, his geſtis ſubſcripſi.

Fortunatianus Neapolitanus, his geſtis ſubſcripſi.

Pentadius Carpentanus, his geſtis ſubſcripſi.

Rufianus Maxenſis, his geſtis ſubſcripſi.

Prætextatus Sicilibenſis, his geſtis ſubſcripſi.

Quodvultdeus Verenſis, his geſtis ſubſcripſi.

Candidus Germaniæ, his geſtis ſubſcripſi.

Maximianus Aquenſis, his geſtis ſubſcripſi.

Iucundus Suffetulenſis, legatus prouinciæ Byzacenæ, his geſtis ſubſcripſi.

Maximinus, legatus prouinciæ Byzacenæ, his geſtis ſubſcripſi.

Hilarianus Horreocellenſis, legatus prouinciæ Byzacenæ, his geſtis ſubſcripſi.

Nouatus Sitifenſis, legatus prouinciæ eiuſdem, his geſtis ſubſcripſi.

Ninellus Ruſurrianenſis, legatus prouinciæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.

Laurentius Icoſitanus, legatus prouinciæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.

Numerianus Ruſgurienſis, legatus prouinciæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.

Leo Moctenſis, legatus prouinciæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.

Alius Leo, legatus prouinciæ Sitifenſis, his geſtis ſubſcripſi.

Et cæteri Epiſcopi CCXVII. ſimiliter ſubſcripſerunt.

Philippus presbyter, legatus Eccleſiæ

Romanæ, his geſtis à nobis recollectis ſubſcripſi.

Aſellus presbyter, legatus Eccleſiæ Romanæ, his geſtis ſubſcripſi, quæ per nos directa ſunt.

Incipit epiſtola ab omni Concilio Africano ad Bonifacium vrbis Romæ Epiſcopum, per Fauſtinum Epiſcopum, Philippum, & Aſellum presbyteros, legatos Eccleſiæ Romanæ, directa.

CXXXIV. DOMINO beatiſſimo, & honorabili fratri Bonifacio Aurelius, Valentinus primæ ſedis prouinciæ Numidiæ, & cæteri, qui præſentes adfuimus, numero CC. XVII. ex omni Concilio Africæ. Quoniam Domino placuit, vt de his, quæ nobiſcum egerunt ſancti fratres noſtri, Coëpiſcopus Fauſtinus, & compreſbyteri Philippus, & Aſellus, non beatæ memoriæ Epiſcopo Zoſimo, à quo ad nos mandata, & literas attulerunt, ſed tuæ venerationi, qui in eius locum es diuinitus conſtitutus, humilitas noſtra reſcriberet, ea breuiter inſinuare debemus, quæ vtrorumque concordia terminata ſunt, nec ea, quæ prolixis geſtorum voluminibus continentur, in quibus, ſalua quidem charitate, non tamen ſine paruo altercationis labore demorati ſumus, ea geſtis deliberantes, quæ nunc ad cauſam pertinent. Quanquam & ille, ſi adhuc eſſet in corpore, hoc acciperet gratiùs, quòd videret pacatius terminatum domine frater. Apiarius presbyter, de cuius & ordinatione, & excommunicatione, & prouocatione fuerat exortum non ſolùm Siccenſi, verumetiam totius Africanæ Eccleſiæ non leue ſcandalum, de omnibus erratis ſuis veniam petens communioni eſt reſtitutus. Prior autem Coëpiſcopus noſter Siccenſis Vrbanus, quod in eo corrigendum viſum eſt, ſine vlla dubitatione correxit. Quia verò paci, & quieti Eccleſiæ non tantùm ad præſens, ſed etiam in poſterum proſpiciendum fuit: quoniam talia multa præceſſerant, vt vel ſimilia, vel etiam grauiora deinceps præcaueri oporteret: placuit nobis, vt de Siccenſi Eccleſia, retento ſcilicet honore gradus ſui, presbyter remoueretur Apiarius, & accepto epiſtolio, vbicunque alibi vellet, & poſſet, presbyterij munere fungeretur. Quod eidem ipſi per literas proprias poſtulanti ſine difficultate conceſſimus. Sanè priuſquam hæc cauſa iſto termino clauderetur, inter alia, quæ diuturnis diſceptationibus verſabamus, quia ratio ipſa poſcebat, vt apud acta Eccleſiaſtica, à fratribus noſtris Fauſtino Coëpiſcopo, & Philippo, & Aſello compreſbyteris quæreremus, vt promerent quicquid eis nobiſcum agendum fuiſſet iniunctum. Nonnulla quidem ſine vllo ſcripto proſecuti ſunt verbis, ſed cùm id potiùs flagitaremus, quòd in literis ferrent, commonitorium protulerunt. Quod recitatum nobis, etiam geſtis, quæ ſecum ad vos deferunt, eſt allegatum. In quo eis quatuor quædam nobiſcum agenda mandata ſunt, vnum de appellationibus Epiſcoporum ad Romanæ Eccleſiæ ſacerdotem: alterum, ne ad comitatum Epiſcopi importunè nauigent: tertium de tractandis presbyterorum, & diaconorum cauſis apud finitimos Epiſcopos, ſi à ſuis excommunicati perperam fuerint: quartum de Vrbano Epiſcopo excommunicando, vel etiam Romam vocando, niſi ea, quæ videbantur corrigenda, corrigeret. Quorum omnium de primo, & tertio, id eſt, vt Romam liceat Epiſcopis prouocare, & vt clericorum cauſæ apud ſuarum prouinciarum Epiſcopos finiantur: iam priore anno etiam literis noſtris ad eundem venerabilis memoriæ Zoſimum Epiſcopum datis, inſinuare curauimus, vt ea ſeruare ſine vlla eius iniuria paulìſper ſineremus, vſque ad inquiſitionem ſtatutorum Concilij Nicæni. Et nunc de tua poſcimus ſanctitate, vt quemadmodum ea apud Nicæam à Patribus acta vel conſtituta ſunt, ſic ea à nobis facta cuſtodiri, & ibi apud vos iſta quæ in commonitorio attulerunt, facias exerceri: id eſt, ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint congregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo deiecerint eum, & appellaſſe videatur, & confugerit ad beatiſſimum Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum, & voluerit audiri, & iuſtum putauerit, vt renouetur examen, ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia ſunt, vt ipſi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo presbyterum mittat, erit in poteſtate, quod velit, & quod æſtimet. Et ſi decreuerit, mittendos eſſe qui præſentes cum Epiſcopis iudicent, habentes authoritatem eius à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit ſufficere Epiſcopos, vt negotio termi-

num imponant: faciet quod ſapientiſſimo ſuo conſilio iudicauerit. Item de preſbyteris, & diaconis. Si Epiſcopus quis iracundus (quod eſſe non debet) citò, aut aſperè commoueatur aduerſus preſbyterum ſiue diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit, prouidendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem: habeat poteſtatem eiectus, vt finitimos interpellet, & cauſa eius audiatur, & diligentiùs tractetur, quia non oportet ei negari audientia roganti; & ille Epiſcopus, qui aut iuſtè, aut iniuſtè reiecit, patienter accipiat, vt negotium diſcutiatur, vt aut probetur eius, aut emendetur ſententia. Hæc vtique vſque ad aduentum veriſſimorum exemplariorum Nicæni Concilij inſerta geſtis ſunt, quæ ſibi, quemadmodum ipſo, quod apud nos fratres, ex Apoſtolica Sede directi, allegauerunt, commonitorio continentur. Eóque ordine, vel apud vos in Italia cuſtodirentur, nullo modo nos talia, qualia commemorata iam nolumus, vel tolerare cogemur: ſed credimus adiuuante miſericordia Domini Dei noſtri, quòd tua ſanctitate Romanæ Eccleſiæ præſidente, non ſumus iam iſtum typhum paſſuri. Et ſeruabuntur erga nos, quæ nobis etiam non differentibus cuſtodiri debeant. Cum fraterna charitate, quæ ſecundùm ſapientiam atque iuſtitiam, quam tibi donauit Altiſſimus, etiam ipſe perſpicis eſſe ſeruanda, ſi fortè aliter ſe habent canones Concilij Nicæni. Quamuis plurimos codices legeremus, ſed nuſquam in Nicæno Concilio, in Latinis codicibus legimus, quemadmodum in ſupradicto commonitorio, inde directa ſunt. Tum quia hîc in nullo codice Græco ea potuimus inuenire, ex Orientalibus Eccleſiis, vbi perhibentur eadem decreta poſſe etiam authentica reperiri, magis nobis deſideramus afferri. Pro qua re tuam quoque venerationem obſecramus, vt ſcribere etiam ipſe digneris ad illarum partium ſacerdotes, hoc eſt Eccleſiæ Antiochenæ, Alexandrinæ, & Conſtantinopolitanæ. Et ſi aliis etiam tuæ placuerit ſanctitati, vt inde ad nos iidem canones apud Nicæam ciuitatem à Patribus conſtituti veniant, te potiſſimùm hoc beneficium cunctis Occidentalibus Eccleſiis in Domini adiutorio conferente. Quis enim dubitet exemplaria eſſe veriſſima Concilij Nicæni in Græcia congregati, quæ de tam diuerſis locis, & de nobilibus Græcis Eccleſiis allata, & comparata concordant? Quod donec fiat, hæc quæ in commonitorio ſupradicto nobis allegata ſunt, de appellationibus Epiſcoporum ad Romanæ Eccleſiæ ſacerdotem, & de clericorum cauſis apud ſuarum prouinciarum Epiſcopos terminandis, nos vſque ad probationem ſeruaturos eſſe profitemur, & beatitudinem tuam ad hoc nos adiuturam, in Dei voluntate confidimus. Cætera verò, quæ in noſtra Synodo geſta, vel firmata ſunt, quoniam ſupradicti fratres noſtri, Fauſtinus Coëpiſcopus, Philippus, & Aſellus preſbyteri ſecum ferunt, ſi dignatus fueris, tuæ nota facient ſanctitati. Et alia manu: Dominus noſter te nobis annis plurimis cuſtodiat, beatiſſime frater. Subſcripſerunt quoque Alypius, Auguſtinus, Poſſidius, Marinus, & cæteri Epiſcopi.

Incipiunt reſcripta ad Concilium Africanum Cyrilli Alexandrini Epiſcopi, vbi authentica Concilij Nicæni, tranſlata de Græco per Innocentium preſbyterum tranſmiſerunt; quæ etiam epiſtola cum eodem Concilio Nicæno per memoratum preſbyterum Innocentium, & Marcellum ſubdiaconum Eccleſiæ Carthaginenſis ſancto Bonifacio Epiſcopo Eccleſiæ Romanæ, ſub die VI. *Kal. Decembris ſunt directa.*

DOMINIS honorabilibus, ſanctis fratribus Coëpiſcopis, Aurelio, Valentino, ſed & omni ſanctæ congregationi in Carthaginenſi Synodo congregatæ, Cyrillus ſalutans in Deo charitatem veſtram. CXXXV.
Scripta venerationis veſtræ multam habentia querimoniam cum omni lætitia per filium noſtrum Innocentium preſbyterum ſuſcepi, quibus à nobis ſperatis, vt de ſcrinio noſtræ Eccleſiæ veriſſima exemplaria ex authentica Synodo apud Nicæam ciuitatem, Metropolim Bithyniæ, à ſanctis Patribus conſtituta, atque firmata, ſub noſtræ fidei profeſſione veſtræ dilectioni porrigamus. Vnde domini honorabiles fratres, ſalute præeunte Domino, neceſſe habui per harum latorem filium noſtrum Innocentium preſbyterum, fideliſſima exemplaria ex authentica Synodo, in Nicæna ciuitate Bithyniæ habita, veſtræ charitati dirigere. Quod & in Eccleſiaſtica hiſtoria requirentes, inuenietis. De Paſcha verò, vt ſcripſiſtis, nunciamus vobis XVII. Kal. Maias, nos futura indictione celebrare.

Et alia manu: Deus, & Dominus noſter ſanctam veſtram congregationem cuſtodiat, quod optamus, chariſſimi fratres.

Incipit epiſtola Attici Epiſcopi Conſtantinopolitani ad eoſdem.

cxxxvi. DOMINIS ſanctis, merito beatiſſimis fratribus Coëpiſcopis, Aurelio, Valentino, vel cæteris chariſſimis in Synodo apud Carthaginem habita, conſtitutis, Atticus Epiſcopus. Per filium noſtrum Marcellum ſubdiaconum veſtrum, ſcripta veſtræ dilectionis cum omni gratiarum actione ſuſcepi, Domino gratias agens, quòd merui tantorum fratrum benedictione perfrui. Domini beatiſſimi fratres, ſcripſiſtis ſanè, vt veriſſimos canones apud Nicæam ciuitatem, Metropolim Bithyniæ, à Patribus conſtitutos ſub fidei adſtipulatione dirigam. Et quis eſt, qui communem fidem, vel ſtatuta à Patribus firmata ſuis fratribus deneget? Qua de re per eundem filium meum Marcellum, ſubdiaconum veſtrum, nimiùm feſtinantem, ſicut ſtatuti ſunt in Nicæa ciuitate à Patribus canones, in integro vt iuſſiſtis, direxi: petens vt pro me plurimùm veſtra ſancta congregatio orare iubeat. Et alia manu: Deus noſter ſanctitatem veſtram cuſtodiat, quod optamus, ſancti fratres.

Incipiunt exemplaria Concilij Nicæni, directa ſub die VI. *Kal. Decembris, poſt Conſulatum glorioſiſsimorum Imperatorum Honorij* XII. *& Theodoſij* VIII. *Augg. Bonifacio vrbis Romæ Epiſcopo.*

cxxxvii CREDIMVS in vnum Deum, patrem omnipotentem, viſibilium, necnon & inuiſibilium creatorem. Et in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum ex patre vnigenitum, hoc eſt ex ſubſtantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non creatum, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt, cæleſtia & terrena. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus paſſus eſt. Et reſurrexit tertia die, aſcendit in cælum, venturus inde iudicare viuos, & mortuos: & in Spiritum ſanctum. Eos verò, qui dicunt, erat tempus quando non erat, & qui ex nihilo factum, vel ex alia ſubſtantia, vel eſſentia eſſe, aut mutabilem, aut conuertibilem filium Dei dicunt, anathematizat Catholica, & Apoſtolica Eccleſia.

Huic ſymbolo fidei etiam exemplaria ſtatutorum eiuſdem Concilij Nicæni à memoratis Pontificibus annexa ſunt, ſicut ſuperiùs per omnia continentur: quæ nos hîc iterum conſcribi neceſſarium non eſſe credidimus.

Incipit epiſtola Concilij Africani ad Papam Cælestinum vrbis Romæ Epiſcopum.

DOMINO dilectiſſimo, & honorabi- cxxxviii
li fratri Cæleſtino Aurelius, Palatinus, Antonius, Tutus, Seruus Dei, Terentius, Fortunatus, Martinus, Ianuarius, Optatus, Cericius, Donatus, Theaſius, Vincentius, Fortunatianus, & cæteri, qui vniuerſali Africano Concilio Carthaginis affuimus. Optaremus, ſi quemadmodum ſanctitas tua de aduentu Apiarij lætatos vos fuiſſe, miſſis per compreſbyterum noſtrum Leonem literis intimauit: ita nos quoque de eius purgatione hæc ſcripta cum lætitia mitteremus. Eſſet profectò & noſtra, & veſtra modò alacritas certior, nec præpropera videretur, quæ adhuc de audiendo, quàm de audito præceſſerat. Adueniente ſanè ad nos ſancto fratre & Coëpiſcopo noſtro Fauſtino, Concilium congregauimus, & credidimus ideo cum illo miſſum: quoniam ſicut per eius operam preſbyterio antè redditus fuerat, ita nunc poſſet de tantis criminibus à Thabracenis obiectis eo laborante purgari. Cuius tanta, ac tam immania flagitia decurſum noſtri Concilij examen inuenit, vt & memorati patrocinium potiùs, quàm iudicium, ac defenſoris magis operam, quàm diſceptatoris iuſtitiam ſuperarent. Nam primùm, quantum obſtiterit, omni congregationi diuerſas iniurias ingerendo, quaſi Eccleſiæ Romanæ aſſerens priuilegia, & volens eum à nobis in communionem ſuſcipi: quem tua ſanctitas credens appellaſſe, quod probare non potuit, communioni reddiderat; quod minimè tamen licuit, quod etiam geſtorum meliùs lectione cognoſces. Triduano tamen laborioſiſſimo agitato iudicio, cùm diuerſa eidem obiecta afflictiſſimi quæreremus, vel moras Coëpiſcopi noſtri Fauſtini, vel tergiuerſationes ipſius Apiarij, quibus nefandas turpitudines occulere conabatur, Deus iudex iuſtus, fortis, & longanimis magno compendio reſecauit. Tetriore quippe, ac putidiore obſtinatione compreſſa, qua tantum liuidum cœnum impudentia negationis volebat obruere, Deo noſtro eius

Digitized by Google

conſcientiam coarctante, & occulta, quæ in illius corde tanquam in volutabro criminum iam damnabat, etiam hominibus publicante, repentè in confeſſionem cunctorum obiectorum flagitiorum doloſus negator erupit. Et tandem de omnibus incredibilibus opprobriis vltroneus ſe ipſe conuicit, atque ipſam quoque noſtram ſpem, qua eum & credebamus, & optabamus de tam pudendis maculis poſſe purgari, conuertit in gemitus, niſi quoniam iſtam noſtram mœſtitiam vno tantùm ſolatio mitigauit, quod & nos labore diuturnioris quæſtionis abſoluit, & ſuis vulneribus qualemcunque medelam, etſi inuita, ac ſuæ conſcientiæ reluctante confeſſione prouidit, domine frater. Præfato itaque debitæ ſalutationis officio, impendio deprecamur, vt deinceps ad veſtras aures hinc venientes non faciliùs admittatis, nec à nobis excommunicatos in communionem vltrà velitis excipere: quia hoc etiam Nicæno Concilio definitum facilè aduertet venerabilitas tua. Nam & ſi de inferioribus clericis, vel laïcis videtur ibi præcaueri, quanto magis hoc de Epiſcopis voluit obſeruari: ne in ſua prouincia à communione ſuſpenſi à tua ſanctitate præproperè, vel indebitè videantur communioni reſtitui. Preſbyterorum quoque & ſequentium clericorum improba refugia, ſicut te dignum eſt, repellat ſanctitas tua, quia & nulla Patrum definitione hoc Eccleſiæ derogatum eſt Africanæ: & decreta Nicæna, ſiue inferioris gradus clericos, ſiue ipſos Epiſcopos ſuis Metropolitanis apertiſſimè commiſerunt; prudentiſſimè enim iuſtiſſiméque * viderunt, [*f.* prouidetur] quæcunque negotia, in ſuis locis, vbi orta ſunt, finienda. Nec vnicuique* [*f.* prouinciæ] prouidentiæ gratiam S. Spiritus defuturam, qua æquitas à Chriſti ſacerdotibus, & prudenter videatur, & conſtantiſſimè teneatur: maximè, quia vnicuique conceſſum eſt, ſi iudicio offenſus fuerit cognitorum, ad Concilia ſuæ prouinciæ, vel etiam vniuerſale prouocare. Niſi fortè quiſquam eſt, qui credat, vnicuilibet poſſe examinis inſpirare iuſtitiam, & innumerabilibus congregatis in Concilium ſacerdotibus denegare. Aut quomodo ipſum tranſmarinum iudicium ratum erit, ad quod teſtium neceſſariæ perſonæ vel propter ſexus, vel propter ſenectutis infirmitatem, vel multis aliis impedimentis adduci non poterunt? Nam vt aliqui tanquam à tuæ ſanctitatis latere mittantur, nulla inuenimus Patrum Synodo conſtitutum. Quia illud, quod pridem per eundem Coëpiſcopum noſtrum Fauſtinum, tanquam ex parte Nicæni Concilij, exinde tranſmiſiſtis, in Conciliis verioribus, quæ accipiuntur Nicæni, à ſancto Cyrillo Coëpiſcopo noſtro Alexandrinæ Eccleſiæ, & à venerabili Attico Conſtantinopolitano Antiſtite, ex authentico miſſis: quæ etiam ante hoc per Innocentium preſbyterum, & Marcellum ſubdiaconum, per quos ad nos ab eis directa ſunt, venerabilis memoriæ Bonifacio Epiſcopo deceſſori veſtro à nobis tranſmiſſa ſunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Executores etiam clericos veſtros quibuſque petentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumoſum typhum ſeculi in Eccleſiam Chriſti, quæ lucem ſimplicitatis, & humilitatis diem, Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere: nam de fratre noſtro Fauſtino, (amoto iam pro ſuis nefandis nequitiis, de Chriſti Eccleſia, dolendo Apiario) ſecuti ſumus, quod eum probitate, ac moderatione tuæ ſanctitatis, ſalua fraterna charitate, vlteriùs Africa minimè patiatur. Et alia manu. Dominus noſter ſanctitatem veſtram æuo longiore orantem pro nobis cuſtodiat, domine frater.

EXPLICIVNT CANONES ECCLESIASTICI.

EPISTOLA SYNODICA
S. CYRILLI
ET CONCILII ALEXANDRINI
CONTRA NESTORIVM.

Ante annos MC. à Dionyſio Exiguo in Latinum ſermonem tranſlata.

INCIPIT PRÆFATIO EPISTOLÆ *S. Cyrilli Alexandrini Epiſcopi.*

DOMINO beatiſſimo Patri PETRO Epiſcopo DIONYSIVS EXIGVVS in Domino ſalutem. Beneficiorum veſtrorum memor, venerabilis Pater, & Antiſtitum Chriſti decus egregium, ſempérque ante oculos mentis adponens ſancta nutrimentorum veſtrorum ſtudia à paruulo mihi depenſa, quæ nulla ſpatia locorum poterunt obliterare, vel temporum: quæro vicem referre gratiæ, quam me ſcio reperire non poſſe. Sed quia plerumque perficitur voto quod deeſſe videtur officio, deſiderium quod erga veſtram paternitatem iugiter gero, quo poſſum ſtudio pandere non deſiſto, atque ideo vobis epiſtolam ſynodicam ſancti Cyrilli Alexandrini Pontificis Neſtorio quondam Conſtantinopolitanæ vrbis Epiſcopo deſtinatam, cui duodecim ſunt admixta capitula blaſphemiæ eiuſdem Neſtorij ſub anathematis obſecratione damnantia: quam nuper de Græco in Latinum eloquium tranſtuli, per veneratorem veſtrum fratrem Sanctulum deſtinaui: opportunum prorſus hoc tempore exiſtimans, quo tanti Doctoris Apoſtolica fides Græcis iamdudum bene comperta, ſed ignorata Latinis hactenus innoteſcat: vt Neſtoriana labes euidenter agnoſcatur ab hominibus, & pro ſua malignitate meritò reſpuatur, quæ ſub prætextu fidei perfidiam inſinuare non deſinit, & furore Iudaïco pariter & errore tranquillitatem Catholicæ Eccleſiæ toto terrarum orbe diffuſæ turbare contendit. Et licèt optimè nouerim quòd præcepta ſalubria nequiſſimi homines hoſtiliter audeant, ſuáque dependere conſilia patua perſiſtant; tamen omittenda non eſt quantalibet inſtructio, propter eos qui non contentionis amore, ſed quadam ſimplicitate falluntur, quia ſæpe contigit vt adſpirante Deo veritati commodent ſtudium qui mendacio præbuere conſenſum. Memorari ergo beati Cyrilli ſcripta præſentia eundem Neſtorium commonent, vt vnigenitum Dei filium de patre natum ante omnia ſæcula, eiuſdémque cuius eſt pater eſſentiæ, qui propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine, non audeat in duos diuidere, nec ſolita calliditate coniunctionem quandam, & ſocietatem Dei & hominis adſeuerare nitatur: quæ vocabula nulla vtriuſque naturæ inſeparabilem vnitatem, nec ſingularitatem perſonæ, vel certè ſubſiſtentiæ filij Dei ab eo prolata ſignificant, ſed duo quædam vel plura potiùs ſub hac iſtorum hominum occaſione demonſtrant, ſceleratámque diuiſionem [illegible] nefarij dogmatis conditor, qua eius impiiſſimi ſectatores dignitate quadam & auctoritate, necnon & relatione ſic vt ipſi deſipiunt connectere moliuntur. Sed iam meliùs iſta ſæpe dicti Patris adſertione pandantur, beatitudinis veſtræ Catholicæ pacem redintegrare propitius, nóſque in membris eius veſtris precibus cuſtodire dignetur.

EXPLICIT.

INCIPIT EPISTOLA SANCTI CYRILLI Alexandrini Epiſcopi, directa Neſtorio quondam Conſtantinopolitanæ vrbis Epiſcopo, duodecim continens anathematiſmi capitula.

DOMINO ſancto fratri NESTORIO Epiſcopo CYRILLVS Epiſcopus, & quæ conuenit apud Alexandriam Synodus ex Ægyptia diœceſi in Domino ſalutem. Cùm Saluator noſter apertè pronunciet dicens, Qui diligit patrem, aut matrem ſuper me, non eſt me dignus: & qui diligit filium, aut filiam ſuper me non eſt me dignus: quid nos patiemur qui depoſcimus à tua religione vt te ſuper Chriſtum Saluatorem omnium diligamus? Quis enim nobis in die iudicij ſubuenire poterit, aut quam ſatisfactionem reperire poterimus, ita diuturnum ſilentium de prolatis à te contra eum blaſphemiis continentes? etiam ſiquidem te tantummodo læderes, docens iſta vel ſentiens, ſolicitudo nobis minor exiſteret: cùm verò totam ſcandalizaueris Eccleſiam, & fermentum inſolitæ prauitatis & nouæ hæreſis miſcueris in populis; non tantùm ibidem poſitis, ſed vbique conſiſtentibus. Nam tuarum expoſitionum libri per cuncta vulgati ſunt quæ ſuper noſtro ſilentio vltra vel excuſationis ſermo ſufficiat, aut quomodo non neceſſe ſit meminiſſe Chriſti Domini ſic dicentis: Non putetis quòd venerim pacem mittere in terram, ſed gladium; veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam. Nam cùm læditur fides, parentum reuerentia velut inutilis & periculoſa deſpicitur, & amor erga filios, fratréſque vitatur: ad poſtremum ſuper ipſam vitam mors potiùs à piis viris eligitur, vt meliorem reſurrectionem, ſicut ſcriptum eſt, conſequantur. Ecce itaque te ſimul cùm ſancta Synodus, quæ apud amplam vrbem Romam congregata eſt, præſidente ſanctiſſimo fratre & conſacerdote noſtro Cæleſtino Epiſcopo, his ſcriptis iam tertiò conuenimus, conſilium dantes tibi, vt à tam prauis abſtineas diſtortíſque dogmatibus, quæ & ſentire cognoſceris, & docere. Recipias verò fidem rectam Eccleſiis per beatiſſimos Apoſtolos, & Euangeliſtas ab initio traditam, qui & oculis inſpexerunt, & miniſtri verbi fuiſſe monſtrantur. Quòd ſi hoc religio tua facere diſtulerit, iuxta dilationem literis præfinitam ſanctiſſimi & venerandiſſimi conſacerdotis noſtri Romanæ præſulis Eccleſiæ Cæleſtini: ſcias te nullam ſortem habere nobiſcum, nec locum aut conloquium meum de ſacerdotibus & Epiſcopis obtinere: non enim fas eſt contemnere nos Eccleſias ita turbatas, & ſcandalizatos populos, fidémque rectiſſimam violatam, diſſipatum quinetiam gregem quem cuſtodire debueras, & iuxta nos amatores recti dogmatis extitiſſes, & ſanctorum Patrum veſtigia pia conſectans. Omnes itaque quos, propter fidem, tua religio à communione remouit, aut à ſuo ordine depoſuit, laicos & clericos, in noſtra communione recepimus, non iuſtum eſt eos tuis decretis opprimi, qui nouerunt recta ſentire, qui etiam bene facientes tibi prudentiſſimè reſtiterunt: hoc idem namque in epiſtola quam miſiſti ad Præſulem amplæ Romæ ſanctum & Coëpiſcopum noſtrum Cæleſtinum ſignificare curaſti: non autem ſufficit tuæ religioni ſolummodo fidei ſymbolum conſiteri, quod expoſitum eſt per idem tempus, ſancti Spiritus largitate, à venerando & magno Concilio apud Nicæam congregato; hoc enim nec intellexiſti, nec rectè interpretatus es, quinimo peruerſæ licèt ſono vocis eadem verba protuleris, ſed conſequens eſt & iureiurando fateri te quòd anathematizes fidem tuam pollutam, & profana documenta qua ſentis & doceas quæ nos vniuerſi ſiue per Orientem, ſeu per Occidentem Epiſcopi & magiſtri Præſuléſque populorum, credimus & docemus. Epiſtolis autem ab Alexandria tuæ religioni directis, Eccleſiæ conſenſum præbuit, tam ea quæ apud vrbem Romam conuenit ſancta Synodus, quam etiam nos omnes velut rectè interpretabilitérque conſcriptis. Subdidimus autem his noſtris literis quæ te ſentire oportet & docere, & à quibus abſtinere conueniat. Hæc eſt enim fides Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, cui cuncti conſentiunt orthodoxi per Orientem, Occidentémque Pontifices. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem,

Digitized by Google

tem, & cætera. Sequentes itaque per omnia ſanctorum martyrum confeſſiones, quas, loquente in eis ſancto Spiritu, protulerunt, & intentioni quæ eſt in eorum intellectibus, æquis veſtigiis inhærentes, atque iter ambulantes regium, profitemur quòd ipſum vnigenitum Dei Verbum, Dominum natum ex ipſa patris eſſentia, de Deo vero Deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta ſunt, ſiue in cælis, ſiue in terra, ſalutis noſtræ cauſa deſcendens ad exinanitionem eſſe dignatus eſt inclinare: incarnatus autem & homo factus, id eſt carnem de Virgine ſancta ſuſcipiens, eámque propriam faciens, natiuitatem noſtram ex vulua ſuſtinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abiiciens. Nam licèt factus ſit in adſumptione carnis & ſanguinis, tamen etiam ſic quod erat Deus, natura ſcilicet & veritate perſiſtens. Nec carnem itaque dicimus in naturam deitatis eſſe conuerſam, nec in ſubſtantiam commutatam: inconuertibilis etenim eſt & incommutabilis, idémque ipſe iuxta ſcripturas iugiter permanens. Viſus eſt autem & paruulus, ſed poſitus adhuc in cunabulis & in ſinibus genitricis Virginis conſtitutus, vniuerſam creaturam replebat, vt Deus genitori ſuo indiuiſus exiſtens, quod diuinum eſt enim ſine quantitate, & ſine mole cognoſcitur, nec vllis terminis continetur. Vnitum ergo carne Verbum Dei, ſecundùm ſubſtantiam confitentes, vnum adoramus filium & Dominum Ieſum Chriſtum, non ſeorſum ponentes & determinantes hominem & Deum velut inuicem ſibi dignitatis, & auctoritatis vnitate coniunctos: hoc enim nouitas vocis eſt, & aliud nihil. Nec item Chriſtum ſpecialiter nominantes Deum Verbum, quod ex Deo, &c. nec alterum ſimiliter Chriſtum ſpecialiter qui de muliere natus, &c. ſed vnum ſolummodo Chriſtum Dei patris Verbum cum propria carne cognoſcimus: tunc enim etiam iuxta nos vnctus eſt, quamuis ſpiritum dignis ipſe contulerit, & non ad menſuram, ſicut beatus Euangeliſta Ioannes adſeruit. Sed nec illud dicimus quòd Dei Verbum velut in homine communi, qui de ſancta Virgine natus eſt, habitarit, ne Deum homo Chriſtus habitatorem poſſidere credatur. Quamuis enim Verbum habitauerit in nobis, & dictum ſit in Chriſtum habitare omnem plenitudinem deïtatis corporaliter, attamen intelligimus eum, quòd caro factus, non ſicut in ſanctis habitare dicatur, nec talem in ipſo habitationem factam definire tentauimus: ſed vnitus iuxta naturam, nec in carnem penitus commutatus talem ſibi fecit habitationem qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus. Vnus igitur eſt Chriſtus filius Dominus noſter non velut coniunctione qualibet, vt in vnitate dignitatis & auctoritatis hominis habentis ad Deum: non enim poteſt vnire naturas ſola dignitatis æqualitas. Denique Petrus & Ioannes æquales ſunt alterutrum dignitatis, propter quod & Apoſtoli & ſancti diſcipuli eſſe monſtrantur: veruntamen, vterque non vnus eſt, nec iuxta conlationem, vel connexionem, modum coniunctionis aduertimus: hoc enim ad vnitatem non ſufficit naturalem, nec ſecundùm participationis affectum, ſicut nos etiam adhærentes Domino, vnus cum eo ſpiritus ſumus, immo potiùs coniunctionis nomen euitamus, tanquam non exiſtens idoneum quod ſignificet vnitatis arcanum: ſed neque Deum aut Dominum Chriſti Verbum Dei patris adſerimus, ne iterum manifeſtius in duo diuidamus vnum Chriſtum filium & Dominum, & in crimen ſacrilegij recidamus, Deum illi ſeipſum facientes & Dominum. Vnitus quippe ſicut ſuperiùs diximus Deus Verbum carni ſecundùm ſubſiſtentiam, Deus quidem eſt omnium & dominatur vniuerſitati. Veruntamen nec ſeruus & ſibi ipſe, nec dominus, quia ineptum eſt vel potiùs impium hoc ſentire vel dicere. Quamuis enim Deum ſuum patrem dixerit, cùm Deus ſit etiam ipſe natura, & de illius eſſentia, tamen nullatenus ignoramus quòd manens Deus, homo quoque factus ſit, qui ſub Deo iuxta debitam legem natura humanitatis exiſteret, ipſe verò ſibi vel Deus poterat eſſe vel Dominus: ergo ſicut homo quanto decenter exinanitionis menſuræ congruit, ſub Deo ſe nobiſcum eſſe diſſeruit; hoc etiam modo ſub lege factus eſt, quamuis ipſe promulgauerit legem, & legiſlator vt Deus extiterit. Caueamus autem de Chriſto dicere, propter adſumentem veneror adſumptum, & propter inuiſibilem adoro viſibilem. Horrendum verò ſuper hoc etiam illud adiicere, is qui ſuſceptus eſt cum eo qui ſuſcepit quod nuncupatur Deus: qui enim hæc dicit diuidit iterum in duos Chriſtos, eum qui vnus eſt, hominem

ſeorſum in partem, & Deum ſimiliter in parte conſtituens. Euidenter enim diuidet vnitatem, quam non alter cum altero coadoratur, aut quod nuncupatur Deus, ſed vnus intelligitur Chriſtus Ieſus Dei filius, vnigenitus, vna ſeruitute cum propria carne venerandus. Confitemur etiam quòd idem ipſe qui ex Deo patre natus eſt filius vnigenitus Deus, licèt iuxta naturam ſuam expers paſſionis extiterit, pro nobis tamen ſecundùm ſcripturas perpeſſus ſit, & erat in cruce fixo corpore propriæ carnis impaſſibiliter ad ſe referens paſſiones: gratia verò Dei, pro omnibus guſtauit mortem, tradens ei proprium corpus, quamuis naturaliter ipſe vita ſit & reſurrectio mortuorum. Nam vt mortem ineffabili potentia proculcaret, ac primus in ſua carne primogenitus ex mortuis fieret, & primitiæ dormientium, viámque faceret humanæ naturæ ad corruptionis recurſum, gratia Dei, ſicut ſuprà dictum eſt, pro omnibus guſtauit mortem, & tertio die reſurgens ſpoliauit infernum. Idcirco quamuis dicatur quòd per hominem facta ſit reſurrectio mortuorum; tamen intelligimus hominem factum Verbum quod ex Deo eſt, & per ipſum mortis imperium fuiſſe deſtructum: veniet autem temporibus præfiuitis, ſicut vnus eſt filius & dominus, in gloria patris, vt iudicet orbem terrarum in æquitate, ſicut ſcriptura teſtatur. Neceſſariò igitur & hoc adiicimus, adnunciantes enim ſecundùm carnem mortem vnigeniti filij Dei, id eſt Ieſu Chriſti, & reſurrectionem eius, & in cælis aſcenſionem pariter confitentes, incruentam celebramus in Eccleſiis ſacrificij ſeruitutem, ſic etiam ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctificamur, participes ſancti corporis & pretioſi ſanguinis Chriſti omnium noſtrûm redemptoris effecti, ſicut communem carnem percipientes, quod abſit: nec vt viri ſanctificati & Verbo coniuncti ſecundùm dignitatis vnitatem, aut ſicut diuinam poſſidentis habitationem, ſed vt verè viuificatricem, & ipſius Verbi propriam factam, vita enim naturaliter vt Deus exiſtens, quia propriæ carni vnitus eſt, viuificatricem eam eſſe profeſſus eſt. Et ideo quamuis dicat ad nos, Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non tamen eam vt hominis vnius ex nobis exiſtimare debemus, quomodo nihil iuxta naturam ſuam viuificatrix eſſe caro hominis poterit: ſed vt verè propriam eius factam, qui propter nos filius hominis & factus eſt & vocatus. Eas autem voces quas Saluator noſter in Euangelio protulit, non in duabus ſubſiſtentiis aut perſonis omnino partimur. Non enim duplex eſt vnus Chriſtus & ſolus, quamuis ex duabus, diuerſiſque rebus ad vnitatem cognoſcatur indiuiduam conueniſſe: ſicut homo quoque ex anima conſtans & corpore non duplex potiùs, ſed vnus eſt ex vtroque. Humanas ergo & diuinas inſuper voces ab vno Chriſto dictas animaduertentes rectè ſentimus. Cum enim Deo digniſſimè loquitur de ſeipſo: qui me vidit, vidit & patrem: & ego & pater vnum ſumus, diuinam eius intelligimus, ineffabilémque naturam, ſecundùm quam vnum eſt cum patre ſuo, propter vnam eandémque ſubſtantiam, imago & character, ſplendórque gloriæ eius exiſtens. Cùm verò humanæ naturæ menſuram nullatenus inhonorans Iudæos alloquitur, nunc me quæritis occidere hominem qui veritatem vobis locutus ſum. Item non minùs eum, qui in ſimilitudine & æqualitate patris eſt, Deum Verbum etiam in menſuris humanitatis eius agnoſcimus. Si autem neceſſariò creditur quòd natura Deus exiſtens factus ſit caro, immo potiùs homo animatus anima rationali, quæ cauſa eſt vt in eius quilibet vocibus erubeſcat, ſi eas homine dignas effatus eſt? quòd ſi ſermones homini congruentes abiicit iuxta nos hominem fieri quis coëgit? cùm verò ſe propter nos ad exinanitionem ſpontaneam miſericorditer inclinaret; quam ob cauſam dignos exinanitione ſermones effugerit? Vni igitur perſonæ cunctas eius in Euangelio voces adſcribimus, vni ſubſiſtentiæ, Verbi ſcilicet & incarnati, quia vnus eſt Dominus Ieſus Chriſtus, vt ſcriptum eſt. Appellatum verò Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ tanquam ſacrificante Deo & patri fidei noſtræ confeſſionem, quam à nobis ipſi & per ipſum Deo & patri inceſſanter offertur. Iterum cùm dicimus, qui ex Deo eſt ſecundùm naturam filius vnigenitus, nec homini præter eum alteri ſacerdotij nomen & officium deputamus. Factus eſt enim mediator Dei & hominum, & reconciliator ad pacem, ſemetipſum Deo & patri pro nobis offerens in odorem ſuauitatis: ideóque ſacrificium &

oblationem noluiſti, holocauſta pro peccato non tibi placuerunt, corpus autem perfeciſti mihi, tunc dixi, ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam voluntatem tuam. Obtulit enim primùm corpus non pro ſe, ſed pro nobis in odorem ſuauitatis. Nam qua pro ſe oblatione vel ſacrificiis indigeret ab omni peccato liber vt Deus exiſtens? Quòd ſi omnes peccauerunt, & egent gloria Dei ſecundùm hoc quod ſumus ad mutabilitatis exceſſum promptiores effecti, & peccatis ægrotauit humana natura, ipſe verò non ita: ideóque nos gloria eius euincimur cur erit vltra iam dubium quod agnus verus propter nos & pro nobis ſit immolatus? qui dicit autem quia ſemetipſum tam pro ſe quàm pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effugiet: cùm nihil prorſus iſte deliquerit, nec vllum fecerit omnino peccatum: qua igitur egeret oblatione nullo ſuo excitante facinore, pro quo ſi eſſet ſatis admodum conuenienter offerret? De ſpiritu quoque cùm dicit, ille me glorificauit, hoc rectiſſimè ſentientes quam Chriſtum & filium, non velut alterius egentem gloria, confitemur à Spiritu ſancto gloriam conſecutum, quia ſpiritus eius nec melior nec ſuperior illo eſt: ſed quia mira opera faciens ad demonſtrationem ſuæ deitatis virtute proprij ſpiritus vtebatur, ab ipſa glorificari dicitur. Quemadmodum ſi quis de hominibus adſueuerit quòd virtus ſua ſeu diſciplina quemlibet vnumquemque clarificet, quamuis enim in ſua ſit ſubſiſtentia ſpiritus & eius intelligatur in perſona proprietas iuxta id quod ſpiritus eſt & non filius, attamen alienus non eſt, ab illo enim ſpiritus appellatus eſt veritatis, & veritas Chriſtus eſt, vnde & ab iſto ſimiliter ſicut ex Deo patre procedit. Denique hic ipſe ſpiritus etiam per ſanctorum manus Apoſtolorum miracula glorioſa perficiens Dominum glorificauit Ieſum Chriſtum poſtquam aſcendit in cælum. Nam creditus eſt Chriſtus natura Deus exiſtens, per ſuum ſpiritum virtutes efficiens, ideóque dicebat, de meo accipiet & adnuntiabit vobis. Nequaquam verò participatione alterius idem ſpiritus ſapiens aut potens dicitur, quia per omnia perfectus eſt, & nullo prorſus indigens bono. Nam paternæ virtutis & ſapientiæ, id eſt filij ſpiritus creditur, & ideo ipſa re & ſubſiſtentia virtus & ſapientia comprobatur. Igitur quia Deum carni vnitum iuxta ſubſiſtentiam ſancta Virgo corporaliter peperit, idcirco eam Dei genitricem eſſe profitemur, non quòd Verbi natura exiſtendi principium de carne ſortita ſit; erat enim in principio Verbum, & Deus erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & ipſe eſt conditor ſæculorum, patri coæternus, & vniuerſitatis creator. Sed quod ſuperiùs diximus iuxta ſubſiſtentiam ſibimet vniens humanam naturam, natiuitatem ſuſtinuerit ex ipſa vulua corporea, non quòd eguerit neceſſariò aut propter ſuam naturam, natiuitate iſta, quæ eſt in extremis ſæculi facta temporibus: ſed vt ipſas benediceret ſubſtantiæ noſtræ primitias. Et dum eum carni vnitum mulier edidiſſet, illa quæ aduerſus omne genus humanum maledictio fuerat prolata deſineret, nec iam morti noſtra corpora deſtinaret. Illud quoque quod dictum eſt, in triſtitia paries filios, ipſe diſſoluens, verum eſſe monſtrarer quod Prophetæ voce prædixerat: Abſorpta eſt mors in victoria: & iterum, abſtulit Deus omnem lachrymam ab omni facie, propter hanc etenim cauſam dicimus eum diſpenſatoriè & ipſis benedixiſſe tunc nuptiis, cùm in Canan Galileæ cum ſanctis vocatus Apoſtolis adeſſe dignatus eſt. Hæc ſapere ſumus edocti à ſanctis Apoſtolis & Euangeliſtis, & ab omni ſcriptura diuinitus inſpirata, necnon & à beatis Patrum confeſſionibus veritate ſubnixis. His omnibus etiam tuam religionem concordare, & præter aliquem dolum vel fictionem conſentire conuenit, quæ verò religio tua anathematizare neceſſe eſt, huic epiſtolæ noſtræ ſubiecta ſunt: quòd ſi minimè, eiſdem ſubiectis ſententiam conſequeris.

Si quis non confitetur Deum eſſe veraciter Emmanuel, & propter hoc ipſum Dei genitricem ſanctam Virginem, peperit enim carnaliter Verbum, quod ex Deo eſt, ſecundùm quod ſcriptum eſt, & Verbum caro factum eſt: anathema ſit. I.

Si quis non confitetur carne ſubſtantialiter vnum eſſe Verbum patris, vnum quoque eſſe Chriſtum cum propria carne, & eundem ipſum ſine dubio Deum ſimul & hominem, anathema ſit. II.

Si quis in vno Chriſto diuidit ſubſtantias poſt vnitionem ſola eas ſocietate coniungens ea quæ ſecundùm dignita- III.

tem eſt, vel etiam authoritatem, aut poteſtatem, & non magis conuentu ad vnitatem naturalem, anathema ſit.

IV. Si quis duabus perſonis vel ſubſiſtentiis decernat eas voces quæ tam in euangelicis, quàm Apoſtolicis literis continentur, vel etiam eas quæ de Chriſto à ſanctis dicuntur, vel ab ipſo Chriſto de ſe ipſo, & aliquas quidem ex his tanquam homini præter Dei Verbum ſpecialiter intelligat, adplicandas crediderit, aliquas verò tanquam Deo dignas ſoli Verbo Dei patris deputauerit, anathema ſit.

V. Si quis audet dicere Chriſtum hominem ἄνθρωπον θεοφόρον, id eſt hominem Deo vtentem ſe aſportantem, & non Deum eſſe veraciter dixerit, tanquam vnicum filium per naturam, ſecundùm quod Verbum caro factum eſt, participauerit nobis ſimiliter carne & ſanguine, anathema ſit.

VI. Si quis dicit Deum vel Dominum eſſe Chriſti Dei patris Verbum, & non magis eundem ipſum confitetur Deum & hominem ſimul, propter quod Verbum caro factum eſt, ſecundùm ſcripturas, anathema ſit.

VII. Si quis dicit tanquam in hominem Ieſum Deum Verbum fuiſſe operatum, & vnigeniti dignitatem, tanquam alteri præter ipſum exiſtenti, tribuit, anathema ſit.

VIII. Si quis audet dicere adſumptum hominem coadorari cum Deo Verbo oportere, & connuncupari Deum, tanquam alterum cum altero, adiectio enim vnius ſyllabæ hoc cogit intelligi, & non magis vna reuerentia veneratur Emmanuel, vnámque ei glorificationem dependit, iuxta quod Verbum caro factum eſt, anathema ſit.

IX. Si quis vnum Dominum Ieſum Chriſtum glorificatum dicit à Spiritu ſancto, tanquam ab aliena virtute, qua per eum vteretur, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos ſpiritus, & per eum impleſſe diuina ſigna, & non magis eius proprium eſſe ſpiritum dicat ſicut & patris, per quem ſigna operatus eſt, anathema ſit.

X. Pontificem & Apoſtolum confeſſionis noſtræ factum eſſe Chriſtum diuina ſcriptura commemorat. Obtulit enim ſemetipſum pro nobis Deo patri in odorem ſuauitatis: ſi quis ergo Pontificem & Apoſtolum noſtrum alium dixerit eſſe factum, præterquàm ipſum Deum Dei Verbum, quando factum eſt caro, & ſecundùm nos homo, ſed quaſi alterum præter ipſum ſpecialiter hominem ex muliere; & ſi quis dicit, quia pro ſe obtulit ſe ipſum oblationem, & non magis pro nobis ſolis, non enim indiguit oblatione qui peccatum neſciuit, anathema ſit.

XI. Si quis non confitetur carnem Domini viuificatricem eſſe tanquam propriam ipſius Dei Verbi, ſed quaſi alterius cuiuſpiam præter ipſum, coniuncti quidem ſecundùm dignitatem, aut ſecundùm quod ſolam diuinam inhabitationem habuerit: & non potiùs vt diximus viuificatricem eſſe, quia facta eſt propria Verbi Dei, cui omnia viuificare poſſibile eſt, anathema ſit.

XII. Si quis non confitetur Deum Verbum carne paſſum eſſe, & carne crucifixum, & mortem carne guſtaſſe, factúmque primogenitum ex mortuis, ſecundùm quod eſt & vita, & viuificator vt Deus, anathema ſit.

EXPLICIT EPISTOLA S. CYRILLI.

COLLECTIO
DECRETORVM
PONTIFICVM ROMANORVM.

Authore *DIONYSIO EXIGVO.*

Digitized by Google

LECTORI.

Hæc Præfatio fuit præfixa à C. Iuſtello collectioni Decretorum Pontificum Romanor. authore Dionyſio Exiguo, editæ anno 1643.

HVIC nonæ editioni Collectionis Canonum Eccleſiaſticorum Dionyſij Exigui, ne quid veteri iuriſprudentiæ Canonicæ deeſſe videatur, ſubiunximus epiſtolam eiuſdem Dionyſij Exigui ad Iulianum presbyterum tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, præfationis loco, ſuæ collectioni Decretorum Romanorum Pontificum præfixam, quam nunc primùm ſuo authori reſtitutam, ex veteri cod. MS. ſummæ eruditionis viri Iacobi Sirmundi Societatis Ieſu presbyteri, cui acceptam refer, tibi damus cum indice tantùm capitulorum, omiſſis Decretorum integris capitibus, quæ ex veteri codice Canonum Eccleſiæ Romanæ, qui Moguntiæ primùm excuſus eſt, anno M. DXXV. *& poſteà Pariſiis an.* M. DCIX. *facile cuiuis fuerit repetere. Is verò eſt Iulianus presbyter, qui ſubſcripſit Synodis Romæ celebratis, ſub Felice Papa, Dinamio & Siphidio Coſſ. hoc eſt anno Chriſti* CCCCLXXXVIII. *& ſub Symmacho, poſt Conſulatum Paulini, hoc eſt anno* CCCCXCIX. *Quod hanc Dionyſianam collectionem, circa hæc tempora, poſt Canonum Græcorum interpretationem, factam fuiſſe arguit. Continet autem Decretales epiſtolas Siricij, Innocentij, Zoſimi, Bonifacij, Cæleſtini, Leonis, Gelaſij, & Anaſtaſij, ab anno videlicet* CCCLXXXV. *ad annum* CCCCXCVI. *quas etiam recenſet Creſconius in Breuiario Canonico, & Leo IV. Papa, apud Gratianum can. de libellis diſt.* XX. *& Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus, aduerſus Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum, cap.* XLIII. *Et verò illa eſt collectio, quam Zacharias Papa, in epiſtola ad Pipinum Maiorem Domus, & vniuerſis Epiſcopis in regno Franciæ conſtitutis,* LIBRVM DECRETORVM *vocat, atque ex eo citat quædam capitula Siricij, Innocentij, Leonis, & Gelaſij. Qua de re cùm ampliorem tractationem paramus, illud hîc de prima Decretalium Pontificum Romanorum collectione breuiter admonuiſſe duximus.*

CATALOGVS PONTIFICVM ROMANORVM,

quorum Decreta in hac collectione Dionyſij Exigui recenſentur.

	An. Chr.		An. Chr.
SIRICIVS	385.	CÆLESTINVS	429.
INNOCENTIVS	404.	LEO I.	444.
ZOSIMVS	417.	GELASIVS	492.
BONIFACIVS	419.	ANASTASIVS	498.

Digitized by Google

DIONYSII EXIGVI
PRÆFATIO.

DOMINO venerabili mihi IVLIANO preſbyteto tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, DIONYSIVS EXIGVVS. Sanctitatis veſtræ piis excitatus ſtudiis, quibus nihil prorſus eorum quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinent, omittit inquirere, præteritorum Sedis Apoſtolicæ Præſulum conſtituta, quâ valui curâ diligentiâque collegi, & in quendam tedigens ordinem titulis diſtinxi compoſitis: ita dumtaxat vt ſingulorum Pontificum, quotquot à me præcepta tepetta ſunt, ſub vna numerorum ſerie terminarem, omnéſque titulos huic præfationi ſubnectetem, eo modo quo dudum, de Græco ſetmone Patrum transferens Canones otdinaram, quod vobis nimium placuiſſe cognoueram. Qui verò ſinceriſſimo affectu Deum diligitis, & idcirco famulos eius laudanda ſolicitudine continetis. Quis enim peregrinantium ſeruiens Christo, veſtro non fouetur hoſpitio? Iuſtum credidi vobis in hac parte famulari quatenus induſtriam veſtram, quam cæleſtibus impenditis regulis, & præſens imitetur ætas, & poſtetitas admiretur. Nam præ virtutis amote cuncta quæ ſunt vtilia deſideratis agnoſcere, licèt omnes venerandi iuris obſeruantiam moribus impleatis. Quantique ſit apud Deum meriti beatus Papa Gelaſius, & nos qui eum præſentia corporali non vidimus, pet vos alumnos eius faciliùs æſtimamus. Cuius eruditione formati gradum preſbyteri ſanctâ conuerſatione decoratis, vt in veſtrorum morum perſpicuo munere eius videatur quodammodo actio prælucere. Quem ſicuti veſtrâ relatione comperimus, in tantum bonæ voluntatis extitiſſe gratulamur, vt annuente Domino, principatum in Eccleſia pro multorum ſalute ſuſcipiens, eum ſeruiendo, potiùs quàm dominando, ſuſtolleret, vitæque caſtimoniam doctrinæ meritis ampliaret. Denique omne opus eius aut oratio fuiſſe memoratur, aut lectio. Interdum quoque ſcribendi curam ſumebat, prout cauſa vel ratio popoſciſſet, ſeruorúmque Dei maximi conſortio atque ſocietate gaudebat. Quorum ſpiritali collatione tanto diuini amoris ſtudio, tanta verbi Dei meditatione fouebatur, vt huie etiam illud quod Pſalmiſta cecinit, aptaretur: Beatus homo quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum, vt mitiges eum à diebus malis. Huius enim ſæculi malos dies ita Domino mitigante atque gubernante tranſegit, vt vniuerſas tentationes mitâ prudentiâ & longanimitate ſufferret, delicias ieiuniis ſperneret, ſuperbiam humilitate calcaret, tanta miſericordia animi alacritate clareſceret, vt omnes fere pauperes ſatiari inops ipſe meretur. Profectò beatus hac inopia per quam diuinis ſemper laudibus inhærebat, ſicut Propheta dicit ad Dominum, Pauper & inops laudabunt nomen tuum. Fuit enim vir ingenio luculentus, vita præcipuus, auctoritate reuerendus. Et ideo tot virtutum ornatus inſignibus, ad tam celſum officium non acceſſit indignus, honorem ſummæ dignitatis graue nimis onus exiſtimans, paruámque negligentiam Pontificis ingens animarum diſcrimen eſſe contendens. Ideirco nullo ſe deſidioſo otio tradidit, nec luxurioſo conuiuio effuſóque ſeruiuit. Ex quibus rebus & animarum morbi naſcantur & corporum. Hic itaque paſtor ſummi atque boni paſtoris imitator exiſtens egregius præſul Sedis Apoſtolicæ fuit, qui diuina præcepta fecit & docuit: Vnde eum magnum inter Sanctos eſſe confidimus, iuxta promiſſionem Chtiſti Domini dicentis, Qui fecerit & docuerit, maximus vocabitur in regno cælorum.

EXPLICIT PRÆFATIO.

Digitized by Google

INCIPIVNT TITVLI DECRETORVM Papæ Siricij, num. XV.

I. DE Arianis non rebaptizandis.
II. Vt præter Paſcha & Pentecoſten baptiſma non celebretur.
III. De apoſtatis.
IV. Quòd non liceat alterius ſponſam ad matrimonij iura ſortiri.
V. De his, qui pœnitentiam minimè ſeruauerunt.
VI. De monachis, & virginibus propoſitum non ſeruantibus.
VII. De clericis incontinentibus.
VIII. Quales debeant ad clericatus officium peruenire.
IX. De clericorum conuerſatione.
X. De grandæuis.
XI. Quòd clericus, qui ſecundam vxorem duxerit, deponatur.
XII. Quæ feminæ cum clericis habitare debeant.
XIII. De monachorum promotione.
XIV. Quòd pœnitens non fiat clericus.
XV. Vt ſi per ignorantiam vel pœnitens, vel digamus, aut viduæ maritus, clerici facti fuerint, non promoueantur.

Jncipiunt Tituli Decretorum Papæ Innocentij, num. LVII.

I. DE pacis oſculo dando, poſt confecta myſteria.
II. De nominibus, ante precem ſacerdotis non recitandis.
III. Quòd non debeant baptizari, niſi ab Epiſcopo conſignati.
IV. Quòd rite omni Sabbato ieiunetur.
V. De fermento, quòd ciuitatis tantùm preſbyteris dirigatur.
VI. De energumenis baptizatis.
VII. De pœnitentibus.
VIII. De epiſtola ſancti Iacobi Apoſtoli, in qua pro infirmis orare præcipitur.
IX. Quòd extra conſcientiam Metropolitani, non ordinetur Epiſcopus.
X. Qui ad clerum ſuſcipi non poſſint, & vt clericorum cauſæ à propriis terminentur Epiſcopis.
XI. Vt viduam clericus non ducat vxorem.
XII. Vt ſi laïcus viduam duxerit, clericus non fiat.
XIII. Vt qui ſecundam vxorem habuerit, clericus non ſit.
XIV. Vt alterius clericum nullus vſurpet Epiſcopus ordinare.
XV. Vt non rebaptizentur qui ad Eccleſiam à Nouatianis, vel Montenſibus veniunt.
XVI. Quòd ſacerdotes, & leuitæ cum mulieribus coire non debeant.
XVII. Quòd monachus, ſi clericus factus fuerit, propoſitum ſuum ſeruare debeat.
XVIII. Vt ex curialibus clericus non fiat, propter voluptates, quas à diabolo inuentas exhibere cognoſcitur.
XIX. De virginibus velatis, ſi deuiauerint.
XX. De virginibus non velatis, ſi deuiauerint.
XXI. De incontinentia ſacerdotum & leuitarum.
XXII. De vltima pœnitentia.
XXIII. De adminiſtratoribus.
XXIV. Quòd viri cum vxoribus adulteris non conueniant.
XXV. Quòd qui preces, vel criminales dictant, habeantur immunes.
XXVI. Quòd hi, qui intercedente repudio diuortium pertulerunt, ſi ſe nuptiis aliis

Digitized by Google

aliis iunxerint, adulteri eſſe monſtrentur.

XXVII. Qui libri in canone recipiantur.

XXVIII. Si quis volens, partem ſibi corporis amputarit, clericus eſſe non poteſt: nolens autem poteſt.

XXIX. Quòd digami ad clerum admitti non poſſint.

XXX. Qui de laïcis ad clerum admitti non poſsint.

XXXI. Qui de laïcis poſſint clerici fieri, hîc apertè concubina prohibetur.

XXXII. De temporibus in cleri ordinibus immorandis.

XXXIII. Quòd hi, qui in presbyterio filios genuerint, remoueri ab officio debeant.

XXXIV. Quòd poſt pœnitentiam nullus ad clerum poſſit admitti.

XXXV. De Bubalio, & Tautiano damnatis à prouincialibus Epiſcopis, quorum ſententiam Sedes Apoſtolica tetractare curauit.

XXXVI. De terminis minimè transferendis.

XXXVII. Si cuius vxor in captiuitatem fuerit abducta, & alteram maritus acceperit, reuertente prima, ſecunda mulier debet excludi.

XXXVIII. Ad Aurelium Carthaginenſem, & Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopos ſcripta.

XXXIX. Scripta ad Iulianum nobilem exhortatoria.

XL. Item ad Aurelium Epiſcopum de Paſcha.

XLI. De Antiochena Eccleſia.

XLII. Ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum de pace.

XLIII. De Attico Conſtantinopolitano Epiſcopo.

XLIV. Item ad Alexandrum Epiſcopum de pace.

XLV. Item Alexandro Epiſcopo, quòd prima ſedes beati Petri apud Antiochiam eſſe memoretur.

XLVI. Quòd non oporteat, ſecundùm conſtituta Imperatorum, duos eſſe Metropolitanos.

XLVII. Quòd Arianorum clerici non ſint ſuſcipiendi in ſuis officiis, quamuis baptiſma, quod per eos datur, confirmet Eccleſia.

XLVIII. Acatio Berœæ Epiſcopo, de ſancto Ioanne Conſtantinopolitano Pontifice.

XLIX. De Bonoſiacis, quòd Iudæis ſint comparandi.

L. De ſuſcipiendis clericis, quos Bonoſus, antequam damnaretur, ordinaſſe cognoſcitur.

LI. Vt ſi ſacerdos, vel quilibet ex clero viduam vxorem duxerit, vel abiectam, ſuum perdat officium.

LII. Vt ſi quis catechumenus habuerit vxorem, & defunctâ eâ, poſt baptiſmum, ſortitus fuerit alteram, clericus eſſe non poſſit.

LIII. Quòd non ſuſcipiantur in clero ab hæreticis ordinati.

LIV. Quòd in ordinationibus crimina non bene credantur auferri.

LV. Quòd hi qui ordinati ſunt à Bonoſo hæretico, propterea ſint recepti, ne ſcandalum remaneret Eccleſiæ.

LVI. Quòd in Eccleſia peccatum populi inultum ſoleat præteriri.

LVII. Quòd ſubreptum fuerit Apoſtolicæ Sedi, & ſuam in melius ſententiam commutauerit.

Incipiunt Tituli Decretorum Papæ Zoſimi, num. IV.

I. QVOD monachi, vel laïci, niſi per gradus Eccleſiaſticos, non debeant ad ſummum ſacerdotium peruenire.

II. Quòd ſi quis interdicta deſpexerit, gradus ſui periculo ſubiacebit.

III. Quæ in ſingulis cleri gradibus tempora ſint præfixa.

IV. Ad presbyteros Rauennatium.

Incipiunt Tituli Decretorum Papæ Bonifacij I. num. IV.

I. SVPPLICATIO eiuſdem Papæ, vt conſtituatur à Principe, quatenus in vrbe Roma, per ambitum, nunquam Pontifex ordinetur.
II. Reſcriptum Honorij Auguſti, quo ſtatuit, vt ſi duo Romæ Epiſcopi fuerint ordinati, ambo de ciuitate pellantur.
III. Epiſtola eiuſdem Papæ de Maximo Epiſcopo, diuerſis criminibus accuſato.
IV. Vt in vnaquaque prouincia nemo, contempto Metropolitano, Epiſcopus ordinetur.

Incipiunt Tituli Decretorum Papæ Cæleſtini, num. XXII.

I. DE Proſpero & Hilario, qui quoſdam Galliæ presbyteros accuſant Pelagij ſectatores.
II. De ſancto Epiſcopo Auguſtino mira laudis aſſertio.
III. Præteritorum Sedis Apoſtolicæ Epiſcoporum authoritates de gratia Dei.
IV. Quòd Adam omnes homines læſerit, nec quemquam, niſi gratiâ Chriſti, poſſe ſaluari.
V. Quòd nemo ſit bonus ſuis viribus, niſi participatione eius, qui ſolus eſt bonus.
VI. Quòd niſi gratiâ Dei continuâ iuuemur, inſidias diaboli deuitare non poſſumus.
VII. Quòd per Chriſtum libero bene vtamur arbitrio.
VIII. Quòd omnia Sanctorum merita dona ſint Dei.
IX. Quòd omnis ſancta cogitatio, & motus piæ voluntatis ex Deo ſit.
X. Quòd gratia Dei non ſolùm peccata dimittat, ſed etiam adiuuet, ne committantur, & præſtat, vt lex impleatur, non ſicut ait Pelagius facilè, quaſi ſine Dei gratia difficiliùs poſſit impleri.
XI. Quòd præter ſtatuta Sedis Apoſtolicæ, omnes orationes Eccleſiæ Chriſti gratiam reſonent, qua genus reparatur humanum.
XII. Quòd gratiam Dei etiam baptizandorum teſtetur inſtituta purgatio, cùm exorciſmis & exſufflationibus ſpiritus ab eis expelluntur immundi.
XIII. Quòd profundiores quæſtiones nec contemnendæ ſunt, nec penitùs aſſerendæ.
XIV. Quòd non debeant ſacerdotes aut clerici amicti palliis & præcincti lumbis in Eccleſia miniſtrare.
XV. Quòd nulli ſit vltima pœnitentia deneganda.
XVI. Quòd per gradus Eccleſiaſticos ad Epiſcopatus debeat officium perueniri.
XVII. Quòd vnaquæque prouincia ſuo Metropolitano debeat eſſe contenta.
XVIII. Quòd nolentibus nemo debeat Epiſcopus ordinari.
XIX. Quòd ab inlicitis ſit ordinationibus abſtinendum.
XX. Quòd nulli ſacerdoti canones liceat ignorare.
XXI. Quòd non oporteat, contemptis clericis, de laïcis Epiſcopos ordinari.
XXII. Quòd docendus ſit populus, non ſequendus.

Incipiunt Tituli Decretorum Papæ Leonis, num. XLIX.

I. VT nullus Epiſcopus ſeruum alterius ad officium clericatus promoueat.
II. Vt quicunque ad ſacerdotium vel viduarum mariti, vel habentes numeroſa coniugia, promoti fuerint, ab Eccleſiaſticis officiis arceantur.
III. Quòd vſuram non ſolùm clerici exigere non debeant, ſed nec laïci Chriſtiani.
IV. Vt clericus, nec ſuo, nec alieno nomine fœnus exerceat.

V. Vt ſi quis ſacerdotum contra interdicta fecerit, à ſuo ſubmoueatur officio.
VI. Quòd plurimi Manichæi vigilantiâ Papæ Leonis in vrbe detecti ſunt.
VII. Quòd in die Epiphaniorum prohibeatur baptiſmus celebrari.
VIII. Quòd omnia nobis rerum ordine per incarnationem Domini noſtri ſalutis ſacramenta digeſta ſunt.
IX. Quòd in baptiſmo mors proueniat interfectione peccati, & ſepulturam imitetur trina demerſio, & ab aquis eleuatio ſit velut reſurrectio de ſepulchro.
X. Quòd beatus Petrus in die Pentecoſtes virorum tria millia baptizauit.
XI. Quòd duo tantùm tempora, id eſt Paſcha, & Pentecoſte, ad baptizandum à Romanis Pontificibus præfixa ſint.
XII. Quòd omni tempore, hi, qui neceſſitate mortis vrgentur, debeant baptizari.
XIII. Quòd de Sicilia, terni annis ſingulis Epiſcopi Romani ſociandi Synodo indiſſimulanter occurrant.
XIV. Quòd omnis cuiuſlibet ordinis clericus, qui ſe hæreticæ communioni miſcuerit, regreſſus ad Eccleſiam in eo gradu quo erat, ſine promotione permaneat.
XV. Quòd non habeantur Epiſcopi, quos nec clerus elegit, nec populus exquiſiuit: ſi qui tamen clerici ab his pſeudo-Epiſcopis ordinantur, rata poteſt ordinatio talis exiſtere.
XVI. Quòd presbyteri, aut diaconi, ſi in aliquo crimine detecti fuerint, non poſſint per manus impoſitionem, pœnitentiam gerere.
XVII. Quòd diaconi, ſicut Epiſcopus, & presbyter, ceſſare debeant ab opere coniugali, nec tamen repudiare coniugia.
XVIII. Quòd aliud ſit vxor, aliud concubina, nec erret, quiſquis filiam ſuam in matrimonium tradiderit ei, qui habuit concubinam.
XIX. Quòd non ſit coniugij duplicatio, quando ancillâ reiectâ, vxor adſumitur.
XX. De his qui communione priuantur, & ita moriuntur.
XXI. De his, qui pœnitentiam agere differunt.
XXII. Quòd oporteat eum, qui pro inlicitis veniam poſcit, etiam à licitis abſtinere.
XXIII. Quòd pœnitenti nulla negotiationis lucra exercere conueniat.
XXIV. Quòd ad militiam ſæcularem, poſt pœnitentiam, rediri non debeat.
XXV. Quòd adoleſcens, ſi vrgente quocunque periculo, pœnitentiam geſſit, & ſe non continet, poſſit vxoris remedio ſuſtineri.
XXVI. Quòd ſi quis propoſitum monachi deſeruerit, publica ſit ſatisfactione purgandus.
XXVII. Quòd puellæ, quæ non coactæ virginitatis propoſitum ſuſceperunt, peccant ſi nupſerint, licèt nondum fuerint conſecratæ.
XXVIII. De his, qui dubitant vtrum baptizati ſint, eos neceſſe eſt baptizari.
XXIX. Quòd eos, qui ſe baptizatos agnoſcunt, ſed in qua profeſſione neſciunt, per manus impoſitionem ſuſcipi conueniat.
XXX. De his, qui conuiuio gentilium, & eſcis immolatitiis vſi ſunt.
XXXI. Quòd ſemper Theſſalonicenſis Antiſtes vices Apoſtolicæ Sedis impleuerit.
XXXII. Vt Metropolitanis ſua iura ſeruentur.
XXXIII. Vt à Metropolitanis non laici, non bigami, non viduarum mariti, ſed irreprehenſibiles ordinentur.
XXXIV. Quòd ſubdiaconis carnale connubium denegetur.
XXXV. Vt nullus inuitus ordinetur Epiſcopus.
XXXVI. Vt Metropolitanus Epiri de electo, quem eſt ordinaturus Epiſcopum, ad Theſſalonicenſem Pontificem referat.
XXXVII. Vt bina per annos ſingulos Epiſcoporum concilia celebrentur: & ſi res difficilis emerſerit quæ non poſſit Theſſalonicenſis Epiſcopi iudicio terminari, ad Romanum referatur Antiſtitem.
XXXVIII. Vt ſi quis Epiſcopus ſuam deſerens ciuitatem, maiorem ambitus cauſa, petierit: non ſolùm eam obtinere non poterit, ſed & ſua carere debebit.
XXXIX. Vt nullus alienum clericum ordinare audeat, ſuo Epiſcopo non præbente conſenſum.

XL. Vt in euocandis prouincialibus Epiſcopis à Theſſalonicenſi Pontifice moderatio conſeruetur.

XLI. Vt non ampliùs ab ſtatuto Concilij tempore, quàm dies XV. remorentur Epiſcopi, & ſi inter eos fuerit oborta contentio, cuncta Romano Pontifici, ſub geſtorum inſinuatione, pandantur.

XLII. Quòd debeant feminæ, quæ, captis viris ſuis aliis nupſerunt, regreſſis prioribus copulari, vt ſuum vnuſquiſque recipiat.

XLIII. Quòd non videatur eſſe culpabilis, qui vxorem capti ſortitus eſt.

XLIV. Vt ſi viri de captiuitate regreſſi, vxorum incontinentia offenſi non fuerint, & voluerint eas recipere, habeant liberam facultatem.

XLV. Vt ſi mulieres ad priores maritos redire noluerint, veluti iniquæ, communione ſancta priuandæ ſint.

XLVI. Captiuis terrore vel fame compulſis cibos immolatitios edere, pœnitentia concedenda.

XLVII. Quòd hi qui ad iterationem baptiſmi vel vi, vel metu coacti ſunt, pœnitentiæ ſint ſubleuandi remedio: ita vt ſenilis ætatis, cæterarúmque neceſſitatum habeatur ſolicita conſideratione reſpectus.

XLVIII. Vt hi, qui ab hæreticis baptizati ſunt, ſola Sancti Spiritus inuocatione firmentur.

XLIX. Leo Epiſcopis Mauris de conſeruatione & diſciplina Canonum, ne indebitè & inordinatè ad clericatum aliquis præſumat accedere.

Incipiunt Tituli Decretorum Gelaſij Papæ, num. XXVIII.

I. DE conſtitutis Eccleſiaſticis, pro temporis qualitate moderandis.

II. Vt vbi nulla perurget neceſſitas, conſtituta Patrum inuiolata ſeruentur: vel cùm defuerint clerici, de monachis eligantur.

III. Vt ſi qui de laïcis eliguntur ad clerum, multo ſolicitiùs in his, ea quæ de monachis dicta ſunt, inquirantur.

IV. Vt ab Epiſcopis, præceptione Papæ, nouæ baſilicæ dedicentur.

V. Vt nulla pretia de baptizandis conſignandiſque fidelibus exigantur. Quòd ſi qui hoc perpetrauerint, honoris ſui periculo ſubiacebunt.

VI. Vt preſbyteri modum debitum ſeruent, non chriſma conficiant, non conſignent: nec præſente quolibet Epiſcopo, niſi iubeantur ab ipſo, vel orare vel ſedere præſumant, nec acolytum, vel ſubdiaconum faciant.

VII. Similiter, vt diaconi menſuram propriam, iuxta Patrum decreta, cuſtodiant.

VIII. Quòd diaconi in preſbyterio reſidere non poſſint, nec ſacri corporis prærogationem, præſentibus debeant vſurpare preſbyteris.

IX. Quòd Apoſtolica Sedes paternos Canones pio ſtudio, deuotóque cuſtodiat.

X. Vt præter Paſchale tempus, & Pentecoſten nemo baptizare præſumat, niſi eos tantùm, quos ægritudo extrema compulerit.

XI. Preſbyterorum, & diaconorum ordinationes certis celebrari poſſe temporibus.

XII. Vt præfixis diebus virgines ſacræ velentur.

XIII. Vt viduæ non velentur.

XIV. Vt nullus Præſul vel Eccleſiæ, vel monaſterij, ſeruum, aut originarium, nolentibus dominis, ſub nomine religioſo defendat: honoris & communionis periculum ſubiturus quiſquis hoc perpetrare tentauerit.

XV. Vt clerici nullas negotiationes inhoneſtas, nec turpia lucra ſectentur.

XVI. Vt nemo literas neſciens, vel aliqua parte corporis imminutus, proueha-tur ad clerum.

XVII. De his, qui ſeipſos abſcindunt.

XVIII. Quòd ad clerum criminoſi nequeant promoueri, & in clero poſiti, ſi in aliquibus fuerint inuenti criminibus, à ſuis officiis arceantur.

Digitized by Google

XIX. Quòd dæmoniis, aliiſque paſſionibus irretitis miniſteria ſacra tractare non liceat.

XX. Quòd hi, qui ſe ſacris virginibus ſociant, & fœdera inceſta commiſcent, communicare non poſſint, niſi fortè publicam pœnitentiam geſſerint.

XXI. Quòd viduæ, vt ſuprà dictum eſt, non velentur. Et ſi profeſſam continentiam propoſito mutato calcauerint, ipſæ pro ſe rationem ſint Domino reddituræ.

XXII. Quòd ſecunda coniugia ſæcularibus non negentur, quibus tamen ad clerum minimè venire conceditur.

XXIII. Vt ſi quis ſuſceperit Eccleſiæ propriæ deſertorem, & in aliquam prouexerit dignitatem, vtrique ſententiæ ſubiaceant, quam Canones præfixerunt.

XXIV. Quòd ſi qui ex monachis, aut laïcis eliguntur ad clerum, eùm nulla cogit neceſſitas, antiqua in eis debent ſtatuta ſeruari. Quòd ſi probentur ſacram mercati eſſe pretio dignitatem, ab officio deponantur, nam dantem & accipientem, Simonis Magi crimen inuoluit.

XXV. De ſacris locis nouiter inſtitutis quamuis ſuperiùs dictum ſit, hoc nunc tamen adiicitur, vt nulla baſilica, ſub defunctorum conſtructa nomine, dedicetur.

XXVI. Quòd nefas ſit feminas ſacris altaribus miniſtrare, vel aliquid ex his, quæ virorum ſunt officiis deputata, præſumere.

XXVII. Quòd in vnaquaque Eccleſia, cui Epiſcopus præeſt, tam de reditibus, quàm de fidelium oblationibus, quatuor debeant fieri portiones, vt vna ſit Epiſcopi, alia clericorum, tertia pauperum, quarta Eccleſiæ fabricis applicetur.

XXVIII. Quòd Epiſcopus, preſbyter, & diaconus à quocumque clerico veraciter fuerit accuſatus, quòd aduerſus hæc conſtituta fecerit, poteſt ſine dubitatione percelli, ſui etiam honoris periculum Epiſcopus ſubiturus, ſi hæc omnia Eccleſiæ noſcenda tacuerit.

Incipiunt Tituli Decretorum Papæ Anaſtaſij, num. VIII.

I. QVOD pro Chriſto fungatur legatione, dum pro pace precatur Eccleſia.

II. Quòd non ſit temerè iudicandum de his qui iam ad Dominum migrauerunt.

III. Vt ſpecialiter in Eccleſia nomen taceatur Acatij.

IV. Quòd magnopere contentio ſit cauenda.

V. Vt Alexandrinos Imperator admoneat, ad fidem ſinceram, & pacem redire Catholicam.

VI. Admonetur Imperator, vt conſtitutis Apoſtolicæ Sedis obtemperet.

VII. Quòd eos, quos poſt damnationem ſuam vel baptiſauit, vel ordinauit Acatius, nulla portio læſionis attingat.

VIII. Quòd mali, bona miniſtrando, ſibi tantummodo noceant, nec Eccleſiæ ſacramenta commaculent.

EXPLICIVNT TITVLI DECRETORVM.

Digitized by Google

INCIPIT EPISTOLA DECRETALIS PAPÆ SIRICII.

SIRICIVS HIMERIO Epiſcopo Tarraconenſi ſalutem. Directa ad deceſſorem noſtrum ſanctæ recordationis Damaſum fraternitatis tuæ relatio, me iam in ſedem ipſius conſtitutum, quia ſic Dominus ordinauit, inuenit: quam cùm in conuentu fratrum ſolicitiùs legeremus, tanta inuenimus, quæ reprehenſione, & correctione ſint digna: quanta optaremus laudanda cognoſcere. Et quia neceſſe erat nos in eius labores, curáſque ſuccedere, cui per Dei gratiam ſucceſſimus in honorem: facto, vt oportebat, primitus meæ prouectionis indicio, ad ſingula, prout Dominus adſpirare dignatus eſt, conſultationi tuæ reſponſum competens non negamus. Quia pro officij noſtri conſideratione non eſt nobis diſſimulare, non eſt tacere libertas: quibus maior cunctis Chriſtianæ religionis zelus incumbit, portamus onera omnium, qui grauantur. Quinimo hæc portat in nobis beatus Apoſtolus Petrus, qui nos in omnibus, vt confidimus, adminiſtrationis ſuæ protegit, & tuetur hæredes.

De Arianis non rebaptizandis.

I. PRIMA itaque paginæ tuæ fronte ſignaſti baptizatos ab impiis Arianis plurimos ad fidem Catholicam feſtinare, & quoſdam de fratribus noſtris eoſdem denuo baptizare velle, quod non licet, cùm hoc fieri & Apoſtolus vetet, & *Eph. 4.* Canones contradicant, & poſt caſſatum Ariminenſe Concilium miſſa ad prouincias, à venerandæ memoriæ prædeceſſore meo Liberio, generalia decreta prohibeant, quos nos cum Nouatianis, aliiſque hæreticis, ſicut eſt in Synodo conſti- *In Concil. Nicæno c. 8.* tutum, per inuocationem ſolam ſeptiformis Spiritus Epiſcopalis manus impoſitione, Catholicorum conuentui ſociamus, quod etiam totus Oriens, Occidénſque cuſtodit, à quo tramite vos quoque poſthac minimè conuenit deuiare: ſi non vultis à noſtro collegio ſynodali ſententia ſeparari.

Vt præter Paſcha, & Pentecoſten baptiſmum non celebretur.

SEQVITVR de diuerſis baptizandorum temporibus, prout vnicuique libitum fuerit, improbabilis, & emendanda confuſio: quæ à noſtris conſacerdotibus (quod commoti dicimus) non ratione authoritatis alicuius, ſed ſolâ temeritate præſumitur, vt paſſim, ac liberè natalitiis Chriſti, ſeu apparitionis, necnon & Apoſtolorum, ſeu Martyrum feſtiuitatibus innumeræ, vt aſſeris, plebes baptiſmi myſterium conſequantur, cùm hoc ſibi priuilegium & apud nos, & apud omnes Eccleſias dominicum ſpecialiter cum Pentecoſte ſua Paſcha defendat, quibus ſolis per annum diebus ad fidem confluentibus generalia baptiſmatis tradi conuenit ſacramenta. His dumtaxat electis, qui ante quadraginta, vel eo ampliùs dies nomen dederint, & exorciſmis, quotidianiſque orationibus, atque ieiuniis fuerint expiati, quatinus Apoſtolica illa impleatur præceptio, vt expurgato fermento veteri, noua incipiat eſſe conſperſio. Sicut ergo Paſchalem reuerentiam in nullo dicimus eſſe minuendam, ita infantibus, qui necdum loqui poterunt per ætatem, vel his, quibus in qualibet neceſſitate opus fuerit ſacri vndâ baptiſmatis, omni volumus celeritate ſuccurri: ne ad noſtrarum perniciem tendat animarum, ſi negato deſiderantibus fonte ſalutari exiens vnuſquiſque de ſæculo & regnum perdat, & vitam. Quicunque etiam diſcrimen naufragij, hoſtilitatis incurſum, obſidionis ambiguum, vel cuiuſlibet corporalis ægritudinis deſperationem inciderint, & ſibi vnico credulitatis auxilio popoſcerint ſubueniri: eodem, quo poſcunt, momento temporis expetitæ regenerationis præmia conſequantur. Hactenus erratum in hac parte ſufficiat, nunc præfatam regulam omnes teneant ſacerdotes, qui nolunt ab Apoſtolicæ Petræ, ſuper quam Chriſtus vniuerſalem conſtruxit Eccleſiam, ſoliditate diuelli.

II. *De conſecr. Diſt. 4. c. Non ratione.*

1. Cor. 5.

Matth. 16.

Digitized by Google

De apoſtatis.

III. ADIECTVM eſt etiam, quoſdam Chriſtianos ad apoſtaſiam (quod dici nefas eſt) tranſeuntes, & idolorum cultu, ac ſacrificiorum contaminatione profanatos, quos à Chriſti corpore & ſanguine, quo dudum redempti fuerant renaſcendo, iubemus abſcindi. Et ſi reſipiſcentes fortè aliquando fuerint ad lamenta conuerſi, his, quamdiu viuunt, agenda pœnitentia eſt, & in vltimo fine ſuo reconciliationis gratia tribuenda, quia docente Domino, nolumus mortem peccatoris, ſed tantùm vt conuertatur, & viuat. *Ezech. 18.*

Quòd non liceat alterius ſponſam ad matrimonij iura ſortiri.

IV. *27. q. 2. De coniugali.* DE coniugalium autem violatione requiſiſti, ſi deſponſatam alij puellam alter in matrimonium poſſit accipere? hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nuptura ſacerdos imponit, apud fideles cuiuſdam ſacrilegij inſtar eſt, ſi vlla tranſgreſſione violetur.

De his, qui pœnitentiam minimè ſeruauerunt.

V. *33. q. 2. c. De his verò. 2. Pet. 2.* DE his verò non incongruè dilectio tua Apoſtolicam ſedem credidit conſulendam: qui acta pœnitentia, tanquam canes, ac ſues ad vomitus priſtinos, & volutabra redeuntes & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & noua coniugia, & inhibitos denuò appetiuere concubitus, quorum profeſſam incontinentiam generati poſt abſolutionem filij prodiderunt. De quibus, quia iam ſuffugium non habent pœnitendi, id duximus decernendum: vt ſola intra Eccleſiam fidelibus oratione iungantur, ſacræ myſteriorum celebritati, quamuis non mereantur, interſint: à Dominicæ autem menſæ conuiuio ſegregentur, vt hac ſaltem deſtructione correpti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obſcœnis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cùm ad Dominum cœperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubueniri. Quam formam & circa mulieres, quæ ſe poſt pœnitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt, ſeruandam eſſe cenſemus.

De monachis, & virginibus propoſitum non ſeruantibus.

PRÆTEREA monachorum, quoſdam atque monacharum abiecto propoſito ſanctitatis, in tantam proteſtatis demerſos eſſe laſciuiam: vt prius clanculo, velut ſub monaſteriorum prætextu, inlicita, ac ſacrilega ſe contagione miſcuerint, poſtea verò in abruptum conſcientiæ deſperatione perducti de inlicitis complexibus liberè filios procrearint: quod & publicæ leges, & Eccleſiaſtica iura condemnant. Has igitur impudicas, deteſtabileſque perſonas à monaſteriorum cœtu, Eccleſiarúmque conuentibus eliminandas eſſe mandamus. Quatenus retruſæ in ſuis ergaſtulis tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificatorio poſſint pœnitudinis igne decoquere, vt eis vel ad mortem ſaltem, ſolius miſericordiæ intuitu per communionis gratiam poſſit indulgentia ſubuenire. VI.

De clericis incontinentibus.

VENIAMVS nunc ad ſacratiſſimos ordines clericorum, quos in venerandæ religionis iniuriam ita per veſtras prouincias calcatos, atque confuſos charitate tua inſinuante repetimus: vt Hieremiæ nobis voce dicendum ſit: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & flebo populum hunc die, ac nocte.* Si ergo beatus Propheta ad lugenda populi peccata non ſibi ait lacrymas poſſe ſufficere, quanto nos poſſumus dolore percelli, cùm eorum, qui in noſtro ſunt corpore, compellimur facinora deplorare, quibus præcipuè ſecundùm beatum Paulum inſtantia quotidiana, & ſolicitudo omnium Eccleſiarum indeſinenter incumbit? Quis enim infirmatur, & non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror. Plurimos enim ſacerdotes Chriſti, atque leuitas poſt longa conſecrationis ſuæ tempora tam de coniugibus propriis, quàm etiam de turpi coitu ſobolem didicimus procreaſſe: & crimen ſuum hac præſcriptione defendere, qua in veteri teſtamento ſacerdotibus ac miniſtris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quiſquis ille eſt ſectator libidinum, præceptórque vitiorum: ſi æſtimat, quia in lege Moſis paſſim ſacris ordinibus à Domino noſtro laxata ſunt frena luxuriæ: cur eos, quibus commit- VII. *Hier. 9.* *2. Cor. 11.* *Diſt. 82. c. Plurimos.*

tebantur ſancta ſanctorum, præmoner
Leui. 19. dicens, Sancti eſtote: quia & ego ſanctus
Luc. 1. ſum, Dominus Deus veſter? Cur etiam
procul à ſuis domibus anno vicis ſuæ in
remplo habitare iuſſi ſunt ſacerdotes? hac
videlicer ratione, ne vel cum vxoribus
poſſint carnale exercere commercium,
vt conſcienriæ integritare fulgentes ac-
ceptabile Deo munus offerrent. Quibus
explero deſeruitionis ſuæ rempore, vxo-
rius vſus ſolius ſucceſſionis causâ fuerat
Num. 18. relaxatus: quia non ex alia, niſi ex tribu
Leui, quiſquam ad Dei miniſterium fue-
rat præceptus admitri. Vnde & Dominus
Matth. 9. Ieſus cùm nos ſuo inluſtraſſet aduentu,
in Euangelio proreſtatur, quia legem ve-
nerir implere, non ſoluere. Er ideo Ec-
Ephes. 5. cleſiam, cuius ſponſus eſt ſpecioſus for-
ma, caſtitaris voluir ſplendore radiare:
vr in die iudicij, cùm rurſus aduenerir,
ſine macula, & ruga cam poſſit, ſicur per
Apoſtolum ſuum inſtituir, reperire.
Quarum ſanctionum omnes ſacerdores,
atque leuiræ inſolubili lege conſtringi-
mur, vr à die ordinationis noſtræ ſobrie-
tari, ac pudicitiæ & corda noſtra manci-
pemus, & corpora: dummodo per om-
nia Deo noſtro in his, quæ quoridie of-
Rom. 5. ferimus, ſacrificiis placeamus. Qui au-
tem in carne ſunr, dicente electionis va-
ſe, Deo placere non poſſunt: vos aurem
1. Corinth. 6 iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu: ſi
Sap. 1. tamen ſpiritus Dei habitar in vobis, & vbi
poterir niſi in corporibus, ſicur legimus,
ſanctis Dei ſpiritus habitare? Er quia ali-
Diſt. 82. c. quanti, de quibus loquimur (vt tua ſan-
Quia ali- ctitas retulir) ignoratione lapſos eſſe ſe
quanti. deflent: his hac condirione miſericor-
diam dicimus non negandam, vr ſine vl-
lo honoris augmento in hoc, quo derecti
ſunt, quamdiu vixerint, officio perſe-
uerent, ſi tamen poſt hæc continentes ſe
ſtuduerint exhibere. Hi verò, qui inli-
citi priuilegij excuſatione nituntur, &
ſibi aſſerunt vereri hoc lege conceſſum:
nouerint ſe ab omni Eccleſiaſtico hono-
re, quo indignè vſi ſunr, Apoſtolicæ Se-
dis aurhoritate deiectos, nec vnquam poſ-
ſe veneranda attrectari myſteria, à qui-
bus ſe ipſi, dum obſcœnis cupiditatibus
inhiant, priuauerunr. Er quia exempla
præſentia cauere nos præmonent in futu-
rum, quilibet Epiſcopus, preſbyter, ar-
que diaconus (quod non optamus) ſi de-
inceps fuerir ralis inuentus, iam nunc
ſibi omnem per nos indulgenriæ aditum
intelligat obſeratum, quia ferro neceſſe
eſt excidantur vulnera, quæ fomento-
rum non ſenſerint medicinam.

De clericis: quales debeant promoueri.

DIDICIMVS etiam licenter, ac li- VIII.
berè inexploratæ vitæ homines,
quibus etiam fuerint numeroſa coniugia,
ad præfatas dignitates prout cuicunque
libuerit, aſpirare, quod non tantùm illis,
qui ad hæc immoderata ambitione per-
ueniunt, quantum metropolitanis ſpe-
cialiter Pontificibus imputamus: qui
dum inhibitis auſibus conniuent, Dei no-
ſtri quantum in ſe eſt præcepta contem-
nunt. Er vt taceamus, quod altius ſuſpi-
camur, vbi illud eſt, quod Deus noſter
data per Moſen lege conſtituit, dicens,
Sacerdotes mei ſemel nubant? & alio loco, Leuit. 21.
Sacerdos vxorem virginem accipiat, non Ezech. 44.
viduam, non repudiatam, non meretri-
cem. Quod ſecutus Apoſtolus ex perſe- 1. Timoth.
cutore prædicator, vnius vxoris virum
tam ſacerdotem, quàm diaconum fieri
debere mandauit. Quæ omnia ita à ve-
ſtrarum regionum deſpiciuntur Epiſco-
pis: quaſi in contrarium magis fuerint
conſtitura. Er quia non eſt nobis de hu-
iuſmodi vſurpationibus negligendum,
ne nos indignantis Domini vox iuſta cor-
ripiat, quæ dicit: *Videbas furem, & cur-* Pſalm. 49
rebas cum eo, & ponebas tuam cum adulte-
ris portionem, quid ab vniuerſis poſt hæc
Eccleſiis ſequendum ſit, quid vitandum,
generali pronunciatione decernimus.

De clericorum conuerſatione.

QVICVNQVE itaque ſe Eccleſiæ IX.
vouit obſequiis, à ſua infantia ante Diſt.
pubertatis annos baptizari, & lectorum Quicunque
debet miniſterio ſociari, qui ab acceſſu
adoleſcentiæ vſque ad triceſimum ætatis
annum, ſi probabiliter vixerit, vna tan- vide Zoſi-
tùm, & ea, quam virginem communi mum
per ſacerdotem benedictione perceperit,
vxore contentus, acolythus, & ſubdia-
conus eſſe debebit, poſt quæ ad diaconij
gradum, ſi ſe ipſe, primitus continentiâ
præeunte, dignum probarit, accedat.
Vbi ſi vltra quinque annos laudabiliter
miniſtrauerit, congruè presbyterium
conſequetur, & exinde poſt decennium
Epiſcopalem cathedram poterit adipiſci:
ſi tamen per hæc tempora integritas vitæ,
ac fidei eius fuerit approbata.

De grandæuis.

QVI verò iam ætate grandæuus me- X.
lioris propoſiti conuerſatione pro-
uocatus

uocatus ex laïco ad ſacram militiam peruenire feſtinat: deſiderij ſui fructum non aliter obtinebit, niſi eo, quo baptizatur, tempore, ſtatim lectorum aut exorciſtarum numero ſocietur: ſi tamen eum vnam habuiſſe, vel habere, & hanc virginem accepiſſe, conſtet vxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud acolythus, & ſubdiaconus fiat, & ſic ad diaconatum, ſi per hæc tempora dignus iudicatus fuerit, prouehatur. Exinde iam acceſſu temporum preſbyterium, vel Epiſcopatum, ſi eum cleri ac plebis euocarit electio, non immeritò ſortietur.

Quòd clericus, qui ſecundam vxorem duxerit, deponatur.

XI. *Diſt. 84. c. Quiſquis.* QVISQVIS ſanè clericus aut viduam, aut certè ſecundam coniugem duxerit, omni Eccleſiaſticæ dignitatis priuilegio mox nudetur, laica tantùm ſibi communione conceſſa, quam ita demum poterit poſſidere, ſi nihil poſtea, propter quod hanc perdat, admittat.

Quæ feminæ cum clericis habitent.

XII. *Diſt. 81. c. Feminas. Nicæn. c. 3.* FEMINAS verò non alias eſſe patimur in domibus clericorum, niſi eas tantùm, quas propter ſolas neceſſitudinum cauſas habitare cum eiſdem Synodus Nicæna permiſit.

De monachorum promotione.

XIII. *16. q. 1. c. Monachos quoque.* MONACHOS quoque, quos tamen morum grauitas, & vitæ, ac fidei inſtitutio ſancta commendat, clericorum officiis aggregari & optamus, & volumus: ita vt qui intra triceſimum ætatis annum ſunt, in minoribus per gradus ſingulos creſcente tempore promoueantur ordinibus, & ſic ad diaconatus, vel preſbyterij inſignia maturæ ætatis conſecratione perueniant, nec ſtatim ſaltu ad Epiſcopatus culmen aſcendant, niſi in his eadem, quæ ſingulis dignitatibus ſuperiùs præfiximus, tempora fuerint cuſtodita.

Quòd pœnitens non fiat clericus.

XIV. *Diſt. 50. c. Illud quoque.* ILLVD quoque nos par fuit prouidere, vt ſicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum: ita & poſt pœnitudinem, ac reconciliationem nulli vnquam laïco liceat honorem clericatus adipiſci, quia quamuis ſint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum ſacramentorum inſtrumenta ſuſcipere, qui dudum fuerint vaſa vitiorum.

Vt ſi per ignorantiam vel pœnitens, vel digamus, aut viduæ maritus clerici facti fuerint, non promoueantur.

XV. *Diſt. 50. Quicumque pœnitens.* ET quia his omnibus, quæ in reprehenſionem veniunt, ſola excuſatio ignorationis obtenditur, cui nos interim ſolius pietatis intuitu neceſſe eſt clementer ignoſcere: quicumque pœnitens, quicumque digamus, quicumque viduæ maritus ad ſacram militiam indebitè, & incompetenter irrepſit, hac ſibi conditione à nobis veniam intelligat relaxatam: vt in magno debeat computare beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in hoc quo inuenietur ordine, perpetua ſtabilitate permaneat: ſcituri poſthac prouinciarum omnium ſummi Antiſtites, quòd ſi vltra ad ſacros ordines quenquam de talibus crediderint adſumendum, & de ſuo, & de eorum ſtatu, quos contra canones, & interdicta noſtra prouexerint, congruam ab Apoſtolica Sede promendam eſſe ſententiam. Explicuimus, vt arbitror, frater chariſſime, vniuerſa, quæ digeſta ſunt in querelam, & ad ſingulas cauſas, de quibus per filium noſtrum Baſſianum preſbyterum ad Romanam Eccleſiam, vtpote ad caput tui corporis, retuliſti, ſufficientia, quantum opinor, reſponſa reddidimus: nunc fraternitatis tuæ animum ad ſeruandos canones, & tenenda decretalia conſtituta magis, ac magis incitamus. Vt hæc quæ ad tua conſulta reſcripſimus, in omnium Coëpiſcoporum noſtrorum perferri facias notionem, & non ſolùm eorum, qui in tua ſunt diœceſi conſtituti, ſed etiam ad vniuerſos Carthaginienſes, ac Beticos, Luſitanos, atque Gallicos, vel eos, qui vicinis tibi conlimitant hinc inde prouinciis, hæc, quæ à nobis ſunt ſalubri ordinatione diſpoſita, ſub litterarum tuarum proſecutione mittantur. Et quanquam ſtatuta Sedis Apoſtolicæ, vel Canonum venerabilia definita nulli ſacerdotum Domini ignorare ſit liberum: vtilius tamen & pro antiquitate ſacerdotij tui dilectioni tuæ eſſe admodum poterit glorioſum, ſi ea, quæ ad te ſpeciali nomine generaliter ſcripta ſunt, per vnanimitatis tuæ ſolicitudinem in vniuerſorum fratrum noſtrorum notitiam perferantur, quatenus & quæ à nobis non inconſultè, ſed prouidè ſub nimia cautela, & deliberatione ſunt & ſalu-

briter conſtituta, intemerata permaneant, & omnibus in poſterum excuſationibus aditus, qui iam nulli apud nos patere potuerit, obſtruatur. Data III. Idus Februarij. Arcadio & Bauto vv. cc. Conſſ.* *An. Christi 385.*

INCIPIVNT DECRETA
INNOCENTII PAPÆ.

INNOCENTIVS DECENTIO Epiſcopo Eugubino ſalutem. Si inſtituta Eccleſiaſtica, vt ſunt à beatis Apoſtolis tradita, integra vellent ſeruare Domini ſacerdotes: nulla diuerſitas, nulla varietas in ipſis ordinibus, ac conſecrationibus haberetur. Sed dum vnuſquiſque, non quod traditum eſt, ſed quod ſibi viſum fuerit, hoc exiſtimat eſſe tenendum, inde diuerſa in diuerſis locis, vel Eccleſiis aut teneri, aut celebrari videntur, ac fit ſcandalum populis, qui dum neſciunt traditiones antiquas humana præſumptione corruptas, putant ſibi, aut Eccleſiis non conuenire, aut ab Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim neſciat, aut non aduertat, id, quod à principe Apoſtolorum Petro, Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc vſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari, nec ſuperduci, aut introduci aliquid, quod aut authoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? Præſertim cùm ſit manifeſtum in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam, inſuláſque interiacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut eius ſucceſſores conſtituerint ſacerdotes, aut legant, ſi in iis prouinciis alius Apoſtolorum inuenitur, aut legitur docuiſſe. Qui ſi non legunt, quia nuſquam inueniunt, oportet eos hoc ſequi, quod Eccleſia Romana cuſtodit, à qua eos principium accepiſſe non dubium eſt, ne dum peregrinis aſſertionibus ſtudeant, caput inſtitutionum videantur omittere. Sæpe dilectionem tuam ad vrbem veniſſe, ac nobiſcum in Eccleſia conueniſſe non dubium eſt, & quem morem vel in conſecrandis myſteriis, vel in cæteris agendis arcanis teneat, cognouiſſe, quod ſufficere arbitrarer ad informationem Eccleſiæ tuæ, vel reformationem, ſi prædeceſſores tui minus aliquid, aut aliter tenuerint, ſatis certum haberem, niſi de aliquibus conſulendos nos eſſe duxiſſes. Quibus iccirco reſpondemus, non quo te aliqua ignorare credamus, ſed vt maiori authoritate vel tuos inſtituas, vel ſi qui à Romanæ Eccleſiæ inſtitutionibus errant, vt commoneas, aut indicare non differas, vt ſcire valeamus, qui ſint, qui aut nouitates inducunt, aut alterius Eccleſiæ, quàm Romanæ, exiſtimant conſuetudinem eſſe ſeruandam.

Diſt. 11. c. ſi. Quis neſciat.

De pace poſt confecta myſteria danda.

I. PACEM igitur aſſeris ante confecta myſteria quoſdam populis imperare, vel ſibi inter ſacerdotes tradere, cùm poſt omnia, quæ aperire non debeo, pax ſit neceſſariò indicenda. Per quam conſtet populum ad omnia, quæ in myſteriis aguntur, atque in Eccleſia celebrantur, præbuiſſe conſenſum, ac finita eſſe pacis concludentis ſignaculo demonſtrentur.

De conſ. diſt. 1. Pacem igitur.

De nominibus ante precem ſacerdotis non recitandis.

II. DE nominibus verò recitandis, antequam precem ſacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda ſunt, ſua oratione commendet, quàm ſuperfluum ſit, & ipſe pro tua prudentia recognoſcis: vt cuius hoſtiam necdum Deo offeras, eius antè nomen inſinues: quamuis illi incognitum nihil ſit. Priùs ergo oblationes ſunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum ſunt, edicenda: vt inter ſacra myſteria nominentur, non inter alia, quæ antè præmittimus, vt ipſis myſteriis viam futuris precibus aperiamus.

De conſ. diſt. 1. c. ſi.

Quòd non debeant baptizati niſi ab Epiſcopis conſignari.

III. DE conſignandis verò infantibus manifeſtum eſt non ab alio, quàm ab Epiſcopo fieri licere. Nam preſbyteri, licèt ſint ſacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem Pontificibus

ſolis deberi vt vel conſignent, vel paracletum Spiritum tradant:non ſolùm conſuetudo Eccleſiaſtica demonſtrat, verùm & illa lectio Actuum Apoſtolorum, quæ aſſerit Petrum, & Ioannem eſſe directos, qui iam baptizatis tradant Spiritum ſanctum. Nam presbyteris, ſeu extra Epiſcopum, ſeu præſente Epiſcopo cùm baptizant, chriſmate baptizatos vngere licet, ſed quod ab Epiſcopo fuerit conſecratum, non tamen frontem ex eodem oleo ſignare, quod ſolis debetur Epiſcopis, cùm tradunt Spiritum paracletum. Verba verò dicere non poſſum, ne magis prodere videar, quàm ad conſultationem reſpondere.

De conſ. diſt. 4 c. presbyte.

Quòd rite omni ſabbato ieiunetur.

IV. SABBATO verò ieiunandum eſſe ratio euidentiſſima demonſtrat. Nam ſi diem Dominicum ob venerabilem reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti non ſolùm in Paſcha celebramus, verùm etiam per ſingulos circulos hebdomadarum ipſius diei imaginem frequentamus, ac ſi ſexta feria propter paſſionem Domini ieiunamus, ſabbatum prætermittere non debemus, quod inter triſtitiam atque lætitiam temporis illius videtur incluſum. Nam vtique conſtat Apoſtolos biduo iſto in triſtitia, & in mœrore fuiſſe, & propter metum Iudæorum ſe occuluiſſe. Quod vtique non dubium eſt in tantum eos ieiunaſſe biduo memorato, vt traditio Eccleſiæ habeat, iſto biduo ſacramenta penitus non celebrari. Quæ forma vtique per ſingulas tenenda eſt hebdomadas, propter id, quod commemoratio diei illius ſemper eſt celebranda. Quòd ſi putant ſemel, atque vno ſabbato ieiunandum, ergo & Dominicum, & ſexta feria ſemel in Paſcha erit vtique celebranda. Si autem Dominici diei, ac ſextæ feriæ per ſingulas hebdomadas reparanda imago eſt, dementis eſt, bidui agere conſuetudinem ſabbato prætermiſſo, cùm non diſparem habeat cauſam, à ſexta videlicet feria, in qua Dominus paſſus eſt, quando & ad inferos fuit, vt tertia die reſurgens redderet lætitiam poſt biduanam triſtitiam præcedentem. Non ergo nos negamus ſexta feria ieiunandum, ſed dicimus & ſabbato hoc agendum, quia ambo dies triſtitiam Apoſtolis, vel his, qui Chriſtum ſecuti ſunt, induxerunt, qui die Dominico hilarati non ſolùm ipſum feſtiuiſſimum eſſe voluerunt, verumetiam per omnes hebdomadas frequentandum eſſe duxerunt.

De conſ. diſt 3. Sabbato.

De fermento ciuitatis presbyteris dirigendò.

DE fermento verò, quod die Dominica per titulos mittimus, ſuperfluè nos conſulere voluiſti, cùm omnes Eccleſiæ noſtræ intra ciuitatem ſint conſtitutæ, quarum presbyteri, quia die ipſa propter plebem ſibi creditam nobiſcum conuenire non poſſunt, iccirco fermentum à nobis confectum per Acolythos accipiunt, vt ſe à noſtra communione maximè illa die non iudicent ſeparatos, quod per parochias fieri debere non puto, quia non longè portanda ſunt ſacramenta, nec nos per cœmeteria diuerſa conſtitutis presbyteris deſtinamus, & presbyteri eorum conficiendorum ius habeant, atque licentiam. V.

De Energumenis baptizatis.

DE his verò baptizatis, qui poſtea dæmonio, aut vitio aliquo, aut peccato interueniente, arripiuntur, quæſiuit dilectio tua, ſi à presbytero, vel diacono poſſint, aut debeant conſignari: quod hoc, niſi Epiſcopus præceperit, non licet: nam ei manus imponenda omnino non eſt, niſi Epiſcopus authoritatem dederit id efficiendi. Vt autem fiat, Epiſcopi eſt imperare: vt manus ei vel à presbytero, vel à cæteris clericis imponatur. Nam quomodo id fieri ſine magno labore poterit, vt longè conſtitutus Energumenus ad Epiſcopum deducatur? cùm ſi talis caſus ei in itinere acciderit, nec perferri ad Epiſcopum, nec referri ad ſua facilè poſſit. VI.

De pœnitentibus.

DE pœnitentibus autem, qui ſiue ex grauioribus commiſſis, ſiue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interueniat ægritudo, quinta feria ante Paſcha eis remittendum, Romanæ Eccleſiæ conſuetudo demonſtrat. Cæterum de pondere æſtimando delictorum ſacerdotis eſt iudicare: vt attendat ad confeſſionem pœnitentis, & ad fletus, atque lacrymas corrigentis, ac tum iubere dimitti, cùm viderit congruam ſatisfactionem. Sanè ſi quis in ægritudinem inciderit, atque vſque ad deſperationem deuenerit, ei eſt ante tempus Paſchæ relaxandum, ne de ſæculo abſque communione diſcedat. VII.

De conſ. diſt. 3. c. De Pœnitentibus.

De epiſtola ſancti Iacobi Apoſtoli, in qua pro infirmis orare præcipitur.

SANE quoniam de hoc, ſicuti de cæteris cõſulere voluit dilectio tua, adiecit VIII.

etiam filius meus Cæleſtinus diaconus in epiſtola ſua eſſe à tua dilectione poſitum illud, quod in beati Apoſtoli Iacobi epiſtola conſcriptum eſt: *Si infirmus aliquis in vobis eſt, inducat presbyteros, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & ſuſcitabit illum Dominus, & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei.* Quod non eſt dubium de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere: qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt, quod ab Epiſcopo confectum non ſolùm ſacerdotibus, ſed omnibus vti Chriſtianis licet, in ſua, aut in ſuorum neceſſitate vngendum. Cæterum illud ſuperfluum videmus adiectum: vt de Epiſcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubium eſt. Nam idcirco presbyteris dictum eſt, quia Epiſcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non poſſunt. Cæterum ſi Epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem à ſe viſitandum, & benedicere, & tangere chriſmate, ſine cunctatione poteſt: cuius eſt ipſum chriſma conficere. Nam pœnitentibus iſtud infundi non poteſt, quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur, quomodo vnum genus putatur poſſe concedi? His igitur, frater chariſſime, omnibus, quæ tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus, reſpondere curauimus: vt Eccleſia tua Romanam conſuetudinem, à qua originem ducit, ſeruare valeat, atque cuſtodire: reliqua verò, quæ ſcribi fas non erat, cùm adfueris, interrogati poterimus edicere. Erit autem potentiæ Domini etiam id procurare: vt & tuam Eccleſiam, & clericos noſtros, qui ſub tuo Pontificio diuinis famulantur officiis, bene inſtituas, & aliis formam tribuas, quam debeant imitari. Data XIV. Kal. April. Theodoſio Aug. VII. & Palladio V. C. Conſſ.

Diſt. 95. c. Illud ſuperfluum.

An. Chriſti 416.

INNOCENTIVS VICTRICIO Epiſcopo Rhotomagenſi ſalutem. Etſi tibi, frater chariſſime, pro merito, & honore ſacerdotij, quo plurimùm polles, viuendi, & docendi ſecundùm Eccleſiaſticas regulas nota ſunt omnia, neque eſt aliquid, quod de ſacris lectionibus tibi minùs collectum eſſe videatur: tamen quia Romanæ Eccleſiæ normam, atque authoritatem magnopere poſtulaſti, voluntati tuæ morem admodum gerens digeſtas vitæ, & morum probabilium diſciplinas adnexas literis meis miſi, per quas aduertant Eccleſiarum regionis veſtræ populi, quibus rebus, & regulis Chriſtianorum vita in ſua cuiuſcunque profeſſione debeat contineri, qualiſque ſeruetur in vrbis Romæ Eccleſiis diſciplina. Erit dilectionis tuæ per plebes finitimas, & conſacerdotes noſtros, qui in illis regionibus propriis Eccleſiis præſident, regularum hunc librum, quaſi didaſcalicum, atque monitorem ſedulò inſinuare: vt & noſtros cognoſcere, & ad fidem confluentium mores valeant docendi ſedulitate formare. Aut enim propoſitum ſuum ex hac noſtra congruenti lectione cognoſcent, aut ſiquid adhuc deſideratur, facilè poterunt ex bona imitatione ſupplere. Incipiamus igitur, adiuuante ſancto Apoſtolo Petro, per quem & Apoſtolatus, & Epiſcopatus in Chriſto cepit exordium: vt quoniam plures ſæpe emerſerunt cauſæ, quæ in aliquantis non erant cauſæ ſed crimina, vt de cætero ſolicitudo ſit vnicuique ſacerdoti in ſua Eccleſia curam huiuſmodi habere, ſicut Apoſtolus prædicat Paulus, talem Eccleſiam Deo exhibendam non habentem maculam, aut rugam, ne alicuius morbidæ ouis adflatu conſcientia noſtra contaminata violetur. Propter eos igitur, qui vel ignorantia, vel deſidia non tenent Eccleſiaſticam diſciplinam, & multa non præſumenda præſumunt, rectè poſtulaſti, vt in illis partibus iſtiuſmodi, quam tenet Eccleſia Romana, forma ſeruetur. Non quòd noua præcepta aliqua imperentur, ſed ea, quæ per deſidiam aliquorum neglecta ſunt, ab omnibus obſeruari cupiamus: quæ tamen Apoſtolica, & Patrum traditione ſunt conſtituta. Scriptum eſt namque ad Theſſalonicenſes Paulo monente: *State, & tenete traditiones noſtras, ſiue per verbum, ſiue per epiſtolam.* Illud certè tuam debet mentem vehementiùs excitare, vt ab omni labe ſæculi iſtius immunis ante Dei conſpectum ſecurus inueniaris, cui multum enim creditur, plus ab eo exigitur vſura pœnatum. Ergo quoniam non pro nobis tantùm, ſed pro populo Chriſti cogimur præſtare rationem, diſciplina * deïfica populum erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli, qui ſtatuta maiorum non tenentes, caſtitatem Eccleſiæ ſua præſumptione violarent, populi fauorem ſequentes, & Dei iudicium non timentes. Ergo ne ſi-

Eph. 5.

1. Theſſal. 2. 14.

Cod. MS. ſanctificata

lentio noſtro exiſtimemur his præbere
Pſal. 49. 18. conſenſum, dicente Domino, *Videbas furem, & currebas cum eo*, hæc ſunt quæ deinceps intuitu diuini iudicij omnem Catholicum Epiſcopum expedit cuſtodire.

Quòd extra conſcientiam Metropolitani non ordinetur Epiſcopus.

IX. PRIMVM, vt extra conſcientiam metropolitani Epiſcopi nullus audeat ordinare, integrum enim iudicium eſt, quod plurimorum ſententiis confir-
Diſt. 64. c. Extra conſcientiam. matur, nec vnus Epiſcopus ordinare præſumat, ne furtiuum beneficium præſti-
Conc. Nic. c. 4. tum videatur. Hoc enim à Synodo Nicæna conſtitutum eſt, atque definitum.

Qui ad clerum ſuſcipi non poſſint, & vt clericorum cauſæ à proprijs terminentur Epiſcopis.

X. ITEM ſi quis poſt remiſſionem peccatorum cingulum militiæ ſæcularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debeat. Si quæ autem cauſæ, vel contentiones inter clericos tam ſuperioris ordinis, quàm etiam inferioris fuerint exortæ: vt ſecundùm Synodum Nicænam congregatis eiuſdem prouinciæ Epiſcopis iurgium terminetur, nec alicui liceat, ſine præiudicio tamen Romanæ Eccleſiæ, relictis his ſacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei Eccleſiam nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias. Quod ſi quis fortè præſumpſerit, & ab officio cleri ſubmotus, & iniuriarum reus ab omnibus iudicetur. Si autem maiores cauſæ in medio fuerint deuolutæ, ad Sedem Apoſtolicam, ſicut ſynodus ſtatuit, poſt iudicium Epiſcopale referantur.

Diſt. 50. c. Si quis poſt. 11. q. 1. c. Si quæ cauſæ Con. Nic. c. 5. 3. q. 6. c. Non liceat.

In 7. c. mul. Ni. Con. hoc habetur. Et in Sardicen. Conc. c. 7. & 17.

Vt viduam clericus non ducat vxorem.

XI. VT viduam clericus non ducat vxo-
Leuit. 21. 13. rem, quia ſcriptum eſt: *Sacerdos vxorem virginem accipiat, non viduam, non eiectam.* Vtique qui ad ſacerdotium labore ſuo, & vitæ probitate contendit, cauere debet ne hoc præiudicio impeditus peruenire non poſſit.

Vt ſi laicus viduam duxerit, clericus non fiat.

XII. VT is, qui viduam, licèt laicus, du-
Diſt. 34. Si quis viduã. xit vxorem, ſiue ante baptiſmum, ſiue poſt baptiſmum, non admittatur ad clerum, quia eodem vitio videtur excluſus. In baptiſmo enim crimina dimittuntur, non acceptæ vxoris conſortium relaxatur.

Vt qui ſecundam vxorem habuerit, clericus non ſit.

NE is, qui ſecundam duxerit vxo- XIII.
rem clericus fiat, quia ſcriptum eſt,
Vnius vxoris virum. & iterum, *Sacerdo-* *1. Timot. 3.*
tes mei ſemel nubant. & alibi, *Sacerdotes* *Leuit. 21.*
mei non nubant ampliùs. Et ſi ab aliquibus *Ezech. 44.*
exiſtimatur, ante baptiſmum ſi fortè quis accepit vxorem, & ea de ſæculo recedente, alteram duxerit, in baptiſmo eſſe dimiſſum, ſatis errat à regula, quia in baptiſmo peccata remittuntur, non acceptarum vxorum numerus aboletur, cùm vtique vxor ex legis præcepto ducatur, in tantum, vt & in paradiſo, cùm parentes humani generis coniungerentur, ab ipſo ſint Domino benedicti, & Salomon *Gen. 2.*
dicat, à Deo præparabitur viro vxor, *Prouer. 19.*
quam formam etiam ſacerdotes omnes ſeruare, vſus ipſe demonſtrat Eccleſiæ. Satis enim abſurdum eſt aliquem credere, vxorem ante baptiſmum acceptam poſt baptiſmum non computari, cùm benedictio, quæ per ſacerdotem ſuper nubentes imponitur, non materiam delinquendi dediſſe, ſed formam tenuiſſe legis à Deo antiquitus inſtitutæ doceatur. Quòd ſi non putatur vxor eſſe computanda, quæ ante baptiſmum ducta eſt, ergo nec filij, qui ante baptiſmum geniti ſunt, pro filiis habentur.

Vt alterius clericos ordinare nullus vſurpet Epiſcopus.

VT de aliena Eccleſia clericum or- XIV.
dinare nullus vſurpet, niſi eius Epi- *Diſt. 71. c.*
ſcopus precibus exoratus concedere vo- *De aliena.*
luerit. Hoc etiam Synodus ſtatuit Nicæ- *Ni. Con. c. 5.*
na, vt abiectum ab altero clericum alte- *Conc. Nic. can. 16. & 17.*
ra Eccleſia non recipiat.

Vt non rebaptizentur, qui ad Eccleſiam à Nouatianis, vel Montenſibus veniunt.

VT venientes à Nouatianis, vel Mon- XV.
tenſibus per manus tantùm impoſitionem ſuſcipiantur, quia quamuis ab hæreticis, tamen in Chriſti nomine baptizati ſunt: præter eos, qui ſi fortè à nobis ad illos tranſeuntes rebaptizati ſunt, hi ſi reſipiſcentes, & ruinam ſuam cogitantes, redire maluerint, ſub longa pœnitentiæ ſatisfactione admittendi ſunt.

Quòd ſacerdotes, & leuitæ cum mulieribus coire non debeant.

XVI. PRÆTEREA, quod dignum, & pu-
Diſt. 31 c. te dicum, & honeſtum eſt, tenere Ec-
Leuit. 10. cleſia omni modo debet: vt ſacerdotes,
Luca 1. & leuitæ cum vxoribus ſuis non coëant,
quia miniſterij quotidiani neceſſitatibus
occupantur: ſcriptum eſt enim, Sancti
eſtote: quoniam & ego ſanctus ſum Do-
minus Deus veſter. Nam ſi priſcis tem-
Leuit. 21. poribus de templo Dei ſacerdotes anno
Num. 18. vicis ſuæ non diſcedebant, ſicut de Za-
charia legimus, nec domum ſuam om-
nino tangebant, quibus vtique propter
ſobolis ſucceſſionem vxorius vſus fuerat
relaxatus, quia ex alia tribu, & præter-
quam ex ſemine Aaron ad ſacerdotium
nullus fuerat præceptus accedere; quan-
to magis hi ſacerdotes, vel leuitæ pudi-
citiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare
debeant, quibus vel ſacerdotium, vel
miniſterium ſine ſucceſſione eſt, nec
præterit dies, qua vel à ſacrificiis diui-
nis, vel à baptiſmatis officio vacent?
1. Cor. 7. Nam ſi Paulus ad Corinthios ſcribit di-
cens, Abſtinete vos ad tempus, vt va-
cetis orationi, & hoc vtique laïcis præ-
cepit; multò magis ſacerdotes, quibus
& orandi, & ſacrificandi iuge officium
eſt, ſemper debebunt ab huiuſmodi con-
ſortio abſtinere, qui ſi contaminati fue-
rint carnali concupiſcentia, quo pudo-
re vel ſacrificare forſitan vſurpabunt?
aut qua conſcientia, quóve merito ex-
audiri ſe credunt? cùm dictum ſit, Om-
Ad Tit. 1. nia munda mundis, coinquinatis autem,
& infidelibus nihil mundum. Sed for-
taſſe licere hoc credit, quia ſcriptum
1. Tim. 3. eſt: Vnius vxoris virum, non perma-
nentem in concupiſcentia generandi di-
xit, ſed propter conſcientiam futuram.
Neque enim integros corpore non ad-
1. Cor. 7. miſit, qui ait, Vellem autem omnes
ſic eſſe, ſicut & ego. Et apertiùs decla-
Rom 8. rat dicens, Qui autem in carne ſunt,
Deo placere non poſſunt, vos autem
iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.

Quòd monachus, ſi clericus factus fuerit, propoſitum ſuum ſeruare debeat.

XVII. DE monachis, qui diu morantes in
16. q. 1. c. De monaſteriis poſtea ad clericatus or-
monachis. dinem peruenerint, non debere eos à
priore propoſito deuiare. Aut enim ſi-
cut in monaſterio fuit, & quod diu ſer-
uauit, in meliori gradu poſitus amittere
non debet. Aut ſi corruptus poſtea ba-
ptizatus in monaſterio ſedens, & ad cle-
ricatus ordinem accedere voluerit, vxo-
rem omnino habere non poterit: quia
nec benedici cum ſponſa poteſt iam an-
tè corruptus. Quæ forma ſeruatur in
clericis maximè, cùm vetus regula hoc
habeat, vt quiſque corruptus baptiza-
tus clericus eſſe voluiſſet, ſponderet ſe
vxorem omnino non ducere.

Vt ex curialibus clericus non fiat, propter voluptates, quas à diabolo inuentas exhibere compellitur.

PRÆTEREA frequenter quidam ex XVIII.
fratribus noſtris curiales, vel quoſli- Diſt. 51. c.
bet publicis functionibus occupatos, cle- Præterea.
ricos facere contendunt, quibus poſtea
maior triſtitia, cùm de reuocandis eis
aliquid ab Imperatore præcipitur, quàm
gratia naſcitur de adſcitis. Conſtat enim
eos in ipſis muniis voluptates etiam ex-
hibere, quas à diabolo inuentas eſſe non
dubium eſt, & ludorum aut munerum
apparatibus aut præeſſe aut forſitan in-
tereſſe. Sit certè in exemplum ſolicitu-
do & triſtitia fratrum, quam ſæpe per-
tulimus Imperatore præſente, cùm pro
his ſæpius rogaremus, quam ipſe nobiſ-
cum poſitus cognouiſti, quibus non ſo-
lùm inferiores clerici ex curialibus, ve-
rumetiam iam in ſacerdotio conſtituti,
ingens moleſtia vt redderentur inſta-
bat.

De virginibus velatis, ſi deniauerint.

ITEM quæ Chriſto ſpiritaliter nupſe- XIX.
runt, & à ſacerdote velantur, ſi poſt- 27 q. 1. c.
ea vel publicè nupſerint, vel ſe clan- Quæ Chri-
culo corruperint, non eas admittendas ſto.
eſſe ad agendam pœnitentiam, niſi is,
cui ſe iunxerant, de mundo receſſerit.
Si enim de hominibus hæc ratio cuſto-
ditur, vt quæcunque viuente viro alte-
ri nupſerit, habeatur adultera, nec ei
agendæ pœnitentiæ licentia concedatur,
niſi vnus ex his fuerit defunctus; quan-
tò magis de illa tenenda eſt, quæ antè
immortali ſe ſponſo coniunxerat, &
poſtea ad humanas nuptias transmigra-
uit?

De virginibus non velatis, ſi deniauerint.

HÆ verò, quæ necdum ſacro vela- XX.
mine tectæ, tamen in propoſito 27. q. 1. Hæ
virginali ſemper ſe ſimulauerunt per- verò.
manere, licèt velatæ non fuerint, ſi for-

tè nupſerint: his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines ſolet bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolui; quanto magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, ſolui ſine vindicta non poterit? Nam ſi Apoſtolus Paulus quæ à propoſito viduita-
1. Tim. 5. tis diſceſſerant, dixerit eas habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; quanto potiùs virgines, quæ prioris promiſſionis fidem frangere ſunt conatæ?

Hæc itaque regula, frater chariſſime, ſi plena vigilantia fuerit ab omnibus Dei ſacerdotibus obſeruata, ceſſabit ambitio, diſſenſio conquieſcet, hæreſes & ſchiſmata non emergent, locum non accipiet diabolus ſæuiendi, manebit vnanimitas, iniquitas ſuperata calcabitur, veritas ſpiritali feruore flagrabit, pax prædicata labiis cum voluntate animæ concordabit,
Philip. 2. implebitur dictum Apoſtoli, vt vnanimes vnum ſentientes permaneamus in Chriſto, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vendicantes, non hominibus, ſed Deo noſtro ſaluatori placentes: cui eſt honor, & gloria in ſæcula
An. Chriſti 404. ſæculorum, Amen. Data xv. Kal. Martij Honorio Auguſto v i. & Ariſtoneto v. c. Conſſ.

INNOCENTIVS EXVPERIO Epiſcopo Tholoſano ſalutem. Conſulenti tibi, frater chariſſime, quid de propoſita ſpecie vnaquaque ſentirem: pro captu intelligentiæ meæ quæ ſunt viſa reſpondi, quid ſequendum, vel docilis ratio perſuaderet, vel authoritas lectionis oſtenderet, vel cuſtodita ſeries temporum demonſtraret. Equidem dilectio tua inſtitutum ſequuta prudentium ad Sedem Apoſtolicam referre maluit, quid deberet de rebus dubiis cuſtodire potiùs, quàm vſurpatione præſumpta quæ ſibi viderentur, de ſingulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus diſcere aliquid, quàm omnino neſcire? mihi quoque ipſi de conlatione docilitas accedit, vt perſcrutatis rationibus ad propoſita reſpondere compellar: eóque fit, vt aliquid ſemper addiſcat, qui poſtulatur vt doceat. Proponam igitur ſingula, ſubiiciámque reſponſum.

De incontinentia ſacerdotum, vel leuitarum.

XXI. PROPOSVISTI quid de his obſeruari debeat, quos in diaconij miniſterio, aut in officio preſbyterij poſitos in- Diſt. 82. c. Propoſuiſti.
continentes eſſe, aut fuiſſe, generati filij prodiderunt. De his & diuinarum legum manifeſta eſt diſciplina, & beatæ recordationis viri Siricij Epiſcopi monita eui- Siricius c 7.
dentia commearunt: vt incontinentes in officiis talibus poſiti omni honore Eccleſiaſtico priuarentur, nec admittantur ad tale miniſterium, quod ſola continentia oportet impleri. Eſt enim vetus ad- 1. Paral. 25. Luc. 1.
modum ſacræ legis authoritas, iam inde ab initio cuſtodita, quod in templo anno vicis ſuæ habitare præcepti ſunt ſacerdotes: vt ſeruientes ſacris oblationibus, puros & ab omni labe purgatos ſibi vindicent diuina myſteria, neque eos ad ſa- Di. 31. c. Nos ad ſacrificia
crificia fas ſit admitti, qui exercent vel Leu. 9. 20.
cum vxore carnale conſortium, quia & 21.
ſcriptum eſt: Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Qui- Ezech. 44.
bus vtique propter ſobolis ſucceſſionem Sup c. 16.
propterea vxorius vſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere: quanto magis hi ſacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt: nec præterit dies, qua vel à ſacrificiis diuinis, vel à baptiſmatis officio vacent. Nam ſi Paulus ad Corinthios ſcribit dicens: Abſtinete vos 1. Corint. 7.
ad tempus, vt vacetis orationi, & hoc vtique laicis præcepit; multo magis ſacerdotes, quibus & orandi, & ſacrificandi iuge officium eſt, ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere: qui ſi contaminatus fuerit carnali concupiſcentia, quo pudore vel ſacrificare vſurpabit? aut qua conſcientia, quove merito exaudiri ſe credit: cùm dictum ſit, Om- Ad Tit. 1.
nia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum? Sed fortaſſe hoc licere credit, quia ſcriptum eſt, Vnius vxoris virum, non permanentem 1. Timoth 3.
in concupiſcentia generandi hoc dixit, ſed propter continentiam futuram. Ne- 1. Cor. 7.
que enim integros corpore non admiſit, qui ait, Vellem autem omnes ſic eſſe, ſi- Rom 8.
cut & ego, & apertiùs declarat, dicens, Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt, vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Et habentem filios, 1. Tim. 3.
non generantem, dixit. Sed ea planè diſpar, & diuiſa ſententia eſt, nam ſi ad aliquos forma illa Eccleſiaſticæ vitæ pariter, & diſciplinæ, quæ ab Epiſcopo Siricio ad prouincias commeauit, non pro-

Digitized by Google

babitur perueniſſe: his ignorationis venia remittetur, ita vt de cætero penitus incipiant abſtinere, & ita gradus ſuos, in quibus inuenti fuerint, ſic retenent, vt eis non liceat ad potiora conſcendere: quibus in beneficio eſſe debet, quòd hunc ipſum locum, quem retinent, non amittant. Si qui autem ſciſſe formam viuendi miſſam à Siricio deteguntur, neque ſtatim cupiditates libidinis abiecisse, illi ſunt modis omnibus ſubmouendi, qui poſt admonitionem cognitam præponendam arbitrati ſunt voluptatem.

De vltima pœnitentia.

XXII. ET hoc quæſitum eſt, quid de his obſeruari oporteat, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul, & reconciliationem communionis expoſcunt. De his obſeruatio prior, durior, poſterior interueniente miſericordia inclinatior eſt, nam conſuetudo prior tenuit, vt concederetur eis pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cùm illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homines de reconciliatione ſecuros non reuocaret à lapſu, meritò negata communio eſt, conceſſa pœnitentia: ne totum penitus negaretur, & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſiis ſuis reddidit, iam terrore depulſo communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam, quaſi viaticum profecturis, ne Nouatiani hæretici, negantis veniam, aſperitatem, & duritiam ſubſequi videamur. Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio, vt homines huiuſmodi vel in ſupremis ſuis, permittente ſaluatore noſtro, à perpetuo exitio vindicentur.

De adminiſtrationibus.

XXIII. QVÆSITVM etiam eſt ſuper his,
23. q. 4. c. qui poſt baptiſmum adminiſtrauerunt, & aut tormenta ſola exercuerunt,
Quæſitum eſt etiam. aut etiam capitalem protulerunt ſententiam, de his nihil legimus à maioribus
Rom. 13. definitum. Meminerant enim à Deo poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter vindictam noxiorum gladium fuiſſe permiſſum, & Dei miniſtrum eſſe datum in huiuſmodi vindicem. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod authore Deo viderent eſſe conceſſum? De his ergo ita vt hactenus ſeruatum eſt, ſic habemus, ne aut diſciplinam euertere, aut contra authoritatem Domini venire videamur. Ipſis autem in ratione reddenda, geſta ſua omnia ſeruabuntur.

Quòd viri cum adulteris vxoribus non conueniant.

ET illud deſideratum eſt ſciri, cur communicantes viri cum adulteris vxoribus non conueniant: cùm contrà vxores in conſortio adulterorum virorum manere videantur? Super hoc Chriſtiana religio adulterium in vtroque ſexu pari ratione condemnat, ſed viros ſuos mulieres non facilè de adulterio accuſant, & non habent latentia peccata vindictam; viri autem liberiùs vxores adulteras apud ſacerdotes deferre conſueuerunt, & ideo mulieribus, prodito earum crimine, communio denegatur, virorum autem latente commiſſo non facilè quiſquam ex ſuſpicionibus abſtinetur, qui vtique ſubmouebitur, ſi eius flagitium detegatur. Cùm ergo par cauſa ſit, interdum probatione ceſſante vindictæ ratio conquieſcit. XXIV.

Quòd qui preces, vel criminales dictant, habeantur immunes.

ILLVD etiam ſciſcitari voluiſti, an XXV.
preces dictantibus liberum conceda- 23. q. 4. c. Illud etiam.
tur vtique poſt baptiſmi regenerationem à Principibus poſcere mortem alicuius, vel ſanguinem de reatu? quam rem Principes nunquam ſine cognitione concedunt, ſed ad iudices commiſſa ipſa, vel crimina ſemper remittunt, vt cauſa cognita vindicentur: quæ cùm quæſitori fuerint delegata, aut abſolutio, aut damnatio pro negotij qualitate profertur, & dum legum in improbos exercetur authoritas, erit dictator immunis.

Quòd hi, qui intercedente repudio diuortium pertulerunt, aliiſque ſe vinxerunt nuptiis, adulteri eſſe monſtrentur.

DE his etiam requiſiuit dilectio tua, XXVI.
qui interueniente repudio alij ſe matrimonio copularunt: quos in vtraque parte adulteros eſſe manifeſtum eſt. Qui verò vel vxore viuente, quamuis diſſociatum videatur eſſe coniugium, ad aliam copulam feſtinarunt, neque poſſunt adulteri non videri, in tantum, vt etiam hæ perſonæ, quibus tales coniun-

cti

cti ſunt, etiam ipſæ adulterium commiſiſſe videantur, ſecundùm illud, quod legimus in Euangelio, *Qui dimiſerit uxorem ſuam, & duxerit aliam, mœchatur, ſimiliter & qui dimiſſam duxerit, mœchatur*, & ideo omnes à communione fidelium abſtinendos. De parentibus autem aut propinquis eorum, nihil tale ſtatui poteſt, niſi ſi incentores illiciti conſortij fuiſſe detegantur.

Matth.19.

Qui libri in canone recipiantur.

XXVII. QVI verò libri recipiantur in canone ſcripturarum breuis adnexus oſtendit. Hæc ſunt ergo, quæ deſiderata moneri voce voluiſti: Moſis libri quinque, id eſt Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, necnon & Ieſu Naue vnus, & Iudicum vnus, & Regnorum libri IV. ſimul & Ruth. Prophetarum libri XVI. Salomonis libri V. Pſalterium. Item hiſtoriarum Iob liber vnus, Tobiæ vnus, Eſther vnus, Iudith vnus, Machabæorum duo, Eſdræ duo, Paralipomenon duo. Item noui Teſtamenti Euangeliorum lib. IV. Apoſtoli Pauli epiſtolæ XIV. Epiſtolæ Ioannis III. Epiſtolæ Petri II. Epiſtola Iudæ, Epiſtola Iacobi, Actus Apoſtolorum, Apocalypſis Ioannis. Cætera autem, quæ vel ſub nomine Matthiæ, ſiue Iacobi Minoris, vel ſub nomine Petri, & Ioannis, quæ à quodam Leucio ſcripta ſunt, vel ſub nomine Andreæ, quæ à Nexocharide, & Leonide Philoſophis, vel ſub nomine Thomæ ſcripta ſunt, & ſiqua ſunt alia, non ſolùm repudianda, verumetiam noueris eſſe damnanda. Data x. Kal. Martiarum. Stilicone II. & Anthemio Conſſ.

An. Christi 405.

INNOCENTIVS FELICI Epiſcopo Nuceriano ſalutem. Mirari non poſſumus dilectionem tuam ſequi inſtituta maiorum, omnia quæque poſſunt aliquam recipere dubitationem, ad nos, quaſi ad caput, atque ad apicem Epiſcopatus referre: vt conſulta videlicet ſedes Apoſtolica ex ipſis rebus dubiis certum aliquid, faciendúmque pronunciet, quod nos & libenter accipimus, & dilectionem tuam memorem canonum comprobamus. Scripſiſti igitur, quòd feruore fidei, quo polles, & amore ſanctæ plebis vel reparaueris Eccleſias Dei, vel nouas quaſque conſtruxeris: ſed in his clericos, quos conſtituas, non habere, aliquos verò mutilos, aliquos digamos eſſe, ad quod ſtupuimus prudentem virum de his voluiſſe conſulere, quæ omnibus ſunt certâ ratione comperta. Ergo non quaſi ignoranti dicimus, ſed in aliis forſitan occupatos iſtud oblitos eſſe vos dicimus.

Si quis volens partem ſibi corporis amputauerit; clericus eſſe non poteſt: nolens autem poteſt.

QVI igitur partem cuiuſlibet digiti ſibi ipſe volens abſcidit, hunc ad clerum canones non admittunt: cui verò caſu aliquo contigit, dum aut operi ruſtico curam impendit, aut aliquid faciens ſe non ſponte percuſſit: hos canones præcipiunt & clericos fieri, & ſi in clero fuerint reperti, non abiici. In illis enim voluntas eſt iudicata, quæ ſibi auſa fuit ferrum iniicere, quòd ſcilicet & alij id facere dubitare non poſſit: in iſtis verò caſus veniam meruit. XXVIII. Diſt. 55. c. Quipartem Nic. Con. c. 1.

Quòd digami ad clerum admitti non poſſint.

DE digamis autem nec conſuli debuit: cùm manifeſta ſit lectio Apoſtoli, vnius vxoris virum ad ſacerdotium, ſiue ad clericatum admitti debere. Et hanc ipſam tamen ſi virginem accepit, nam ea, quæ habuerit antè virum, licèt defunctus ſit, tamen ſi clerico poſtea fuerit copulata, clericus, qui eam acceperit, eſſe non poterit, quia in lege cautum eſt, *Non viduam, non abiectam habere poſſe coniugem ſacerdotem.* XXIX. 1. Timot. 3.

Qui de laïcis ad clerum non debeant promoueri.

DE laïcis verò religio tua conſuluit, quòd canones ordinate prohibeant. Certum eſt quidem hoc regulas Eccleſiaſticas continere: ſed non ita diffinirum eſt, vt de omnibus ſit laïcis conſtitutum. Neque enim clerici naſci, & non fieri poſſunt, ſed deſignata ſunt genera, de quibus ad clericatum peruenire non poſſunt, id eſt, ſiquis fidelis militauerit, ſiquis fidelis cauſas egerit, hoc eſt poſtulauerit, ſiquis fidelis adminiſtrauerit. De curialibus autem manifeſta ratio eſt, quoniam, etſi inueniantur huiuſmodi viri, qui debeant clerici fieri, tamen ſæpius ad curiam repetuntur, cauendum ab his eſt propter tribulationem, quæ ſæpe de his Eccleſiæ prouenit. XXX. Diſt. 51. c. Deſignata.

Cc

Qui de laïcis poſſunt fieri clerici, hic apertè concuba prohibetur.

XXXI. LAICI verò, qui habentes vxores baptizati ſunt, ac ſic ſe inſtituerint, vt opinio eorum in nullo vacillet, vt aut clericis iuncti ſint aut monaſteriis, ex quo baptizati ſunt, hæſerint, ſi non concubinam, non pellicem nouerint, ſi in omnibus bonis operibus vigilauerint, non prohibentur huiuſmodi ad clericatus ſortem adſumi.

Diſt. 33. c. Laici.

De temporibus immorandis in clero.

XXXII. ITA ſanè, vt in eos tempora à maioribus conſtituta ſeruentur: nec citò quilibet lector, citò acolythus, citò diaconus, citò ſacerdos fiat. Quia in minoribus officiis ſi diu perdurent, & vita eorum pariter, & obſequia comprobantur: vt ad ſacerdotium poſtea emerſis ſtipendiorum meritis veniant, nec præripiant, quod vita probata meretur accipere. Quoniam ergo certa definitione monſtratum eſt, qui debeant admitti, qui verò reprobari: ex his omnibus, quos videt dignatio tua non poſſe reprobari, eligere debebis, quos clericos facias. Si enim nullam gratiam hominibus, aut beneficium præſtare velimus, tales inuenire poſſumus: de quorum adſumptione nec incurrere, nec erubeſcere valeamus.

INNOCENTIVS MAXIMO, & SEVERO Epiſcopis per Brutios. Eccleſiaſticorum canonum norma nulli eſſe debet incognita ſacerdoti, quia neſciri hæc à Pontifice ſatis eſt indecorum: maximè cùm à laïcis religioſis viris & ſciatur, & cuſtodienda eſſe ducatur. Nuper Maximilianus filius noſter agens in rebus cuiuſmodi querelam detulerit, libelli eius ſeries adnexa declarat.

Diſt. 81. c. Maximianus.

Quòd hi, qui in presbyterio filios genuerint, remoueri ab officio debeant.

XXXIII. QVI zelo fidei, ac diſciplinæ ductus non patitur Eccleſiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios aſſerit procreaſſe, quod non licere exponerem, niſi noſſem veſtram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres chariſſimi, libelli, qui ſubiectus eſt, tenore perſpecto eos, qui talia perpetraſſe dicuntur, iubebitis in medio collocari, diſcuſſiſque obiectionibus, quæ ipſis presbyteris impinguntur, ſi conuinci potuerint, à ſacerdotali remoueantur officio. Quia qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt, atque alieni efficiantur à miniſterio, quod viuendo illicitè polluerunt. Miramur autem hæc eorum diſſimulare Epiſcopos, vt aut conhibere, aut neſcire eſſe illicita iudicentur.

Quòd poſt pœnitentiam nullus poſſit ad clerum admitti.

INNOCENTIVS AGAPITO, MACEDONIO, & MARIANO Epiſcopis Apulis. Multa in prouincia veſtra contra canones Eccleſiaſticos decretáque maiorum vſurpari à plurimis & relationes diuerſorum, & ſuggeſtiones fidiſſimæ retulerunt, quæ quidem poſſent facilè reſecari, ſi Epiſcopi in his non inuenirentur authores. Qui dum aut amicis, aut obſequentibus gratiam præſtare nituntur, religionem violant, ordinéſque corrumpunt, ac ſic euenit, vt indigni quique honores ſuſcipiant Eccleſiaſticos, & admittantur ad clerum, qui nec inter laïcos quidem dignum locum habere mererentur, ſicuti nunc dato nobis libello monſtratum eſt, Modeſtum quendam multis criminibus inuolutum, propter quæ etiam pœnitentiam egiſſe dicitur, non ſolùm clericum effectum, quod non licet, verùm etiam ad Epiſcopatus apicem tendere: cùm canones apud Nicæam conſtituti pœnitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludant. Et ideo, fratres chariſſimi, perſpecto tenore libelli eum iubebitis præſentari, ac ſi verè conſtiterit talem, qualem libellus adfirmat, non ſolùm ab ambitione Epiſcopatus, ſed etiam à clericatus remoueatur officio. XXXIV.

Diſt. 50. c. Canones. Nic. Con. c. 10.

De Bubalio, & Tauriano damnatis à Prouincialibus Epiſcopis, quorum ſententiam Sedes Apoſtolica retractare curauit.

INNOCENTIVS RVFO, GERONTIO, SOPHRONIO, FLAVIANO, MACEDONIO, PROSDOTIO, & ARISTEÆ Epiſc. per Macedoniam conſtitutis. Mora Coëpiſcoporum noſtrorum Maximiani, & Eumeni, vel potiùs importunitas temporum fecit, vt vos iteraretis de Bubalio, & Tauriano querimoniam, & nos iterum in homines perditiſſimos inſurgeremus, ſed vt poſſum paucioribus verbis malorum XXXV.

tantorum imitabor compendium, & ſtrictim quæ in volumine literarum veſtrarum conſpexerim retractabo. Graue non
35. q. 9. c. Graue non oportet. potuit videri piiſſimis mentibus veſtris cuiuſcunque retractari iudicium: quia veritas exagitata ſæpius magis ſplendeſcit in luce, & pernicies reuocata in iudicium grauius & ſine pœnitentia condemnatur, nam fructus diuinus eſt iuſtitiam ſæpius recenſeri, fratres chariſſimi. Verùm illud video mouiſſe animos veſtros, quòd in multis Bubalius ſæpe fallaciis deprehenſus obiecerit exemplaria fictarum, quaſi à nobis literarum: cùm pro conſuetudine hominis nihil, quod proferret iam fide digniſſimum videretur. Sed ſileatur omne iam de tali negotio murmur, & conuicti diaboli ipſi anhelitus comprimantur. Subiunximus autem his priores literas, quas per memoratos Epiſcopos miſeram: quibus ita plenaria ſententia noſtrorum ſenſuum deſignata eſt, vt dum relegeritis, nihil ambiguum, nihil requirendum in hac cauſa de cætero repetatis. Hanc autem paginulam noſtram ſolicitiùs credentibus Epiſcopis relegendam mittite, vt ſciant pleniſſimè, quid ſit de Bubalio, & Tauriano, cæteriſque prouinciarum, vt ſeruent, qui digni admonitione ſunt, cauere à talibus, ne talia ſortiantur.

De terminis minimè transferendis.

XXXVI. INNOCENTIUS FLORENTIO Epiſcopo
Deut. 19. & 27. Prouer. 22. Tiburtinenſi. Non ſemel, ſed aliquoties clamat ſcriptura diuina transferri non oportere terminos à patribus conſtitutos: quia nefas eſt ſi quod alter ſemper poſſederit, alter inuadat, quod tuam bonitatem frater & Coëpiſcopus noſter Vrſus adſerit perpetraſſe. Nam Nomentanam ſiue Felicienſem parochiam ad ſuam diœceſim à maioribus pertinentem inuaſiſſe te, atque illic diuina celebraſſe myſteria inconſulto eodem, ac neſciente, non ſine dolore conqueſtus eſt. Quod ſi verum eſt, non leuiter te incurriſſe cognoſcas, vnde ſi declinare cupis tantæ vſurpationis inuidiam noſtris literis admonitum te conuenit abſtinere: certè ſi aliquid tibi credis iuſtitiæ ſuffragari integris omnibus, & in priſtino ſtatu manentibus, poſt dies venerabilis Paſchæ adeſſe debebis, vt memoratis poſſis intentionibus reſpondere, partibúſque in medio collocatis, quid antiquitas, aut veritas habeat inquiramus.

Si cuius vxor fuerit abducta in captiuitatem, & alteram maritus acceperit, reuertente prima, ſecunda mulier debet excludi.

INNOCENTIUS PROBO. Conturbatio XXXVII.
procellæ barbaricæ facultati legum intulit caſum, nam bene conſtituto matrimonio inter Fortunium & Vrſam captiuitatis incurſus fecerat næuum: niſi ſancta religionis ſtatuta prouiderent. Cùm enim 34. q. 1. c. Cùm in captiuitate.
in captiuitate prædicta Vrſa mulier teneretur, aliud coniugium cum Reſtituta Fortunius memoratus iniſſe cognoſcitur. Sed fauore Domini reuerſa Vrſa nos adiit, & nullo diffitente vxorem ſe memorati eſſe perdocuit. Quare, domine fili merito inluſtris, ſtatuimus fide Catholica ſuffragante illud eſſe coniugium, quod erat primitus gratiâ diuinâ fundatum, conuentúmque ſecundæ mulieris, priore ſuperſtite, nec diuortio eiecta, nullo pacto poſſe eſſe legitimum.

Ad Aurelium Carthaginienſem, & Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopos ſcripta ſalutatoria plena charitate.

INNOCENTIUS AURELIO, & AUGUSTINO Epiſcopis. XXXVIII.
Acceptiſſimi mihi Germani compreſbyteri ille recurſus vacuus officio noſtro eſſe non debuit, per charos enim ſalutare chariſſimos naturale quodammodo nobis videtur, & conſequens. Gaudere igitur in Domino veſtrâ germanitatem amantiſſimi cupimus, & pro nobis paria ad Deum vota rependere precamur, quia, vt bene noſtis, communibus & alternis plus agimus orationibus, quàm ſingularibus, aut priuatis.

Ad Iulianam nobilem eiuſdem Papæ ſcripta exhortatoria.

SINGULARE membrum Eccleſiæ XXXIX.
tuæ religionis amplitudinem exiſtere, & à nobis reuerentiſſimè coli ſatis eſt omnibus manifeſtum. In ipſo apice enim nobilitatis multo nobiliorem Eccleſiæ deuotionem impendis, & magis læta Chriſti agnitione præceptis eius obtemperas, & in fide potiùs exultas, quàm tanti generis flore iactaris. Summæ virtutis eſt viciſſe gloriam carnis: & magnæ eſt Chriſti gratiæ, nobilitatem moribus ſuperaſſe, domina filia merito inluſtris. Certa igitur exiſtens dilectiſſima vitæ huius quæcunque ſunt ſpatia æternis, diuiniſque officiis inluſtrare contende:

vt qui inſignem te præſtitit, reddat ſibi per ſæcula clariorem.

Ad Aurelium Epiſcopum Carthaginis de Paſcha.

XL. INNOCENTIVS AVRELIO. Charitatis noſtræ officium nullo interuallo dirimitur, etiamſi charta nullos apices ferat. Viuit enim ſpiritalis gratia alternis in cordibus, & amorem noſtrum confouet ſacerdotalis ipſa ſocietas. Cùm ergo indignum eſt vnitatem Eccleſiæ non cuſtodiri, idémque omnes pariter & ſentiamus, & pronunciemus, frater chariſſime, has ego literas de ratione Paſchali alterius, dico futuri anni, perſcripſi. Nam cùm ante diem XI. Kal. Aprilium penè Luna XVI. colligatur: nam quippiam minus eſt: irémque in ante diem IV. Kal. earundem veniat XXIII. exiſtimaui XI. Kal. memoratarum die feſta Paſchalia celebranda: quoniam in XXIII. Luna nullum Paſcha vnquam ante hoc Paſcha factum eſſe cognoſcimus. Sententiæ meæ expoſui, atque edixi tenorem, iam prudentiæ erit tuæ, conſors mihi frater, cum vnanimis, & conſacerdotibus noſtris hanc ipſam rem in Synodo religioſiſſima retractare, vt ſi nihil diſpoſitioni noſtræ reſultat, nobis pleniſſimè, apertéque reſcribas: quo deliberatam Paſchalem diem iam literis antè vt moris eſt, ſeruandam ſuo tempore præſcribamus. Compreſbyterum autem Archidamum, quamuis nouerim quòd libentiſſimè, ac more ſuſcipias conſueto: tamen ex abundantibus poſtulo, vt eum inter tuos habere digneris.

De Antiochena Eccleſia.

XLI. INNOCENTIVS BONIFACIO preſbytero. Eccleſia Antiochena, quam priuſquam ad vrbem perueniret Romam beatus Apoſtolus Petrus, ſua præſentia inluſtrauit: velut germana Eccleſiæ Romanæ, diu ſe ab eadem alienam eſſe non paſſa eſt, nam miſſis legatis ita pacem poſtulauit, & meruit, vt & Euagrianos ſuis ordinibus, ac locis intemerata ordinatione, quam acceperant, à memorato ſuſciperent, & Ioannis ſanctæ memoriæ vel clericos, vel laicos in vnum colligeret, atque congregaret. Promittens ipſius ciuitatis Epiſcopus, frater meus Alexander, etiam ſi quis fortè, vel à nobis, vel aliunde poſterioris ordinationis ad eoſdem adueneric, ſe ſine controuerſia recepturum, ac nomen Epiſcopi memorati inter quieſcentes Epiſcopos recitaturum: cui rei nos nouerit tradidiſſe manus, frater chariſſime, & eos in noſtra viſcera recepiſſe, ne diu membra, quæ requiſiuerant ſanitatem, ab vnitate corporis haberentur aliena. Omnia verò, quæ per ordinem geſta ſunt, filius meus diaconus Paulus, harum ſcilicet portitor literarum, tuæ dilectioni poterit enarrare: vt & gaudium commune nobiſcum habeas, & eos informes, qui pro Attici partibus interuenire conſueuerunt.

Ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum de pace.

INNOCENTIVS ALEXANDRO Epiſcopo. Quàm grata mihi, quàm pia, quàm neceſſaria legatio à tua ſanctitate, frater chariſſime, ad nos directa fuerit, geſtorum ipſorum replicatione cognoſces. Voluit enim compreſbyter noſter Caſſianus hanc amicitiarum noſtrarum paginulam per compreſbyterum noſtrum Paulum, Nicolaum diaconum, & Petrum ſubdiaconum, filios noſtros, quaſi primitias pacis noſtræ conſcribi. Saluto itaque & tuam mihi in Chriſto germanitatem, & omnem illam, quæ tecum tam bene ſentit, Eccleſiam, nóſque, vt facitis, & alloquamini peto crebriùs literis, & frequentiùs de veſtra ſalute lætificetis. Dabit enim (vt confido) Dominus totius nos præteriti temporis diſpendia amantiſſimo literarum colloquio repenſare. XLII.

De Attico Conſtantinopolitano Epiſcopo.

INNOCENTIVS MAXIMIANO Epiſcopo. Miramur prudentiam tuam ſcripta ad Atticum Epiſcopum Conſtantinopolitanæ vrbis à nobis & proſecutione propria, & dato libello, qui ſubrer adnexus eſt, poſtulare: à quo nec miſſas vllas ſaltem epiſtolas ad nos, vel ad veſtram ſynodum vtique pertuliſti, idque non petenti æſtimes tribuendum: quod debeas deprecationibus diſcuſſa ratione conceſſum, communionem ſuſpenſa reſtituitur demonſtranti cauſas, quibus id cederat iam eſſe deterſas, & profitenti conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos vt prædixi, Atticus miſſis aliquibus ſuorum vel dicere voluit, vel demonſtrare completum. Quemadmodum Antiochenæ Eccleſiæ XLIII.

Digitized by Google

fratet, & Coëpiſcopus noſter Alexandet digna legatione & proſequutus eſt, & probauit, quibus omnibus vtique intereſſe dignatus cognouiſti, quemadmodum ſingillatim omnia ſcriptorum noſtrorum antè hac de cauſa beatiſſimi Ioannis, quondam Coëpiſcopi noſtri, diſcuſſerim, vtque illi in omnibus ſatis euidenter monſtrauerint vniuerſa, quæ apud Antiochiam fieri debuerint, fuiſſe completa. Quorum amplexati pacem vtique fidem fecimus, & magnum tramitem omnibus eandem poſtulaturis oſtendimus: ſi modò, quæ diſcuſſa ſunt, atque completa, etiam ipſi ſe pro ſuo loco feciſſe, vel compleſſe aliquando monſtrauerint, communionémque, vt iſti legatione ſolenniter deſtinata ſibi rogauerint redhiberi. Expectamus ergo & profeſſionem memorati de completis omnibus conditionibus, quas diuerſis temporibus prædiximus, & petitionem communionis: vt rectè & petenti, & probanti ſe eandem mereri reddamus, frater charisſime. Nam de omnibus pleniſſimas ad ſanctam fratrum noſtrorum ſynodum dudum literas percepiſti.

Item Alexandro Epiſcopo Antiocheno de pace.

XLIV. APOSTOLICI fauoris gratia magno pacis vſque ad nos decore reſplenduit, tantúmque lucis gaudiorum, quæ infulſit fidelibus: vt dicentes Deo maximas laudes maiores nos debere fateamur, plúſque à Deo iocundati ſumus, quod diſcuſſis omnibus latenbus actionum tuæ fraternitatis, ita totum pietate, ac patientia geſtum cognouimus, vt in omnibus Dominum laudaremus, ſucceſſúmque ipſum ideo præſtitum tuis laboribus videamus, quòd tota virtute pacis amator exiſtens eam requiſitam inuenetis, & repertam ſumma charitate ſeruaueris, cùm erga omnes, tum præcipuè circa illos, qui quondam Paulini, atque Euagrij Epiſcoporum cenſiti fuerant nomine. Habeo ſummam votorum meorum, cùm antiqui næui purgatio tuis temporibus, tuiſque meritis prorogatur. Quorum etiam illos eiuſdem nominis, qui in Italia merita clericatus acceperant, cenſui bono quietis gratiam retinere ſuſceptam. Et quia noſter compreſbyter Caſſianus gratum dixit tuæ fore dignationi, ſi meo conſilio in ciuitate veſtra clericatus ordinem ducere cenſerentur: ſtatui propter beneuolentiam tuam, promiſſáque memorati, vt inter cæteros ſacerdotes, miniſtróſque qui in ciuitate ſunt, adnumerentur, frater chariſſime. Libenter præterea de Epiſcopis Elpidio, atque Pappo cognoui, quòd ſine quæſtione ſuas Eccleſias recuperauerint, & multum in geſtis, vt ſubiecta teſtantur, ſolicitus inquiſiui, vtrum omnibus eſſet conditionibus ſatisfactum in cauſa beati, & verè Deo digni ſacerdotis Ioannis. Et cùm per ſingula adſertio legatorum ex voto completa eſſe fateretur, gratias agens Domino communionem Eccleſiæ veſtræ ita recepi, vt præ me feram Apoſtolicæ Sedis condiſcipulos primos dediſſe cæteris viam pacis: in qua firmatos vos, nóſque Domini Chriſti ita benignitas amplexabitur, vtque communio, atque vt nullo de cætero titillamento, vel leui cuiuſquam contentionis pudore pulſetur. Scripta autem Acatij Epiſcopi, quoniam cum veſtris ſunt porrecta, ſuſcepimus: ne per veſtram iniuriam ille, qui olim à nobis ſuſpenſus fuerat, repudiaretur, & tamen ſatis abunde in actis ſtatuimus, ſicuti dignanter relegere procurabis, quid in eius perſona debeat cuſtodiri, vt ſi pet omnia veſtris conſiliis, actibúſque tam ſanctis ſe rogauerit eſſe communem, præſtetur ſeni fauote veſtro, noſtróque iudicio communionis, ac literarum à nobis gratia prorogata. Subſcripſerunt XX. Epiſcopi Italiæ.

Item ALEXANDRO *Epiſcopo Antiocheno.*

Quòd prima ſedes beati Petri apud Antiochiam eſſe memoretur.

ET onus, & honor nobis à tua fraternitate impoſitus neceſſarij tractatus cauſas induxit: quo literis, vel commonitorio veſtro, vt dat ſancti Spiritus gratia, reſpondere poſſimus. Reuoluentes itaque authoritatem Nicænæ Synodi, quæ vnam omnium per orbem terrarum mentem explicat ſacerdotum, quæ cenſuit de Antiochena Eccleſia cunctis fidelibus, ne dixerim ſacerdotibus eſſe neceſſarium cuſtodire, qua ſuper diœceſim ſuam prædictam Eccleſiam non ſuper aliquam prouinciam recognoſcimus conſtitutum. Vnde aduertimus non tam pro ciuitatis magnificentia hoc eidem attributum, quàm quòd prima primi Apoſtoli ſedes eſſe monſtretur, vbi & nomen XLV. *Ni. Con. c. 6.* *Act. 11.* *Gala. 2.*

accepit religio Chriſtiana, & quæ conuentum Apoſtolorum apud ſe fieri celeberrimum meruit, quæque vrbis Romæ ſedi non cederet, niſi quòd illa in tranſitu meruit, iſta ſuſceptum apud ſe, conſummatúmque gaudet. Itaque arbitramur, frater chariſſime, vt ſicut Metropolitanos authoritate ordinas ſingulari: ſic & cæteros non ſine permiſſu, conſcientiáque tua ſinas Epiſcopos procreari, in quibus hunc modum rectè ſeruabis, vt longè poſitos literis datis ordinari cenſeas ab his, qui nunc eos ſuo tantùm ordinant arbitratu. Vicinos autem, ſi æſtimas ad manus impoſitionem tuæ gratiæ ſtatuas peruenire: quorum enim te maxima expectat cura, præcipuè tuum debent mereri iudicium.

Quòd non oporteat ſecundùm conſtituta Imperatorum duos eſſe metropolitanos Epiſcopos.

XLVI. NAM quod ſciſcitaris, vtrum diuiſis imperiali iudicio prouinciis, vt duæ Metropoles fiant: ſic duo metropolitani Epiſcopi debeant nominari. Non ergo viſum eſt ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum Dei Eccleſiam commutari, honoréſque aut diuiſiones perpeti: quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator: ergo ſecundùm priſtinum prouinciarum morem metropolitanos Epiſcopos conuenit numerari. Cyprios ſanè adſeris, olim Arianæ impietatis potentia fatigatos, non tenuiſſe Nicænos canones in ordinandis ſibi Epiſcopis: & vſque adhuc habere præſumptum, vt ſuo arbitratu ordinent, neminem conſulentes: quocirca perſuademus eis, vt curent iuxta canonum fidem Catholicam ſapere, atque vnum cum cæteris ſentire prouinciis, vt appareat Spiritus ſancti gratia ipſos quoque, vt omnes Eccleſias gubernari.

Nic. Con. c. 4. & 6.

Quòd Arianorum clerici non ſint ſuſcipiendi in ſuis officiis: quamuis eorum baptiſma, quod Catholicum conſtat, confirmet Eccleſia.

XLVII. ARIANOS præterea, cæteráſque eiuſdem modi peſtes, quia eorum laïcos conuerſos ad Dominum ſub imagine pœnitentiæ, ac ſancti Spiritus ſanctificatione per manus impoſitionem ſuſcipimus: non videtur clericos eorum, cum ſacerdotij, aut miniſterij cuiuſpiam ſuſcipere dignitate: quoniam quibus ſolum baptiſma ratum eſſe permittimus, quod vtique in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti perficitur: nec ſanctum Spiritum eos habere ex illo baptiſmate, illiſque myſteriis arbitramur, quoniam cùm à Catholica fide eorum authores deſciſcerent, perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiſerunt, nec dare eius plenitudinem poſſunt, quæ maximè in ordinationibus operatur, quam per impietatis ſuæ perfidiam potiùs quàm fidem dixerim, perdiderunt. Quomodo fieri poteſt, vt eorum profanos ſacerdotes dignos Chriſti honoribus arbitremur: quorum laïcos imperfectos, vt dixi, ad ſancti Spiritus percipiendam gratiam cum pœnitentiæ imagine recipiamus? Grauitas itaque tua hæc ad notitiam Coëpiſcoporum vel per ſynodum, ſi poteſt, vel per harum recitationem faciat peruenire, vt quæ ipſe tam neceſſariò percunctatus es, & nos elimatè reſpondimus, communi omnium conſenſu, ſtudióque feruentur.

1. q. 1. c. Arianos.

Ibidem c. Qui perfectionem.

De ſancto Ioanne Conſtantinopolitano Epiſcopo.

INNOCENTIVS ACACIO Beroeæ Epiſcopo. Adgaudere literis fraternitatem tuam de receptis Paulini, vel Euagrij Epiſcoporum clericis, populiſque, & de reſtitutis Elpidio, atque Pappo Coëpiſcopis percenſuimus, & vel ſerò receptæ pacis gratiam te fouere poſtpoſita omni contentione peruidimus. Vnde has ad præſtantiſſimum fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Alexandrum reddendas tuæ tranſmiſimus vnanimitati, videlicet, vt ſi omnes inimicitiæ, omnis æmulatio tam de nomine ſancti Ioannis mirandi Epiſcopi, quàm de omnibus eiuſdem communionis participibus à tua animoſitate diſceſſit: has noſtræ ſocietatis recipias literas, frater chariſſime, modò, vt omnia, quæ hic actis firmata ſunt, apud mediatorem noſtrum amabilem Alexandrum ore proprio, vt communicantem conuenit, fatearis. Vt enim hæc nobis vnanimitatis, charitatiſque cauſa venerabilis eſt, ſic inhæret ſolicita, nequid obliquum, aut ſubſiciuum in quoquam reſidere noſcatur. XLVIII.

De Bonoſiacis, quòd Iudæis ſint comparandi.

INNOCENTIVS LAVRENTIO Epiſcopo Senienſi. Diu mirati ſumus dilectionis tuæ literis lectis hæreticos XLIX.

Photini venena ſectantes in territorio dilectionis tuæ non ſolùm eſſe, ſed & publicè ſibi conuenticula in aliquorum poſſeſſionibus præparare: cùm de toto penè orbe nuſquam tam multi, quàm ad vos delegerint habitare. Quorum doctrinæ nefariæ author Marcus dudum de vrbe pulſus temeritatis tantæ eſt ductus audacia: vt primum ſibi inter eos vendicet locum, ſed ne vlteriùs debacchandi habeant facultatem, & animas ſimplicium, ac ruſticanorum ſecum in gehennam, cui deſtinati ſunt, trahant: actum eſt aduerſus eos à defenſoribus Eccleſiæ noſtræ, quòd eos poſſint expellere, vt qui Chriſtum Deum ex patris ſubſtantia ante ſæcula negant genitum, hi cum Iudæis, qui cùm deitatem negauerunt, & nunc vſque negant, participium habeant damnationis. Tuum eſt, frater chariſſime, quæ præcepta ſunt non ſegniùs agere, ne plebem tibi creditam diſſimulatione deperdas, & incipias Deo de perditis reddere rationem.

Idem Papa de ſuſcipiendis clericis, quos Bonoſus, antequam damnaretur, ordinaſſe cognoſcitur.

L. INNOCENTIVS MARTIANO Epiſcopo Naiſſitano. Superiori tempore, ſi tamen rectè recordor, memini me, tam ad dilectionem tuam, quàm ad fratres & Coëpiſcopos noſtros, Rufum, Euſebium, & cæteros, huiuſmodi literas de clericis Naiſſenſibus tranſmiſiſſe. His videlicet, qui ſe ante damnationem Bonoſi adſcrerent ab eodem tam presbyteros, quàm diaconos ordinatos: vt ſi relicto, atque damnato eius errore vellent Eccleſiæ copulari, libenter reciperentur. Ne fortè, qui eſſent digni recuperandæ ſalutis, in eodem deperirent. Verùm nunc in Rauennati vrbe mihi conſtituto propter Ro. populi neceſſitates crebertimas Germanio, qui ſe aſſerit eſſe presbyterum, atque Lupentius, qui ſe diaconum dicit, multorum talium, quaſi legatione ſuſceptâ prece fuſa dolores proprios exprimere geſtiuerunt, adſerentes ſe quidem Eccleſias in dilectionis tuæ conſtitutas parochiis retinere, ſed tuam communionem non potuiſſe mereri: ea videlicet ratione, quâ Ruſtirius quidam nomine iterata ordinatione presbyterium ſuſcepiſſet. Et non leui impedimento fit, dum aut illi dolent huiuſmodi hominem in Eccleſia retineri, aut ille ſic peccare debere in alios arbitretur, qui in ſe agnoſcit eſſe peccatum. Et quamuis de eadem re pleniùs literæ meæ contineant, quas ſuperiùs memoraui, tamen etiam nunc admonendam duximus fraternitatem tuam, vt ſi verè conſtat aliquos ante damnationem Bonoſi ab eodem ordinatos poſtea voluiſſe, vel nunc velle reuerti, eos recipiendos eſſe cenſemus: maximè cùm memorari adſerant ſe in tantum anteriori tempore ordinatos, vt ſanctæ recordationis virum Cornelium Epiſcopum Sirmienſis vrbis, necnon & fratrem noſtrum Nicetam, alióſque nonnullos fuiſſe præſentes, cùm honoribus, quos ſe habere memorant, augerentur. Vnde, frater chariſſime, ſi eorum aſſertio fidem recipit veri, ſuſcipiendos eſſe ambigere non debes, quos tam diu Eccleſias ſibi creditas paſſus es retinere.

INNOCENTIVS RVFO, & EVSEBIO, & cæteris Epiſcopis Macedonibus, & diaconibus in Domino ſalutem. Magna me gratulatio habuit, cùm poſt tot diſcrimina totius (vt ita dixerim) mundi Vitalis Archidiaconus veſtrarũ portitor literarum ex illis partibus ad nos vſque directus aduenit, quem cùm vidiſſemus illico, vt oportebat, percunctati de veſtro ſtatu ſumus. Verùm vbi reperimus vos ex ſententia degere, Domino Deo noſtro vberes gratias retulimus, quòd vos famulos ſuos, ſuíſque altaribus ſeruientes & in aduerſis tueatur, & in proſperis gubernare dignatur. Qui cùm tradidiſſet epiſtolas eas, præcepi illico recenſeri, in quibus multa poſita eſſe peruidi, quæ ſtuporem mentibus noſtris iniicerent, faceréntque nos non modicum dubitare, vtrum aliter putaremus, an ita illa eſſent poſita, quemadmodum perſonabant. Quæ cùm ſæpius repeti feciſſem, aduerti, Sedi Apoſtolicæ, ad quam relatio, quaſi ad caput Eccleſiarum miſſa currebat, aliquam fieri iniuriam, cuius adhuc in ambiguum ſententia duceretur. Vnde de quibus iam dudum ſcripſiſſe memini, nunc iterare formam argumentis euidentioribus relationis veſtræ geminata percontatio compellit.

Vt ſi ſacerdos, vel quilibet ex clero viduam vxorem duxerit, vel abiectam, ſuum perdat officium.

EOs, qui viduas accepiſſe ſuggeruntur vxores, non ſolùm clericos eſſe- LI.

Digitized by Google

ctos agnoui, verùm etiam ad infulas ſummi ſacerdotij perueniſſe, quod contra legis eſſe præcepta nullus ignorat. Nam cùm Moyſes legiſlator clamitet, Sacerdos vxorem virginem accipiat, ac ne in hoc præcepto aliquid putaretur ambiguum addidit: non viduam, neque eie-
Leuit. 21. ctam. Contra quod præceptum diuina authoritate ſubnixum nulla defenſio mandati alterius opponitur: niſi conſuetudo veſtra, quæ (vt ipſi fatemini) ex ignorantia, & vt verecundius dicam, non ex Apoſtolica traditione, & ratione integra conſtituta eſt. Nos autem, omnéſque per Orientem, Occidentémque Eccleſias, nouerit veſtra dilectio hæc penitus non admittere, nec ad vltimum Eccleſiaſtici ordinis locum tales adſumere: & ſi reperti fuerint, ſubmouere.

Vt ſi quis catechumenus habuerit vxorem, & defuncta ea iam poſt baptiſmum acceperit alteram, clericus eſſe non poſſit.

LII. Dist. 26. c. Deinde. DEINDE ponitur. Non dici oportere digamum eum, qui catechumenus habuerit, atque amiſerit vxorem: ſi poſt baptiſmum fuerit aliam ſortitus, eámque primam videri, quæ nouo homini copulata ſit, quia illud coniugium per baptiſmi ſacramentum cum cæteris criminibus ſit ablatum, quod cùm de vna vtique dicitur, certè ſi tres habuerit in veteri poſitus homine vxores: erit ei, quæ poſt baptiſmum quarta eſt, ſic interpretantibus prima, virginis æquè nomen accipiet, quæ quarto ducta eſt loco. Quis oro iſtud non videat contra Apoſtoli eſſe
1. Timoth. 3. præceptum? Qui ait, Vnius vxoris virum oportere fieri ſacerdotem. Sed obiicitur, quòd in baptiſmo totum quicquid in veteri homine geſtum eſt, ſit ſolutum. Dicite mihi (cum pace veſtra loquor) crimina tantùm dimittuntur in baptiſmo, an & illa, quæ ſecundùm Domini præcepta, ac Dei inſtituta complentur? Vxorem ducere crimen eſt, aut non eſt crimen? ſi crimen eſt, ergo, præfata venia dixerim, erit author in culpa: qui vt cri-
Gen. 2. mina committerenrur in paradiſo, cùm ipſe eos iungeret, benedixit. Si verò non
Matth. 19. eſt crimen, quia quod Deus iunxit, ne-
Prouer. 19. fas ſit crimen appellari: & Salomon addidit: Etenim à Deo præparatur viro vxor: quomodo creditur inter crimina eſſe dimiſſum, quod Deo authore legitur conſummatum? Quid de talium filiis percenſetur? Nunquid non erunt admit-
28. q. 1. Nunquid non erunt. tendi in hæreditatis conſortio, qui ex ea ſuſcepti ſunt, quæ ante baptiſmum fuit vxor, erúntque appellandi vel naturales, vel ſpurij, quia non eſt legitimum matrimonium, niſi illud (vt vobis videtur) quod poſt baptiſmum adſumitur? Ipſe Dominus, cùm interrogaretur à Iudæis, ſi liceret dimittere vxorem, atque exponeret fieri non debere: addidit, Quod er-
Matth. 19. go Deus iunxit, homo non ſeparet. ac ne de his copulis locutus eſſe credatur, quæ poſt baptiſmum ſortiuntur, meminerint hoc & à Iudæis interrogatum, & Iudæis eſſe reſponſum. Quæro, & ſolicitus quæro, ſi vna, eadémque ſit vxor eius, qui antè catechumenus, poſtea ſit fidelis, filióſque ex ea cùm eſſet catechumenus ſuſceperit, ac poſtea alios, cùm fidelis: vtrum ſint fratres appellandi an non? Habeant poſtea defuncto patre herciſcundæ hæreditatis conſortium, quibus filiorum nomen regeneratio ſpiritalis creditur abſtuliſſe? Quod cùm ita ſentire, atque iudicare abſurdum eſt: quæ (malum) ratio eſt hoc defendi, & vacua magis opinione iactari, quàm aliqua authoritate roborari? cùm non poſſit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus iungit. Nunquid ſi quis catechumenus virtutibus ſtuduerit, humilitatem ſecutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemoſynas fecerit, morti deſtinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, caſtitatem tenuerit, quæro ſi hæc, cùm factus fuerit fidelis, amittit: quia per baptiſmum totum, quod vetus homo geſſerat, putatur auferri? Aſpiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus atque eleemoſynis vacantem, per reuelationem angelum, Petrúmque ipſum,
Act. 10. vidiſſe, nunquid per baptiſmum hæc illi ablata ſunt, propter quæ ei baptiſmum videtur eſſe conceſſum? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur, quia quicquid bene geſtum fuerit, & ſecundùm legis præcepta cuſtoditum non poteſt facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non poteſt dici peccatum, & quod peccatum non eſt, ſolui inter peccata credi omnino non debet: eritque integrum æſtimare aboleri non poſſe prioris nomen vxoris, cùm non dimiſſum ſit pro peccato, quia ex Dei ſit voluntate completum.

Quòd

Quòd non admittantur clerici ab hæreticis ordinati.

LIII. 1.q.1.c.Ventum eſt. VENTVM eſt ad tertiam quæſtionem, quæ pro ſui difficultate longiorem exigit diſputationem, cùm nos dicamus ab hæreticis ordinatos vulneratum per illam manus impoſitionem habere caput. Vbi vulnus infixum eſt, medicina eſt adhibenda, vt poſſit recipere ſanitatem: quæ ſanitas poſt vulnus ſecuta ſine cicatrice eſſe non poterit; atque vbi pœnitentiæ remedium neceſſarium eſt, illic ordinationis honorem locum habere non Leuit. 1. Num. 19. poſſe. Nam ſi, vt legitur, quod tetigerit immundus, immundum erit: quomodo id ei tribuetur, quod munditia, ac puritas conſueuit accipere? ſed contrà adſeritur eum, qui honorem amiſit, honorem dare non poſſe: nec illum aliquid accepiſſe, quia nihil in dante erat, quod ille poſſet accipere, adquieſcimus, & verum eſt certè, quia quod non habuit, dare non potuit. Damnationem vtique, quam habuit per prauam manus impoſitionem, dedit, & qui particeps factus eſt damnato, quomodo debeat honorem accipere, inuenire non poſſum. Sed dicitur vera, ac iuſta legitimi ſacerdotis benedictio auferre omne vitium, quod à vitioſo fuerat iniectum.

Quòd in ordinationibus crimina, vel vitia non bene credantur auferri.

LIV. ERGO, ſi ita eſt, applicentur ad ordinationem ſacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, quia per benedictionem ordinationis crimina, vel vitia putantur auferri. Nullus ſit pœnitentiæ locus, quia id poteſt præſtare ordinatio, quod longa ſatisfactio præſtare conſueuit. Noſtræ verò lex eſt Eccleſiæ, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic bapti- 1.q.4.c.Homini §.ſi. zati ſunt, per manus impoſitionem, laïcam tantùm tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum ſubrogare.

Quòd hi, qui à Bonoſo hæretico ordinati ſunt, propterea ſint recepti, ne ſcandalum remaneret Eccleſiæ.

LV. AT verò, qui à Catholica ad hæreſim tranſierunt, quos non aliter opotter, niſi per pœnitentiam ſuſcipi, apud vos non ſolùm pœnitentiam non agunt, verùm etiam honore cumulantur, ſed Aniſij fratris quondam noſtri, aliorúmque conſacerdotum ſumma deliberatio hæc fuit: vt quos Bonoſus ordinauerat, ne cum eodem remanerent, ac fieret non mediocre ſcandalum, ſi ordinati reciperentur, vicimus, vt opinor, ambigua. Iam 1.q.7.c. Quod pro remedio. ergo quod pro remedio, ac neceſſitate temporis ſtatutum eſt, conſtat primitus non fuiſſe; ac fuiſſe regulas veteres, quas ab Apoſtolis, aut Apoſtolicis viris traditas Eccleſia Romana cuſtodit, cuſtodiendáſque mandat his, qui eam audire conſueuerunt, ſed neceſſitas temporis id fieri magnopere poſtulabat. Ergo quod neceſſi- 1.q.1.c. Quod pro neceſſitate. tas pro remedio repetit, ceſſante neceſſitate debet vtique ceſſare pariter, quod vrgebat, quia alius eſt ordo legitimus, alia vſurpatio, quam ad præſens fieri tempus impellit. Sed canones apud Nicæam Nic. Conci c. 8. conſtituti de Nouatianis fieri permiſerunt, priùs ille canon à Patribus inſtitutus ponendus eſt, vt poſſimus adnectere vel quid, vel qualiter ab eiſdem ſenſum ſit, vel præceptum. De his, inquit, qui nominant ſeipſos catharos, id eſt mundos, & aliquando veniunt ad Catholicam Eccleſiam, placuit ſanctæ, & magnæ ſynodo, vt accepta manus impoſitione ſic maneant in clero.

Poſſumus verò dicere de ſolis hoc Nouatianis eſſe præceptum, nec ad aliarum hæreſum clericos pertinere, nam ſi vtique de omnibus ita definirent, addidiſſent à Nouatianis, aliíſque hæreticis reuertentes debere in ſuum ordinem recipi: quod ſi ita eſſet etiam illud maximè, quod de Paulianiſtis dictum eſt, poterit confirmare: à quibus venientes etiam baptizari præcipiunt. Nunquidnam cùm de Pau- Nic Conc. c. 19. lianiſtis iubent, omnes, qui ab hæreticis reuertuntur, erunt hoc exemplo baptizandi? quod cùm nullus audeat facere, de ipſis tantùm eſſe præceptum ratio ipſa demonſtrat. Denique baptizatos rite ab Act. 8. Euangeliſta Philippo Petrus & Ioannes ſola manus impoſitione conſummant: illos verò, quos Apoſtolus Paulus Ioannis Act. 19. baptiſmate baptizatos reperit, interrogauítque an Spiritum ſanctum ſuſcepiſſent, fatentibúſque ſe illud ne quidem nomen audiſſe, iuſſit eos baptizari. Videtis ergo rite baptizatos, illo dono iterari non poſſe: & aliter ſola aqua lotos baptizari in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti neceſſarium peruideri. Ita & de Nouatianis tantùm iuſſum eſſe lucida manifeſtatione perlegitur, quod idcirco diſtinctum eſſe ipſis duabus hæreſibus

Dd

1. q. 1. *Paulianiſta.* ratio manifeſta declarat, quia Paulianiſtæ in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti minimè baptizant. Et Nouatiani iiſdem nominibus tremendis, venerandiſque baptizant, nec apud iſtos de vnitate poteſtatis diuinæ, hoc eſt Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, quæſtio aliquando commota eſt, & ideo de omnibus ſegregatis hæc ſola electa eſt, cui iſtud crederent concedendum, quia nihil in Patris, & Filij, & Spiritus S. ſacramento peccarent.
Siricius 3. Si quis verò de Catholica ad hæreſim tranſiens, aut fidelis ad apoſtaſiam reuertens reſipiſcens redire voluerit, nunquid eadem ratione poterit ad clerum permitti? Quorum commiſſum non niſi longa pœnitentia poterit aboleri, nec poſt pœnitentiam clericum fieri ipſi canones ſua authoritate permittunt. Vnde conſtat, *Nic. Con. c. 10.* qui de Catholica ad Bonoſum tranſierunt damnatum, atque ſe paſſi ſunt, vel cupierunt ab eodem ordinari, non oportuiſſe ordinationis Eccleſiaſticæ ſuſcipere dignitatem, qui commune omnium Eccleſiarum iudicium deſerentes ſuam peculiariter in Bonoſo vanitatem ſequendam eſſe duxerunt, ſed multos conſtat vim paſſos, atque inuitos attractos, repugnantéſque ab eodem ordinatos. *1. q. 1. c. Conſtat.* Dicat mihi, volo, quiſquis hoc credit, ſi non poſt ordinationem Bonoſi interfuit, cùm conficeret ſacramenta, ſi communioni eius participatus non eſt, ſi ſtatim diſcedentibus de eius peſſimo conciliabulo ad Eccleſiam rediit, & iſte talis poteſt habere colorem aliquem excuſationis. Cæterum alij qui vel poſt annum, aut menſem ad Eccleſiam redierunt intelligitur eos, qui in Catholica nouerunt ſe propter vitia ſua non poſſe ſuſcipere ordinationem, idcirco ad illum perrexiſſe, qui paſſim, & ſine vlla diſcuſſione ordinationes inlicitas faciebat. Credentes ſe poſſe per iſtam inſtitutionem locum in Eccleſia Catholica reperire, de quo antea deſperauerant. Nunc illud, quod ſupereſt interrogo, qui poſt menſem, aut ampliùs rediit, cùm ſe preſbyterum à Bonoſo confideret ordinatum, ſi non ſacramenta confecit, ſi non populis diſtribuit, ſi non miſſas ſecundùm conſuetudinem compleuit: quid de his cenſeatis quæſo promatis apertiùs? Ad ſummam certè, qui nihil à Bonoſo acceperunt, rei ſunt vſurpatæ dignitatis: qui conficiendorum ſacramentorum ſibi vendicauerunt aut non vendicauerunt authoritatem, atque id ſe putauerunt eſſe, quod his nulla fuerat regulari ratione conceſſum.

Quòd in Eccleſia peccatum populi inultum ſoleat præteriri.

Pervideat ergo dilectio veſtra LVI. hactenus talia tranſiſſe, & aduertite, *1. q. 7. c. Quotiens.* quod, vt dicitis, neceſſitas imperauit in pace iam Eccleſias conſtitutas non poſſe præſumere: ſed, vt ſæpe accidit, quoties à populis, aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non poteſt vindicari, inultum ſoleat tranſire: priora ergo dimittenda dico Dei iudicio: de reliquo maxima ſolicitudine præcauendum.

Quòd ſubreptum fuerit Apoſtolicæ Sedi, & ſuam in melius ſententiam commutarit: quando damnationem Photini reſcindit.

Veniam nunc ad maximum quaſi 35. q. 9. *Veniam.* quoddam thema Photinum, & quod mihi anxium eſt, ac difficillimum, maiorum meorum reuoluam ſententias. Fuerat de illo quoquo pacto, vt etiam ipſi commeminiſtis, aliquid vtique grauius conſtitutum, verùm quoniam id per rumorem falſum, vt aſſeritis, ſubreptum huic ſedi, & elicitum per inſidias demonſtratis, quia res ad ſalutem rediit, veniam nos hanc in tantum vobis adnitentibus poſt condemnationem more Apoſtolico ſubrogamus, tantiſque veſtris aſſertionibus vobiſque tam bonis, tam charis non dare conſenſum, omnibus duris rebus durius arbitramur. Pro veſtra ergo arbitratione, fratres chariſſimi, ſententia, ac poſtulatione, Epiſcopum Photinum habetote licitum ita conſtituere, vt deprecamini, & noſtram in melius conuerſam ſententiam labore, vel teſtimonio veſtro compotes voti ſuſcipite. Æquè Euſtathium à me ſæpiſſimè comprobatum nolite expectare, vt diaconij gratia expolietur: ſolicitos enim vos pro ſalute libenter audio, contra caput etiam, ſi faciendum eſt, non libenter admitto, cui manum porrigitis, vobiſcum porrigo, cui porrigo, mecum porrigite. Hæc enim ad Corinthios Apo- 1. *Corint.* 1. ſtolica eſt declarata benignitas, vt in vno ſpiritu ductam, ac reductam ſententiam boni ſemper indifferenter ſequantur. Nam fateor, hæc me primùm res bene habet erga Euſtathium diaconum, quòd nec contra fidem vnquam quicquam loqu-

tus ſit, nec loquentem admiſerit, nec ad mortem crimen aliquod commiſiſſe, vel iactatum vnquam, vel fictum de eo recognouerim. Et qui in his ſaluus eſt, ſi quo pacto conuerſationes amabiles non habet, habendus eſt, vt minùs pro tempore dilectus, non vt inimicus æſtimatus, diabolo in perpetuum mancipandus. Cognoſco illum inter illas ſimultates, ac turbines contra multorum ſtudia, non dico qualia, diuerſa ſenſiſſe, & cùm hinc res, calamitatéſque ipſæ emendatæ ſint, adhuc Dizomani, & Cyriaci ſubdiaconorum non potuiſſe apud vos emendationem reuiuiſcere. Compeſcite quæſo ab illo, prædictíſque, quorumcunque videtis animos, ac non iuſtas æmulationes, vt ipſe apud nos integer, apud vos cum ſuis reparatus mereatur pacem, non fictam peruidens charitatem. Omnibus igitur vobis, ac ſingillatim occurrat charitas, & vinculis quæ nullis modis à Christo ſoluuntur, vobiſcum pariter in perpetuum connexa, lætetur in Domino.

INCIPIVNT DECRETA ZOSIMI PAPÆ.

Quòd monachi vel laïci, niſi per gradus Eccleſiæ, non debeant ad ſummum ſacerdotium peruenire.

I. ZOSIMVS Epiſcopus vrbis Romæ HESYCHIO Epiſcopo Salonitano. Exegit dilectio tua præceptum Apoſtolicæ Sedis, in quo Patrum decreta conſentiunt, & ſignificas nonnullos ex monachorum cœtu, quorum ſolitudo quauis frequentia maior eſt, ſed & laïcos ad ſacerdotium feſtinare. Hoc autem ſpecialiter, & ſub prædeceſſoribus noſtris, & nuper à nobis interdictum conſtat, literis ad Gallias, Hiſpaniáſque tranſmiſſis, in quibus regionibus familiaris eſt iſta præſumptio: quamuis nec Africa ſuper hac ammonitione noſtra habeatur aliena, nequis penitus contra Patrum præcepta, qui Eccleſiaſticis diſciplinis imbutus per ordinem non fuiſſet, & temporis approbatione diuinis ſtipendiis eruditus, nequaquam ad ſummum Eccleſiæ ſacerdotium adſpirare præſumeret, & non ſolùm in eo ambitio inefficax haberetur, verumetiam in ordinatores eius, vt carerent eo ordine, quem ſine ordine contra præcepta Patrum crediderant præſumendum. Vnde miramur ad dilectionem tuam ſtatuta Apoſtolicæ Sedis non fuiſſe perlata. Laudamus igitur propoſitum conſtantiæ tuæ, frater chariſſime, nec aliud de Pontificij cenſura veteris authoritatis genus expectandum fuit, quàm vt talibus ambitionibus pro præceptis Patrum in procinctu fidei conſtitutus occurreres. Igitur ſiquid authoritati tuæ, quod nos non opinamur, æſtimas defuiſſe ſupplemus. Obſiſtite talibus ordinationibus, obſiſtite ſuperbiæ, & arrogantiæ venienti. Tecum faciunt præcepta Patrum, tecum Apoſtolicæ Sedis authoritas. Si enim officia ſæcularia principem locum, non veſtibulum actionis ingreſſis, ſed per plurimos gradus examinatis, temporibus deferunt: quis ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cæleſti militia, quæ propenſiùs ponderanda eſt, & ſicut aurum repetiris ignibus explorandum, ſtatim dux eſſe deſideret? Cùm tiro antè non fuerit, & priùs velit dicere, quàm diſcere? Adſueſcat in Domini caſtris, in lectorum primitus gradu diuini rudimenta ſeruitij, nec illi vile ſit, exorciſtam, acolythum, ſubdiaconum, diaconum per ordinem fieri, nec hoc ſaltu, ſed ſtatutis maiorum ordinatione temporibus. Iam verò ad presbyterij faſtigium talis accedat, vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia antè acta teſtentur. Iure inde ſummi Pontificis locum ſperare debebit, facit hoc nimia remiſſio conſacerdotum noſtrorum, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. Hinc paſſim numeroſa popularitas etiam his locis, vbi ſolitudo eſt, talium reperitur: dum parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præſtare non poſſunt, diuinos ordines largiuntur. Quod oportet diſtricti ſemper eſſe iudicij, rarum eſt enim omne, quod magnum eſt.

Diſt. 36. Qui Eccleſiaſticis. Et repetitur diſt. 59.

Quòd ſi quis interdicta deſpexerit, gradus ſui periculo ſubiacebit.

II. PROINDE nos, ne quid meritis dilectionis tuæ derogemus, ad te potiſſimum ſcripta direximus, quæ in omnium fratrum, & Coëpiſcoporum noſtrorum facies ire notitiam, non tantùm eorum, qui in ea prouincia ſunt, ſed etiam qui vicinis dilectionis tuæ prouinciis adiunguntur. Sciet, quiſquis hoc, poſtpoſita Patrum & Apoſtolicæ Sedis authoritate, neglexerit, à nobis diſtrictiùs vindicandum, vt loci ſui minimè dubitet ſibi non conſtare rationem, ſi hoc putat poſt tot prohibitiones impunè poſſe tentari: contumeliæ enim ſtudio fit, quicquid interdictum toties vſurpatur.

Quæ in ſingulis cleri gradibus tempora ſint præfixa.

III. *Diſt. 77. c. In ſingulis.* HÆC autem ſingulis gradibus obſeruanda ſunt tempora: Si ab infantia Eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederit, inter lectores vſque ad viceſimum ætatis annum, continuata obſeruatione perduret. Si maior iam, & grandæuus acceſſerit, ita tamen, vt poſt baptiſmum ſtatim ſe diuinæ militiæ deſideret mancipari, ſiue inter lectores, ſiue inter exorciſtas quinquennio teneatur, exinde acolythus, vel ſubdiaconus quatuor annis, & ſic ad benedictionem diaconatus, ſi meretur, accedat, in quo ordine quinque annis, ſi inculpatè ſe geſſerit, hærere debebit. Exinde ſuffragantibus ſtipendiis, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, preſbyterij ſacerdotium poterit prometeri. De quo loco ſi eum exactior ad bonos mores vita produxerit, ſummum Pontificatum ſperare debebit. Hac tamen lege ſeruata, vt neque digamus, neque pœnitens ad hos gradus poſſit admitti. Sanè, vt etiam defenſores Eccleſiæ, qui ex laïcis fiunt, ſupradicta obſeruatione teneantur, ſi meruerint eſſe in ordine clericatus. Data IX. Kal. Mart. Dominis noſtris Honorio XII. & Theodoſio VIII. Augg. Conſſ.

Ad presbyteros Rauennatium.

ZOSIMI Epiſcopi commonitorium preſbyteris & diaconibus, qui Rauennæ ſunt. Ex relatione fratris noſtri Archidami preſbyteri qualiter ſuſcepti ſitis, vel quid egeritis, agnouimus: vel qualiter illi ſuſcepti ſunt, qui contra canones aduerſum nos ad comitatum, neſcio qua audentes temeritate, ire voluerunt. Ad quos hæc, quæ nunc miſimus, olim ſcripta feceramus; eorum, quas iniurioſè miſerant, reſpondentes epiſtolis. Sed quoniam non potuerunt rei in ſua, hoc eſt in noſtra Eccleſia Romana, cum noſtris compreſbyteris commorari: has ad vos illis tradendas literas deſtinauimus, in quibus decreto noſtro ſanximus, memoratos perturbatores omnium ab Apoſtolicæ noſtræ Sedis communione alienos fuiſſe, atque noſtra ſubſcriptione, prolatam ſententiam ſuſcepiſſe. Illos etiam, qui effrenato huius facto, conſilióque aſſenſum commodare voluerunt: veſtræ charitatis eſt æſtimare qualiter habeantur. Quibus hoc obiicere vos debetis, quòd iuxta canonum præcepta fortiter incurrere, & qualiter preſbyteros non decebat, rebelles exiſtere tentauerunt. Vos tamen monemus, in ſpeculis eſſe debere: ne qua eorum prorumpat audacia, quos anathematizatos ſcit ſancta, & Apoſtolica Eccleſia. De his verò, qui eorum ſe ſocietati iunxerunt, quid de his agere debeamus, cùm reuerſi fueritis, conſilio meliori tractabimus. Et alia manu. Datum V Nonas Octob. Honorio XII. & Theodoſio VIII. Augg. Conſſ.

IV. *Sardicen. Conc. c. 8. 9. 10. 11.*

An. Chriſt. 418.

INCIPIVNT DECRETA
BONIFACII PAPÆ.

Supplicatio Papæ Bonifacij, vt conſtituatur à Principe, quatinus in vrbe Roma numquam per ambitum ordinetur Antiſtes.

1. *Diſt. 97. Eccleſiæ.* BONIFACIVS Epiſcopus HONORIO Auguſto. Eccleſiæ meæ, cui Deus noſter meum ſacerdotium, vobis res humanas regentibus, deputauit, cura conſtringit, ne cauſis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conuentus, qui à ſacerdotibus vniuerſis, & clericis, & Chriſtianæ plebis perturbationibus agitantur, apud aures Chriſtianiſſimi Principis deſim. Siquidem ſecus, quàm oportet, eueniat, non vos id facere, qui cuncta æqua moderatione componitis: ſed nos per noſtram tacentes deſidiam videbimur, quod ciuitatis quietem, Eccleſiæ pacem peruertere valeat, amiſiſſe. Cùm enim humanis rebus diuinæ cultor religionis, Domino fauente, præſideas: noſtra culpa erit, ſi non id ſub veſtra gloria (quam certum eſt diuinis ſemper rebus animo promptiore fauiſſe) firmo & ſtabili iure cuſtodiatur, quod per tot annorum feriem, & ſub illis etiam Principibus obtinuit, quos nulla noſtræ religionis cura conſtrinxit, id eſt vt ſeruentur licita, & ſub veſtræ imperio clementiæ, minimè, quæ ſunt illicita, formidentur. Ipſa enim Eccleſia deuotionem tuam, Chriſtianiſſime Imperator, meo quidem ſermone, ſed ſuo venerabili appellat affectu, quam Chriſtus Deus noſter, veſtri fidus rector, & gubernator imperij vni deſponſatam ſibi, & intactam virginem ſeruat: nec in ea aliquos patiamini inſidiantium procellarum fluctus inlidi, & quietam faciem tempeſtatis inſolitæ tumore turbari, glorioſiſſime & tranquilliſſime Imperator Auguſte: ipſa verò, quæ vni deſponſata, veſtra tamen mater eſt: Eccleſia, hac pietatem veſtram legatione, quam ſuis ſacerdotibus commiſit, appellat, præterita, præſentiáque repetit. Vobis (inquit) religioſè imperantibus modò tutus eſt populus, tam fidus Deo, quàm tibi, qui es Princeps Chriſtianus. Ecce enim inter ipſa myſteria, inter preces ſuas, quas pro veſtri felicitate dependit imperij, teſte, apud quem, & de cuius ſede agitur, ſancto Petro, ſolicitis pro religionis obſeruantia vocibus clamat, cum ſolicita petitione miſcetur oratio: ne nos in varias res ſemel euulſa diſtrahat à cultu ſolito, tentatore ſolicitante, diſcordia. Ageret pluribus, Princeps Chriſtianiſſime, niſi apud te ſuarum eſſet ſecura cauſarum, & niſi in oppreſſionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum imperio ſemper florente, vicisſet. Habet refugium, pium tuæ manſuetudinis animum, cum ſuæ religionis veneratione coniunctum. Cùm quicquid huic proficiat, vos agatis, conferatis fratribus, & conſacerdotibus meis, probatiſſimis viris, à me, & ab omnibus, qui Eccleſiam faciunt iſtiuſmodi, legatis, quibus precamur, ſacræ cauſam religionis proſequentibus, in vrbe veſtræ manſuetudinis, hoc animo, quo poſtulatis adnuitis, in perpetuum ſtatui vniuerſalis Eccleſiæ conſulatis. Datum Kal. Iulus.

Reſcriptum Honorij Auguſti, ad Bonifacium Papam Romanum: in quo ſtatuit, vt ſi denuò Romæ Epiſcopi ordinati fuerint duo, ambo de ciuitate pellantur.

VICTOR HONORIVS, inclytus trium- II.
phator, ſemper Auguſtus, ſancto *Ea diſt. c.*
ac venerabili BONIFACIO, Papæ vr- *Victor.*
bis æternæ. Scripta beatitudinis tuæ debita reuerentiæ gratulatione ſuſcepimus: quibus recenſitis, egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quòd ſanctimoniam tuam poſt longum incommodum optatæ redditam didicimus ſanitati. Et ideo reuertentibus venerabilibus viris gaudium noſtrum ſacrorum apicum atteſtatione ſignamus, ac petimus, vti quotidianis orationibus Apoſtolatus tuus ſtudium, ac votum ſuum circa ſalutem, atque imperium noſtrum dignetur impendere. Illud autem pietati noſtræ ſatis placitum eſſe cognoſce, quod ſanctimonia tua de Eccleſiarum, aut populi per-

turbatione ſolicita eſt. Quæ vt ne aliqua ratione poſſit euenire, ſatis clementia noſtra credidit eſſe prouiſum. Denique beatitudine tua prædicante, id ad cunctorum clericorum notitiam volumus peruenire, vt ſi quid fortè religioni tuæ (quod non optamus) humana ſorte contigerit, ſciant omnes ab ambitionibus eſſe ceſſandum. At ſi duo contra fas temeritate certantes, fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus ſacerdotem, ſed illum ſolum in Sede Apoſtolica permanſurum, quem ex numero clericorum noua ordinatione diuinum iudicium & vniuerſitatis conſenſus elegerit. Vnde id obſeruandum eſt, vt omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex ſerenitatis noſtræ admonitione cuſtodiant, nec aliquid ſeditioſis conſpirationibus tentare conentur: cùm certum ſit, nulli partium ſua ſtudia profutura.

Diſt. 79. Si duo forte.

Epiſtola Bonifacij Epiſcopi vrbis Romæ ad Epiſcopos Galliæ, de Maximo Epiſcopo, diuerſis criminibus accuſato.

III. BONIFACIVS Epiſcopus, PATROCLO, REMIGIO, MAXIMO, HILARIO, SEVERO, VALERIO, IVLIANO, CASTORIO, LEONTIO, CONSTANTINO, IOANNI, MONTANO, MARINO, MAVRITIO, & cæteris Epiſcopis per Gallias, & ſeptem prouincias conſtitutis. Valentinæ nos clerici ciuitatis adierunt proponentes per libellum crimina, quæ Maximum, reſte tota prouincia, aſſerunt commiſiſſe: delegata toties cognitione illum conſtitura ſemper ſubterfugiſſe iudicia, nec confiſum conſcientia feſtinaſſe, vt ſi eſſet innocens, examinatis omnibus purgaretur, quæ toties decreta, ex noſtrarum quoque chartarum inſtructione cognouimus. Qui econtrario probauit de ſe illa, quæ dicta ſunt, quia ad ea confutanda, cùm eſſent innumera, à deceſſoribus meis prouincialis eſt delegata cognitio. Conuentus etiam dicitur euitaſſe, & adeſſe minimè voluiſſe, & nullus dubitat, quòd ita iudicium nocens ſubterfugit, quemadmodum vt abſoluatur, qui eſt innocens, quærit. Sed aſtura cauillatio eorum, qui verſutis agendum credunt eſſe conſiliis, numquam innocentiæ nomen accipiet. Confitetur enim de omnibus, quiſquis ſe ſubterfugere iudicium dilationibus putat. Veniet aliquando tamen ille, qui talis perhibetur, in medium, nec proderſt illi toties latuiſſe, toties ſubterfugiſſe, quem ſui actus, & commiſſa quocunque fugerit, ea quæ obiiciuntur illi, ſi vera ſunt, crimina perſequuntur. Debueram quidem iam nunc dignam pro eius accuſatis in noſtro iudicio actibus, qui cognitionem, & decretum iudicum ſæpe declinando credidit inludendum, ferre ſententiam, at ne aliquis præcocem forſitan iudicaret, & ſibi, qui abſens eſt, licèr ſit quæſitus à nobis, reſeruatum eſſe nihil diceret: maluimus, intercapedine temporis data, differri: cùm hoc etiam eius accuſatores aſſererent. De cuius interitionibus, & moribus ſit ſecurum, Maximum tantò magis damnanda committere, quantò tardiùs ſe conſtituto iudicio præſentaret. Quem Manichæorum inuolutum caligine arguunt, turpi ſecta olim, ita ne eum poſſit abluere animum ſordida ſe improbatione obiectæ rei, geſta Synodalia proferentes, & commiſſis inuolutum vndique flagitiis, nullum enim ſanitatis habuiſſe reſpectum, quem furore ſuo, & inſana temeritate ad ſæcularium quoque iudicum tribunalia ſubditum quæſtioni, quod in vili quoque perſona turpiſſimum eſt, obiicerent peruenisſe & homicidij damnatum aſſerunt geſtis prolatis in medium. Et hunc talem, poſt tanta, taliáque commiſſa Epiſcopatus adhuc ſibi nomen in ſuis latibulis vindicare, in propriæ ciuitatis infamiam, nimiis doloribus conquerunrur, & ſanctum nomen vendicando ſibi velle polluere. Ideóque fratres chariſſimi, quia audiendus hic præſentare ſe noluit, ne conuictus forſitan ab accuſantibus ſe clericis poſſet digna tandem, aliquando præſentatus, Epiſcopali iudicio pronunciationis congruæ feriri ſententia. Quamquam illi, cùm hæc edocta fuerint, quæ poreſt huius nominis eſſe iactura, qui pudorem nunquam habuiſſe ſacerdotij perhibetur, & locum ſuum ne modico quidem tempore cuſtodiſſe: dilationem dedimus, & decreuimus veſtrum debere intra prouinciam eſſe iudicium, & congregari Synodum ante diem Calendarum Nouembrium: vt ſi adeſſe voluerit, præſens, ſi confidit, ad obiecta reſpondeat: ſi adeſſe neglexerit, dilationem ſententiæ de abſentia non lucretur, nam manifeſtum eſt confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato iudicio, purgandi ſe occaſione non vtitur. Nihil enim intereſt, vtrum

3. q. 9. c. Decernimus.

Digitized by Google

in præſenti examine omnia, quæ dicta ſunt, comprobentur, cùm ipſa quoque confeſſione procurata toties conſtet abſentia. Nos autem per omnes prouincias literas dirigemus, ne excuſationem ſibi ignorationis obtendat: vt ad prouinciam venire cogatur, & illic ſe conſtituto præſentare iudicio: Quicquid autem veſtra charitas de hac cauſa duxerit decernendum, cùm ad nos relatum fuerit, noſtra, vt condecet, neceſſe eſt authori-
An. Chriſti 419. tate firmetur. Datum ſub die idus Iunij Monaxio v. c. Conſ.

Vt in vnaquaque prouincia nemo, contempto Metropolitano, Epiſcopus ordinetur.

IV. BONIFACIVS Epiſcopus vrbis Romæ, HILARIO Epiſcopo Narbonenſi. Difficilem quidem fidem querimoniis commodamus, quarum ſacerdotes Domini pulſat intentio: maximè, cùm eos loquuntur quippiam contra Patrum ſtatuta tentaſſe, ſed frequenter has aſſerit, ſicut nunc, multitudo cauſantium. Ecce enim, vt charitas tua recognoſcit ex ſubditis, Lutubenſis Eccleſiæ cleri ordo, vel plebis preces ſuas, vel lachrymas ad nos, quantum datur intelligi, magno cum dolore miſerunt, dicentes, Coëpiſcopum noſtrum Patroclum ſua petitione ceſſante, in locum decedentis Epiſcopi, neſcio quem, in aliena prouincia, prætermiſſo Metropolitano, contra Patrum regulas ordinaſſe; quod nequaquam poſſumus ferre patienter, quia conuenit nos paternarum ſanctio-
Nic. Con. c. 6. num diligentes eſſe cuſtodes. Nulli etenim videtur incognita ſynodi conſtitutio Nicænæ: quæ ita præcipit, vt eadem propriè verba ponamus, per vnamquamque prouinciam ius Metropolitanos ſingulos habere debere, nec cuiquam duas eſſe ſubiectas, quod illi quia aliter credendum non eſt, ſeruandum, ſancto Spiritu ſuggerente, ſibimet cenſuerunt. Vnde, frater chariſſime, ſi ita res ſunt, & Eccleſiam ſupradictam prouinciæ tuæ limes includat, noſtra authoritate communitus, quod quidem facere ſponte deberes, deſideriis ſupplicantium & voluntate reſpecta ad eundem locum, in quo ordinatio talis celebrata dicitur, Metropolitani iure munitus, & præceptionibus noſtris fretus accede, intelligens arbitrio tuo, ſecundùm regulas Patrum, quæcunque facienda ſunt, à nobis eſſe conceſſa, ita vt peractis omnibus Apoſtolicæ Sedi, quicquid ſtatueris, te referente clareſcat, cui totius prouinciæ ordinationem liquet eſſe mandatam. Nemo ergo eorum terminos audax temerator excedat, nec aliquid in illorum contumeliam partibus ſuis, quæ ſibi non videntur conceſſa, defendat. Ceſſet huiuſmodi preſſa noſtra authoritate præſumptio eorum, qui vltra licitum ſuæ limitem dignitatis extendunt. Quòd idcirco dicimus, vt aduertat charitas tua adeò nos canonum præcepta ſeruare, vt ita conſtitutio quoque noſtra definiat: quatenus Metropolitani ſui vnaquæque prouincia in omnibus rebus ordinationem ſemper expectet. Datum v. Id. Fe- An. Chriſti 422.
br. Dominis noſtris Honorio XIII. & Theodoſio X. Auguſtis, Conſulibus.

INCIPIVNT DECRETA
CÆLESTINI PAPÆ.

De Proſpero & Hilario, qui quoſdam Galliæ presbyteros accuſant Pelagij ſectatores.

I. CÆLESTINVS Epiſcopus, dilectiſſimis fratribus, VENERIO, MARINO, LEONTIO, AVXONIO, ARCADIO, FILTANIO, & cæteris Galliarum Epiſcopis. Apoſtolici verba præcepti ſunt apud Iudæos, atque gentiles ſine offenſione nos eſſe debere. Hoc quiſquis Chriſtianus *1. Pet. 2.*
eſt, tota animi virtute cuſtodit. Quod *Rom. 14.*
cùm ita ſit, non parum periculi illum manere poterit ante Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere. Nam qua- *1. Cor. 8.*
liter nos, qui neminem perire volumus, iſta contriſtent, quæ authoribus Chriſtianis percellunt animos Chriſtianos, Dominicus in Euangelio ſermo teſtatur. Ait enim ipſe Saluator, quòd expediat *Matth. 18.*
ſcandalizanti vnum de puſillis, in maris profunda demergi, & ideo quæ ſit eius

Digitized by Google

iam pœna quæramus cui tale ſupplicium legimus expedire. Filii noſtri præſentes Proſper,& Hilarius,quorum circa Deum noſtrum ſolicitudo laudanda eſt, tantùm, neſcio quibus, preſbyteris illic licere, qui diſſenſioni Eccleſiarum ſtudeant, ſunt apud nos proſecuti, vt indiſciplinatas quæſtiones vocantes in medium pertinaciter eos dicant prædicare aduerſantia veritati, ſed veſtræ dilectioni iuſtiùs imputamus, quando illi ſupra vos habent copiam
Matth.10. diſputandi. Legimus, *ſupra magiſtrum non eſſe diſcipulum*, hoc eſt, non ſibi debere quenquam ad iniuriam doctorum vindicare doctrinam. Nam & hos ipſos à Deo noſtro poſitos nouimus ad docendum, cùm ſit dicente Apoſtolo, eis tertius locus intra Eccleſiam depu-
1. Cor. 12. tandus. Quid illic ſpei eſt, vbi magiſtris tacentibus hi loquuntur, qui, ſi ita eſt, eorum diſcipuli non fuerunt? Timeo ne conniuere ſit hoc tacere, timeo ne magis ipſi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus cauſis non caret ſuſpicione taciturnitas, quia occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Meritò namque cauſa nos reſpicit, ſi ſilentio faueamus errori. Ergo corripiantur huiuſmodi, non ſit his liberum habere pro voluntate ſermonem, deſinat, ſi ita res ſunt, inceſſere nouitas vetuſtatem, deſinat Eccleſiarum quietem inquietudo turbare. Conantur ſæpe naufragio mergere, quos intra portum ſtantes ſtatio facit fida ſecuros. Fida quippe eſt omnium ſtatio, quorum perfectis greſſibus veſtigia non mouentur. Recurrerunt ad Apoſtolicam prædicti Sedem hæc ipſa nobis quæ tentar perturbatio, conquerentes. Habetote,fratres chariſſimi,pro Catholicæ plebis pace tractarum, ſciant ſe (ſi tamen cenſentur preſbyterij dignitate) vobis eſſe ſubiectos, ſciant, quòd ſibi omnes, qui malè docent, diſcere magis, ac magis competat, quàm docere. Nam quid in Eccleſiis vos agitis, ſi illi ſummam teneant prædicandi? niſi fortè illud obſiſtat,quod non authoritate,non adhuc ratione colligitur, vt aliqui è fratrum numero nuper de laïcorum conſortio, in collegium noſtrum fortaſſis admiſſi, neſciant quid ſibi debeant vindicare. Super his multa iam dicta ſunt eo tempore, quo ad fratris Tuenti dedimus ſcripta reſponſum. Nunc tamen repetentes ſæpius admonemus, vt vitentur huiuſmodi, qui laborant per terras aliud, quàm ille noſter iuſſit agricola, ſeminare. Nec tamen mirari poſſumus, ſi hæc erga viuentes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quieſcentium fratrum memoriam diſſipare.

De ſancto Epiſcopo Auguſtino mira laudis aſſertio.

AVGVSTINVM ſanctæ recordatio- II.
nis virum pro vita ſua, atque meritis in noſtra communione ſemper habuimus, nec vnquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor aſperſit, quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, vt inter magiſtros optimos etiam à meis ſemper deceſſoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune ſenſerunt, vtpote, qui vbique cunctis & amori fuerit, & honori. Vnde reſiſtatur talibus, quos malè creſcere videmus, nefas eſt, hæc pati religioſas animas, quarum afflictione, quia membra noſtra ſunt, nos quoque conuenit macerari, quamuis maneat hos beatitudo promiſſa, quicun- Matth. 5.
que probantur perſecutionem propter iuſtitiam ſuſtinere. Quibus quid promittat Dominus in futurum, ſequens ſermo declarat. Non eſt agentium cauſa ſolorum, vniuerſalis Eccleſia quacunque nouitate pulſatur. Intelligamus hæc ipſa vobis, quæ nobis non placent, diſplicere. Quod ita demum probare poterimus, ſi impoſito improbis ſilentio, de tali re in poſterum querela ceſſauerit. Deus vos incolumes cuſtodiat,fratres chariſſimi.

Incipiunt præteritorum Sedis Apoſtolicæ Epiſcoporum authoritates de gratia Dei.

QVIA nonnulli, qui Catholico no- III.
mine gloriantur, in damnatis hæreticorum ſenſibus ſeu prauitate, ſiue imperitia demorantes piiſſimis diſputatoribus obuiare præſumunt, & cùm Pelagium, atque Celeſtium anathematizare non dubitent, magiſtris tamen noſtris, tanquam neceſſarium modum exceſſerint, obloquuntur, eáque tantummodo ſequi, & probare profitentur, quæ ſacratiſſima beati Apoſtoli Sedes Petri contra inimicos gratiæ Dei per miniſterium præſulum ſuorum ſanxit, & docuit. Neceſſarium fuit diligenter inquirere quid rectores Romanæ Eccleſiæ de hæreſi, quæ eorum temporibus exorta fuerat, iudi-

iudicarint, & contra nocentiſſimos liberi arbitrij defenſores, quid de gratia Dei ſentiendum eſſe cenſuerint, ita vt etiam Africanorum Conciliorum quaſdam ſententias iungeremus, quas vtique ſuas fecerunt Apoſtolici Antiſtites, cùm probarunt. Vt ergo pleniùs, qui in aliquo dubitant, inſtruantur, conſtitutiones Sanctorum Patrum compendioſo manifeſtamus indiculo, quo ſi quis non nimiùm eſt contentioſus, agnoſcat omnium diſputationum connexionem ex hac ſubditarum authoritatum breuitate pendere: nullámque ſibi contradictionis ſupereſſe rationem, ſi cum Catholicis credat, & dicat.

Quòd Adam omnes homines læſerit, nec quenquam niſi Chriſti gratiâ poſſe ſaluari.

IV. IN præuaricatione Adæ omnes homines naturalem poſſibilitatem, & innocentiam perdidiſſe, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium poſſe conſurgere, niſi eum gratia Dei miſerantis erexerit, pronunciante beatæ memoriæ Papa Innocentio, atque dicente in epiſtola ad Carthaginenſe Concilium: Liberum enim arbitrium ille perpeſſus, dum ſuis inconſultiùs vtitur bonis, cadens in præuaricationis profunda demerſus eſt, & nihil quemadmodum exinde ſurgere poſſet, inuenit: ſuáque in æternum libertate deceptus huius ruinæ latuiſſet oppreſſu, niſi eum poſt Chriſti pro ſua gratia releuaſſet aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationem omne præteritum vitium ſui baptiſmatis lauacro purgauit.

Quòd nemo ſit bonus ſuis viribus, niſi participatione eius, qui ſolus bonus eſt.

V. NEMINEM eſſe per ſemetipſum bonum, niſi participationem ſui ille donet, qui ſolus eſt bonus, quod in eiſdem ſcriptis eiuſdem Pontificis ſententia proteſtatur, dicens: Nunquid nos de eorum poſt hæc rectum mentibus æſtimemus, qui ſibi ſe putant deberi, quòd boni ſunt, nec illum conſiderant, cuius quotidie gratiam conſequuntur, qui ſine illo tantum ſe adſequi poſſe confidunt.

Matth. 19.

Quòd niſi gratiâ Dei continuò iuuemur, inſidias diaboli ſuperare non poſſumus.

VI. NEMINEM etiam baptiſmatis gratia renouatum, idoneum eſſe ad ſuperandas diaboli inſidias, & ad euincendas carnis concupiſcentias: niſi per quotidianum adiutorium Dei perſeuerantiam bonę conuerſationis acceperit: quod eiuſdem Antiſtitis in iiſdem paginis doctrina confirmat, dicens: Nam quamuis hominem redimeret à præteritis ille peccatis, tamen ſciens iterum poſſe peccare, ad reparationem ſibi, quemadmodum poſſet illum & poſt iſta corrigere, multa ſeruauit. Quotidiana præſtat ille remedia, quibus niſi freti, confiſique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Neceſſe eſt enim vt quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur.

Quòd per Chriſtum libero bene vtamur arbitrio.

QVOD nemo niſi per Chriſtum, libero bene vtatur arbitrio, idem magiſter in epiſtola ad Mileuitanum Concilium data prædicat, dicens: Aduerte tandem ô, prauiſſimarum mentium peruerſa doctrina, quòd primum hominem ita libertas ipſa decepit, vt dum indulgentiùs frænis eius vtitur, in præuaricationem præſumptione concideret, nec ex hac potuit erui, niſi ei prouidentia regenerationis ſtatum priſtinæ libertatis Chriſti Domini reformaſſet aduentus. VII.

Quòd omnia Sanctorum merita dona ſunt Dei.

QVOD omnia ſtudia, & omnia opera, ac merita Sanctorum ad Dei gloriam, laudémque referenda ſint, quia nemo aliunde ei placet, niſi ex eo quod ipſe donauerit. In quam nos ſententiam dirigit beatæ recordationis Papæ Zoſimi regularis authoritas, cùm ſcribens ad totius orbis Epiſcopos ait: Nos autem inſtinctu Dei, omnia enim bona ad authorem ſuum referenda ſunt, vnde naſcuntur, ad fratrum & Coëpiſcoporum noſtrorum conſcientiam vniuerſa retulimus. Hunc autem ſermonem ſinceriſſimæ veritatis luce radiantem tanto Afri Epiſcopi honore venerati ſunt, vt ita ad eundem virum ſcriberent: Illud verò, quod in literis, quas in vniuerſas prouincias curaſti eſſe mittendas, poſuiſti dicens, Nos tamen inſtinctu Dei, &c. ſic accepimus dictum, vt illos, qui contra Dei adiutorium extollunt humani arbitrij libertatem, diſtricto gladio veritatis, velut curſim tranſiens, amputares. Quid enim tam libero feciſtis arbitrio, quàm quod vniuerſa in noſtræ VIII.

humilitatis conſcientiam retuliſtis? Et tamen inſtinctu Dei factum eſſe fideliter, ſapientérque vidiſtis, veraciter, fidentérque dixiſtis. Ideo vtique, quia præparatur voluntas à Domino, & vt boni aliquid agant, paternis inſpirationibus ſuorum
Prou. 21. Rom. 8. ipſe tangat corda filiorum. Quotquot enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt, vt nec noſtrum deeſſe ſentiamus arbitrium, & in bonis quibuſque voluntatis humanæ ſingulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium.

Quòd omnis ſancta cogitatio, & motus pia voluntatis ex Deo ſit.

IX. QVOD ita Deus in cordibus hominum, atque in ipſo libero operetur arbitrio, vt ſancta cogitatio, pium conſilium, omniſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit, quia per illum aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus. Ad
Ioan. 15. hanc enim nos profeſſionem idem doctor inſtituit, qui cùm ad totius orbis Epiſcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur: Quod ergo, ait, tempus interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, cauſiſque, cogitationibus, motibus, adiutor, & protector orandus eſt. Superbum eſt enim, vt quicquam ſibi humana natura præſumat,
Ephes 6. clamante Apoſtolo, Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed contra principes & poteſtates aëris huius, contra ſpiritalia nequitiæ in cæ-
Rom. 7. leſtibus. Et ſicut ipſe iterum dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Et ite-
1. Cor. 15. rum: Gratiâ Dei ſum id, quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed plus illis omnibus laboraui: non ego autem, ſed gratia Dei mecum.

Quòd gratia Dei non ſolùm peccata dimittat, ſed etiam adiuuet, ne committantur, & præſtat, vt lex impleatur, non ſicut ait Pelagius facilè, quaſi ſine gratia Dei difficiliùs poſſit impleri.

X. ILLVD etiam, quod intra Carthaginenſis Synodi decreta conſtitutum eſt, quaſi proprium Apoſtolicæ Sedis amplectimur, quod ſcilicet tertio capitulo definitum eſt, Vt quicunque dixerit gratiam Dei, qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema ſit. Et iterum quarto capitulo, Vt quiſquis dixerit, gratiam Dei per Ieſum Chriſtum propter hoc tantùm nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſum nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus, quid appetere, & quid vitare debeamus; non autem per illam nobis præſtari, vt quod faciendum cognouimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema ſit. Cùm enim dicat Apoſtolus: Scientia inflat, chari- 1. Cor. 8.
tas verò ædificat, valde impium eſt, vt credamus, ad eam, quæ inflat, nos habere gratiam Chriſti, & ad eam, quæ ædificat, non habere, cùm ſit vtrumque donum Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus, vt ædificante charitate ſcientia non poſſit inflare. Sicut autem de Deo ſcriptum eſt, Qui docet ho- Pſal. 93.
minem ſcientiam, ita etiam ſcriptum eſt, 1. Ioan. 4.
Charitas ex Deo eſt. Item quinto capitulo, Vt quiſquis dixerit ideo nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum iubeamur arbitrium, faciliùs poſſimus implere per gratiam, tanquam & ſi gratia non daretur, non quidem facilè, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa implere diuina mandata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait, Sine me difficilius poteſtis facere: ſed ait, Sine me nihil poteſtis facere.

Quòd præter ſtatuta Sedis Apoſtolicæ omnes orationes Chriſti gratiam reſonant, qua genus humanum ab æterna damnatione reparatur.

PRÆTEREA beatiſſimæ & Apoſtolicæ XI.
Sedis inuiolabiles ſanctiones, quibus nos piiſſimi Patres, peſtiferæ nouitatis elatione deiecta, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis vſque in finem perſeuerantiam ad Chriſti gratiam referre docuerunt. Obſecrationum quoque ſacerdotalium ſacramenta reſpiciamus, quæ ab Apoſtolis tradita in toto mundo, atque in omni Catholica Eccleſia vniformiter celebrantur, vt legem credendi lex ſtatuat ſupplicandi. Cùm enim ſanctarum plebium Præſules mandata ſibimet legatione fungantur apud diuinam clementiam humani generis agunt cauſam, & tota ſecum Eccleſia congemiſcente poſtulant, & precantur, vt infidelibus donetur fides,

vt idololatræ ab impietatis ſuæ liberentur erroribus, vt Iudæis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, vt hæretici Catholicæ fidei perceptione reſipiſcant, vt ſchiſmatici ſpiritum rediuiuæ charitatis accipiant, vt lapſis pœnitentiæ remedia conferantur, vt denique catechumenis ad regenerationis ſacramenta perductis cæleſtis miſericordiæ aula reſeretur. Hæc autem non perfunctoriè, neque inaniter à Domino peti rerum ipſarum monſtrat effectus, quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de poteſtate tenebrarum transferat in regnum filij charitatis ſuæ, & ex vaſis iræ faciat vaſa miſericordiæ, quod adeò totum diuini operis eſſe ſentitur, vt hæc efficienti Deo gratiarum ſemper actio, laudiſque confeſſio pro inluminatione talium, vel correctione referatur. *Coloſſ. 1. Rom. 9.*

Quòd gratiam Dei etiam baptizandorum teſtetur instituta purgatio, cùm exorciſmis, & exſufflationibus ſpiritus ab eis abiguntur immundi.

XII. ILLVD etiam, quod circa baptizandos in vniuerſo mundo ſancta Eccleſia vniformiter agit, non ocioſo contemplamur intuitu. Cùm ſiue paruuli, ſiue iuuenes ad regenerationis veniunt ſacramentum, non priùs fontem vitæ adeunt, quàm exorciſmis, & exſufflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur, vt tunc verè appareat, quomodo princeps mundi huius mittatur foras, & quomodo priùs alligetur fortis, & deinceps vaſa eius diripiantur in poſſeſſionem tranſlata victoris, qui captiuam ducit captiuitatem, & dat dona hominibus. His ergo Eccleſiaſticis regulis, & ex diuina ſumptis authoritate documentis ita adiuuante Domino conformati ſumus, vt omnium bonorum affectuum, atque operum & omnium ſtudiorum, omniúmque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profiteamur authorem, & non dubitemus ab ipſius gratia omnia hominis merita præueniri, per quem fit, vt aliquid boni & velle incipiamus, & facere. Quo vtique auxilio, & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, ſed liberatur, vt de tenebroſo lucidum, de prauo rectum, de languido ſanum, de imprudente ſit prouidum. Tanta enim eſt erga omnes homines bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona, & pro his quæ largitus eſt, æterna præmia ſit donaturus. Agit quippe in nobis, vt quod vult, & velimus, & agamus, nec ocioſa eſſe in nobis patitur, quæ exercenda, non negligenda donauit, vt & nos cooperatores ſimus gratiæ Dei, ac ſi quid in nobis ex noſtra viderimus remiſſione langueſcere, ad illum ſolicitè recurramus, qui ſanat omnes languores noſtros, & redimit de interitu vitam noſtram, & cui quotidie dicimus, Ne inducas nos in tentationem, ſed libera nos à malo. *Ioan. 12. Matth. 12. Marc. 3. Epheſ. 4. Pſalm. 63. 1. Corint. 3. Pſal. 102. Matth. 6.*

Quòd profundiores quæſtiones nec contemnendæ ſint, nec penitus adſerendæ.

PROFVNDIORES verò, difficilióreſque partes incurrentium quæſtionum, quas latiùs pertractarunt, qui hæreticis reſtiterunt, ſicut non audemus contemnere, ita non neceſſe habemus adſtruere. Quia ad confitendam gratiam Dei, cuius operi, ac dignationi nihil penitus ſubtrahendum eſt, ſatis ſufficere credimus, quicquid ſecundùm prædictas regulas Apoſtolicæ Sedis nos ſcripta docuerunt, vt prorſus non opinemur Catholicum, quod apparuerit præfixis ſententiis eſſe contrarium. XIII.

Expliciunt authoritates præteritorum Sedis Apoſtolicæ Epiſcoporum de gratia Dei, & libero voluntatis arbitrio.

CÆLESTINVS vniuerſis Epiſcopis per Viennenſem, & Narbonenſem prouincias conſtitutis in Domino ſalutem. Cuperemus quidem de veſtrarum Eccleſiarum ita ordinatione gaudere, vt congratularemur potiùs de profectu, quàm aliquid admiſſum contra diſciplinam Eccleſiaſticam doleremus. Ad noſtram enim lætitiam & benefacta perueniunt, & mœroris aculeis nos quæ fuerint malefacta, compungunt. Nec ſilere poſſumus, cùm ad hoc, vt ab inlicitis reuocemus aliquos, officij noſtri prouocemur inſtinctu, in ſpeculis à Deo conſtituti, vt vigilantiæ noſtræ diligentiam comprobantes, & quæ coërcenda ſunt, reſecemus, & quæ obſeruanda ſunt, ſanciamus. Et quamuis circa longinqua ſpiritalis cura non deſit, ſed per omnia, qua nomen Dei prædicatur, extendit: nec notitiam noſtram ſubterfugiunt, quæ in euerſionem regularum nouellæ præſumptionis authoritate tentantur. *Eſai. 21. Ezech. 33.*

Quòd non debeant ſacerdotes, aut clerici amicti palliis, & præcincti lumbis in Eccleſia miniſtrare.

XIV. DIDICIMUS enim quoſdam Domini ſacerdotes ſuperſtitioſo potiùs cultui inſeruire quàm mentis, vel fidei puritati. Sed non mirum, ſi contra Eccleſiaſticum morem faciunt, qui in Eccleſia non creuerunt, ſed alio venientes itinere ſecum hæc in Eccleſiam, quæ in alia conuerſatione habuerant, intulerunt, amicti pallio, & lumbos præcincti credunt ſe ſanctæ ſcripturæ fidem, non per ſpiritum, ſed per literam completuros.
Luc. 12. Nam ſi ad hoc iſta præcepta ſunt, vt taliter ſeruarentur: cur non fiunt pariter quæ ſequuntur, vt lucernæ in manibus ardentes vnà cum baculo teneantur. Habent ſuum iſta myſterium, & intelligentibus ita clara ſunt, vt ea magis, qua decet, ſignificatione ſeruentur. Nam in lumborum præcinctione caſtitas, in baculo regimen paſtorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis (de quo dicitur, opera veſtra luceant) indicatur. Habent tamen iſtum forſitan cultum morem potiùs quàm rationem ſequentes, qui remotioribus habitant locis, & procul à cæteris degunt, vnde hic habitus in Eccleſiis Gallicanis, vt tot annorum, tantorúmque Pontificum in alterum habitum conſuetudo vertatur? Diſcernendi à plebe, vel cæteris ſumus doctrina, non veſte, conuerſatione, non habitu, mentis puritate, non cultu. Nam ſi ſtudere incipiamus nouitati, traditum nobis à Patribus ordinem calcabimus: vt locum ſuperuacuis ſuperſtitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere, Docendi enim ſunt potiùs, quàm ludendi, nec imponendum eorum eſt oculis: ſed mentibus infundenda præcepta ſunt. Erant quidem multa, quæ pro diſciplina Eccleſiaſtica, vel ipſius rei dicere ratione poſſemus, ſed ab his ad alia deuocamur.

Quòd nulli ſit vltima pœnitentia deneganda.

XV. 28. q. 6. c. Agnoui-mus. AGNOVIMUS enim pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum deſideriis abnui, qui obitus ſui tempore hoc animæ ſuæ cupiunt remedio ſubueniri. Horremus (fateor) tantæ impietatis aliquem reperiri, vt de Dei pietate deſperet: quaſi non poſſit ad ſe quouis tempore concurrenti ſuccurrere, & periclitantem ſub onere peccatorum hominem perdere, quo ſe ille expediri deſiderat, & liberari: Quid hoc rogo, aliud eſt, quàm morienti mortem addere, eiúſque animam ſua crudelitate, ne abſoluta eſſe poſſit, occidere, cùm Deus ad ſubueniendum paratiſſimus, inuitans ad pœnitentiam, ſic promittat peccatori, inquiens: Quacunque die conuerſus fuerit, peccata eius non reputabuntur ei. *Ezech. 18.* Et iterum: Nolo mortem peccatoris, ſed tantùm conuertatur, & viuat. *Ibidem.* Salutem ergo homini adimit, quiſquis mortis tempore pœnitentiam denegarit, & deſperat de clementia Dei, qui eum ad ſubueniendum morienti ſufficere vel momento poſſe non credit. Perdidiſſet latro in cruce præmium, *Luc. 23.* ad Chriſti dexteram pendens, ſi illum vnius horæ pœnitentia non iuuiſſet, cùm eſſet in pœna, pœnituit, & per vnius ſermonis promiſſionem, habitaculum paradiſi, Deo promittente, promeruit. Vera ergo ad Deum conuerſio in vltimis poſitorum mente potiùs eſt æſtimanda, quàm tempore, Propheta hoc taliter aſſerente, *Ezech. 3. & 33.* Cùm conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Cùm ergo Dominus ſit cordis inſpector, quouis tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti: *1. Reg. 16. Hier. 17.* cùm illi ſe obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

Quòd per gradus Eccleſiaſticos ad Epiſcopatus debeat officium perueniri.

ORDINATOS verò quoſdam, fratres chariſſimi, Epiſcopos, qui nullis Eccleſiaſticis ordinibus ad tantæ dignitatis faſtigium fuerint inſtituti, contra Patrum decreta, huius vſurpatione, qui ſe hoc recognoſcit feciſſe, didicimus, cùm ad Epiſcopatum his gradibus, quibus frequentiſſimè cautum eſt, debeat perueniri, vt minoribus initiati officiis ad maiora firmentur. XVI. *Diſt. 59 c. ſi. Ordinatos.* Debet enim antè eſſe diſcipulus, quiſquis doctor eſſe deſiderat, vt poſſit docere, quod didicit. Omnis vitæ inſtitutio hac ad id, quò tendit ſe ratione confirmat. Qui minimè literis operam dederit, præceptor eſſe non poteſt literarum. Qui non per ſingula ſtipendia creuerit, ad emeritum ſtipendij ordinem non poteſt peruenire: ſolum ſacerdotium inter iſta rogo vilius eſt, quod faciliùs tribuitur, cùm difficiliùs impleatur? Sed iam non ſatis eſt laicos ordinare, quos

nullus fieri ordo permittit, ſed etiam quorum crimina longè lateque per omnes penè ſunt nota prouincias, ordinantur. Daniel enim nuper miſſa relatione ex Orientalibus ad nos partibus, ab omni, quod tenuerat, virginum monaſterio nefariis eſt obiectionibus accuſatus, multa de multis obiecta flagitia. In quanam lateret terrarum parte quæſitus eſt, vt ſi ſuæ innocentiæ confideret, contra ſe iudicium poſtulatum minimè declinaret, miſſæ ad Arelatenſem Epiſcopum per Fortunatum ſubdiaconum noſtrum, præceptiones, vt ad iudicium deſtinaretur Epiſcopale. Tantis grauatus teſtimoniis, tanta facinorum accuſatione pulſatus, ſacrarum (vt dicitur) virginum pollutus inceſtu Epiſcopus aſſeritur ordinatus. In noſtris libelli ſcriniis continentur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus. In Pontificij dignitatem hoc tempore, quo ad cauſam dicendam miſſis à nobis literis vocabatur, obrepſit. Sacro nomini abſit iniuria, facilius eſt vt hanc dignitatem tali dando ipſe amiſerit ordinator, quàm eam obtineat ordinatus, cui conuicto ſociabitur, qui eum ſibi credidit largiendo Pontificium ſociandum, qualis enim ipſe ſit, quiſquis tales ordinarit, oſtendit. His ergo in medium nunc deductis, cùm plerique veſtrûm ſint, qui Apoſtolicæ Sedis ſtatuta cognouerint nobiſcum tempore aliquanto verſari, ad diſciplinæ normam, noſtris conuenta adhortationibus, omnia fraternitas veſtra euocare feſtinet.

Dist. 81. c. Tantis.

Quòd vnaquæque prouincia ſuo Metropolitano debeat eſſe contenta.

XVII. PRIMVM, vt iuxta decreta canonum vnaquæque prouincia ſuo Metropolitano contenta ſit, vt deceſſoris noſtri data ad Narbonenſem Epiſcopum continent conſtituta, nec vſurpationis locus alicui ſacerdoti in alterius concedatur iniuriam. Sit conceſſis ſibi contentus vnuſquiſque limitibus. Alter in alterius prouincia nihil præſumat, nec emeritis in ſuis Eccleſiis clericis peregrini & extranei, & qui antè ignorati ſunt, ad excluſionem eorum, qui bene de ſuorum ciuium merentur teſtimonio, præponantur, ne nouum quoddam, de quo Epiſcopi fiant, inſtitutum videatur eſſe collegium.

Bonif. c. 4. ſupra.

Dist. 61. c. Nemo emeritus.

Quòd nolentibus clericis vel populis nemo debeat Epiſcopus ordinari.

NVLLVS inuitis detur Epiſcopus, XVIII. cleri, plebis, & ordinis conſenſus, & deſiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur Eccleſia, ſi de ciuitatis ipſius clericis, cui eſt Epiſcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus) poterit inueniri, primùm enim illi reprobandi ſunt, vt aliqui de alienis Eccleſiis meritò præferantur. Habeat vnuſquiſque ſuæ fructum militiæ in Eccleſia, in qua ſua per omnia officia tranſegit ætatem. In aliena ſtipendia minimè alter obrepat, nec alij debitam altet ſibi audeat vendicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, ſi ſe viderint prægrauari, & quos ſibi ingeri ex tranſuerſo cognouerint, non timeant refutare. Qui ſi non debitum præmium, vel liberum de eo, qui eos recturus eſt, debent habere iudicium.

Ead. dist. c. ſequen.

Quòd ab inlicitis ſit ordinationibus abſtinendum.

ABSTINEATVR etiam ab inlicitis XIX. ordinationibus, nullus ex laicis, nullus digamus, nullus qui ſit viduæ maritus, aut fuerit, ordinetur, ſed irreprehenſibilis, & qualem elegit Apoſtolus, fiat. Per Moyſen Dominus præcepit, *virginem accipiat ſacerdos vxorem*, ſubſequitur, & ſupplet Apoſtolus eodem locutus ſpiritu, vnius vxoris virum debere Epiſcopum conſecrari. Ad hanc ergo eligantur formulam ſacerdotes, & ſi quæ factæ ſunt ordinationes inlicitæ, remoueantur, quoniam ſtare non poſſunt, nec diſcuſſionem noſtram ſubterfugere poterunt: quamuis latere ſe æſtiment, qualiter peruenerunt, vt nulla religionis reuerentia obſcuritate fuſcetur. Non ſit vana gloriatio palliatis, Epiſcopalem morem, qui Epiſcopi ſunt, ſequantur. Daniel, vt diximus, qui accuſationem Pontificali honore ſubterfugere ſe poſſe credidit, & ad faſtigium tantum accuſatores ſuos latendo peruenit, à ſanctitatis veſtræ cœtu interim ſe nouerit ſegregatum, qui ſe noſtro iudicio debet abiicere, ſi conſcientiæ ſuæ nouit confidentiam ſe obtinere. Maſſilienſis verò Eccleſiæ ſacerdotem, qui dicitur (quod dictu nefas eſt) in necem fratris ſui taliter gratulatus: vt huic, qui eius ſanguine cruentatus aduenerat, portionem cum eodem habiturus, occurre-

1. Tim. 3. Leui. 21. 1. Tim. 3.

ret: ex veſtro eum audiendum collegio delegamus. Datum VII. Kal. Aug. Felice & Tauro Conſſ.

Quòd nulli ſacerdoti canones liceat ignorare.

XX. CÆLESTINVS vniuerſis Epiſcopis per Apuleiam, & Calabriam conſtitutis. Nulli ſacerdotum ſuos liceat canones ignorare, nec quicquam facere, quod Patrum poſſit regulis obuiare. Quæ enim à nobis res digna ſeruabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa, frangatur?

Diſt. 38. c. Nulli ſacerdotum.

Quòd non conueniat, contemptis clericis Eccleſiarum, de laicis Epiſcopos ordinare.

XXI. AVDIVIMVS quaſdam propriis deſtitutas rectoribus ciuitates, Epiſcopos ſibi petere velle de laïcis, tantúmque faſtigium tam vile credere, vt hoc his, qui non Deo, ſed ſæculo militauerunt, æſtiment nos poſſe conferre: non ſolùm malè de ſuis clericis, in quorum contemptum hoc faciunt, iudicantes, ſed de nobis peſſimè, quos credunt hoc poſſe facere, ſentientes. Quod nunquam auderent, ſi non quorundam illic his conſentiens ſententia conniueret. Ita nihil, quæ frequentiùs ſunt decreta, proficiunt: vt hoc, quaſi nunquam de hac parte ſcriptum fuerit, ignoretur, quid proderit per ſingula clericos ſtipendia militaſſe, & omnem egiſſe in dominicis caſtris ætatem: ſi qui his præfuturi ſunt ex laïcis requiruntur, qui vacantes ſæculo, & omnem Eccleſiaſticum ordinem neſcientes, ſaltu præpropero in alienum honorem ambiunt immoderata cupiditate tranſcendere, & in aliud vitæ genus calcata reuerentia Eccleſiaſticæ diſciplinæ tranſire? Talibus itaque, fratres chariſſimi, qui iuris noſtri, id eſt canonum gubernacula cuſtodimus, neceſſe eſt obuiemus; hiſque fraternitatem veſtram epiſtolis commonemus, ne quis laïcum ad ordinem Epiſcopatus admittat, & ſinat fieri, vnde & illum decipiat, & ſibi cauſas generet, quibus reus conſtitutis decretalibus fiat.

Dist. 61. Quid proderit.

Quòd docendus ſit populus, non ſequendus.

XXII. DOCENDVS eſt populus, non ſequendus, nóſque, ſi neſciunt, eos quid liceat, quidve non liceat commonere, non iis conſenſum præbere debemus. Quiſquis verò conatus fuerit tentare prohibita, ſentiet cenſuram Sedis Apoſtolicæ minimè defuturam. Quæ enim ſola admonitionis authoritate non corrigimus, neceſſe eſt per ſeueritatem congruentem regulis vindicemus. Per totas hoc ergo, quæ propriis rectoribus carent, Eccleſias volumus innoteſcat: vt nullus ſibi ſpe aliqua forſitan blanditus illudat. Datum XII. Kal. Auguſti Florentio & Dionyſio Conſſ.

Diſt. 62. c. Docendus.

An. Chriſti 429.

INCIPIVNT DECRETA LEONIS PAPÆ.

LEO Epiſcopus vrbis Romæ, vniuerſis Epiſcopis per Campaniam, Picenum, Tuſciam, & per vniuerſas conſtitutis in Domino ſalutem. Vt nobis gratulationem facit Eccleſiarum ſtatus ſalubri diſpoſitione compoſitus, ita non leui nos mœrore contriſtat quoties aliqua contra conſtituta canonum, & Eccleſiaſticam diſciplinam præſumpta, vel commiſſa cognoſcimus, quæ ſi non, qua debemus, vigilantia reſecemus, illi, qui nos ſpeculatores eſſe voluit, excuſare non poſſumus, permittentes ſincerum corpus Eccleſiæ, quod ab omni purum macula cuſtodire debemus, ambientum improba contagione fœdari: cùm ipſa ſibi membrorum per diſſimulationem compago non congruat.

Ezech. 3. & 33.

Vt nullus Epiſcoporum ſeruum alterius ad clericatus officium promouere præſumat.

I. ADMITTVNTVR paſſim ad ordinem ſacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas ſuffragatur, & qui à dominis ſuis libertatem conſequi minimè potuerunt, ad faſtigium ſacerdotij, tanquam ſeruilis vilitas hunc honorem capiat, prouehuntur, & probari Deo poſſe creditur, qui domino ſuo necdum pro-

Diſt. 54. c. Admittuntur.

bare ſe potuit. Duplex itaque in hac parte reatus eſt, quòd & ſacrum miniſterium talis conſortij vilitate polluitur, & dominorum, quantum ad inlicitæ vſurpationis temeritatem pertinet, iura ſoluuntur. Ab his itaque, fratres chariſſimi, omnes veſtræ prouinciæ abſtineant ſacerdotes, & non tantùm ab his, ſed ab aliis etiam, qui originali, aut alicui conditio-
Ea diſt. c. 1. Nullus Epiſcoporum. ni obligati ſunt, volumus temperari: niſi fortè eorum petitio, aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eos vendicant poteſtatis. Debet enim eſſe immunis ab aliis, qui diuinæ militiæ fuerit aggregandus: vt à caſtris dominicis, quibus nomen eius aſcribitur nullis neceſſitatis vinculis abſtrahatur.

Vt quicunque ad ſacerdotium vel viduarum mariti, vel habentes numeroſa coniugia promoti fuerint: ab omnibus Eccleſiaſticis officiis arceantur.

II. 1. Timot. 3. Leuit. 21. QVALIS verò vnicuique conſtiterit natalium honeſtas, & morum eſſe debeat ſacri altaris miniſterio ſociandus, & Apoſtolo nos docente, & diuina præceptione didicimus, & canonum regulis, à quibus pleroſque fratrum declinaſſe, & penitus deuiaſſe reperimus. Nam conſtat ad ſacerdotium perueniſſe viduarum maritos, quoſdam etiam quibus fuerint numeroſa coniugia, & ad omnem licentiam vita liberior, ad ſacrum ordinem paſſim patefactis aditibus fuiſſe permiſſos, contra illam beati Apoſtoli vocem, qua talibus exclamat, dicens, Vnius vxoris virum. & contra illud antiquæ legis præceptum, quo dicitur, & cauetur, Sacerdos virginem vxorem accipiat, non viduam, non repudiatam. Hos ergo, quicunque tales admiſſi ſunt, ab Eccleſiaſticis officiis, & ſacerdotali nomine, Apoſtolicæ Sedis authoritate, iubemus arceri. Nec hoc enim ſibi poterunt vindicare, cuius capaces per hoc quod illis obſtiterat, non fuerunt. Huius diſcuſſionis curam nobis ſpecialiter vindicantes, vt ſi qua forſitan de his commiſſa ſunt, corrigantur: nec liceat vltrà committi. Et ne qua excuſatio de ignoratione naſcatur: quanquam ignorare nunquam licuerit ſacerdotem quid canonum regulis fuerit definitum. Hæc ergo ad prouincias veſtras per Innocentium, Legitimum, & Segetium fratres & Coëpiſcopos noſtros ſcripta direximus: vt quæ malè pullulaſſe noſcuntur, radicitus euellantur, & meſſem dominicam zizania nulla corrumpant. Ita enim fructum vberem, quæ ſunt ſincera, præſtabunt: ſi ea, quæ natam ſegetem enecare conſueuerunt, diligentiùs amputentur.

Quòd vſuram non ſolùm clerici exigere non debent, ſed nec laici Chriſtiani.

NEc hoc quoque prætereundum eſſe duximus, quoſdam, lucri turpis III. 14. q. 4. c. Nec hoc. cupiditate captos, vſurariam exercere pecuniam, & fœnore velle diteſcere, quod non dicam in eos, qui ſunt in clericali officio conſtituti, ſed in laïcos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus, quod vindicari acriùs in eos, qui fuerint confutati, decernimus: vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

Vt clericus nec ſuo, nec alieno nomine fœnus exerceat.

ILLVD etiam duximus præmonendum, vt ſicut non ſuo, ita non alieno IV. Diſt. 46. c. ſi. Sicut non ſuo. nomine aliquis clericorum exercere fœnus attentet: indecens enim eſt crimen ſuum commodis alienis impendere. Fœnus autem hoc ſolum aſpicere, & exercere debemus, vt quod hîc miſericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum manſura retribuet, recipere valeamus.

Vt ſiquis ſacerdotum contra hæc interdicta fecerit, à ſuo ſit officio ſubmouendus.

HOc itaque admonitio noſtra denuntiat, quòd ſiquis fratrum con- V. Diſt 19. c. Si Romanorum. §. Quibus. tra hæc conſtituta venire tentauerit, & prohibita fuerit auſus admittere: à ſuo ſe nouerit officio ſubmouendum, nec communionis noſtræ futurum eſſe conſortem, qui ſocius eſſe noluit diſciplinæ. Ne quid verò ſit, quod prætermiſſum à nobis fortè credatur, omnia decretalia conſtituta tam beatæ recordationis Innocentij, quàm omnium deceſſorum noſtrorum, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus, & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita à veſtra dilectione cuſtodiri debere mandamus, vt ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi deinceps nouerit denegari. Data VI. Id. Octobris Maximo An. Christi 443. iterum & Paterno Conſſ.

LEO Epiſcopus vniuerſis Epiſcopis per Italiæ prouincias conſtitutis in Domino ſalutem. In conſortium vos noſtræ ſolicitudinis aduocamus, vt

vigilantia paſtorali, ne quid diabolicæ licere poſſit aſtutiæ, commiſſis vobis gregibus diligentiùs conſulatis: ne is, qui Domini miſericordia reuelante per noſtram curam à noſtris ouibus morbus abiicitur, necdum vobis præmonitis, & adhuc quid agatur ignaris, per veſtræ ſedis pergat Eccleſias, & ſuatum furtim cuniculos inueniat latebrarum, ne quod à nobis in vrbe extinguitur, tenebroſis apud vos radicibus ſeminetur.

Quòd plurimi Manichæi vigilantiâ Papæ Leonis in vrbe Roma detecti ſint.

VI. PLVRIMOS impietatis Manichææ ſequaces, & doctores in vrbe inueſtigatio noſtra reperit, vigilantia diuulgauit, authoritas, & cenſura coërcuit. Quos potuimus emendare correximus: & vt damnarent Manichæum cum prædicationibus, & diſciplinis ſuis, publica in Eccleſia profeſſione, & manus ſuæ ſubſcriptione compulimus, & ita de voragine impietatis ſuæ confeſſos pœnitentiam concedendo leuauimus. Aliquanti verò, qui ita ſe demerſerunt, vt nullum his auxiliantis poſſet remedium ſubuenire, ſubditi legibus ſecundùm Chriſtianorum Principum conſtituta, ne ſanctum gregem ſua contagione polluerent, per publicos iudices perpetuo ſunt exilio relegati. Et omnia, quæ tam in ſcripturis, quàm in occultis traditionibus ſuis habent profana, vel turpia, vt noſſet populus, quid refugeret, aut vitaret, oculis Chriſtianæ plebis certa manifeſtatione probauimus, adeò, vt ipſe, qui eorum dicebatur Epiſcopus, à nobis tentus proderet flagitioſa in ſuis myſticis, quæ teneret, ſicut geſtorum vos ſeries poterit edocere: ad inſtructionem enim veſtram etiam ipſa direximus, quibus lectis omnia, quæ à nobis deprehenſa ſunt, noſſe poteritis. Et quia aliquantos de his, quos ne abſoluerentur, arctior reatus inuoluerat, cognouimus aufugiſſe: hanc ad dilectionem veſtram epiſtolam miſimus, vt effecta certior ſanctitas veſtra ſolicitiùs agere dignetur, & cautiùs, necubi Manichææ peruerſitatis homines plebes veſtras facultate lædendi, & huius ſacrilegij poſſint inuenire doctores. Aliter enim nobis commiſſos regere non poſſumus, niſi hos, qui ſunt perditores, & perditi, zelo fidei dominicæ perſequamur, & à ſanis mentibus, ne peſtis hæc latiùs diuulgetur, ſeueritate, qua poſſumus, abſcindamus. Vnde hortor dilectionem veſtram, & obteſtor, & moneo: vt qua debetis, & poteſtis ſolicitudine vigiletis ad inueſtigandos eos, necubi occultandi ſe reperiant facultatem. Vt enim habebit à Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentiùs, quod ad ſalutem commiſſæ ſibi plebis proficiat, fuerit exequutus: ita ante tribunal Domini de reatu negligentiæ ſe non poterit excuſare, quicunque plebem ſuam contra ſacrilegæ perſuaſionis authores noluerit cuſtodire. Data III. Kal. Feb. Theodoſio XVIII. & Albino V V. CC. Conſſ. An. Chriſti 444.

LEO Epiſcopus vniuerſis Epiſcopis per Siciliam conſtitutis in Domino ſalutem. Diuinis præceptis, & Apoſtolicis monitis incitamur, vt pro omnium Eccleſiarum ſtatu impigro vigilemus affectu, ac ſiquid vſquam reprehenſioni inuenitur obnoxium, cleri ſolicitudine aut ab ignorantiæ imperitia, aut à præſumptionis vſurpatione reuocemus. Ioan. 21. Manente enim dominicæ vocis imperio, quo beatiſſimus Apoſtolus Petrus trina repetitione myſticæ ſanctionis imbuitur, & Chriſti oues, qui Chriſtum diligit, paſcat: ipſius ſedis, cui per abundantiam diuinæ gratiæ præſumus, reuerentia coarctamur, vt periculum deſidiæ, quantum poſſumus, declinemus, ne profeſſio ſummi Apoſtoli, qua ſe amatorem Domini teſtatus eſt, non inueniatur in nobis, quia negligenter paſcens toties commendatum gregem conuincitur ſummum non amare paſtorem.

Quòd prohibeatur in die Epiphaniorum baptiſmum celebrari.

VII. CVM ergo mihi de charitatis veſtræ actibus fraterna affectione ſolicito certis indiciis innotuerit, vos in eo, quod inter ſacramenta Eccleſiæ principale eſt, ab Apoſtolicæ inſtitutionis conſuetudine diſcrepare, ita, vt baptiſmi ſacramentum numeroſiùs in die Epiphaniæ, quàm in Paſchali tempore celebretur: miror vos, vel prædeceſſores veſtros tam irrationabilem nouitatem vſurpare potuiſſe, vt confuſo temporis vtriuſque myſterio nullam eſſe differentiam crederetis inter diem, quo adoratus eſt Chriſtus à Magis, & diem, quo reſurrexit Chriſtus à mortuis. Quam culpam nullo modo potuiſſetis incidere, ſi vnde conſecrationem honoris accipitis, inde legem totius obſeruantiæ ſume-

ſumeretis, & beati Apoſtoli Petri ſedes, quæ vobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſet Eccleſiaſticæ magiſtra rationis, à cuius vos regulis receſſiſſe minore poſſet æquanimitate tolerari, ſi aliqua commonitionis noſtræ increpatio præceſſiſſet: nunc autem, quia non deſperatur correctio, ſeruanda eſt conſuetudo: vt licèt vix ferenda ſit in ſacerdotibus excuſatio, quæ prætendat inſcientiam, malumus tamen & cenſuram neceſſariam temperare, & ratione vos apertiſſimæ veritatis inſtruere.

Quòd cuncta nobis per ordinem rerum per incarnationem Domini noſtri ſalutis ſacramenta digeſta ſint.

VIII. SEMPER quidem in æterno conſilio Dei manſit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, ſed ordo rerum per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum temporaliter gerendarum in incarnatione Verbi ſumpſit exordium, vnde aliud tempus eſt, quo adnunciante Angelo beata Virgo Maria fœcundandam ſe per Spiritum ſanctum credidit, & concepit: aliud, quo ſalua integritate virginea puer editus exaltante gaudio cæleſtium miniſtrorum paſtoribus indicatur: aliud quo infans circunciditur: aliud, quo hoſtia pro eo legalis offertur: aliud cùm tres Magi claritate noui ſideris incitati in Bethleem ab Oriente perueniunt, & adorant paruulum, myſtica munerum oblatione venerantur. (Matth. 2.) Nec iidem ſunt dies, quibus impio Herodi, ordinata diuinitus in Ægyptum tranſlatione, ſubtractus eſt, vel quibus ab Ægypto in Galilæam, mortuo perſecutore, reuocatus eſt. Inter has autem diſpenſationum varietates accedunt augmenta corporea, creſcit Dominus, ſicut Euangeliſta teſtatur, (Luc. 2.) profectibus ætatis, & gratiæ, per dies Paſchæ in templum Hieruſalem cum parentibus venit, & cùm abeſſet à ſocietate redeuntium, ſedens cum ſenioribus, & inter admirantes magiſtros diſputans inuenitur, rationémque manſionis ſuæ reddens: Quid eſt, inquit, quòd quærebatis me? neſciebatis, quòd in his, quæ patris mei ſunt oportet me eſſe? ſignificans eius ſe eſſe filium, (Matth. 3. Luc. 3.) cuius eſſet & templum. Iam verò, cùm in annis maioribus apertiùs declarandus baptiſmum præcurſoris ſui Ioannis expetiit, quid deitatis eius remanſit ambiguum, quando baptizato Domino Ieſu, Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie ſuper eum deſcendit, & manſit, audita de cælis patris voce dicentis: Tu es filius meus dilectus, in te bene complacui? Quæ omnia ideo, quanta potuimus, breuitate perſtrinximus, vt notum ſit dilectioni veſtræ vniuerſos Chriſti dies innumeris conſecratos fuiſſe virtutibus, & in cunctis eius actionibus ſacramentorum myſteria coruſcaſſe; ſed aliter quidquid ſignis denunciarit, aliter rebus impleti, nec quæcunque numerantur in operibus ſaluatoris, ad tempus poſſe pertinere baptiſmatis. Nam ſi etiam illa, quæ poſt beati Ioannis lauacrum à Domino geſta cognouimus, ſub indiſcreto honore colamus, omnia tempora continuatis erunt deputanda feſtis, quia omnia ſunt plena miraculis. Verùm quia ſpiritus ſapientiæ, & intellectus ita Apoſtolos, & totius Eccleſiæ erudiuit magiſtros, vt in Chriſtiana obſeruantia nihil inordinatum, nihil pateretur eſſe confuſum: diſcernendæ ſunt cauſæ ſolennitatum, & in omnibus inſtitutis Patrum, Principúmque noſtrorum rationabilis ſeruanda diſtinctio, quia non aliter vnus grex, & vnus paſtor ſumus, niſi, quemadmodum Apoſtolus docet, (1. Cor. 1.) idipſum dicamus omnes, Simus autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſapientia.

Quòd in baptiſmo mors proueniat interfectione peccati, & ſepulturam triduanam imitetur trina demerſio, & ab aquis eleuatio ſit, velut reſurrectio de ſepulchro.

QVAMVIS ergo & illa quæ ad humilitatem, IX. & illa quæ ad gloriam pertinent Chriſti, (De conſecr. Diſt. 4. Proprie.) in vnum concurrant, eandémque perſonam, totúmque quod in illo & virtutis diuinæ eſt, & infirmitatis humanæ ad noſtræ reparationis tendat effectum: proptiè tamen in morte crucifixi, & in reſurrectione mortui potentia baptiſmatis nouam creaturam condit ex veteri, vt in renaſcentibus & mors Chriſti operetur, & vita, dicente beato Apoſtolo Paulo, (Rom. 6.) An ignoratis, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodo ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectio-

Digitized by Google

niserimus, & cætera, quæ latiùs magiſter gentium ad commendandum ſacramentum baptiſmatis diſputauit, vt appareret ex huius doctrinæ ſpiritu regenerandis filiis hominum, & in Dei filios adoptandis illum diem, & illud tempus electum: in quo per ſimilitudinem, formámque myſterij ea, quæ geruntur in membris his, quæ in ipſo ſunt capite, geſta cõgruerent, dum in baptiſmatis regula & mors interuenit interfectione peccati, & ſepulturam triduanam imitatur trina demerſio, & ab aquis eleuatio reſurgentis inſtar eſt de ſepulchro. Ipſa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ diem legirimum eum eſſe, in quo orta eſt, & virtus muneris, & ſpecies actionis, ad cuius rei confirmarionem plurimum valet, *Matth. 28.* quod ipſe Dominus Ieſus Chriſtus, poſteaquam reſurrexit à mortuis, diſcipulis ſuis, in quibus omnes Eccleſiarum Præſules docebantur, & formam, & poteſtatem tradidit baptizandi, dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. De quo vtique eos etiam ante paſſionem potuiſſet inſtruere, niſi propriè voluiſſet intelligi, regenerationis gratiam ex ſua reſurrectione cœpiſſe. Additur ſanè huic obſeruantiæ etiam Pentecoſtes ex aduentu ſancti Spiritus ſacrata ſolennitas, quæ de Paſchalis feſti pendet articulo. Er cùm ad alios dies alia feſta pertineant, hæc ſemper ad eum diem, qui reſurrectione Domini eſt inſignis, oecurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum ad eos, quos à die Paſchæ aut moleſtia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas intercluſit, inuitans, vt quibuſlibet neceſſitatibus impediti deſiderij ſui effectum dono ſancti Spiritus conſequanrur. Ipſe enim vnigenitus Dei, in fide credentium, & in virtute operum nullam inter ſe, & Spiritum ſanctum voluit eſſe diſtantiam, quia nulla eſt diuerſitas in natura, dicens: *Ioan. 14.* Rogabo ego patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt vobiſcum ſit in æternum, *Eod. c.* ſpiritum veritatis. Et iterum, Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet pater meus in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vniuerſa, *Ioan. 16.* quæcunque dixi vobis Et iterum, Cùm venerit ille ſpiritus veritatis, ille diriget *Ioan. 14.* vos in omnem veritatem. Cùm itaque veritas Chriſtus ſit, & Spiritus ſanctus ſpiritus veritatis, noménque Paracleti vtrique ſit proprium, non diſſimile eſt feſtum, vbi vnum eſt ſacramentum.

Quòd beatus Apoſtolus Petrus in die Pentecoſtes virorum tria millia baptizauerit.

HOc autem nos non ex noſtra perſuaſione defendere, ſed ex Apoſtolica authoritate ſeruare ſatis idoneo probamus exemplo, ſequentes beatum Apoſtolum Petrum, qui in ipſo die, quo omnem credentium numerum promiſſus Spiritus ſancti repleuit aduentus, trium millium populum ſua prædicatione conuerſum lauaero baptiſmatis conſecrauit, quod ſancta ſcriptura, quæ Apoſtolorum actus continet, fideli hiſtoria docet dicens: His auditis, compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & reliquos Apoſtolos, Quid faciemus viri fratres? Petrus verò ad illos: Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum ſancti Spiritus. Vobis enim eſt repromiſſio, & filiis veſtris, & omnibus, qui longè ſunt, quoſcunque aduocauerit Dominus Deus noſter. Aliis etiam pluribus verbis teſtificatus eſt, & exhortabatur eos, dicens: Saluamini à generatione iſta praua. Qui ergo receperunt ſermonem eius, baptizati ſunt, & appoſitæ ſunt in illa die animæ circiter tria millia. X. *Act. 2.*

Quòd hac duo tempora, id eſt Paſcha, & Pentecoſte, ad baptizandum à Rom. Pontifice legitima ſunt præfixa.

VNDE quia manifeſtiſſimè patet baptizandis in Eccleſia electis hæc duo tempora, de quibus loquuti ſumus, eſſe legitima, dilectionem veſtram monemus, vt nullos alios dies huic obſeruantiæ miſceatis. XI. *De conſecr. Diſt. 4. Duo tempora.*

Quòd omni tempore hi, qui neceſſitate mortis vrgentur, id eſt ægritudinis, obſidionis, perſecutionis, & naufragij, debeant baptizari.

QVIA ſi ſunt alia quoque feſta, quibus multa in honorem Dei reuerentia debeatur, principalis tamen, & maximi ſacramenti cuſtodienda nobis eſt myſtica, & rationabilis exemplatio: non interdicta licentia, qua in baptiſmo tribuendo quolibet tempore periclitantibus ſubuenitur. Ita enim ad has duas feſtiuitates connexas ſibimet, atque eo- XII.

gnatas incolumium & in pacis ſecuritate degentium libera vota differimus: vt in mortis periculo, in obſidionis diſcrimine, in perſequutionis anguſtiis, in timore naufragij nullo tempore hoc veræ ſalutis ſingulare præſidium cuiquam de-
Deconſecra. Diſt. 4. Si quis autem. negemus. Si quis autem Epiphaniæ feſtiuitatem, quæ in ſuo ordine debito honore veneranda eſt, ab hoc æſtimat priuilegium habere baptiſmatis, quia hoc quidam putant quòd in eadem die Dominus ad baptiſmum ſancti Ioannis acceſſerit: ſciat illius baptiſmi aliam gratiam, aliam fuiſſe rationem, nec ad eandem pertinuiſſe virtutem, qua per ſanctum Spiri-
Ioan. 1. tum renaſcuntur, de quibus dicitur, Qui non ex ſanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Dominus enim nullius indigens remiſſione peccati, nec quærens teme-
Luc. 2. Gal. 4. Matth. 5. dium renaſcendi, ſic voluit baptizari, quomodo & voluit circumcidi, hoſtiámque pro ſe emundationis offerri: vt qui factus fuerat ex muliere, ſicut Apoſtolus
Rom. 10. air, fieret & ſub lege, quam non venerat ſoluere ſed implere, & implendo finire. Et ſicut beatus Apoſtolus prædicat dicens, Finis autem legis Chriſtus ad iuſti-
Ioan. 19. Ioan. 1. tiam omni credenti. Baptiſmi autem ſui in ſe condidit ſacramentum, quia in omnibus primatum tenens ſe docuit eſſe principium, & tunc regenerationis potentiam ſanxit, quando de latere ipſius profluxerunt ſanguis redemptionis, & aqua baptiſmatis. Sicut ergo vetus teſtamentum noui teſtificatio fuit, & lex per Moyſen
Exod. 6. Ioan. 3. Matth. 3. Luc. 3. data eſt, gratia autem, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt; ſic diuerſa ſacrificia vnam hoſtiam reformarunt, & multorum agnorum occiſio illius immolatione finita eſt, de quo dicitur: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Sic & Ioannes, non Chriſtus, ſed Chriſti præuius: non ſponſus, ſed ſponſi amicus, fuit adeò fidelis, & non ſua quærens, ſed quæ Ieſu Chriſti, vt ſe profiteretur ad ſoluenda calciamenta pedum eius indignum: quoniam ipſe quidem baptizaret in aqua in pœnitentiam, ille autem baptizaturus eſſet in Spiritu ſancto, & igni, qui duplici poteſtate, & vitam redderet, & peccata conſumeret. His itaque, fratres chariſſimi, tot, ac tantis exiſtentibus documentis, quibus omni ambiguitate ſubmota euidenter agnoſcitis in baptizandis electis, qui ſecundùm Apoſtolicam regulam, & exorciſmis ſcrutandi, & ieiuniis ſanctificandi, & frequentibus ſunt prædicationibus imbuendi, duo tantùm tempora, id eſt Paſcha, & Pentecoſten eſſe ſeruanda. Hoc veſtræ indicimus charitati, vt ab Apoſtolicis inſtitutis nullo vlteriùs recedatis exceſſu, quia inultum poſt hæc eſſe non poterit, ſi quiſquam Apoſtolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

Vt de Sicilia terni ſemper annis ſingulis de Epiſcopis ad diem tertium Kal. Octobris Romam ſociandi ſynodo indiſſimulanter occurrant.

QVARVM illud primitus pro cuſto- XIII.
dia concordiſſimæ vnitatis exigi-
Nic. Conc. c. 5. mus, vt quia ſaluberrimè à ſanctis Patribus conſtitutum eſt binos in annis ſingulis debere eſſe conuentus: terni ſemper ex vobis ad diem tertium Kalendarum Octobrium Romam, fraterno Concilio ſociandi indiſſimulanter concurrant, quoniam adiuuante gratiâ Dei faciliùs poterit prouideri, vt in Eccleſiis Chriſti nulla ſcandala, nulli naſcantur errores, cùm coram beatiſſimo Petro Apoſtolo id ſemper in commune tractandum ſit, vt omnia ipſius conſtituta, canonúmque decreta apud omnes Domini ſacerdotes inuiolata permaneant. Hæc autem, quæ inſpirante Domino vobis inſinuanda credidimus, per fratres & Coëpiſcopos noſtros Vaccillum, & Paſchaſinum ad veſtram volumus notitiam peruenire, quibus referentibus cognoſcamus, quàm reuerenter à vobis Apoſtolicæ Sedis inſtituta ſeruentur. Data XII. Kal. Nouemb. An. Chriſti 447.
Calopodio & Ardabure Coſſ.

Quòd omnis cuiuſlibet ordinis clericus, qui Catholicam deſerens hæreticæ ſe communioni miſcuerit: ſi ad Eccleſiam reuerſus fuerit, in eo gradu, in quo erat, ſine promotione permaneat.

LEO Epiſcopus vrbis Romæ IANVARIO Epiſcopo Aquileienſi. Lectis XIV.
fraternitatis tuæ literis vigorem fidei tuæ, quem olim noueramus, agnouimus: congratulantes tibi, quòd ad cuſtodiam gregis Chriſti paſtoralem curam vigilanter exequeris, ne lupi, qui ſub ſpecie ouium ſubintrarunt, beſtiali ſæuitia ſimplices quoſque dilacerent, & non ſolùm ipſi nulla correctione proficiant, ſed etiam ea, quæ ſunt ſana, corrumpant: quod ne viperea poſſit obtinere fallacia, di-

lectionem tuam duximus commonendam, *1. q. 1. c. Si quis hæretica. & in c. Omnis cuiuſlibet.* inſinuantes ad animæ periculum pertinere, ſi quiſquam de his, qui à nobis in hæreticorum, atque ſchiſmaticorum ſectam delapſis, & ſe vtcunque hæreticæ communionis contagione macularit, teſipiſcens in communione Catholica ſine profeſſione legitimæ ſatisfactionis habeatur. *Item 1. q. 7. c. Saluberrimum.* Saluberrimum enim, & ſpiritalis medicinæ vtilitate pleniſſimum eſt, vt ſiue presbyteri, ſiue diaconi, vel ſubdiaconi, aut cuiuſlibet ordinis clerici, qui ſe correctos videri volunt, atque ad Catholicam fidem, quam iampridem amiſerant, rurſum reuerti ambiunt, prius errores ſuos, & ipſos authores erroris damnari à ſe ſine ambiguitate fateantur, vt ſenſibus prauis etiam peremptis nulla ſperandi ſuperſit occaſio, nec vllum membrorum talium poſſit ſocietate violari, cùm per omnia illis profeſſio propria cœperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum conſtitutionem præcipimus cuſtodiri: vt in magno habeant beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in quo inueniuntur ordine, ſtabilitate perpetua maneant: ſi tamen iterata tinctione non fuerint maculati. Non leuem apud Dominum noxam incurrit, qui de talibus ad ſacros promouendos ordines iudicarit, quòd ſi cum grandi examinatione promotio conceditur inculpatis, multo magis non debet licere ſuſpectis. Proinde dilectio tua, cuius deuotione gaudemus, iungat curam ſuam diſpoſitionibus noſtris, & det operam, vt circumſpectè, ac velociter impleantur, quæ ad totius Eccleſiæ incolumitatem, & laudabiliter ſuggeſta ſunt, & ſalubriter ordinata. Non autem dubitet dilectio tua, nos, ſi (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quæ pro cuſtodia canonum, *Diſt. 86. c. Inferiorum* & pro fidei integritate decernimus, vehementiùs commouendos, quia inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ ſunt, quàm ad deſides, negligentéſque rectores: qui multam ſæpe nutriunt peſtilentiam, dum neceſſariam diſſimulant adhibere medicinam. Data III. Kal. Ianuarij, Alypio, & Ardabure Conſſ.

LEO RVSTICO Epiſcopo Narbonenſi. Subditis reſponſionibus, & ad eiuſdem conſulta reſcriptis.

Epiſtolas fraternitatis tuæ, quas Hermes Archidiaconus detulit, libenter accepi. Diuerſarum quidem cauſarum connexione multiplices, ſed non ita patientiæ legentis onerosas, vt aliquid earum inter concutientes vndique ſollicitudines fuerit prætermiſſum. Vnde totius ſermonis tui allegatione concepta, & geſtis, quæ in Epiſcoporum, honoratorúmque examine confecta ſunt, recenſitis, Sabiniano, & Leoni presbyteris actionis tuæ intelleximus fiduciam defuiſſe, nec eis iuſtam ſupereſſe querimoniam, qui ſe ab inchoatis diſceptationibus ſponte ſubtraxerunt. Circa quos quam formam, quámve menſuram debeas tenere iuſtitiæ, tuo relinquo moderamini. Suadens tamen charitatis hortatu, vt ſanandis ægris ſpiritalem debeas adhibere medicinam, & dicente ſcriptura: Noli eſſe nimiùm iuſtus, mi- *Eccl. 8.* tiùs agas cum eis, qui zelo pudicitiæ videntur modum exceſſiſſe vindictæ, ne diabolus qui decepit adulteros, de adulterij exultet vltoribus. Miror autem dilectionem tuam in tantum ſcandalorum quacunque occaſione naſcentium aduerſitate titubare, vt vacationem Epiſcopatus laboribus præoptare te dicas, & malle in ſilentio, atque ocio vitam degere, quàm in his, quæ tibi commiſſa ſunt, permanere, dicente verè Domino, Bea- *Matth. 10.* tus, qui perſeuerauerit vſque in finem, vnde erit beata perſeuerantia, niſi de virtute patientiæ? Nam ſecundùm Apoſto- *2. Tim. 3.* licam prædicationem, Omnes, qui voluerint in Chriſto piè viuere, perſecutionem patientur, quæ non in eo tantùm computanda eſt, quod contra Chriſtianam pietatem aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuſcunque ſuppliciis: cùm perſecutionum ſæuitiam ſuppleant & diſſimilitudines morum, & contumaciæ inobedientiũ, & malignarum tela linguarum. Quibus conflictationibus cùm omnia ſemper membra pulſentur, & nulla piorum portio à conflictatione ſit libera: ita vt periculis nec ocia careant, nec labores. Quis *Ioan. 10.* inter fluctus maris nauem diriget, ſi gubernator abſcedat? Quis ab inſidiis luporum cuſtodiet oues, ſi paſtorum cura non vigilet? Quis denique latronibus obſi- *Ezech. 3.* ſtet & furibus, ſi ſpeculatorem in proſpectu explorationis locatum ab intentione ſollicitudinis amot quietis abducat? Permanendum ergo eſt in opere credito, & in labore ſuſcepto. Conſtanter tenenda eſt iuſtitia, & benignè præſtanda clementia. Odio habeantur peccata, non *Diſt. 86. c. Odio.*

homines. Corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, & quod ſeueriùs caſtigari neceſſe eſt, non ſæuientis plectatur animo, ſed medentis. At ſi vehementior tribulatio incubuerit, non ita expaueſcamus, quaſi illi aduerſitati propriis viribus reſiſtendo, cùm & conſilium noſtrum, & fortitudo ſit Chriſtus, ac ſine quo nihil poſſumus, per ipſum cuncta poſſumus, qui confirmans prædicatores Euangelij, & ſacramentorum miniſtros, Ecce ego (inquit) vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Et iterum, Hæc (inquit) locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis: in hoc autem mundo tribulationem habebitis, ſed confidite, quia ego vici mundum. Quæ pollicitationes quia ſine dubio manifeſtæ ſunt, nullis debemus ſcandalis infirmari, ne electioni Dei videamur ingrati, cuius tam patentia ſunt adiutoria, quàm vera promiſſa. De conſultationibus autem dilectionis tuæ, quas ſeparatim conſcriptas Archidiaconus tuus detulit, quid ſentiendum ſit inter præſentes opportuniùs quæreretur, ſi nobis conſpectus tui copia proueniret, nam cùm quædam interrogationis modum videantur excedere, intelligo eas colloquiis aptiores eſſe, quàm ſcriptis. Quia ſicut quædam ſunt, quæ nulla poſſunt ratione conuelli: ita multa ſunt, quæ aut pro conſideratione ætatum, aut pro neceſſitate rerum oporteat temperari: illa ſemper conditione ſeruata, vt in his, quæ vel dubia fuerint, aut obſcura, id nouerimus ſequendum, quod nec præceptis Euangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum inueniatur aduerſum.

Ioan. 15. *Matth. vlt.* *Ioan. 16.* *Diſt. 14. c. ſi*

Incipiunt ad inquiſitiones eiuſdem Epiſcopi ſubiecta reſponſa.

Quòd non habeantur Epiſcopi, quos nec clerus elegit, nec populus expetiuit, nec prouinciales Epiſcopi conſecrarunt: ſiqui tamen clerici ab his pſeudoepiſcopis ordinantur, rata poteſt ordinatio talis exiſtere.

XV. NVLLA ratio ſinit vt inter Epiſcopos habeantur, qui nec à clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprouincialibus Epiſcopis cum Metropolitani iudicio conſecrati. Vnde cùm ſæpe quæſtio de malè accepto honore naſcatur, quis ambigat, nequaquam ab iſtis eſſe tribuendum, quod non doceatur fuiſſe collatum? Si qui autem clerici ab iſtis pſeudoepiſcopis in eis Eccleſiis ordinati ſunt, quæ ad proprios Epiſcopos pertinebant, & ordinatio eorum conſenſu, & iudicio præſidentium facta eſt, poteſt rata haberi: ita vt in ipſis Eccleſiis perſeuerent. Aliter autem vana habenda eſt conſecratio, quæ nec loco fundata eſt, nec authoritate munita.

Diſt. 62. c. Nulla ratio *1. q. 1. c. Si qui à pſeudoepiſcopis.*

Quòd presbyteri, aut diaconi, ſi in aliquo crimine prolapſi fuerint, non poſſint per manus impoſitionem pœnitentiæ remedium conſequi.

ALIENVM eſt à conſuetudine Eccleſiaſtica, vt qui in presbyterali honore, aut diaconij gradu fuerint conſecrati, hi pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitendi: quod ſine dubio ex Apoſtolica traditione deſcendit, ſecundùm quod ſcriptum eſt, *Sacerdos ſi peccauerit, quis orabit pro illo?* Vnde huiuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei priuata eſt expetenda ſeceſſio: vbi illis ſatisfactio, ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa. XVI.

Diſt. 50. Alienum eſt. *1. Reg. 2.*

Quòd diaconi, ſicut Epiſcopus, & presbyter ceſſare debent ab opere coniugali: non tamen repudiare coniugia.

LEX continentiæ eadem eſt altaris miniſtris, quæ Epiſcopis, atque presbyteris, qui cùm eſſent laici, ſiue lectores, licitò & vxores ducere, & filios procreare potuerunt: ſed cùm ad prædictos peruenerint gradus, cœpit eis non licere quod licuit. Vnde vt de carnali fiat ſpiritale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quaſi non habeant ſic habere, quò & ſalua ſit charitas connubiorum, & ceſſet operatio nuptiarum. XVII.

Diſt. 32. c. Lex continentiæ.

Quòd aliud ſit vxor, aliud concubina, nec erret quiſquis filiam ſuam in matrimonium concubinam habenti tradiderit.

NON omnis mulier viro iuncta vxor eſt viri: quia nec omnis filius hæres eſt patri. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos ſunt legitima, & inter æquales, & multo priùs hoc ipſum Domino conſtituente, quàm initium Romani iuris exiſteret. Itaque aliud eſt vxor, aliud concubina: ſicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apoſtolus ad manifeſtandum harum perſonarum diſcretionem, teſtimonium ponit ex Geneſi, vbi dicitur Habraæ, Eiice ancillam, & filium eius, non enim hæres erit filius ancil- XVIII.

32. q. 2. Non omnis mulier. *Gala. 4.* *Gen. 21.*

17 q.2. Cum ſocietas. Ephes. 5.

læ cum filio meo Iſaac. Vnde cùm ſocietas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit, vt præter ſexuum coniunctionem, quæ haberet in Chriſti, & Eccleſiæ ſacramentum, dubium non eſt eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuiſſe myſterium. Igitur cuiuſlibet loci clericus ſi filiam ſuam viro habenti concubinam in matrimonium dederit: non ita accipiendum eſt, quaſi eam coniugato dederit, niſi fortè illa mulier & ingenua facta, & dotata legitimè, & publicis nuptiis honeſtata videatur. Paterno arbitrio viris iunctæ carent culpa, ſi mulieres, quæ à viris habebantur, in matrimonio non fuerunt: quia aliud eſt nupta, aliud concubina.

Quòd non ſit coniugij duplicatio, quando ancilla relicta vxor adſumitur.

XIX. *32. q. 2. Ancillam. De pœnitentia.*

ANCILLAM à toro abiicere, & vxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio coniugij, ſed profectus eſt honeſtatis. Culpanda eſt ſanè talium negligentia, ſed non penitus deſerenda: vt crebris cohortationibus incitati, quod neceſſariò expetiuerunt fideliter exequantur. Nemo enim deſperandus eſt dum in hoc corpore conſtitutus eſt, quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, conſilio maturiore perficitur.

Diſt. 7. Nemo deſperandus.

De communione priuatis, & ita defunctis.

XX. *24. q. 2. De communione.*

HORVM cauſa Dei iudicio reſeruanda eſt, in cuius manu fuit, vt talium obitus vſque ad communionis remedium non differatur. Nos autem quibus viuentibus non communicauimus, mortuis communicare non poſſumus.

De his, qui pœnitentiam agere differunt.

XXI. *De pœnitentia. Diſt. 1. Pœnitentia quæ dilata.*

DISSIMVLATIO hæc poteſt non de contemptu eſſe remedij, ſed de metu grauiùs delinquendi. Vnde pœnitentia, quæ dilata eſt, cùm ſtudioſiùs petita fuerit, non negetur: vt quoquo modo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perueniat.

Quòd oporteat eum, qui pro inlicitis veniam poſcit, etiam multis licitis abſtinere.

XXII. *Ead. c. Aliud eſt. 11. q. 1.*

ALIVD quidem eſt debita iuſta repoſcere, aliud propria perfectionis amore contemnere, ſed inlicitorum veniam poſtulantem oportet etiam à licitis abſtinere, dicente Apoſtolo: Omnia licent, ſed non omnia expediunt. Vnde ſi pœnitentes habent cauſam, quam negligere fortè non debeant, meliùs expetit quis Eccleſiaſticum, quàm forenſe iudicium.

Aliud quidem eſt. 1. Corint. 6.

Quòd pœnitenti nulla lucra negotiationis exercere conueniat.

XXIII. *De pœnitentia. Diſt. 5. c. Qualitas.*

QVALITAS lucri negotiantem aut excuſat aut arguit, quia eſt honeſtus quæſtus, & turpis. Verumtamen pœnitenti vtilius diſpendia pati, quàm periculis negotiationis obſtringi, quia difficile eſt inter ementis, vendentiſque commercium non interuenire peccatum.

Quòd ad militiam ſæcularem poſt pœnitentiam redire non debeat.

XXIV. *Ibidem c. Contrarium. 2. Tim. 2.*

CONTRARIVM eſt omnino Eccleſiaſticis regulis poſt pœnitentiæ actionem redire ad militiam ſæcularem: cùm Apoſtolus dicat, Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus. Vnde non eſt liber à laqueis diaboli, qui ſe militia mundana voluerit implicare.

Quòd adoleſcens, ſi vrgente quocunque periculo pœnitentiam geſſit, & ſe non continet, vxoris poteſt remedio ſuſtineri.

XXV.

IN adoleſcentia conſtitutus ſi vrgente, aut metu mortis, aut captiuitatis periculo pœnitentiam geſſit, & poſtea timens lapſum incontinentiæ, venialis copulam vxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret, rem videtur feciſſe venialem: ſi præter coniugium nullam omnino cognouerit. In quo tamen non regulam conſtituimus, ſed quid ſit tolerabilius æſtimamus: nam ſecundùm veram cognitionem nihil magis ei congruit, qui pœnitentiam geſſit, quàm caſtitas perſeuerans, & mentis & corporis.

Quòd ſi quis propoſitum monachi deſeruerit, publica ſit pœnitentiæ ſatisfactione purgandus.

XXVI. *20. q. 3. c. Propoſitum.*

PROPOSITVM monachi proprio arbitrio, aut voluntate ſuſceptum, deſeri non poteſt abſque peccato. Quod enim quis vouit Deo, debet & reddere. Vnde qui relicta ſingularitatis profeſſione ad militiam, vel ad nuptias deuolutus eſt, publicæ pœnitentiæ ſatisfactione purgandus eſt, quia etſi innocens mili-

tia, & honeſtum poteſt eſſe coniugium, electionem meliorem deſeruiſſe tranſgreſſio eſt.

Quòd puellæ, quæ non coactæ, ſed voluntate propria virginitatis propoſitum ſuſceperunt, delinquant, cùm nupſerint, etſi nondum fuerant conſecratæ.

XXVII. *10. q. 1. Puellæ.* PVELLÆ, quæ non parentum coactæ imperio, ſed ſpontaneo iudicio virginitatis propoſitum, atque habitum ſulceperunt, ſi poſtea nuptias eligunt, præuaricantur, etiam ſi nondum eis gratia conſecrationis acceſſit: cuius vtique non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent.

De his quibus dubium eſt, vtrum baptiſmum perceperint, neceſſe eſt vt renaſcantur.

XXVIII. *De conſecr. Diſt. 4. Si nulla.* SI nulla extant indicia inter propinquos, aut familiares, nulla inter clericos, aut vicinos, quibus hi, de quibus quæritur, baptizati fuiſſe doceantur: agendum eſt, vt renaſcantur, ne manifeſtè pereant, in quibus quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſinit, vt videatur iteratum. Qui autem poſſunt meminiſſe, quòd ad Eccleſiam veniebant, cum parentibus ſuis, poſſunt recordari an quod eorum parentibus dabatur, acceperint: ſed ſi hoc etiam ab ipſa memoria alienum eſt, conferendum eis videtur, quod conlatum eſſe neſcitur, quia non temeritas interuenit præſumptionis, vbi eſt diligentia pietatis.

Quòd eos, qui ſe baptizatos agnoſcunt, ſed in qua fide neſciunt, per manus impoſitionem ſuſcipi conueniat.

XXIX. *Ibidem c. Hi de quibus.* HI autem, de quibus ſcripſiſti, qui ſe baptizatos ſciunt, ſed cuius fidei fuerint, qui eos baptizauerunt, ſe neſcire profitentur: quoniam quolibet modo formam baptiſmatis acceperunt, baptizandi non ſunt, ſed per manus impoſitionem virtutem Spiritus ſancti, quam ab hæreticis accipere non potuerunt, Catholicis copulandi ſunt.

De his, qui conuiuio gentilium, & eſcis immolatitiis vſi ſunt.

XXX. SI conuiuio ſolo gentilium, & eſcis immolatitiis vſi ſunt, poſſunt ieiuniis, & manus impoſitione purgari: vt deinceps ab idolothytis abſtinentes ſacramentorum Chriſti poſſint eſſe participes. Si autem aut idola adorauerunt, aut homicidiis, vel fornicationibus contaminati ſunt, ad communionem eos niſi per pœnitentiam publicam non oportet admitti.

Quòd ſemper Theſſalonicenſis Antiſtes vices Apoſtolicæ Sedis impleuerit.

LEO Epiſcop. vrbis Romæ ANASTASIO Epiſc. Theſſalonicenſi. XXXI. Quanta fraternitati tuæ à beatiſſimi Petri Apoſtoli authoritate commiſſa ſint, & qualia etiam noſtro tibi fauore ſint credita, ſi vera ratione perſpiceres, & iuſto examine ponderares, multum poſſemus de iniunctæ tibi ſolicitudinis deuotione gaudere. Quoniam ſicut præceſſores mei præceſſoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ, priorum ſequutus exemplum, vices mei moderaminis delegaui: vt curam, quam vniuerſis Eccleſiis principaliter ex diuina inſtitutione debemus, imitator noſtræ manſuetudinis adiuuares, & longinquis à nobis prouinciis præſentiam quodammodo noſtræ viſitationis impenderes, & continenti, opportunóque proſpectu promptum tibi eſſet agnoſcere, quid in quibuſque rebus vel tuo ſtudio componeres, vel noſtro iudicio reſeruares. Nam cùm maiora negotia, & difficiliores cauſarum exitus liberum tibi eſſet ſub noſtræ ſententiæ expectatione ſuſpendere, nec ratio tibi, nec neceſſitas fuit in id, quod menſuram tuam excederet, deuiandi. Abundant enim apud te monitorum ſcripta noſtrorum, quibus te de omnium actionum temperantia frequenter inſtruximus: vt commendatas tibi Chriſti Eccleſias per exhortationem charitatis ad ſalubritatem audientiæ prouocares: quia etſi plerunque exiſtunt inter negligentes, vel deſides fratres, quæ oporteat maiore authoritate curari; ſic tamen adhibenda eſt correptio, vt ſemper ſit ſalua dilectio. Vnde & beatus Apoſtolus Paulus ad Eccleſiaſticum regimen Timotheum imbuens dicit: *1. Timot. 5.* Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra, vt patrem, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt ſorores in omni caſtitate. Quæ moderatio, ſi quibuſcunque inferioribus membris ex Apoſtolica inſtitutione debetur, quantò magis fratribus & Coëpiſcopis noſtris ſine offenſione reddenda eſt, vt licèt nonnunquam accidant, quæ in ſacerdotalibus ſunt reprehendenda perſonis: plus tamen erga cor-

rigendos agat beneuolentia, quàm ſeueritas, plus cohortatio, quàm commotio, Philip. 2. plus charitas, quàm poteſtas. Sed ab his, qui quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Chriſti Ieſu, facilè ab hac lege diſceditur, & dum dominari magis, quàm conſulere ſubditis placet, honor inflat ſuperbiam, & quod prouiſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam, quod, vt neceſſe habemus ita dicere, non de paruo animi dolore procedit. Meipſum enim quodammodo trahi in culpam ſentio, cùm te à traditis tibi regulis immodicè diſceſſiſſe cognoſco, qui ſi tuæ æſtimationis parùm diligens eras, meæ ſaltem famæ parcere debuiſti: ne, quæ tuo tantùm facta ſunt animo, noſtro viderentur geſta iudicio. Relegat fraternitas tua paginas noſtras, omniáque ad tuos emiſſa maiores Apoſtolicæ Sedis Præſulum ſcripta percurrat, & vel à me, vel à præceſſoribus meis inueniet ordinatum, quod à te cognouimus eſſe præſumptum. Venit namque ad nos cum Epiſcopis prouinciæ ſuæ frater noſter Atticus, veteris Epiri metropolitanus Antiſtes, & de indigniſſima afflictione, quam pertulit, lachrymabili actione conqueſtus eſt, coram adſtantibus diaconibus tuis: qui querelis flebilibus nihil contrà referendo, ea, quæ nobis ingerebantur, fide non carere monſtrabant. Legebatur quoque in litteris tuis, quas iidem diaconi tui detulerunt, quòd frater Atticus Theſſalonicam veniſſet, quódque conſenſum ſuum etiam ſcripturæ profeſſione ſignaſſet, vt de illo non aliud à nobis poſſet intelligi, quàm proprij arbitrij, & ſpontaneæ deuotionis fuiſſe, quòd venerat, quódque chartulam de obedientiæ ſponſione conſcripſerat: in cuius tamen chartulæ mentione ſignum prodebatur iniuriæ. Non enim neceſſarium fuerat, vt obligaretur ſcripto, qui obedientiam ſuam ipſo iam voluntarij aduentus probabat officio, vnde deplorationibus ſupradicti hæc verba epiſtolæ tuæ teſtimonium præbuerunt, & per hoc, quod non eſt tacitum, nudatum eſt illud, quod ſilentio fuerat adopertum, aditam ſcilicet Illyrici præfecturam, & ſublimiſſimam inter mundanos apices poteſtatem in exhibitionem inſontis Antiſtitis incitatam, vt miſſa executione terribili, quæ omnia ſibi officia publica ad effectum præceptionis adiungeret, à ſacris Eccleſiæ adytis nullo vel falſo inſimulatus crimine extraheretur ſacerdos: cui non ob moleſtiam ægritudinis, non ob ſæuitiam hyemis darentur induciæ, ſed iter aſperum, & periculis plenum per inuias niues agere cogeretur. quod tanti laboris, tantíque diſcriminis fuit, vt ex his, qui Epiſcopum comitati ſunt, quidam defeciſſe dicantur. Multum ſtupeo, frater chariſſime, ſed & plurimum doleo, quòd in eum, de quo nihil ampliùs indicaueras, quàm quòd euocatus adeſſe differret, & excuſationem infirmitatis obtenderet, tam atrociter, & tam vehementer potueris commoueri: præſertim cùm, etiam ſi tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua conſulta reſcriberem. Sed vt video bene de meis moribus exiſtimaſti, & quàm ciuilia pro conſeruanda ſacerdotali concordia reſponſurus eſſem, veriſſimè præuidiſti. Et ideo motus tuos exequi ſine diſſimulatione properaſti: ne, cùm moderationis noſtræ aliud diſponentia ſcripta ſumpſiſſes, faciendi id, quod factum eſt, licentiam non haberes. An fortè aliquod tibi facinus innotuerat, & metropolitanum Epiſcopum noui apud ſe criminis pondus vrgebat? At hoc quidem alienum ab illo eſſe etiam tu nihil ei obiiciendo confirmas, ſed etiam ſiquid graue, intolerandúmque committeret, noſtra erat expectanda cenſura: vt nil priùs ipſe decerneres, quàm quod nobis placere cognoſceres. Vices enim noſtras ita tuæ credidimus charitati, vt in partem ſis vocatus ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis: vnde ſicut multùm nos ea, quæ à te piè ſunt curata, lætificant; ita nimiùm ea, quæ ſunt perperam geſta, contriſtant: & neceſſe eſt poſt multarum experimenta cauſarum ſolicitiùs proſpici, & diligentiùs præcaueri, quatinus per ſpiritum charitatis, & pacis omnis materia ſcandalorum de Eccleſiis Domini, quas tibi commendauimus, auferatur, præeminente quidem in illis prouinciis Epiſcopatus tui faſtigio, ſed amputato totius vſurpationis exceſſu.

3. q. 6. Multum ſtupeo.

Vt Metropolitanis ſua iura ſeruentur.

IGITVR ſecundùm ſanctorum Patrum canones, ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia conſecratos, metropolitanos ſingularum prouinciarum Epiſcopos, quibus ex delegatione noſtra fraternitatis tuæ cura prætenditur, ius traditæ ſibi antiquitus dignitatis inte- XXXII.

25. q. 1. c. Igitur ſecundum.

intemeratum habere decernimus: ita vt à regulis præſtitutis nulla aut negligentia, aut præſumptione diſcedant.

Vt à Metropolitanis non laïci, non bigami, non viduarum mariti, ſed inreprehenſibiles ordinentur Epiſcopi.

XXXIII. IN ciuitatibus, quarum rectores obierint, de ſubſtituendis Epiſcopis hæc forma ſeruetur, vt is, qui ordinandus eſt, etiamſi bonæ vitæ teſtimonio fulciatur, non laïcus, non neophytus, nec ſecundæ coniugis ſit maritus, aut qui vnam quidem habeat, vel habuerit, ſed quam
Diſt. 32. c. Omnium ſacerdotum. ſibi viduam copularit. Sacerdotum enim tam excellens eſt electio, vt hæc, quæ in aliis membris Eccleſiæ non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita.

Quòd ſubdiaconis carnale connubium denegetur.

XXXIV. NAM cùm extra clericorum ordinem conſtitutis nuptiarum ſocietati, & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum arbitrium, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, ne ſubdiaconis quidem connubium carnale conceditur, vt & qui habent, ſint
1. Corint. 7. tanquam non habentes, & qui non habent, permaneant ſingulares. Quod ſi in hoc ordine, qui quartus eſt à capite, dignum eſt cuſtodiri, quantò magis in primo, vel ſecundo, tertióve ſeruandum eſt, ne aut leuitico, aut preſbyterali honore, aut Epiſcopali excellentia quiſquam idoneus æſtimetur, qui ſe à voluptate vxoris necdum frænaſſe detegitur?

Vt nullus inuitis ordinetur Antiſtes.

XXXV. CVM ergo de ſummi ſacerdotis ele-
Diſt. 63. c. ſ. ctione tractabitur, ille omnibus præponitur, quem cleri, plebiſque conſenſus concorditer poſtulatint: ita vt ſi in aliam fortè perſonam partium ſe vota diuiſerint, Metropolitani iudicio is alteri præponatur, qui maioribus & ſtudiis iuuatur, & meritis, tantùm vt nullus inuitis, & non petentibus ordinetur, ne ciuitas Epiſcopum non optatum aut contemnat, aut oderit, & fiat minùs religioſa, quàm conuenit, cui non licuerit habere, quem voluit.

Vt Metropolitanus Epiri de electo, quem eſt ordinaturus Epiſcopum, ad Theſſalonicenſem Pontificem referat, & de Metropolitano electo ſimiliter prouinciales Epiſcopi.

DE perſona autem conſecrandi Epi- XXXVI.
ſcopi, & de cleri, plebiſque con- Diſt. 65. c.
ſenſu metropolitanus Epiſcopus ad fra- De perſona.
ternitatem tuam referat, quódque in prouincia bene placuit ſcire te faciat, vt ordinationem ritè celebrandam tua quoque firmet authoritas, quæ rectis diſpoſitionibus nihil moræ, aut difficultatis debebit afferre, ne gregibus Domini diu deſit cura paſtorum.

Metropolitano verò defuncto, cùm in Diſt. 63. c.
locum eius alius fuerit ſubrogandus, pro- Metropolitano. Item
uinciales Epiſcopi ad ciuitatem Metro- diſt. 77. c. 1.
polim conuenire debebunt, vt omnium clericorum, atque omnium ciuium voluntate diſcuſſa, ex preſbyteris eiuſdem Eccleſiæ, vel ex diaconis optimus eligatur. De cuius nomine ad tuam notitiam prouinciales referant ſacerdotes, impleturi vota poſcentium, cùm quod ipſis placuit, tibi quoque placuiſſe cognouerint. Sicut enim iuſtas electiones nullis dilationibus volumus fatigari, ita nihil permittimus te ignorante præſumi.

Vt bina per annum prouincialia Epiſcoporum Concilia celebrentur, & ſi res difficilis emerſerit, nec fuerit Theſſalonicenſis Epiſcopi iudicio terminata, ad Romanum referatur Antiſtitem.

DE Conciliis autem Epiſcopalibus XXXVII.
non aliud indicimus, quàm ſancti Diſt. 81. c.
Patres ſalubriter ordinarunt, vt ſcilicet De Conciliis.
bini conuentus per annos ſingulos habeantur, in quibus de omnibus querelis quæ inter diuerſos Eccleſiæ ordines naſci adſolent, iudicetur: ac ſi fortè inter ipſos, qui præſunt, de maioribus (quod abſit) peccatis cauſa naſcitur, quæ prouinciali nequeat examine diffiniri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate Metropolitanus curabit inſtruere, vt ſi coram poſitis partibus nec tuo fuerit res ſopita iudicio, ad noſtram cognitionem, quicquid illud eſt, transferatur.

Vt ſi quis Epiſcopus ſuam deſerens ciuitatem, maiorem ſedem ambitus cauſa petierit, nec illam obtinere poterit, & ſua carere debebit.

SI quis autem Epiſcopus, ciuitatis ſuæ XXXVIII.
mediocritate deſpecta, adminiſtra-

7. q. 1. Si quis Epiſcopus.

tionem loci celebrioris ambierit, & ad maiorem ſe plebem quacunque ratione tranſtuletit, à cathedra quidem pellatur aliena, ſed carebit & propria, vt nec illis præſideat, quos per auaritiam concupiuit, nec illis quos per ſuperbiam ſpreuit. Suis igitur terminis quiſque contentus ſit, nec ſupra menſuram iuris ſui affectet augeri.

Vt nullus alienum clericum ſolicitare, vel tenere præſumat, ſuo Epiſcopo non prabente conſenſum.

XXXIX. 19. q. 2. c. Alienum clericum.

ALIENVM cleticum, inuito Epiſcopo ipſius nemo ſuſcipiat, nemo ſolicitet, niſi fortè ex placito charitatis id intet dantem, accipientémque conuenerit. Nam grauiùs iniuriæ reus eſt, qui de fratris Eccleſia id, quod eſt vtilius, aut precioſius audet vel abiicere, vel tenere. Itaque ſi intra prouinciam res agitur, transfugam clericum ad Eccleſiam ſuam Metropolitanus redire compellet. Si autem longiùs receſſit, tui ptæcepti authotitate reuocabitur, vt nec cupiditati, nec ambitioni occaſio relinquatur.

Vt in euocandis prouincialibus Epiſcopis à Theſſalonicenſe Pontifice moderatio conſeruetur, ne ſub hoc colore ſacerdotalis honor contumeliis addicatur, nec ampliùs quàm bini de prouinciis Epiſcopi, quos Metropolitani probauerint, dirigantur.

XL. IN euocandis autem à te Epiſcopis moderatiſſimum eſſe te volumus, ne per maioris diligentiæ ſpeciem fraternis gloriari videaris iniuriis. Vnde ſi cauſa aliqua maior erit, ob quam rationabile, ac neceſſarium ſit fraternum aduocare conuentum, binos de ſingulis ptouinciis Epiſcopos, quos Mettopolitani crediderint eſſe mitrendos, ad fraternitatem tuam venire ſufficiat.

Vt non ampliùs à ſtatuto Concilij tempore, quàm dies XV. remorentur Epiſcopi, & ſi inter eos fuerit oborta contentio, cuncta Rom. Pontifici ſub geſtorum inſinuatione pandantur: vt ab eo quod Deo placuerit, ordinetur.

XLI. ITA vt à præſtituto tempore non vltra XV. dies, qui conuenerint, non retardentur. Si autem in eo, quod cum fratribus tractandum, definiendúmve credidetis, diuerſa eorum fuerit à tua voluntate ſententia, ad nos omnia ſub geſtorum teſtificatione ferentur, vt remotis ambiguitatibus, quod Deo placeat, decernatur. Ad hunc enim finem omnem affectum noſtrum curámque dirigimus, vt quod ad vnitatem concordiæ, & quod ad cuſtodiam pertinet diſciplinæ, nulla diſſenſione violetur, nulla deſidia negligatur. Et te igitur, frater dilectiſſime, & eos fratres noſtros, qui de tuis offenduntur exceſſibus, cùm tamen non ſimilis ſit omnibus materia quetelarum, hortor, & moneo, vt quæ piè ſunt ordinata, ſalubritérque diſpoſita, nulla concertatione turbentut, nemo quod ſuum eſt, quærat, ſed quod altetius. Et ſicut ait Apoſtolus, 1. Cor. 10.
vnuſquiſque veſtrûm proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem. Rom. 15.
Non enim poterit vnitatis noſtræ firma eſſe compago, niſi nos ad inſeparabilem ſoliditatem vinculum charitatis adſtrinxerit: Rom 12. 1. Cor. 12.
quia ſicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi vnum cotpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Connexio totius corporis vnam ſanitatem, vnam pulchritudinem facit. Et hæc quidem connexio totius corporis vnanimitatem requirit, ſed præcipuè exigit concordiam ſacerdotum, quibus etſi dignitas communis non eſt, tamen ordo generalis eſt. Quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cùm omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt, vt cæteris præemineret. De qua fotma Epiſcoporum quoque eſt orta diſtinctio. Et magna otdinatione prouiſum eſt, ne omnes ſibi omnia vendicarent, ſed eſſent in ſingulis prouinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia, & rurſum quidam in maioribus vrbibus conſtituti ſolicitudinem eius ſuſciperent ampliorem, pet quos ad vnam Petri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil vſquam à ſuo capite diſſideret. Qui ergo ſcit ſe quibuſdam præpoſitum, 2. q. 6. c. Qui ſcit.
non moleſtè fetat aliquem ſibi eſſe prælatum, Matth. 23.
ſed obedientiam, quam exigit, etiam ipſe dependat, & ſicut non vult grauis oneris ſarcinam ferre, ita non audeat alij importabile pondus imponere. Diſcipuli enim ſumus humilis, & mitis Matth. 11.
magiſtri, dicentis: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris, iugum enim meũ ſuaue eſt, & onus meum leue eſt. Quod quomodo experiemur, niſi & illud in

Matth. 20. obſeruantiam veniat, quod idem Dominus ait: Qui maior eſt veſtrûm, erit *Luc. 22.* *Luc. 14.* miniſter veſter; qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur?

LEo NICETÆ Epiſcopo Aquileienſi ſalutem. Regreſſus ad nos filius meus Adeodatus, ſedis noſtræ diaconus, dilectionem tuam popoſciſſe memorauit, vt de his authoritatem Apoſtolicæ Sedis acciperes, quæ quidem magnam difficultatem diiudicationis videntur afferre: ſed pro inſpectione temporalium neceſſitatum adhibenda curatio eſt, vt vulnera, quæ aduerſitate hoſtilitatis inlata ſunt, religionis maximè ratione ſanentur.

Quòd debeant fœminæ, quæ captis viris nupſerant aliis, regreſſis de captiuitate viris prioribus copulari, vt quod ſuum eſt vnuſquiſque recipiat.

XLII. *32. q. 1. c. Cùm per bellicam.* CVM ergo per bellicam cladem, & per grauiſſimos hoſtilitatis incurſus ita quædam dicatis diuiſa eſſe coniugia, vt abductis in captiuitatem viris feminæ eorum remanſerint deſtitutæ, quæ viros proprios aut interemptos putarent, aut nunquam à dominatione crederent liberandos, & in aliorum coniugium ſolitudine cogente tranſierint: cùmque nunc ſtatu rerum, auxiliante Domino, in meliora conuerſo nonnulli eorum, qui putabantur periiſſe, remearint, meritò charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ aliis iunctæ ſunt viris, à nobis debeat ordinari. *Prou. 19. & 26. Mat. 19.* Sed quia nouimus ſcriptum, quòd à Deo iungitur mulier viro, & iterum præceptum agnouimus, vt quod Deus iunxit, homo non ſeparet, neceſſe eſt, vt legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis, quæ hoſtilitas intulit, vnicuique id, quod legitimè habuit, reformetur, omníque ſtudio procurandum eſt, vt recipiat vnuſquiſque quod proprium eſt.

Quòd non probetur eſſe culpabilis, qui vxorem capti in matrimonio videtur eſſe ſortitus.

XLIII. NEc tamen culpabilis iudicetur, & tanquam alieni iuris peruaſor habeatur, qui perſonam eius mariti, qui iam non eſſe exiſtimabatur, aſſumpſit. Sic enim multa, quæ ad eos, qui in captiuitatem ducti ſunt pertinebant, in ius alienum tranſire potuerunt, & tamen plenum iuſtitiæ eſt, vt iiſdem reuerſis propria reformentur. Quòd ſi in mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus, ac poſſeſſionibus rite ſeruatur; quantò magis in coniugiorum redintegratione faciendum eſt, vt quod bellica neceſſitate turbatum eſt, pacis remedio reformetur?

Vt ſi viri de captiuitate regreſſi, intemperantia vxorum offenſi non fuerint, & voluerint eas in coniugium recipere, liberam habeant facultatem.

ET ideo ſi viri poſt longam captiuitatem reuerſi ita in dilectione ſuarum coniugum perſeuerent, vt eas cupiant in ſuum redire conſortium, omittendum eſt, & inculpabile iudicandum, quod neceſſitas intulit, & reſtituendum eſt quod fides poſcit. XLIV.

Vt ſi mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut impiæ, Eccleſiaſtica communione priuandæ ſint.

SI autem aliquæ mulieres ita poſteriorum virorum amore ſunt captæ, vt malint his cohærere, quàm ad legitimum redire conſortium, meritò ſunt notandæ, ita vt etiam Eccleſiaſtica communione priuentur, quæ de re excuſabili contaminationem criminis elegerunt, oſtendentes ſibimet pro ſua incontinentia placuiſſe, quod iuſta remiſſio poterat expiare. Redeant ergo in ſuum ſtatum voluntaria redintegratione coniugia, neque vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio neceſſitatis extorſit: quia ſicut hæ mulieres, quæ reuerti ad viros ſuos noluerint, impiæ ſunt habendæ, ita illæ, quæ in affectum ex Deo initum redeunt, meritò ſunt laudandæ. XLV.

Captiuis aut errore, aut fame, non veneratione cibos immolatitios edere compulſis pœnitentia concedenda.

DE his autem Chriſtianis, qui inter eos, à quibus fuerant captiuati, immolatitiis cibis aſſeruntur eſſe polluti, conſultationi charitatis tuæ hoc etiam reſpondendum eſſe credidimus, vt pœnitentiæ ſatisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine, quàm cordis compunctione penſanda eſt. Et ſiue hoc error extorſerit, ſiue fames ſuaſerit, non dubitetur abolendum, cùm hu- XLVI.

Gg ij

iuſmodi cibus pro metu, aut indigentia, non pro religionis veneratione ſit ſumptus.

Quòd hi, qui ad iterationem baptiſmi vel vi, vel timore coacti animos inclinarunt, pœnitentiæ ſint ſubleuandi remedio: ita vt ſenilis ætatis, paruulorum quoque, & ægritudinum, cæterarúmque neceſſitatum habeatur ſolicita conſideratione reſpectus.

XLVII. HI verò, de quibus ſimiliter dilectio tua nos credidit conſulendos, qui ad iterandum baptiſmum vel metu coacti, vel errore traducti ſunt, & nunc ſe contra Catholicæ fidei ſacramentum egiſſe cognoſcunt, ea eſt cuſtodienda moderatio, qua in ſocietatem noſtram non niſi per pœnitentiæ remedium, & per impoſitionem Epiſcopalis manus, communionis recipiant vnitatem. Tempora pœnitudinis, habita moderatione, tuo conſtituenda iudicio, prout conuerſorum animos inſpexeris eſſe deuotos, pariterque etiam habentes ætatis ſenilis intuitum, & periculorum quorumque, aut ægritudinum reſpicientes neceſſitates. In quibus ſi quis ita grauiter vrgeatur, vt dum adhuc pœnitet, de ſalute ipſius deſperetur, oportet ei per ſacerdotalem ſolicitudinem communionis gratia ſubueniri.

26. q. 7. c. Tempora.

Vt hi, qui ab hæreticis baptizati ſunt, ſola ſancti Spiritus inuocatione firmentur.

XLVIII. NAM hi, qui baptiſmum ab hæreticis acceperunt, cùm baptizati antea non fuiſſent, ſola ſancti Spiritus inuocatione per impoſitionem manuum confirmandi ſunt, quia formam tantùm baptiſmi ſine ſanctificationis virtute, ſumpſerunt. Et hanc regulam, vt ſcitis, ſeruandam in omnibus Eccleſiis prædicamus, vt lauacrum ſemel initum nulla iteratione violetur, dicente Apoſtolo: Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma, cuius ablutio nulla iteratione temeranda eſt, ſed, vt diximus, ſola ſanctificatio Spiritus ſancti inuocanda eſt, vt quod ab hæreticis nemo accipit, à Catholicis ſacerdotibus conſequatur. Hanc autem epiſtolam noſtram, quam ad conſultationem tuæ fraternitatis emiſimus, ad omnes fratres, & comprouinciales tuos Epiſcopos facias peruenire, vt omnium obſeruantiæ data proſit authoritas. Data XII. Kal. Aprilium Conſ. Maioriano Auguſto.

1. q. 1. c. Hi qui bap.

Ibidem c. Hanc regulam.

Epheſ. 4.

In cauſa Lupicini Epiſcopi Leo vniuerſis Epiſcopis per Cæſarienſem Mauritaniam conſtitutis.

CVM de ordinationibus ſacerdotum quædam apud vos inlicitè vſurpata crebrior ad nos commeantium ſermo perferret, ratio pietatis exegit, vt pro ſolicitudine (quam vniuerſæ Eccleſiæ ex diuina inſtitutione dependimus) rerum fidem ſtuderemus agnoſcere, vicem curæ noſtræ proficiſcenti à nobis confratri & conſacerdoti noſtro Potentio delegantes, qui ſecundùm ſcripta, quæ per ipſum ad vos direximus, de Epiſcopis, quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet, inquireret, nobiſque omnia fideliter indicaret. Vnde quia idem pleniſſimè notitiæ noſtræ cuncta reſerauit, & ſub quibus, qualibuſque rectoribus quædam Chriſti plebes in partibus prouinciæ Cæſarienſis habeantur, ſincera nobis relatione patefecit, neceſſarium fuit, vt dolorem cordis noſtri, quo pro dominicorum gregum periculis æſtuamus, datis nunc quoque ad dilectionem veſtram literis promeremus, mirantes tantùm apud vos per occaſionem temporis impacati aut ambientium præſumptionem, aut tumultum valuiſſe popularem, vt indignis quibuſque, & longè extra ſacerdotale meritum conſtitutis paſtorale faſtigium, & gubernatio Eccleſiæ dederetur. Non eſt hoc conſulere populis, ſed nocere, nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen. Integritas enim præſidentium ſalus eſt ſubditorum, & vbi eſt incolumitas obedientiæ, ibi ſana eſt forma doctrinæ. Principatus autem, quem aut ſeditio contulit, aut ambitus occupauit, etiamſi moribus atque actibus non offendat, ipſius tamen initij ſui eſt pernicioſus exemplo, & difficile eſt, vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. Quòd ſi in quibuſlibet Eccleſiæ gradibus prouidenter, ſcienterque curandum eſt, vt in Domini domo nihil ſit inordinatum, nihilque præpoſterum, quanto magis elaborandum eſt, vt in electione eius, qui ſupra omnes gradus conſtituitur, non erretur? Nam totius familiæ Domini ſtatus, & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore non inueniatur in capite. Vbi eſt illa beati Pauli XLIX.

Diſt. 61. c. Miramur.

1. q. 1. c. Principatus

1. Tim. 3. Apoſtoli per ſpiritum Dei emiſſa præce-
ptio: qua in perſona Timothei omnium
Chriſti ſacerdotum numerus eruditur,
& vnicuique noſtrûm dicitur, Manus ci-
Diſt. 78. tò nemini impoſueris, neque commu-
Quod eſt. nices peccatis alienis? Quid eſt citò ma-
nus imponere, niſi ante ætatem maturi-
tatis, ante tempus examinis, ante meri-
tum obedientiæ, laboris, ante experien-
tiam diſciplinæ ſacerdotalem honorem
tribuere non probatis? Et quid eſt com-
municare peccatis alienis, niſi & talem
effici ordinantem, qualis eſt ille, qui
non meruit ordinari? Sicut enim boni
operis ſibi comparat fructum, qui rectum
tenet in eligendo ſacerdote iudicium: ita
graui ſemetipſum afficit damno, qui in
ſuum collegium adſumit indignum. Non
ergo in cuiuſquam perſona prætermit-
tendum eſt, quod in ſtatutis generalibus
continetur, nec putandus eſt honor ille
legitimus, qui fuerit contra diuinæ legis
1. Tim. 3. præcepta conlatus. Dicente enim Apo-
ſtolo, vt inter alias electionis regulas is
Epiſcopus ordinetur, quem vnius vxo-
ris virum fuiſſe, aut eſſe conſtiterit. Tam
ſacrata ſemper habita eſt iſta præceptio,
vt etiam de muliere ſacerdotis eligendi
eadem intelligeretur ſeruanda conditio:
ne fortè illa, priuſquam in matrimonium
eius veniret, qui aliam non habuiſſet v-
xorem, alterius viri eſſet experta coniu-
gium. Quis igitur tolerare audeat, quod
in tanti ſacramenti perpetratur iniuriam,
cùm huic magno, venerandóque myſte-
rio, nec diuinæ quidem legis ſtatuta de-
Leuit. 21. fuerint, quibus euidenter eſt definitum,
Ezech. 44. vt virginem ſacerdos accipiat vxorem,
& alterius thorum neſciat coniugis, quæ
vxor futura eſt ſacerdotis? Iam tum enim
in ſacerdotibus figurabatur Chriſti, &
Eccleſiæ ſpiritale coniugium, vt quo-
Ephes. 5. niam vir caput eſt mulieris, diſcat ſpon-
1. Cor. 11. ſa Verbi non alium virum noſſe, quàm
Chriſtum. Qui meritò vnam elegit, v-
nam diligit, & aliam præter ipſam ſuo
conſortio non adiungit. Si ergo etiam in
veteri teſtamento hæc ſacerdotalium
coniugiorum forma ſeruata eſt: quanto
magis ſub Euangelij gratia conſtituti A-
poſtolicis debemus ſeruire præceptis?
Vt quamlibet quis bonis moribus prædi-
tus, & ſanctis operibus inueniatur orna-
tus, nequaquam tamen vel ad diaconi
gradum, vel ad preſbyterij honorem, vel
ad Epiſcopatus culmen aſcendat: ſi aut
ipſum non vnius vxoris virum, aut vxo-
rem eius non vnius viri fuiſſe claruerit?
Monente verò Apoſtolo, atque dicente: 1. Tim. 3.
Et hi autem probentur primùm, & ſic
miniſtrent, quid aliud intelligendum
putamus, niſi vt in his prouectionibus
non ſolùm matrimoniorum caſtimo-
niam, ſed etiam laborum merita cogite-
mus, ne aut à baptiſmo nouellis, aut à
ſæculari actu repentè conuerſis officium
paſtorale credatur? Cùm per omnes gra-
dus militiæ Chriſtianæ de incrementis
profectuum debeant æſtimari, an poſſint
cuiquam maiora committi, meritò bea-
torum Patrum venerabiles ſanctiones,
cùm de ſacerdotum electione loqueren-
tur, eoſdem vt idoneos ſacris adminiſtra-
tionibus cenſuerint, qui multo tempo-
re per ſingulos officiorum gradus proue-
cti; experimentum ſui probabile præ-
buiſſent, vt vnicuique teſtimonium vitæ
ſuæ actuum ſuorum ratio perhiberet. Si
enim ad honores mundi ſine ſuffragio
temporis, ſine merito laboris indignum
eſt peruenire, & notari ambitus ſolent,
quos probitatis documenta non adiu-
uant, quàm diligens, & quàm prudens
habenda eſt diſpenſatio diuinorum mu-
nerum, & cæleſtium dignitatum? Ne
in aliquo Apoſtolica, & canonica decre-
ta violentur, & his Eccleſia Domini re-
genda credatur, qui legitimarum inſtitu-
tionum neſcij, & totius humilitatis igna-
ri non ab infimis ſumere incrementum,
ſed à ſummis volunt habere principium,
cùm valde iniquum ſit, & abſurdum, vt
imperiti magiſtris, noui antiquis, & ru-
des præferantur emeritis. In domo qui-
dem magna, ſicut Apoſtolus diſſerit, ne-
ceſſe eſt, vt vaſa diuerſa ſint, quædam au-
rea, & argentea, quædam verò lignea,
& fictilia, ſed horum miniſterium pro
materiæ qualitate diſcernitur, nec
eſt pretioſorum idem vſus, & vilium.
Nam inordinata erunt omnia, ſi fictilia
aureis, & lignea præferuntur argen-
teis. Sicut autem in ligneis, & fictilibus
eorum hominum ſpecies figuratur, qui
nullis adhuc virtutibus nitent, ita in au-
reis, & argenteis hi ſine dubio declaran-
tur, qui per longæ eruditionis ignem, &
per fornacem diuturni laboris excocti au-
rum probatum, & argentum purum eſſe
meruerunt. Quibus ſi merces pro deuo-
tione non redditur, omnis Eccleſiaſtica
diſciplina reſoluitur: omnis ordo turba-
tur, dum in Eccleſia, qui nullum ſubie-
runt miniſterium, peruerſo eligentium

iudicio indebitum obtinent principatum. Cùm ergo inter vos tantùm valuerint aut ſtudia populorum, aut ambitus ſuperborum: vt non ſolùm laïcos, ſed etiam ſecundarum vxorum viros, aut viduarum maritos ad officium cognoſcamus paſtorale prouectos: nonne apertiſ-

1.q.7.c. Exigunt cauſa.

ſimæ exigunt cauſæ, vt Eccleſiæ in quibus iſta commiſſa ſunt, iudicio ſeuerio re purgentur, & non ſolùm in tales Præſules, ſed etiam in ordinatores eorum vltio competens proferatur? Sed circumſtant nos hinc manſuetudo clementiæ, hinc cenſura iuſtitiæ: & quia vniuerſæ Sedis Apoſtolicæ pietate compellimur ita noſtram temperare ſententiam, vt trutinato pondere delictorum, quorum vtique non vna menſura eſt, quædam eredamus vtcunque toleranda, quædam verò penitus amputanda. Eos enim qui vel ſecundas nuptias inierunt, vel viduarum ſe coniugio ſociarunt, nec Apoſtolica, nec legalis authoritas ſacerdotium obtendere permittit. Et multò magis illum, ſi fuerit in veſtro iudicio confutatus, qui, ſicut ad nos relatum eſt, duarum ſimul eſt maritus vxorum, vel illum qui ab vxore dimiſſus, alteram duxiſſe perhibetur. Cæteros verò, quorum prouectio hoc tantùm reprehenſionis incurrit, quòd ex laïcis ad officium Epiſcopale delecti ſunt, neque ex hoc, quòd vxores habent, poſſunt eſſe culpabiles, ſuſceptum ſacerdotium tenere permittimus non præiudicantes Apoſtolicæ Sedis ſta-

Nic. Conc. c.2.

tutis, nec beatorum Patrum regulas teſoluentes, quibus ſalubriter conſtitutum eſt, ne primum, aut ſecundum, aut tertium in Eccleſia gradum quiſquam laïcorum, quibuſlibet ſuffragiis fultus aſcendat, priuſquam ad hoc meritum per legitima augmenta perueniat. Quod enim nunc vtcunque patimur eſſe veniale, inultum poſtmodum eſſe non poterit, ſi quiſquam id, quod omnino interdicimus vſurparit. Quia remiſſio peccati non dat licentiam delinquendi, neque quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit ampliùs impunè committi. Cùm itaque de omnibus fere, quæ fratris noſtri Potentij relatio continebat, pleniſſimè dilectionem veſtram per Dauid fratrem & Coëpiſcopum noſtrum, qui & ſacerdotij merito nobis eſt probatus, & moribus videatis inſtructum. Supereſt, fratres, vt concorditer & ſalubres ſuſcipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, ſed ad omne ſtudium deuotionis vnanimes diuinis, & Apoſtolicis conſtitutionibus pareatis, & in nullo patiamini prouidentiſſima canonum decreta violari. Quæ enim certarum temiſimus conſideratione cauſarum, antiquis deinceps cuſtodienda ſunt regulis, ne quod ad tempus pia lenitate conceſſimus, iuſta poſtulatione plectamus, in eos ſpecialiùs, & propenſiùs commouendi, qui in Epiſcopis ordinandis ſanctorum Patrum ſtatuta neglexerunt, & quos refutare debuerint, conſecrauerint. Vide ſi qui E-

1.q.1. Si qui Epiſcopi. Et 1.25.q.2. Si qui.

piſcopi talem conſecrauerint ſacerdotem, qualem eſſe non liceat, etiamſi aliquo modo damnum proprij honoris euaſerint, ordinationis tamen ius vlteriùs non habebunt, nec vnquam ei ſacramento intererunt, quod neglecto diuino iudicio immeritò præſtiterunt. Illud ſa-

Diſt.80 Illud ſanè.

nè, quod ad ſacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum ſtatuta ſeruari: vt non in quibuſlibet locis, neque in quibuſcunque caſtellis, & vbi antè non fuerunt Epiſcopi, conſecrentur: cùm vbi minores ſunt plebes, minoréſque conuentus, preſbyterorum cura ſufficiat, Epiſcopalia autem gubernacula non niſi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oporteat præ-

In Sardicen. Con. c.6.

ſidere, ne quod ſanctorum Patrum diuinitus inſpirata decreta vetuerunt, viculis, & poſſeſſionibus vel obſcutis, & ſolitariis municipiis tribuatur ſacerdotale faſtigium, & honor, cui debent excellentiora committi, ipſa ſui numeroſitate vileſcat. Quod nunc in ſua diœceſi Reſtitutus Epiſcopus factum eſſe cauſatus eſt, & rationabiliter poſtulauit, vt ſi Epiſcopi eorum locorum, in quibus non debuerant ordinari, humana conditione deceſſerint, loca ipſa ad ius eius Antiſtitis redeant, cuius fuerint antè priora: & inutile eſt, vt ſacerdotalis dignitas inconſiderata ordinandis facilitate ſuperflua multiplicatione minuatur.

Similis canon ponitur. 12.q.5. Illa autem famula Dei.

De his autem, quæ in ſacro virginitatis propoſito conſtitutæ barbaricam pertulere violentiam, & integritatem pudoris non animo, ſed corpore perdiderunt: ea nobis videtur ſeruanda moderatio, vt neque in viduarum deiiciantur gradu, nec in ſacrarum, & perſeuerantium virginum numero cenſeantur: quibus, ſi in omnibus virginalibus perſeuerant, & caſtimoniæ ſoliditatem mente cuſtodiunt, ſacramentorum non eſt ne-

ganda communio, quia iniuſtum eſt illas in eo vel argui, vel notari, quod non voluntas amittit, ſed vis hoſtilis eripuit. Cauſam quoque Lupicini Epiſcopi illic iubemus audiri, cui multum, & ſæpius poſtulanti communionem, ac rationem reddimus, quoniam cùm ad noſtrum iudicium prouocaſſet, immerito eum pendente negotio, à communione videbamus fuiſſe ſuſpenſum. Adiectum etiam illud eſt, quòd huic temere ſuperordinatus eſſe cognoſcitur, qui non debuit ordinari, antequam Lupicinus in præſenti poſitus, aut confutatus, aut certè confeſſus iuſtæ poſſit ſubiacere ſententiæ, vt vacantem locum, quemadmodum diſciplina Eccleſiaſtica exigit, is, qui conſectabatur, acciperet. Si quæ verò aliæ emerſerint cauſæ, quæ ad ſtatum Eccleſiarum, & ad concordiam pertineant ſacerdotum, illic ſub timore Domini volumus iudicio ventilentur, & de componendis, atque compoſitis omnibus ad nos relatio plena mittatur: vt ea, quæ iuxta Eccleſiaſticum morem iuſtè, & rationabiliter fuerint definita, noſtra quoque ſententia roborentur. Data IV. Id. Auguſti.

INCIPIVNT DECRETA GELASII PAPÆ.

De conſtitutis Eccleſiaſticis pro temporis qualitate moderandis.

I. GElasius fratribus vniuerſis Epiſcopis per Lucaniam & Brutios, & Siciliam conſtitutis. Neceſſaria rerum diſpenſatione conſtringimur, & Apoſtolicæ Sedis moderamine conuenimur, ſic canonum paternorum decreta librare, & retro Præſulum, deceſſorúmque noſtrorum præcepta metiri: vt quæ præſentium neceſſitas temporum reſtaurandis Eccleſiis relaxanda depoſcit, adhibita conſideratione diligenti, quantum poteſt fieri, temperemus, quò nec in totum formam veterum videamur excedere regularum, & reparandis militiæ clericalis officiis, quæ per diuerſas Italiæ partes ita belli, famíſque conſumpſit incurſio, vt in multis Eccleſiis (ſicut fratris & Coëpiſcopi noſtri Ioannis, Rauennatis Eccleſiæ ſacerdotis, frequenti relatione comperimus) vſquequaque deficiente ſeruitio miniſtrorum, niſi remittendo paulíſper Eccleſiaſticis promotionibus antiquitus interualla præfixa, remaneant (ſine quibus adminiſtrari nequeant) ſacris ordinibus Eccleſiæ funditus deſtitutæ, atque in plurimis locis per inopiam competentis auxilij ſalutare ſubſidium redimendarum deſit animarum, nóſque magno reatu, ſi tanto coarctante periculo, non aliquatenus conſulemus, inuecti.

1. q 7. Neceſſaria.

Vt vbi nulla perurget neceſſitas, conſtituta Patrum inuiolata ſeruentur, vel cùm defuerint clerici, de monachis eligantur.

PRiscis igitur pro ſui reuerentia manentibus conſtitutis, quæ vbi nulla vel rerum, vel temporum perurget anguſtia, regulariter conuenit cuſtodiri, eatenus Eccleſiis, quæ vel cunctis ſunt priuatæ miniſtris, vel ſufficientibus vſque adeò diſpoliatæ ſeruitiis, vt plebibus ad ſe pertinentibus diuina munera ſupplere non valeant, tam inſtituendi, quàm promouendi clericalis officij ſic ſpatia diſpenſanda concedimus, vt ſi quis etiam de religioſo propoſito, & diſciplinis monaſterialibus eruditus ad clericale munus accedat, inprimis eius vita præteritis acta temporibus inquiratur vel ſi nullo graui facinore probatur infectus, ſi ſecundam non habuit fortaſſis vxorem, nec à marito relictam ſortitus oſtenditur, ſi pœnitentiam publicam fortaſſis non geſſit, nec vlla corporis parte vitiatus apparet, ſi ſeruili, aut originariæ non eſt conditioni obnoxius, ſi curiæ iam probatur nexibus abſolutus, ſi aſſecutus eſt literas, ſine quibus vix fortaſſis oſtiarij poſſit implere miniſterium, vt ſi his omnibus, quæ ſunt prædicta, fulcitur, continuò lector, vel notarius, aut certè defenſor effectus poſt tres menſes exiſtat acolythus, maximè ſi huic ætas etiam ſuffragatur, ſexto menſe ſubdiaconi nomen accipiat, ac ſi modeſtæ conuerſationis, honeſtæque voluntatis exiſtit, no-

II.

Diſt. 55. c. Priſcis.

Diſt. 77. Si quis de religioſo. cum c. ſeq.

Digitized by Google

no menſe ſit diaconus, completóque anno ſit preſbyter, cui tamen quod annorum fuerant interſtitia conlatura, ſancti propoſiti ſponte ſuſcepta doceatur præſtitiſſe deuotio.

Vt ſi qui de laïcis eliguntur ad clerum, multo ſolicitiùs in his, ea qua de monachis dicta ſunt, inquirantur.

III. *Diſt. 77. c. ſi. 5. Si verò laicus.* SI verò de laïcis quiſpiam Eccleſiaſticis eſt adgregandus officiis, tantò ſolicitiùs in ſingulis, quæ ſuperiùs comprehenſa ſunt, huiuſmodi decet examinari perſonam, quantum inter mundanam, religioſámque vitam conſtat eſſe diſcriminis, quia vtique conuenientia Eccleſiæ miniſteria reparanda ſunt non inconuenientibus meritis ingerendi. Tantóque magis, quod ſacris aptum poſſit eſſe ſeruiriis, in eorum quærendum eſt inſtitutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc adſequenda, decerpitur: vt morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior conſuetudo non contulit, ne per occaſionem ſupplendæ penuriæ clericalis vitia potiùs diuinis cultibus intuliſſe iudicemur, non legitimæ familiæ confutemur procuraſſe compendia: quorum promotionibus ſuper anni metas ſex menſes nihilominus ſubrogamus. Quoniam, ſicut dictum eſt, diſtare conuenit inter perſonam diuino cultui deditam, & de laïcorum conuerſatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, vt illis Eccleſiis, quibus infeſtatione bellorum vel nulla penitus, vel exigua remanſerunt miniſteria, renouentur. Quatenus his Deo propitio reſtitutis in Eccleſiaſticis gradibus ſubrogandis, canonum paternorum vetus forma ſeruetur, nec contra eos vlla ratione præualeat, quod pro accedentis defectus remedio prouidetur, non aduerſus ſcita maiorum noua lege proponitur, cæteris Eccleſiis ab hac occaſione ceſſantibus, quas non ſimili clade vaſtatas priſtinam faciendis ordinationibus conuenit tenere ſententiam, quo magis hac opportunitate commoniti obſeruantiam venerandorum canonum propenſiùs delegamus, ſingulorum graduum conſcientias admonentes, ne in inlicitos prorumpere moliantur exceſſus. *Diſt. 50. c. Non confidat.* Nec fas eſſe confidat quiſque Pontificum bigamos, aut coniugia ſortientes ab aliis derelicta, ſiue quoſlibet poſt pœnitentiam, vel ſine literis, vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curiæ, publicarúmque rerum nexibus implicatos, aut paſſim nulla temporis congruentis expectatione diſcuſſos diuinis ſeruituros applicare myſteriis, neque pro ſuo libito iura ſtudeant aliena peruadere abſque Sedis Apoſtolicæ iuſta diſpoſitione mandante.

Vt ab Epiſcopis, præceptione Papæ, nouæ Baſilicæ dedicentur.

BASILICAS nouiter inſtitutas, non petitis ex more præceptionibus, dedicare non audeant, non ambiant ſibimet vindicare clericos poteſtatis alienæ. IV. *De conſecr. Diſt. 1. Baſilicas.*

Vt nulla pretia de baptizandis, conſignandiſque fidelibus exigantur. Quòd ſi qui hoc perpetrauerint, honoris ſui periculo ſubiacebunt.

BAPTIZANDIS, conſignandíſque fidelibus pretia nulla præfigant, nec illationibus quibuſlibet impoſitis exagitare cupiant renaſcentes, quoniam quod gratìs accipimus, gratìs dare mandamur. V. *1. q. 1. c. Baptizandis.* *Matth. 10.* Et ideo nihil à prædictis prorſus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione reuocati redemptionis ſui cauſas adire deſpiciant: certum habentes, quòd qui prohibita deprehenſi fuerint admiſiſſe, vel commiſſa non potiùs ſua ſponte correxerint, periculum ſubituri proprij ſint honoris.

Vt presbyteri modum debitum ſeruent, non chriſma conficiant, non conſignent, nec præſente quolibet Epiſcopo, niſi iubeantur ab ipſo, vel orare, vel ſedere præſumant, nec acolythum, vel ſubdiaconum faciant.

NEc minùs etiam preſbyteros, vltra ſuum modum tendere prohibemus, VI. *Diſt. 95. c. Presbyteros.* nec Epiſcopali faſtigio debita, ſibimet audacter adſumere: non conficiendi chriſmatis, non conſignationis Pontificalis adhibendæ ſibimet arripere facultatem: non præſente quolibet Antiſtite, niſi fortaſſe iubeantur, vel orationis, vel actionis ſacræ ſuppetere ſibi præſumant licentiam, neque ſub eius aſpectu, niſi iubeantur, aut ſedere præſumant, aut venerabilia tractare myſteria, nec ſibi meminerint vllâ ratione concedi, ſine ſummo Pontifice, ſubdiaconum, vel acolythum ius habere faciendi; nec prorſus addubitent, ſi quicquam ad Epiſcopale miniſterium ſpecialiter pertinens ſuo motu puta-

putauerint exequendum, continuò ſe presbyterij dignitate, & ſacra communione priuari. Quod fieri neceſſe eſt, cenſeamus, ſi eorum Præſule deferente, huiuſmodi fuerit præuaricatio comprobata, nec ipſo eorum Epiſcopo à culpa conniuentiæ, & vltione vacaturo, ſi immoderata facientes diſſimulauerit vindicare.

Similiter vt diaconi menſuram propriam iuxta Patrum decreta cuſtodiant.

VII. Nic. Conc. c. 18. DIACONOS quoque propriam conſtituimus ſeruare menſuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum quippiam tentare permittimus, nihil eorum ſuo miniſterio penitus applicare, quæ primis ordinibus propriè decreuit antiquitas, abſque Epiſcopo, vel presbytero baptizare non audeant, niſi prædictis fortaſſis officiis longiùs conſtitutis neceſſitas extrema compellat, quod & laïcis Chriſtianis facere plerumque conceditur.

Quòd diaconi in presbyterio reſidere non poſſint, nec cùm tractatus habetur Eccleſiaſticus, nec ſacri corporis prærogationem præſentibus debeant vſurpare presbyteris.

VIII. NON in presbyterio reſidere, cùm diuina celebrantur, vel Eccleſiaſticus habetur quicunque tractatus, ſacri corporis prærogationem ſub conſpectu Pontificis ſeu presbyteri, niſi his abſentibus, ius non habeant exercendi. Cùm enim decreta venerabilium ſanctionum nos quoque magnopere cuſtodire nitamur, ac ſine eorum diſpendio etiam illa, quæ pro alicuius vtilitatis fortaſſe compendio videantur laxanda, credamus.

Quòd Apoſtolica Sedes paternos canones pio ſtudio deuotóque cuſtodiat.

IX. CVMQVE nobis contra ſalutarium reuerentiam regularum cupiamus temere nihil licere, & cùm Sedes Apoſtolica ſuper his omnibus fauente Domino, quæ paternis canonibus ſunt præfixa, pio, deuotóque ſtudeat tenere propoſito, ſatis indignum eſt quemquam vel Pontificum vel ordinum ſubſequentum hanc obſeruantiam refutare, quam beati Petri ſedem & ſequi videat, & docere: ſatiſque conueniens ſit, vt totum corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſeruatione concordet, quam illic vigere conſpiciat, vbi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatum. Dicente autem ſcriptura, *Ordinate in me charitatem*, & item, *Omnia cum ordine fiant*. atque iterum Pſalmiſta prædicante, *Circundate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus eius, ponite corda veſtra in virtute eius, & diſtribuite gradus eius, vt enarretis in progenie altera, quoniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & ipſe reget nos in ſæcula.* Hic proculdubio, qui in Eccleſiaſticarum narratur altitudine dignitatum, & in cuius virtute bonis operibus corda ponenda ſunt, gradibus vtique diſtributis cunctis Deus noſter, & rector populis prædicandus eſt Chriſtianis, vbi nemo ſibimet aliquid æſtimet imminutum: cùm & de vniuſcuiuſque gradus perfectione nil deperit, & conuenienter retinendo, quod cæleſti diſpenſatione conlatum eſt, pariter nobis & cognoſcibilem Deum fieri, & tribuit eſſe rectorem. Nam & ſi quid indulgetur de temporum quantitate moribus adgregata ſtrenuitate penſatur: ſi vitæ iam propoſito continetur, quod protelata fuerat ætate curandum, dummodo illa nullatenus diſſimulata ſubripiant: quorum quodlibet in eſſe claruerit meritò clericalibus infulis reprobabilem conuincat eſſe perſonam. Etſi illa nonnunquam ſinenda ſunt, quæ ſi cæterorum conſtet integritas, ſola nocere non valeant: illa tamen ſunt magnopere præcauenda, quæ recipi ſine manifeſta decoloratione non poſſunt. Ac ſi ea ipſa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum, temporúmque cogit intuitus, vel acceleratæ prouiſionis reſpectus excuſat: quantò magis illa nullatenus mutilanda ſunt, quæ nec vlla neceſſitas, nec Eccleſiaſtica prorſus extorquet vtilitas?

Cant. 2. 1. Corint. 14. Pſal. 47. 1. q. 7. c. Eiſi illa.

Vt præter Paſchale tempus, vel Pentecoſten nemo baptizare præſumat, niſi omnes tantùm, quos ægritudo extrema compulerit.

X. De conſecr. Diſt. 4. Baptizandi. BAPTIZANDI ſibi quiſpiam paſſim quocunque tempore nullam credat ineſſe fiduciam, præter Paſchale feſtum, & Pentecoſten venerabile ſacramentum, excepto duntaxat grauiſſimi languoris incurſu, in quo verendum eſt, ne morbi creſcente periculo ſine remedio ſalutari fortaſſis ægrotans exitio præuentus abſcedat.

Preſbyterorum, & diaconorum ordinationes certis celebrari poſſe temporibus.

XI. *Diſt.75 c.ſi.* ORDINATIONES etiam preſbyterorum, diaconorúmq; niſi certis temporibus, & diebus exercete non debeant id eſt primi & quarti menſis ieiunio, ſeptimi & decimi: ſed etiam quadrageſimalis initij, ac mediana quadrageſimæ die, ſabbati ieiunio circa veſperam nouerit celebrandas. Ncc cuiuſlibet vtilitatis cauſa ſeu preſbyterum, ſeu diaconum his præferre, qui ante ipſos fuerint ordinati.

Vt præfixis diebus virgines ſacræ velentur.

XII. *20. q. 1. Deuotis.* DEVOTIS quoque virginibus, niſi aut in Epiphaniorum, aut in albis Paſchalibus, aut in Apoſtolorum natalibus ſacrum minimè velamen imponant: niſi forſitan, ſicut de baptiſmate dictum eſt, graui languore correpris, ne ſine hoc munere de ſæculo exeant, implorantibus non negetur.

Vt viduæ non velentur.

XIII. VIDVAS autem velare Pontificum nullus attentet: quod nec authoritas diuina delegat, nec canonum fotma ptæſtituit. Non eſt ergo penitus vſurpandum, eiſque ſic Eccleſiaſtica ſunt inferenda præſidia, vt nihil committatur inlicitum.

Vt nullus Præſul vel Eccleſiæ, vel monaſterij ſeruum, aut originarium nolentibus dominis ſub nomine religioſo defendat: honoris & communionis periculum ſubiturus quiſquis hoc perpetrare tentauerit.

XIV. *Diſt. 54. Generalis.* GENERALIS etiam querelæ vitanda præſumptio eſt, qua propemodum cauſantur vniuerſi paſſim ſetuos, & originarios dominorum iura poſſeſſionémque fugientes ſub religioſæ conuerſationis obtentu vel ad monaſteria ſeſe conferre, vel ad Eccleſiaſticum famulatum, cohibentibus quoque Præſulibus indifferenter admitti. Quæ modis omnibus eſt amouenda pernicies: ne pet Chriſtiani nominis inſtitutum aut aliena peruadi, aut publica videatur diſciplina ſubuerti. Præcipuè, cùm nec ipſam miniſterij clericalis hac obligatione fuſcati conueniar dignitatem, cogatútque pro ſtatu militantium ſibi, conditionéque iurgari, aut videri (quod abſit) obnoxia quibus ſolicita competenter interdictione prohibiris. Quiſquis Epiſcopus, preſbyter, diaconus, vel eorum, qui monaſtetiis præeſſe noſcuntur, huiuſmodi perſonas apud ſe tenentes non reſtituendas patronis, aut deinceps vel Eccleſiaſticæ ſeruituti, vel religioſis congregationibus putauerint applicandas, niſi voluntate forſitan dominotum ſub ſcripturæ reſtimonio primitus abſolutas, aut legitima tranſactione conceſſas: periculum ſe honoris proprij non ambigant, communioníſque ſubituros, ſi ſuper hac re cuiuſquam verax nos querela pulſauerit. Magnis quippe ſtudiis ſecundùm beatum Apoſtolum *Rom. 14.* præcauendum eſt, ne fides, & diſciplina *1. Tim. 6.* Domini blaſphemetur.

Vt clerici nullas negotiationes inhoneſtas, & turpia lucra ſectentur.

XV. *Diſt 88. Conſequens.* CONSEQVENS fuit, vt illa quoque, quæ de Piceni partibus nuper ad nos miſſa relatio nunciauit, non prætereunda putaremus, id eſt plurimos clericotum negotiationibus inhoneſtis, & lucris turpibus imminere, nullo pudore cernenres Euangelicam lectionem, quia ipſe Dominus negotiatores è templo verberatos flagellis aſſeritur expuliſſe. Nec Apoſtoli verba tecolentes, quibus ait: Nemo mili- *Matth. 21.* tans Deo implicar ſe negoriis ſæcularibus. *Ioan. 2.* Pſalmiſtam quoque Dauid ſurda diſſimu- *2. Tim. 2.* lantes aure cantantem: Quoniam non *Pſal. 70.* cognoui negotiationes, introibo in po- *14. q. 4.* tentias Domini. Proinde huiuſmodi aut *Clerici ab* ab indignis poſthac quæſtibus nouerint *indignis.* abſtinendum, & ab omnibus cuiuſlibet negotiationis ingeniis, cupiditatéque ceſſandum, aut in quocunque gradu ſint poſiti, mox à clericalibus officiis abſtinere cogantur, quoniam domus Dei domus *Luc. 19.* orationis & eſſe debet, & dici: ne officina *Eſai 56.* negotiationis, & ſpelunca potiùs ſit latronum.

Vt nemo literas neſciens, vel aliqua parte corporis imminutus promoueatur ad clerum.

XVI. *Diſt. 36. c. Illiteratos.* ILLITERATOS quoque, & nonnulla parte corporis imminuros ſine vllo reſpectu ad Eccleſiaſticum didicimus venire ſeruitium, quod ſimul antiqua traditio, & Apoſtolicæ Sedis vetus forma non recipit, quia nec literis carens ſacris eſſe poteſt aptus officiis, & vitioſum nihil Deo prorſus offerri legalia præcepta *Leuit. 21.* ſanxerunt. Itaque de cætero modis omnibus hæc vitentur, nec quiſquam talis ſuſcipiatur in clerum. Si qui verò vel temeritate propria, vel incuria præſiden-

Digitized by Google

1. q. 7. Si qui vel propria. tium tales antè ſuſcepti ſunt, in his, quibus conſtituti ſunt locis eatenus perſeuerent: vt nihil vnquam promotionis arripiant, ſatiſque habeanr, hoc ipſum ſibi pro nimia miſeratione permiſſum.

De his, qui ſeipſos abſcindunt.

XVII. Nic. Conc. c. 1. DE his autem, qui ſemetipſos abſciderint paterni canones euidenter ſequenda poſuerunt, quorum tenorem ſufficiet indidiſſe. Dicunt enim talia perpetrantes, mox vt agniti fuerint, à munere clericali debere ſecludi, quod modis omnibus cuſtodire nos conuenit, quia fas eſſe nulli ſuppeditat, præter illa quicquam, quæ memorabilis decreuit forma, cenſere.

Quòd ad clerum criminoſi nequeant promoueri, & in clero poſiti, ſi in aliquibus fuerint inuenti criminibus, à ſuis officiis arceantur.

XVIII. COMPERIMVS etiam horrendis quibuſdam criminibus implicatos, tota diſcretione ſubmota, non ſolùm de factis atrocibus neceſſariam pœnitudinem non habere, ſed nec aliqua correptione penitus ſuccedente ad diuinum miniſterium, honorémque contendere. Nonnullos autem in ipſis ordinibus conſtitutos grauibus delinquentes facinoribus non repelli: cùm & Apoſtolus clamet, Nemini citò manus imponendas, (1. Tim. 5.) neque communicandum peccatis alienis: & maiorum veneranda conſtituta (Nic. Conc. c. 9. & 10.) pronuncient, huiuſmodi, etiamſi fortè ſubrepſerint, tam qui antè peccauerint, detectos oportere depelli, quàm ſacræ profeſſionis oblitos, præuaricatoréſque ſancti propoſiti proculdubio ſubmouendos.

Quòd dæmoniis, aliiſque paſſionibus inretitis miniſteria ſacra tractare non liceat.

XIX. Diſt. 55. c. Vſque adeo. VSQVE adeò ſanè comperimus inlicita quæque prorumpere, vt dæmoniis, ſimilibúſque paſſionibus inretitis miniſteria ſacroſancta tractare tribuatur, quibus ſi in hoc opere poſitis aliquid propriæ neceſſitatis occurrat, quis de ſua fidelium ſalute confidat, vbi miniſtros ipſos curationis humanæ tanta perſpexerit calamitate vexari? Atque ideo neceſſariò remouendi ſunt, ne quibuſlibet, pro quibus Chriſtus eſt mortuus, ſcandalum generetur infirmis.

Poſtremò ſi corpore ſauciatum fortaſſis, aur debilem nequaquam ſancta contingere lex diuina permiſit: quanrò magis doni cæleſtis diſpenſatores eſſe non conuenit, quod eſt deterius, mente perculſos? (Rom. 14. 1. Corint. 8. Leuit. 22.)

Quòd hi, qui ſe ſacris virginibus ſociant, & fœdera inceſta commiſcent, communicare non poſſint, niſi fortè publicam pœnitentiam geſſerint.

VIRGINIBVS ſacris temere ſe quoſdam ſociare cognouimus, & poſt dicatum Deo propoſitum inceſta fœdera, ſacrilegáque miſcere, quos protinus æquum eſt à ſacra communione detrudi, & niſi per publicam, probatámque pœnitentiam omnino non recipi, aut his certè viaticum de ſæculo tranſeuntibus, ſi tamen pœnituerint, non negetur. XX.

Quòd viduæ, vt ſuprà dictum eſt, non velentur, & ſi profeſſam continentiam propoſito mutato calcauerint, ipſæ pro ſe rationem Deo pro ſuis ſint actibus reddituræ.

NAM de viduis ſub nulla benedictione velandis, ſuperiùs latè duximus diſſerendum, quæ ſi propria voluntate profeſſam priſtini coniugij caſtitatem mutabili mente calcauerint, periculi earum intererit, quali Deum debeanr ſatisfactione placare. Sicut enim, ſi ſe forſitan continere non poterant, ſecundùm Apoſtolum nullatenus nubere vetabantur: ſic habita ſecum deliberatione promiſſam Deo pudicitiæ fidem debuerunt cuſtodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus iniicere, ſed ſolas adhortationes præmij ſempiterni, pœnáſque proponere diuini iudicij: vt noſtra ſit abſoluta conſcientia, & illarum pro ſe rationem Deo reddat intentio. Cauendum eſt quippe, quæ de earum moribus, actibúſque beatus Paulus teſtatur Apoſtolus, quod planiùs exponere prætermimus, ne ſexus inſtabilis non tam deterreri, quàm admoneri videatur. XXI. (27. q. 1. c. De viduis. 1. Timot. 5. Ibidem.)

Quòd ſecunda coniugia ſæcularibus non negentur, quibus tamen ad clerum pro hoc facto minimè venire conceditur.

SECVNDAS nuptias ſicut ſæcularibus inire concedirur, ita poſt eas nullus ad clericale ſinitur venire collegium. XXII.

1. Cor. 7. Alia eſt enim humanæ fragilitati generaliter conceſſa licentia, alia debet eſſe vita diuinarum rerum ſeruitio dedicata.

Vt ſi quis ſuſceperit Eccleſiæ propriæ deſertorem, & in aliqua prouexerit dignitate, vtrique ſententiæ ſubiaceant, quam canones præfixerunt.

XXIII. QVISQVIS propriæ deſertor Eccleſiæ, nullis exiſtentibus cauſis, ad aliam putauerit tranſeundum, temere-
Nic. Conc. c. 15. réque ſuſceptus fuerit, & promotus, reuerendorum canonum, vel ipſe vel receptor eius, atque prouector, conſtituta non effugiet, quæ de huiuſcemodi præſumptoribus præfixere ſeruanda.

Quòd ſi qui ex monachis, & laïcis, de quibus ſuprà dictum eſt, eligantur ad clerum, cùm nulla cogit neceſſitas: antiqua de eis debent inſtituta ſeruari, quòd ſi probentur ſacram mercati eſſe pretio dignitatem ab officio deponantur, nam dantem, & accipientem Simonis Magi crimen inuoluit.

XXIV. DE monachis, laïciſque in prima
Suprà c. 2. & 3. copioſiùs præceptionis huius parte digeſta ſunt, quæ vel quatenus pro rerum, temporúmque neceſſitate conceſſa ſint, quemadmodum vbi nullius facti neceſſitas intereſſe probabitur, non niſi vetus inſtitutio debeat cuſtodiri.
1. q. 1. c. Quos conſtiterit. Quos verò conſtiterit indignos meritis ſacram mercatos eſſe pretio dignitatem, conuictos oportet arceri, non ſine periculo facinus tale patrantes, quia dantem pariter, accipientémque damnatio
Act. 8. Simonis, quam ſacra lectio teſtatur, inuoluit.

De ſacris locis noniter inſtitutis quamuis ſuperiùs dictum ſit: hoc nunc tamen adiicitur, vt nulla baſilica ſub defunctorum conſtructa nomine dedicetur.

XXV. DE locorum conſecratione ſancto-
De conſecr. Diſt. 1. De locorum. tum quamuis ſuperiùs ſtrictim fuerit comprehenſum: nobis quoque patefactum eſt, quòd abſque præcepto Sedis Apoſtolicæ nonnulli factas Eccleſias, vel oratoria ſacrare præſumant. Hoc ſumus tamen indicio deteſtabiliori permoti, quòd in quocunque nomine defunctorum, & quantum dicitur, nec omnino fidelium conſtructiones ædificatas ſacris profeſſionibus audacter inſtituere memorantur, quæ quoniam tam acerba, tam dura ſunt, vt eadem vix noſter ferre poſſit auditus: ſi reuera Chriſtianitatis affectus in illis regionibus certus, & fixus eſt, & diſtrictiùs iſta quærantur, & à quibus fuerint geſta prodantur, quoniam ſicut latentibus in hac atrocitate nominibus, non extat in quem ſententia debita proferatur, ita cùm manifeſtis fuerit documentis expoſitus, quam ſceleris tanti poſcit immanitas, non effugiet vllatenus vltionem.

Quòd nefas ſit feminas ſacris altaribus miniſtrare, vel aliquid ex his, quæ virorum ſunt officiis deputata, præſumere.

NIHILOMINVS impatienter audiuimus tantum diuinarum rerum XXVI.
ſubiſſe diſpectum, vt feminæ ſacris altaribus miniſtrare firmentur, cunctáque nonniſi virorum famulatui deputata ſexum, cui non competit, exhibere. Niſi quòd omnium delictorum, quæ ſingillatim perſtrinximus, noxiorum reatus omnis, & crimen eos reſpicit ſacerdotes, qui vel iſta committunt, vel committentes minimè publicando prauis exceſſibus ſe fauere ſignificant: ſi tamen ſacerdotum iam ſint vocabulo nuncupandi, qui delegatum ſibi religionis officium ſic proſternere moliuntur, vt in peruerſa quæque, profanáque decliues ſine vllo reſpectu regulæ Chriſtianæ præcipitia funeſta ſectentur. Cúmque ſcriptum ſit: Minima qui ſpernit, paulatim decidit: Eccl. 19.
quid eſt de talibus æſtimandum, qui immenſis, ac multiplicibus prauitarum molibus occupati ingentem ruinam multimodis impulſionibus ediderunt, quæ non ſolùm ipſos videatur obruere, ſed Eccleſiis vniuerſis mortiferam, ſi non ſanentur, inferre perniciem. Nec ambigant, qui hæc exercere ſunt auſi, ſed etiam, qui hactenus cognita ſiluerunt, ſub honoris proprij ſe iacere diſpendio, ſi non tanta, qua poſſunt, celeritate feſtinent vt lethalia vulnera competenti medicatione curentur. Quo enim more teneant iura Pontificum, qui Pontificalibus excubiis eatenus iniuncta diſſimulant, vt contraria domui Dei, cui præſident, potiùs operentur? Quantúmque apud Deum poſſent, ſi nonniſi conuenientia procurarent, tantùm quid merentur aſpiciant, cùm execrabili ſtudio ſectentur aduerſa, & quaſi magis hæc regula ſit, qua Eccleſia debeat gubernari, ſic quicquid eſt Eccleſiaſticis inimicum

regulis, perpetratur: cùm & ſi cognitos habuit canones vnuſquiſque Pontificum, intemerata debuerit tenere cuſtodia, & ſi forſitan neſciebat, conſulere fidenter oportuerit ſcientem. Quo magis excuſatio nulla ſuccurrit errantibus: quia neſciens propoſuit ſeruare, quod nouerat, nec ignorans curauit noſſe, quod gereret.

Quòd in vnaquaque Eccleſia, cui Epiſcopus præeſt, quatuor tam de redditu, quàm de oblatione fidelium fieri debeant portiones: vt vna ſit Epiſcopi, altera clericorum, tertia pauperum, & quarta fabricis Eccleſiaſticis applicetur.

XXVII. 12. q. 2. *Quatuor autem.* QVATVOR autem tam de redditu, quàm de oblatione fidelium, prout cuiuſlibet Eccleſiæ facultas admittit (ſicut dudum rationabiliter eſt decretum) conuenit fieri portiones, quarum ſit vna Pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus, ſicut ſacerdotis intererit integram miniſtris Eccleſiæ memoratam dependere quantitatem, ſic clerus vltra delegatam ſibi ſummam nihil inſolenter nouerit expetendum. Ea verò, quæ Eccleſiaſticis ædificiis attributa ſunt, huic operi veraciter prorogata, locorum doceat inſtauratio manifeſta ſanctorum, quia nefas eſt, ſi ſacris ædibus deſtitutis in lucrum ſuum Præſul impendia his deſignata conuertat: ipſam nihilominus adſcriptam pauperibus portionem, quamuis diuinis rationibus ſe diſpenſaſſe monſtraturus eſſe videatur, tamen iuxta quod ſcriptum eſt, *Vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt*, oportet etiam præſenti teſtificationi prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri. Matth. 5.

Quòd Epiſcopus, presbyter, & diaconus, à quocunque clerico veraciter fuerit accuſatus, quia contra hæc conſtituta fecerit: poteſt ſine dubitatione percelli, ſui etiam honoris Epiſcopus periculum ſubiturus, ſi hæc omni Eccleſiæ noſcenda tacuerit.

QVAPROPTER, ne clericorum quiſquam ſe huius offenſæ futurum confidat immunem, ſi in his, quæ ſalubriter ſequenda depromſimus, ſiue Epiſcopum, ſiue preſbyterum, ſeu diaconum viderit excedentem, non protinus ad aures noſtras deferre curauerit, probationibus duntaxat competenter exhibitis, vt tranſgreſſoris vltio fiat, & ceteris interdictio delinquendi. Sui verò modis omnibus erit vnuſquiſque Pontificum ordinis, & honoris eliſor: ſi cuiquam clericorum, vel Eccleſiæ totius auditui hæc putauerit ſupprimenda. Datum v. Idus Martiarum, Aſterio & Præſidio vv. cc. Conſſ. XXVIII. 2. q. 7. c. *Quapropter.* An. Chriſti 494.

INCIPIVNT DECRETA
ANASTASII PAPÆ.

GLORIOSISSIMO, & clementiſſimo filio ANASTASIO Auguſto, ANASTASIVS Epiſcopus. Exordium Pontificatus mei primitus oblata populis pace pronuncio, conſequenter pro fide Catholica humilis pietati tuæ precator occurro, in quorum primum mihi diuinum fauorem propinquaſſe confido, quod conſonantia in me, & auguſtiſſimi nominis tui non dubium præſtat auxilium, vt ſicut præcelſum vocabulum pietatis tuæ per vniuerſas gentes toto orbe præfulget, ita per miniſterium meæ humilitatis ſedes beatiſſimi Petri in vniuerſali Eccleſia (ſicut ſemper eſt) aſſignatum ſibi à Domino Deo teneat principatum, nec propter vnum mortuum diutius tunica illa ſalutaris deſuper contexta per totum, malæ ſortis patiatur incertum: quæ ſola in diſciſſionem pro firmitate ſui venire non potuit. Cui etiam in priuata vita tantum circa ſinceræ religionis ſtudium fuit: vt ſicut fama certiſſima celebrauit, nemo magis vel inter præcipuos ſacerdotes præfixas à ſanctis Patribus regulas Eccleſiæ cuſtodiſſe dicatur, quod ſanctum ſtudium cum maieſtate Imperij creuiſſe confidimus. Ioan. 19.

Quòd pro Chriſto fungatur legatione, dum pro pace precatur Eccleſiæ.

LEGATIONE itaque fungimur pro Chriſto, ne eos propter offenſio- I.

nem, vel ſcandalum patiamini publicè nominari: quorum merita, vel actus illum iudicem latere non poſſunt, in cuius iam ſunt iudicio conſtituti, nec illic ſe poteſt interſerere in corpore mortali adhuc temeraria præſumptio, in quo non ſolùm confeſſio facit aperta merita ſingulorum: ſed etiam ſilentij ipſius non poteſt latere ſecretum. Namque & prædeceſſor noſter Papa Felix: ſed etiam Acatius illic procul dubio ſunt, vbi vnuſquiſque ſub tanto iudice non poteſt perdere ſui meriti qualitatem.

Quòd non ſit temerè iudicandum de his, qui iam ad Deum migrauerunt.

II. ITAQVE monente nos beatiſſimo Paulo Apoſtolo, ne quod ſit in hoc offendiculum in Eccleſia, dum quod facere non poſſumus, de his, qui iam tranſierunt iudicare conemur, obſeruandum *Rom. 14.* eſſe tranquillitas tua cognoſcat. Ait enim de his, qui de rebus ad Deum ſolum pertinentibus iudicare præſumunt: Nemo enim noſtrûm ſibi viuit, & nemo ſibi moritur: ſiue enim viuimus, Domino viuimus; ſiue morimur, Domino morimur: ſiue enim viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus. In hoc enim Chriſtus reſurrexit à mortuis, vt & viuorum, & mortuorum dominetur, tu autem quid iudicas fratrem tuum? Aut tu quare ſpernis fratrem tuum? Omnes enim ſtabimus ante tribunal Dei. Scriptum eſt enim: *Eſai. 45.* Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque vnuſquiſque noſtrûm pro ſe rationem reddet Deo. Non ergo ampliùs inuicem iudicemus, ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalum. Monet igitur beatus Apoſtolus, ne de his nobis præſumendo iudicium, de quibus nemo poteſt veriùs, vel meliùs iudicare, quàm Deus, in hoc ſibi quiſpiam temerarios auſus vſurpet, & propter hoc pax, atque *1. Reg. 16.* vnitas Eccleſiæ diſſipetur. Nam & in Regnorum libro dicitur: Non quomodo videt homo, videt Deus, quia homo videt in facie, Deus autem videt in corde. *1. Para. 28.* Item in Paralipomenon libro primo: Et nunc Salomon ſcito Deum patrum tuorum, & ſerui illi in corde perfecto, & animo volente, quoniam omnia corda ſcrutatur Dominus, & omnem cogita- *Ezech. 11.* tionem nouit. Item in Ezechiele hæc dicit Dominus: Sic dixiſtis domus Iſraël, & cogitationes ſpiritus veſtri noui ego. Vnde & de Domino iudice dicitur in Euangelio: Sciens autem Ieſus cogitationes eorum dixit, quid cogitatis mala in cordibus veſtris?

Vt ſpecialiter in Eccleſia nomen taceatur Acatij.

PRECAMVR itaque clementiam veſtram, vt ſpecialiter nomen, quod multis ex cauſis ſcandalum, vel offendiculum Eccleſiæ concitauit, ſpeciali appellatione taceatur, cùm, ſicut diximus, in generalitate ſacerdotum vniuſcuiuſque meritum illum iudicem latere non poſſit, quid cuique tribuendum ſit pro æſtimata diſpenſatione meritorum, cui ſoli cogitationes quoque manifeſtæ ſunt. Quantos verò exceſſus, atque præſumptiones habuerit Acatius, ne clementiæ tuæ per ſingula ſuggerere fortaſſe videatur oneroſum, Creſconio, vel etiam Germano, fratribus & Coëpiſcopis meis, quos miſimus ad ſerenitatem tuam, de cauſis ſingulis Acatij, qualis fuerit, inſtructionem pleniſſimam dedimus, clementiæ veſtræ ſpecialiùs recenſendam, ſi hoc pietati tuæ placuerit curioſiùs indagare, ne in aliquo ſuggeſtionis noſtræ veritas defuiſſe videatur, vt pro diuina ſapientia veſtra, perſpicuè videre poſſitis, non ſuperbia; vel elatione Sedis Apoſtolicæ in Acatium talem proceſſiſſe ſententiam, ſed facinoribus certis (quantum nos extra illud iudicium, quod ſolum falli non poteſt, æſtimamus) zelo magis diuinitatis exortam. III.

Quòd magnopere contentio ſit cauenda.

NOS verò humiliter ſupplicantes, controuerſiam in Eccleſia remanere nolumus, cùm magis vitanda contentio ſit, ſicut dicitur in Prouerbiis: Odium ſuſcitat contentio. Omnes enim qui non contendunt, protegit amicitia. Nam & Apoſtolus ad Corinthios ait: Cùm enim ſint inter vos æmulationes, & contentiones, nónne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis? Item ad Philippenſes: Si qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi qua alloquutio charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera, & miſerationes, implete gaudium meum, vt id ipſum dicatis omnes, eandem charitatem habentes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate mentis inuicem æſtimantes ſibi- IV. *Prouer. 10.* *1. Cor. 3.* *Philip. 2.*

Digitized by Google

metipſos ſupetiores, non ſua ſinguli reſpicientes, ſed aliorum.

Vt Alexandrinos Imperator admoneat ad fidem ſinceram & pacem redire Catholicam.

V. HOc tamen præcipuè inſinuo ſerenitati tuæ, glorioſiſſime, & clementiſſime fili Auguſte, vt cùm cauſæ Alexandrinorum patuctint piiſſimis auribus veſtris, ad ſinceram, & Catholicam fidem eos authoritate, ſapientiâ, diuiniſque veſtris monitis tedire faciatis. Num quid tenendum ſit in teligione Catholica ſecundùm definita Patrum, & prædicationem omnium ſacerdotum, qui in Eccleſia floruerunt, ſi hoc quoque præceperitis, ſcientibus in memoria tranſmittendo renouabimus, ignorantibus ad diſcendum pro officio noſtræ inſtructionis offerimus, vt nulla extra hæc ingeniorum iactantia, vel prauitas audiatur.

Admonetur Imperator, vt conſtitutis Apoſtolicæ Sedis obtemperet.

VI. ILLVD verò peculiarius pto amore imperij veſtri, & beatitudine, quæ conſequi poterit regnum, pro Apoſtolico officio prædicamus, vt, ſicut decet & Spiritus ſanctus dictat, monitis noſtris obedientia præbeatur, vt bona omnia veſtra Exod. 15. rempublicam conſequantur, ſicut in Exodo promittitut, Si audieris vocem Domini Dei tui, & quæ placent, feceris coram ipſo, & obedieris præceptis eius, & cuſtodieris omnem iuſtitiam eius, omnem infirmitatẽ, quam importaui Ægyptiis, non importabo in te: Ego enim ſum Dominus, qui ſaluum facio te. Et illic iterum tuba potentiſſima canitur: Et nunc Iſraël quid Dominus Deus tuus poſtulat à te aliud, quàm vt timeas Dominum Deum Deut. 10. tuum, & ambules in omnibus viis eius, & diligas eum, & ſeruias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua? Cuſtodi præcepta Domini Dei tui, & iuſtitias eius, quas ego mando tibi. Hæc me ſuggerentem frequentiùs non ſpernat pietas tua, ante oculos habens Luc. 10. Domini in Euangelio verba: *Qui audit vos, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui me ſpernit, ſpernit eum, qui me miſit.* Nam & Apoſtolus concinens 1. Theſſa 4. Saluatori noſtro ita loquitur: *Quapropter qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui dedit Spiritum ſanctum in nobis.* Pectus clementiæ veſtræ ſactarium eſt publicæ felicitatis, vt per inſtantiam veſtram (quam velut Vicarium præſidere iuſſit in terris) Euangelicis, Apoſtoliciſque præceptis, non dura ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam, quæ ſunt ſalutifera, compleantur.

Quòd eos, quos poſt damnationem ſuam vel baptizauit, vel ordinauit Acatius, nulla portio læſionis attingat.

NAM ſecundùm Eccleſiæ Catholicæ conſuetudinem ſacratiſſimum VII. Diſt. 19. c. Secundum. ſerenitatis tuæ pectus agnoſcat, quòd nullum de his, vel quos baptizauit Acatius, vel quos ſacerdotes, ſiue leuitas, ſecundùm canones, ordinauit, vlla eos ex nomine Acatij portio læſionis attingat, quo forſitan per iniquum tradita ſacramenri gratia minùs firma videatur. Nam & baptiſmum, quod procul ſit ab Eccleſia, ſiue ab adultero, vel à fure fuerit datum, ad percipientem munus peruenit inlibatum, quia vox illa, quæ ſonuit per columbam, omnem maculam humanæ pollutionis excludit. Quod Ioan. 1. declaratur cùm dicitur: Hic eſt, qui baptizat in ſpiritu, & igne. nam ſi viſibilis ſolis iſtius radij, cùm per loca fœtidiſſima tranſeant, nulla contactus inquinatione maculantur; multo magis illius, qui iſtum viſibilem fecit, virtus nulla miniſterij indignitate conſtringitur. Nam & Iudas cùm fuerit ſacrilegus, atque fur, quicquid egit inter Apoſtolos pro dignitate commiſſa, beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta ſenſerunt, declarante hoc ipſum Domino manifeſtiſſima voce: Scribæ (inquit) & Phariſæi Matth. 23. ſuper cathedram Moſis ſedent, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, nolite facere, dicunt enim, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominum prouectum quilibet in Eccleſia miniſter pro officio ſuo videtur operari, hoc totum contineri implendo diuinitatis effectum, ita ille, per quem Chriſtus loquitur, Paulus adfirmat, Ego plantaui, Apollo rigauit, 1. Cor 3. ſed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat. Deus à Deo autem non quæritur quis, vel qualis prædicet, ſed quem prædicet, vt inuidos etiam bene Chriſtum prædicare confirmet. Quo malo diabolus ipſe deiectus eſt, & hoc ipſo prædicare non Philip. 1. deſinit.

Quòd mali bona miniſtrando ſibi tantummodo noceant, nec Eccleſia ſacramenta commaculent.

VIII. IDEO ergo & hic, cuius nomen diximus eſſe reticendum, malè bona miniſtrando ſibi tantùm nocuit. Nam inuiolabile ſacramentum, quod per illum datum eſt, aliis perfectionem ſuæ virtutis obtinuit. Quod cùm ita ſit, aliquotum in tantum ſe extendit cutioſa ſuſpicio, vt imaginetur prolato à Papa Felice iudicio, poſtea inefficaciter in ſacramentis, quæ Acatius vſurpauit, egiſſe: ac perinde eos metuere, qui vel in conſecrationibus, vel in baptiſmate myſteria tradita ſuſceperunt, ne irrita beneficia diuina videantur, meminerunt in hanc quoque partem ſimiliter tractatum præualere ſuperiorem, quia non ſine vſurpatione ſacerdotij adiudicatus hoc egit. In quo virtutem ſuam obtinentibus myſteriis, in hoc quoque aliis rea ſibi perſona non nocuit, nam ad illum pertinuit, quod tuba Dauid ita canitur, *Veruntamen Deus conquaſſauit capita inimicorum ſuorum, verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.* Nam ſuperbia ſemper ſibi, non alij facit ruinam, quod vniuerſa ſcripturarum cæleſtium teſtatur authoritas, ſicut etiam per Spiritum ſanctum dicitur in Propheta, *Non habitauit in medio domus mea, qui facit ſuperbiam.* Vnde cùm ſibi ſacerdotis nomen vendicauerit, condemnatus in ipſius verticem ſuperbiæ tumor inflictus eſt, quia non populus, qui in myſteriis donum ipſius ſitiebat, excluſus eſt, ſed anima ſola illa, quæ peccauerat, iuſto iudicio propriè erat obnoxia, quod vbique numeroſa ſcripturarum teſtatur inſtructio. Vnde remotis hominum ſtudiis, ſiue verſutiis in hac adhuc præſenti fragilitate poſitorum, ſecundùm preces noſtras, adniſu, & authoritate Imperiali offerente Deo noſtro vnam Catholicam Eccleſiam, & Apoſtolicam, quia hoc ſolum eſt, in quo non ſolùm in terris, ſed etiam in cælo triumphare ſine fine poſſitis. Subſcriptio. Omnipotens Deus regnum, & ſalutem tuam perpetua protectione cuſtodiat, glorioſiſſime, & clementiſſime ſemper Auguſte.

Pſal. 67. Pſal. 100. Ezech. 18.

COLLE-

Digitized by Google

COLLECTIO II.

DECRETORVM PONTIFICVM ROMANORVM AB HILARO AD GREGORIVM II.

Collectioni I. Dionyſij Exigui addita.

CATALOGVS PONTIFICVM ROMANORVM, quorum Decreta in hac Collectione recenſentur.

	An. Chr.		An. Chr.
HILARVS	461.	SYMMACHVS	497.
SIMPLICIVS	467.	HORMISDA	514.
FELIX	483.	GREGORIVS IVNIOR	715.

INCIPIVNT REGVLÆ HILARI

FLAVIO BASILICO ET HERMINERICO VV. CC. CONSS.

SVB die XIII. Kalendarum Decembrium, reſidente viro venerabili Hilaro Papa in baſilica ſanctæ Mariæ, & Maximo Taurini ciuitatis prouinciæ Galliarum. Ingenuo Ebrodunenſi prouinciæ SS. Mediolanenſi prouinciæ SS. Saturnino Abinionenſi prouinciæ SS.

Petro Portuenſi.
Primo Atellano.
Gaudentio Abitienſi.
Paulino Aquæbienſi.
Palladio Salpinati.
Sorere Neapolitano.
Tiburtio Capuano.
Felice Lunenſi.
Euſebio Senenſi.
Iuſto Faberino.
Concordio Barino.
Caprario Caſitano.
Conſtantino Aquinati.
Prætextaro Interamnano.
Claudio Pauſalano.
Adeodato Veliterno.
Criſpiano Subauguſtano.
Seruo Dei Nomentano.
Hilario Amerino.
Paulo Fauranouano.
Apuleio Tarquinienſi.
Aſterio Gabinati.
Aſterio Foroiulienſi.
Gaudentio Vecconenſi.
Gaudentio Scyllateno.
Eubodio Triſenenſi.
Maioriano Aſtenſi.
Felice Sipontino.
Vrano.

Ianuario Præneſtino.
Adeodato Cumano.
Tiberio Curium Sabinorum.
Gerontio Camerino.
Lucifero Tiſernis Metauris.
Romano Albanenſi.
Florentio Taleſino.
Candido Tiburtino.
Euſebio Sutrino.
Gaudentio Anteatino.
Proiectio Nepeſino.
Philippo Numanati.
Reſtituto & Octauio Afris.

Reſidentibus etiam vniuerſis preſbyteris, adſtantibus quoque diaconibus. HILARVS Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, vrbis Romæ, ſynodo præſidens dixit. Quoniam religioſus, ſancto Spiritu congregante, conuentus hortatur, vt quæcunque pro diſciplina Eccleſiaſtica neceſſaria ſunt, cura diligentiore tractemus: ſi placet, fratres, ea quæ ad ordinationum tenorem pertinent, iuxta diuinæ legis præcepta, & Nicænorum canonum conſtituta, ita adiuuante Domino in omne

25. q. 1. c. Nulli fas ſit. æuum manſura ſolidemus, vt nulli fas ſit ſine ſtatus ſui periculo vel diuinas conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis decreta temerare, quia nos, qui potiſſimi ſacerdotis adminiſtramus officia, talium tranſgreſſionum culpa reſpiciet, ſi in cauſis Dei deſides fuerimus inuenti, quia meminimus, quod timere debemus, qualiter comminetur Dominus negligentiæ ſacerdotum, ſiquidem reatu maiore delinquit, qui potiori honore perfruitur: & grauiora facit vitia peccato-

Ezech. 3. & 33. rum ſublimitas dignitatum. Cauendum

Diſt. 34. Cauendum eſt. ergo inprimis eſt, ne ad ſacratos gradus, ſicut geſtis prioribus antè præſcriptum eſt, quiſquam, qui vxorem non virginem

Diſt. 55. c. Pænitentes vel inſcij duxit, aſpiret. Repellendus eſt etiam quiſque, qui in ſecundæ vxoris nuptias contra Apoſtolica præcepta conuenerit. Inſcij quoque literarum, necnon & aliqua membrorum damna perpeſſi, & hi, qui ex pœnitentibus ſunt, ad ſacros or-

55. q. 9. c. Quod quis commiſit. dines aſpirare non audeant. Quiſquis talium conſecrator extiterit, factum ſuum ipſe diſſoluet, & quod commiſit inlicitè, aut à deceſſoribus ſuis inuenit admiſſum, ſi proprium periculum vult vitare, damnabit: nos enim in nullo volumus ſeueritatem vltionis exercere. Sed qui in cauſis Dei contumacia, vel delectu deliquerit, aut ipſe quod perperam fecit, abolere noluerit, in ſe quicquid in alium non reſecarit, inueniet. Quod vt deinceps poſſit tenaciùs cuſtodiri, ſi placet, omnes cauſas, & ſubſcriptiones proprias commodate: vt ſynodali iudicio aditus claudatur inlicitis.

Ab vniuerſis Epiſcopis & preſbyteris acclamatum eſt: Exaudi Chriſte, Hilaro vita, dictum eſt ſexies. Hæc confirmamus, hæc docemus, dictum octies. Hæc tenenda ſunt, hæc ſeruanda ſunt, dictum quinquies. Doctrinæ veſtræ gratias agimus, dictum decies. Iſta vt in perpetuum ſeruentur, rogamus, dictum eſt quindecies. Per dominum Petrum, vt in perpetuum ſeruentur rogamus, dictum eſt octies. Hęc præſumptio nunquam fiat, dictum decies. Qui hæc violauerit, in ſe inueniet, dictum ſepties. Et facto ſilentio, Hilarus Epiſcopus dixit. Præterea, fratres, noua, & inaudita, ſicut ad nos, miſſis de Hiſpaniis epiſtolis, ſub certa relatione peruenit, in quibuſdam locis peruerſitatum ſemina ſubinde naſcuntur. Denique nonnulli Epiſcopatum, qui nonniſi meritis præcedentibus datur, non diuinum munus, ſed hæreditarium putant eſſe compendium, & credunt, ſicut res caducas, atque mortales, ita ſacerdotium, velut legali, aut teſtamentario iure poſſe dimitti. Nam plerique ſa-

cerdotes in mortis confinio conſtituti in *8. q. 1. c. Plerique ſacerdotes.* locum ſuum feruntur alios deſignatis nominibus ſubrogari: vt ſcilicet non legitima expectetur electio, ſed defuncti gratificatio pro populi habeatur aſſenſu. Quod quàm graue ſit æſtimate: atque ideo, ſi placet, etiam hanc licentiam generaliter de Eccleſiis auferamus, ne quod turpe dictu eſt, huiuſmodi ſe putet debere, quod Dei eſt. Vt autem quod ad nos perlatum eſt, ad veſtram etiam poſſit peruenire notitiam, Hiſpanorum fratrum & Coëpiſcoporum noſtrorum ſcripta legantur. Paulus notarius recitauit.

BEATISSIMO, & Apoſtolica reuerentia à nobis in Chriſto colendo Papæ HILARO ASCANIVS, & vniuerſi Epiſcopi Tarraconenſis prouinciæ. Quam curam Apoſtolatus veſter de prouinciarum ſuarum ſacerdotibus gerat, filio noſtro inluſtri Vincentio, duce prouinciæ noſtræ, referente cognouimus, cuius impulſu votum noſtrum in auſu ſcribendi prona deuorione ſurrexit. Ergo prouinciali literario ſermone debita coronæ veſtræ obſequia deferentes, his quæſumus,

Digitized by Google

vt dignatione, qua cæteros etiam humilitatem noſtram in orationibus veſtris in mente habere dignemini, beatiſſima, & Apoſtolica reuerentia in Chriſto à nobis colende pater, illud ſpecialiùs deprecantes, vt factum noſtrum, quod tam voto penè omnis prouinciæ, quàm exemplo vetuſtatis in notitiam veſtram deſertur, perpenſis aſſertionibus noſtris roborare dignemini. Et cùm legeret, ab vniuerſis Epiſcopis, & presbyteris adclamatum eſt. Exaudi Chriſte, Hilaro vita, dictum eſt decies. Hæc præſumptio nunquam fiat, dictum eſt ſexies. Quæ Dei ſunt, ab homine dari non poſſunt, dictum eſt ſexies. Per domnum Petrum vt in perpetuum ſeruentur, dictum eſt ſexies. Hæc vt referuentur rogamus. Hilarus Epiſcopus dixit, lege. Paulus notarius recitauit. Epiſcopus Barcinonenſium ciuitatis ſanctus Nundinatius ſortem expleuit conditionis humanæ, hic Epiſcopo venetabili fratri noſtro Irenæo, quem ipſe antea in diœceſi ſua nobis volentibus conſtituerat, derelinquens ei, quod poruit habere paupertas ſupremæ voluntatis arbitrio, in locum ſuum vt ſubſtitueretur, optauit, ſed defuncti iudicium in eius meritum non vacillat. Et cùm legetet, Probus Epiſcopus è conſeſſu ſurgens dixit: Illud licuit, hoc non licuit. Succeſſores Deus dat, authoritate veſtra reſiſtite huic rei per Apoſtolatum veſtrum. Hilarus Epiſcopus dixit: Percurre quæ cœperas. Paulus notarius recitauit. Siquidem omnis clerus, & plebs eiuſdem ciuitatis, & optimi, & plurimi prouinciales, vt idem eius locum obſeruaret, à nobis ſperauerunt dato conſenſu, nos cogitantes defuncti iudicium, & probantes eius vitam, & eorum nobilitatem, atque multitudinem, qui petebant, ſimul & vtilitatem, Eccleſiæ memoratæ, optimum duximus: vt tanto ſacerdoti, qui ad diuina migrauerat, non minoris meriti ſubſtitueretur Antiſtes, præſertim cùm Eccleſia illius municipij, in qua antè fuerat ordinatus, ſemper huius ciuitatis Eccleſiæ fuiſſe diœceſis conſtet. Ergo ſuppliciter precamur Apoſtolatum veſtrum, vt humilitatis noſtræ quod iuſtè à nobis videtur factum, veſtra authoritate firmetis. Iam dudum ſanè queſti fueramus literis noſtris de præſumptione Syluani Epiſcopi, & miramur, quòd nulla Apoſtolatus veſtri reſponſa ſuſcepimus, nunc hæc eadem ſuggerentes petimus, vt quid ſuper his rebus obſeruandum ſit, Apoſtolicis ſermonibus nos dignemini informare: Et ne forſitan per negligentiam portitoris, aut per longinqui itinetis difficultatem humilitatis noſtræ ad vos ſcripta non potuerint ex hoc negotio peruenire, etiam ſuggeſtionem noſtram maluimus iterare. Et ſubſcriptio. Orantem pro nobis ſanctum Apoſtolatum veſtrum iugi æuo diuina conſeruet æternitas nobis omnibus, & Eccleſiæ ſuæ, domine verè noſter, & Apoſtolice Papa. Hilarus Epiſcopus dixit: Alia epiſtola recitetur. Paulus notarius recitauit. Domino beatiſſimo, & Apoſtolica reuerentia à nobis in Chriſto colendo Papæ Hilaro Aſcanius, & vniuerſi Epiſcopi Tarraconenſis prouinciæ. Etſi nulla extaret neceſſitas Eccleſiaſticæ diſciplinæ, expetendum reuera nobis fuerat illud priuilegium ſedis veſtræ, quo ſuſceptis regni clauibus, poſt reſurrectionem ſaluatoris per totum orbem beatiſſ. Petri ſingularis prædicatio vniuerſorum inluminationi proſpexit, cuius Vicarij principatus, ſicut eminet, ita metuendus eſt ab omnibus; & amandus. Proinde nos Deum in vobis primitus adorantes, cui ſine querela ſeruitis, ad fidem recurrimus Apoſtolico ore laudatam, inde reſponſa quærentes; vnde nihil errore, nihil præſumptione: ſed Pontificali totum deliberatione præcipitur. Cùm hæc ita ſe habeant, eſt tamen inter nos falſus frater, cuius præſumptione ſicut diutius tacere non licuit, ita & loqui futuri iudicij neceſſitas imperauit. Syluanus quidem, Epiſcopus Calagurræ, in vltima parte noſtræ prouinciæ conſtitutus, diuinationes ſibi indebitas vſurpando humilitatem noſtram ad hoc vſque perduxit, vt contra eius vaniſſimam ſuperſtitionem, ſedis veſtræ vnicum remedium flagitemus. Hic namque iam ante ſeptem, aut octo ampliùs annos, poſtponens Patrum regulas, & veſtra inſtituta deſpiciens nullis petentibus populis Epiſcopum ordinauit, cuius properum factum exiſtimantes fraterna, & pacifica poſſe admonitione ſanati, profecit in peius. Denique contra vetuſtatem canonum, contra ſynodi conſtituta alterius fratris noſtri presbyteri, ſpiritu tantùm præſumptionis accenſus, in eodem loco, qui illi fuerat deſtinatus, cui inuito, & repugnanti impoſuerat manus, & qui noſtro iam cœtui fuerat adgregatus, Epi-

Rem. 11

ſcopum fecit. Hinc factum eſt, vt de eius miſerrima temeritate ad nos Cæſaraugustanæ vrbis Epiſcopus frater noſter vniuerſa referret, cuius diligentia, & ſolicitudo admodum proſpexerat, ſi in aliquo profuiſſet. Siquidem cunctis in vicinia poſitis Epiſcopis, ne ſe ſchiſmatico adiungerent, frequentiſſimè contradixit, ſed obſtinatione damnabili totum, quod erat inlicitum, & quod nobis pudor eſt dicere, non erubuit ſolus ille committere. Proinde quia his præſumptionibus, quæ vnitatem diuidunt, quæ ſchiſma faciunt, velociter debet occurri, quæſumus ſedem veſtram, vt quod ſuper hac parte obſeruare velitis, Apoſtolicis affatibus inſtruamur, quatinus fraternitate collecta prolatis in medium venerandæ ſynodi conſtitutis, contra rebellionis ſpiritum veſtra authoritate ſubnixi quid oporteat, & de ordinatione, & de ordinato fieri, intelligere Deo iuuante poſſimus. Erit profectò veſter triumphus, ſi Apoſtolatus veſtri temporibus, quod ſancti Petri cathedra obtinet, Catholica audiat Eccleſia, ſi nouella zizaniorum ſemina fuerint extirpata. Et ſubſcriptio. Orantem pro nobis ſanctum Apoſtolatum veſtrum iugi æuo diuina conſeruet æternitas. Ab vniuerſis Epiſcopis, & preſbyteris adclamatum eſt: Vt hæc emendentur rogamus, dictum eſt ſexies. Vt hæc reſecentur rogamus, dictum eſt ſepties. Vt diſciplina ſeruetur rogamus, dictum octies. Vt antiquitas ſeruetur rogamus, dictum ſepties. Vt diſciplina ſeruetur rogamus, dictum eſt quinquies. Vt canones cuſtodiantur rogamus, dictum eſt ſepties. Vt in præſumptoribus vindicetur rogamus, dictum eſt ſepties. Ordinatio Apoſtolica inlibata ſeruetur, dictum eſt octies. Exaudi Chriſte, Hilaro vita dictum eſt quinquies. Dignus Papa, dignus doctor, dictum eſt octies.

Hilarus Epiſcopus dixit: Acceptis quæ recitata ſunt de omnibus, nunc, fratres, ſpeciales ſententias, Deo vobis inſpirante, depromite. Maximus Epiſcopus Eccleſiæ Tauritanæ dixit: In cuſtodiendis omnibus, quæ ad ſacras ordinationes pertinent, diſciplinis, melius ſententiæ meæ profeſſione denuncio nihil à me vnquam eorum, quæ prohibita ſunt, eſſe faciendum. De reliquis cenſeo vt quiſquis talia fecerit, aut detecta in Eccleſiis reſecare noluerit, nouerit ſe graues cauſas in Apoſtolicæ Sedis iudicio redditurum: in quo illi neceſſe erit ſubire ſententiam. Ingenuus Epiſcopus Ebrodunenſis dixit: Mihi quoque eadem de omnibus partibus ſententia eſt, qua me ipſe conſtringo, nequid à me vnquam de his, quæ ſunt interdicta, tentetur, quia noui ſtatum, & profeſſionem meam. De cæteris etiam cenſeo: vt quiſquis ſtatutorum tranſgreſſor extiterit, ſciat ſe Eccleſiaſticæ regulæ laqueis innodari, & reatum Apoſtolicæ Sedis incurrere. Paulus Epiſcopus Aquæuiuæ dixit: Ego quoque ſimili me lege conſtringo, & de cæteris, qui tranſgreſſores fuerint, pariter cenſeo, ne eis ſine periculo ſui quicquam tale tentare liceat, quod meritò debeat vindicari. Primus Epiſcopus Eccleſiæ Atellanæ dixit: Hoc & ego cenſeo eſſe obſeruandum. Palladius Epiſcopus Eccleſiæ Salapinæ dixit: Nihil me contra diſciplinam Eccleſiaſticam, vel ſtatuta ſanctorum canonum facturum eſſe polliceor. Tiberius Epiſcopus Eccleſiæ Sabinenſis dixit: Profiteor me ſtatuta Sedis Apoſtolicæ in omnibus cuſtodire, & ſi in Eccleſia mea clericorum aliquem contra præcepta ſanctorum canonum deprehendero aut mulierem duxiſſe, aut duas habere vxores, ab Eccleſiaſtico officio ſeparari. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Sententias fratrum omnes ſequimur, omnes confirmamus, & obſeruandas eſſe decernimus. Exaudi Chriſte, Hilaro vita, dictum eſt ſepties. Quæ malè admiſſa ſunt, per te corrigantur, dictum eſt octies. Quod non licet, non fiat, dictum eſt octies.

Hilarus Epiſcopus Eccleſiæ vrbis Romæ ſynodo præſidens dixit: Quoniam præſentis definitionis formam, quæ ſecundùm Sanctorum eſt ſtatuta ſententiam, in omnium Eccleſiarum notitiam peruenire decernimus: ne cuiquam pro ſui poſſit ignoratione licere, quod non licet, edere geſta notariorum ſolicitudo curabit.

HILARVS Epiſcopus ASCANIO, & vniuerſis Epiſcopis Tarraconenſis prouinciæ. Poſtquam literas veſtræ dilectionis accepimus, quibus præſumptiones Syluani Epiſcopi Calagurenſium Eccleſiæ retundi petiſtis, & rurſum Barcinonenſium quæritis nimis inlicita vota firmari, honoratorum, & poſſeſſorum Tyriaſſonenſium, Aſcantenſium, Calaguritanorum, Varegenſium, Tritinſium, Leuien-

ſium, & Verouiſcenſium ciuitatis cum ſubſcriptionibus diuerſorum literas nobis conſtat ingeſtas: per quas id, quod de Syluano querela veſtra deprompſerat, excuſabant. Sed reprehenſio iuſtiſſima eorum pariter iuſta allegatione non carebat, quia præter conſcientiam Metropolitani, fratris & Coëpiſcopi noſtri Aſcanij, nonnullis ciuitatibus ordinatos claruit ſacerdotes. Vnde quoniam quicquid ab alterutra parte eſt indicatum, omni videamus peruerſitate confuſum, temporum neceſſitate perſpecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere, quod geſtum eſt, vt nihil deinceps contra præcepta beati Apoſtoli, nihil contra Nicænorum canonum conſtituta tentetur.

1. q. 7. c. Quoniam quicquid.

I. Hoc autem primum iuxta eorundem Patrum regulas volumus cuſtodiri: vt nullus præter notitiam, atque conſenſum fratris Aſcanij Metropolitani, aliquatenus conſecretur Antiſtes, quia hoc & vetus ordo tenuit, hoc trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum definiuit authoritas, cui quiſquis obuias tetenderit manus, eorum ſe conſortio fatetur indignum, quorum præceptionibus reſultarit.

II. In quorum contumeliam à ſuperbo ſpiritu etiam pars illa contemnitur, qua cauetur, ne quis relicta Eccleſia ſua ad alteram tranſire præſumat. Quod nimis improbè conniuentibus, & vt doleatur grauiùs, vobis adſerentibus, Irenæus Epiſcopus conatur admittere: qui noſtra authoritate roborari cupitis, quos maximè de rebus illicitis magna indignatione probatis accendi. Lectis ergo in conuentu fratrum, quos natalis mei feſtiuitas congregarat, literis veſtris, quæ de ordinandis Epiſcopis ſecundùm ſtatuta canonum, vel prædeceſſorum meorum decreta ſunt, prolata ſententia geſtorum, quæ pariter direximus, tenore diſcetis.

Sardicen. Conc. c. 1. & 2.

III. Vnde remoto ab Eccleſia Barcinonenſi, atque ad ſua remiſſo Irenæo Epiſcopo: ſedatis per ſacerdotalem modeſtiam voluptatibus, quæ per ignorantiam Eccleſiaſticarum legum deſiderant, quod non licet obtinere: talis protinus de clero proprio Barcinonenſibus Epiſcopus ordinetur, qualem te præcipuè frater Aſcani oporteat eligere, & deceat conſecrare. Ne ſi ſimiliter fortè factum fuerat, non ſine obiurgatione tui maximè nominis retundat noſtra præceptio, quod in iniuriam Dei, à quo ſpecialiter ſacerdotalium eſt gratia dignitatum, didicerimus admiſſum, nec Epiſcopalis honor hæreditarium ius putetur, quod nobis ſola Dei noſtri Chriſti benignitate confertur.

7. q. 1. c. Remoto.

Ordinatos ergo nunc Epiſcopos, qui IV.
licèt dum te ignorante prouecti ſunt, cum ſuis authoribus meruerint ſubmoueri, hac ratione firmamus, ſi nec viduæ maritus fuerit, quiſquam, & in vnius virginis nuptiis, ac vota conuenerit, ſicut & legalia conſtituta præcipiunt dicendo: Sacerdos virginem vxorem accipiat, non viduam, non repudiatam, ſecundùm quod etiam beatus Apoſtolus Paulus, magiſter gentium, de his, qui fieri deſiderant ſacerdotes, propria inſtitutione non tacuit dicens: Vnius vxoris virum, cuius tenore ſententiæ ita informati eſſe debetis: vt inter cætera, quæ cauenda ſunt, hæc ſtudeatis præcipuè cuſtodire quæ cognoſcitis ante vniuerſa mandari.

Leuit. 21. Ezech. 44. 1. Timot. 3.

In quibus etiam proſpiciendum eſt, ne V.
duo ſint in vna Eccleſia ſacerdotes, nec literarum ignarus, aut carens aliqua parte membrorum, vel etiam ex pœnitentibus aliquis ad ſacrum miniſterium prorſus ſinatur accedere. Nec tantùm putetis petitiones valere populorum, vt cùm his parere cupitis, voluntatem Domini noſtri quæ nos peccare prohibet, deſeratis, cuius indignatio ex hoc grauiùs commouetur, quia benignitas eius, dum fiunt inlicita per eos, qui ſunt interpretes placationis, offenditur.

Vt autem omnia ſecundùm hæc, quæ VI.
ſcripſimus, corrigantur, præſentes literas Traiano ſubdiacono noſtro veniente direximus. Quòd ſi Irenæus Epiſcopus ad Eccleſiam ſuam, depoſito improbitatis ambitu, redire neglexerit, quod ei non iudicio, ſed humanitate præſtabitur, remouendum ſe ab Epiſcopali conſortio eſſe cognoſcat. Data III. Kal. Ianuarij, Baſilico & Herminerico vv. cc. Conſſ. An. Chriſti 465.

INCIPIVNT DECRETA SIMPLICII PAPÆ.

I. SIMPLICIVS Epiſcopus IOANNI Epiſcopo Rauennati. Siquis eſſet intuitus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, vel ſiquid apud te ſacerdotalis modeſtiæ teneretur: nunquam plectibiles perpetrarentur exceſſus, à quibus ſi nullo te paternarum regularum poteras continere præcepto, ſaltem ſanctæ memoriæ prædeceſſoris tui fueras reuocandus exemplo, qui eum faciendo presbyterum minùs deliquiſſet inuitum, ſenſerat tamen dignum pro tali vſurpatione iudicium. Vbi iſta didiciſti, quæ in fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Gregorium, non electione, ſed inuidia perpetraſti? quem inexcuſabili violentia pertrahi ad te paſſus es, atque vexari, vt ei honorem tantum non per animi tranquillitatem, ſed per amentiam, ſicut dicendum eſt, inrogares. Neque enim talia potuiſſent fieri ſanitate conſilij, nolumus exaggerare, quod geſtum eſt, ne cogamur iudicare, quod dignum eſt: nam priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. Sed vna nos ratio facit eſſe ſententiæ mollioris, quam maluimus te fratre & Coëpiſcopo noſtro Proiecto referente cognoſcere, non noſtris literis propter opprobrium publicare. Nam ſcandalum, cuius author agnoſceris, ita moderatio noſtra compeſcuit, vt frater & Coëpiſcopus meus Gregorius, quem non prouectum conſtat eſſe, ſed pulſum, nullam cauſam, ſicut petiit, tecum habiturus, Mutinenſem gubernet Eccleſiam, & contubernium ſpiritale, quod ſortiri non oportebat inuitum, non recuſet amplecti, cui ſiquid negotij forſitan emerſerit, noſtrum ab eo, vel contra eum petatur examen. Neceſſitatibus etiam, quas faciente te compellitur ſuſtinere, hac definitione conſulemus, vt refuſo prædio, quod ante annum ſibi datum eſſe commemorat, atque ad Eccleſiam Rauennatem reuerſo, poſſeſſio in Bononienſi xxx. ſolidorum redditum liberorum ſine dubitatione tradatur, in diem ſcilicet vitæ eius; ſaluo proprietatis iure Rauennatis Eccleſiæ, ad quam poſt prædicti obitum reuertetur. Quòd ſi non fuerit noſtris paritum conſtitutis, quid poſt transgreſſionem maneat contumacem, ipſe perpendis. Denunciamus au- *15.q.1. Denunciamus.* tem, quòd ſi poſthac quicquam tale præſumpſeris, & aliquem ſeu Epiſcopum, ſeu presbyterum, ſeu diaconum inuitum facere fortè credideris, ordinationes tibi Rauennatis Eccleſiæ, vel Æmilienſis noueris auferendas. Data III. Kal. Iu- *An. Chriſti 481.* nij, Seuerino v. c. Conſ.

SIMPLICIVS Epiſcopus FLORENTIO, E- II. QVITIO, & SEVERO Epiſcopis. Relatio nos veſtræ dilectionis inſtruxit, & geſtorum ſeries pleniùs intimauit Gaudentium Auſinienſis Eccleſiæ ſacerdotem contra ſtatuta canonum, ac noſtra præcepta ordinationes inlicitas perpetraſſe, quarum illi totam penitus auferri præcipimus poteſtatem. Scripſimus enim ad Seuerum fratrem & Coëpiſcopum noſtrum, & ſi neceſſe fuerit, ipſe in ſuprà dicta Eccleſia conſideratis Patrum regulis, hoc fungatur officio, quo ille abuſus eſſe conuictus eſt: ita vt hi qui inlicitè ab eodem ſunt prouecti, ab Eccleſiaſticis miniſteriis ſint remoti. Simul etiam de *12.q.2. De redditibus.* redditibus Eccleſiæ, vel oblatione fidelium quid deceat neſcienti nihil licere promittat, ſed ſola ei ex his quarta portio remittatur: duæ Eccleſiaſticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ ab Onagro presbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur: vltima inter ſe clericis pro ſingulorum meritis diuidatur. At verò miniſteria Eccleſiæ, quæ alienata comperimus, reparare præſumptor prædicti fratris compellatur inſtantia, cui etiam in hoc ſpecialiter præcepimus imminere, vt tres illas portiones, quas per triennium dicitur ſibi tantummodo vendicaſſe, reſtituat. Dat. XIII. *An. Chriſti 475.* Kal. Decemb. poſt Conſulatum Leonis Auguſti.

INCIPIVNT DECRETA
FELICIS PAPÆ.

Synodus Romana An. Chriſti 487.

FLAVIO Boëtio v.c. Conſ. Sub die xxı. Id. Martiarum, in baſilica Conſtantiniana, reſidente venerabili viro Papa Felice, vnà cum
Candido Tiburtino.
Paſchaſio Centumcellæ.
Equitio Matellicati.
Epiphanio Spellati.
Herennio Portuenſi.
Agnello Teleſino.
Vrbano Fulginati.
Martiniano Phormiano.
Creſconio Tudertino.
Baſilio Tollentinati.
Conſtantio Aquinati.
Philippo Numanati.
Bono Oſtienſi.
Conſtantio Tribeati.
Conſtantino Capuano.
Seuero Caſſinati.
Martiano Amerino.
Herculio Vtriculano.
Maximo Blerano.
Proiectitio Tarquinenſi.
Maximino Ferentienſi.
Felice Anteatino.
Felice Anagnino.
Andrea Gauinati.
Cypriano Numentano.
Vitale Fundano.
Conſtantio Sutrino.
Gaudentio Foroclodienſi.
Aſterio Foronouano.
Victore......
Ruſtico & Pardalio Afris.
Petro Subauguſtano.
Baſſo Ferentinati.
Innocentio Mibanati.
Benigno Æquæuiuenſi.
Decio Trium tabern.
Athanaſio Albanenſi.
Petro Lorenſi.
Feliciſſimo Sabinienſi.
Bonifacio Veliterno.
Romulo Præneſtino.
Donato, Epiſcopis.

& preſbyteris Ruſtico, Firmino.
Laurentio. Vincomalo.
Caſſio.
Ianuario.
Lepido.
Aſterio.
Alexandro.
Laurentio.
Seruo Dei.
Petro.
Petro.
Sorano.
Aſterio.
Smaragdo.
Paſchaſio.
Fulgentio.
Valentino.
Andrea.
Romano.
Caſtino.
Laurentio.
Leone.
Gordiano.
Epiphanio.
Iuſtino.
Proiectitio.
Epiphanio.
Seruando.
Vrbico.
Petro.
Paſchaſio.
Bonifacio.
Sixto.
Petronio.
Romano.
Martiniano.
Opilione.
Agapeto.
Petro.
Martiano.
Maxentio.
Petro.
Redempto.
Iouino.
Petro.
Iuliano.
Valente.
Valentino.
Aſello.
Bonifacio.
Felice.
Calliſto.
Sebaſtiano.
Petro.
Domino.
Simplicio.
Canuſio.
Eugenio.
Petro.
Epiphanio.
Felice.
Bonifacio.
Bono.
Marcellino.
Paulino.
Aſterio.
Aſterio.
Petro.
Petro.
Laurentio.
Ioanne.
Epiphanio.
Sebaſtiano.
& Abundantio.

Adſtantibus quoque diaconibus. FELIX Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ vrbis Romæ, præſidens ſynodo dixit: Communis dolor, & generalis eſt gemitus, quòd intra Africam rebaptizatos etiam Epiſcopos, preſbyteros, diaconóſque cognouimus; quæ res ſine dubio ad veſtræ quoque peruenit notitiam ſanctitatis. De quo quid obſeruari debeat, ordinare nos conuenit. Proinde vt manifeſta ſit ſuper hoc noſtra ſententia, quæ nobis ſunt viſa, recitentur. Anaſtaſius diaconus recitauit.

Digitized by Google

Dilectiſſ. in Chriſto Ieſu fratribus, vniuerſis Epiſc. per diuerſas prouincias conſtitutis. Qualiter in Africanis regionibus aſtutia diaboli ſæuierit in populum Chriſtianum, atque in id multiplici deceptione proruperit, vt non modò vulgus incautum, ſed ipſos quoque in mortis profunda merſerit ſacerdotes, nullus non orbis ingemuit, nulla terra neſciuit. Vnde in grandi mœrore poſiti diſsimulare non poſſumus pereuntium, atque à nobis exigendarum diſcrimen animarum: quapropter competens adhibenda eſt talibus medela vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera capris peſte nil proſit, ſed ſegniùs tractata pernicies reatu non legitimæ curationis inuoluat pariter ſaucios, & medentes. Inprimis itaque venientis ad vos, & remedium poſtulantis ſolicitè diſcutienda eſt profeſſio, & perſona decepti, vt medela poſſit congruens exhiberi. Et qui ſatisfacturus Deo per pœnitentiam, rebaptizatum ſe legitimè doluerit, vtrum ad hoc facinus cucurrerit, an impulſus acceſſerit, requiratur. Sciens, quòd ſe decipiat ipſe, qui fallit, nihilque per noſtram facilitatem tribunalis excelſo iudicio derogari, cui illa ſunt rara, quæ pia, quæ vera, quæ iuſta ſunt, & neceſſitas, aliter tractanda eſt ratio voluntatis. Deterior eſt autem cauſa illius, qui fortè pretio ſolicitatus eſt, vt periret. Nihil enim intentatum reliquit inimicus, cui ne de ſua liceat gaudere captura, ſuccurrendum eſt irretitis, & conterendus venantis eſt laqueus, vt in fugam lamentantibus lapſum tam iuſtitiæ moderatione, quàm compunctione pietatis ad aulam, quam reliquerant, ſit regreſſus, nec pudeat forſan, aut pigeat indictis ieiuniorum, gemituúmque temporibus obedire, aut aliis obſeruantiæ ſalubrioris obtemperare præceptis, quia humilibus datur gratia, non ſuperbis. Sit ergo ruinæ ſuæ dolore proſtratus, quiſquis in Chriſto fieri quærit erectus, & per diſpenſationis noſtræ miniſterium (quod veſtram ſequi conuenit charitatem, nec alicui fas eſt vel velle, vel poſſe tranſcendere) cauſas eius, qui contra Apoſtolicam doctrinam ad iterationem ſe nimis infauſti baptiſmaris dedidit, vel eius, qui aliquibus argumentis excuſandum callidè proprium putauerit eſſe conſenſum, ſacerdotali vigore, & humanitate tractemus, vt in eis fides (quæ niſi eſt vna, iam nulla eſt) adiutorio Domini iudicis, ad ſalutem ſine noſtræ properationis offenſione reparetur, quia cùm peccatoris à nobis ſatisfactio protrahitur, non præter noſtram laudem, atq; lætitiam mens eius ad veniam purgatior inuenitur. Et ideo memineritis hanc ſuper his nos habere ſententiam, vt ſeruata diſcretione peccantium, non eadem cuncti, qui lapſi ſunt, lance penſentur, quoniam maioris caſtigationis eſt exigendus vſura, cui domus Domini commiſſa fuerit diſciplina.

Iacobi 4.

Vt ergo ab Eccleſiæ ſummitatibus inchoëmus, eos quos Epiſcopos, presbyteros, vel diaconos fuiſſe conſtiterit, & ſeu optantes forſitan, ſeu coactos lauacri illius vnici, ſalutariſque claruerit feciſſe iacturam, & Chriſtum, quem non ſolùm dono regenerationis, verùm etiam gratia percepti honoris induerant, exuiſſe, cùm conſtet neminem ad ſecundam tinctionem venire potuiſſe, niſi ſe palam Chriſtianum negauerit, & profeſſus fuerit, eſſe paganum. Quod cùm generaliter ſit in omnibus execrandum, multo magis in Epiſcopis, presbyteris, & diaconibus auditu ſaltem, dictúque probatur horrendum. Sed quia idem Dominus, atque ſaluator clementiſsimus eſt, & neminem vult perire, vſque ad exitus ſui diem in pœnitentiam, ſi reſipiſcunt, iacere conueniet, nec orationi non modò fidelium, ſed nec catechumenorum quidem omnimodis intereſſe, quibus communio laïca in morte redhibenda eſt, quam rem diligentiùs explorare, vel facere probatiſsimi ſacerdotis cura debebit.

De conſe. diſt. 4. Eos quos.

De clericis autem, & monachis, aut puellis Dei, aut ſæcularibus, ſeruari præcipimus hunc tenorem, quem Nicæna ſynodus circa eos, qui lapſi ſunt, vel fuerint, ſeruandum eſſe conſtituit, vt ſcilicet, qui nulla neceſsitate, nullius rei timore, atque periculo ſe vt rebaptizarentur, hæreticis impiè dediderunt, ſi tamen eos ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes ſint, ſeptem verò annis ſubiaceant inter pœnitentes manibus ſacerdotum, duobus etiam ad oblationes modis omnibus non ſinantur, ſed tantummodo popularibus in oratione ſocientur, nec confundatur Deo colla ſubmittere, qui eum non timuit abnegare. Quòd ſi, vtpote mortales, intra metas præſcripti temporis cœperit vitæ finis vrgere, ſubueniendum eſt imploranti, & ſeu

Nic. Conc. c. 11.

ſeu ab Epiſcopo, qui pœnitentiam dederit, ſeu ab alio, qui tamen datam eſſe probauerit, aut ſimiliter presbytero, viaticum abeunti de ſæculo non negetur.

Pueris autem, quibus, quod adhuc inueſtes ſunt, à pubertate vocabulum eſt, ſeu clericis, ſeu laïcis, aut etiam ſimilibus puellis, quibus ignorantia ſuffragatur ætatis, aliquamdiu ſub manus impoſitione detentis, reddenda communio eſt, nec eorum expectanda pœnitentia, quos excipit à coërtione cenſura, quod eſt à nobis prouidè conſtitutum, ne hi, quibus in terreni labe contagij plus, minuſve reſtat ad vitam, dum adhuc in pœnitentia ſunt, pœnitenda fortè committant. Quod ſi ante præfinitum pœnitentiæ tempus deſpectus à medicis, aut euidentibus mortis preſſus indiciis, recepta quiſquam communionis gratia conualeſcit, ſeruemus in eo, quod Nicæni canones ordinarunt, vt habeatur inter illos, qui in oratione ſola communicant, donec impleatur ſpatium temporis, eidem præſtitutum.

Nic. Conc. c. 13.

Nec catechumenos noſtros, qui ſub tali profeſſione baptizati ſunt, prætерimus, quia non eſt cauſa diſſimilis (ſicut iidem ſancti canones ordinarunt) eius, qui quolibet modo Chriſtum, quem ſemel confeſſus eſt, abiurarit, tribus annis inter audientes ſint, & poſtea cum catechumenis permittantur orare, per manus impoſitionem communionis Catholicæ gratiam recepturi. Exceptis ſanè tantummodo Epiſcopis, presbyteris, diaconibus, quibus ſolo mortis ſuæ tempore reconciliandum eſſe iam diximus, cæteros ſiue clericos, ſiue monachos vel monachas, ſeu laïcos, ſexus vtriuſque perſonas, quos violentia, & periculis coactos iterationem baptiſmatis ſubiiſſe conſtiterit, vel qui aliquo commento huiuſce facinoris piaculis dixerint non teneri, in pœnitentia per triennium durare decernimus, & per manus impoſitionem ad ſocietatem recipi ſacramenti. Illo per omnia cuſtodito, ne ex his vnquam qui in qualibet ætate, alibi, quàm in Eccleſia Catholica aut inbaptizati, aut inrebaptizati ſunt, ad Eccleſiaſticam militiam prorſus permittantur accedere, quibus ſatis eſſe debet, quòd in Catholicorum numerum ſunt recepti, quoniam de ſuo ordine, & communione videbitur ferre iudicium, quiſquis hoc violauerit Antiſtitum, vel qui non remouerit eum, quem ex his ad miniſterium clericale obrepſiſſe cognouerit. Curandum verò maximè, & omni cautela eſt prouidendum, nequis fratrum, Coëpiſcoporúmque noſtrorum, aut etiam presbyterorum in alterius ciuitate, vel diœceſi pœnitentem, vel ſub manu poſitum ſacerdotis, aut eum, qui reconciliatum eſſe ſe dixerit, ſine Epiſcopi, vel presbyteri teſtimonio, & literis, aut in parochia presbyter, aut Epiſcopus in ciuitate ſuſcipiat, quod aliqua diſſimulatione neglectum culpam tangit etiam clericorum, qui locis, in quibus hoc minùs curatum fuerit, commorantur. His itaque rite diſpoſitis, & ad Eccleſiarum veſtrarum notitiam noſtra deliberatione perlatis, patere vos conuenit, quibus licèt ad animarum reparationem nihil deeſſe videatur, tamen ſi cui aliquid noui, & quod præterire nos potuit, fuerit reuelatum, ſecundùm beatum Paulum Apoſtolum, tacente priore, fidenter inſinuet, quia Spiritus ſanctus vbi vult, inſpirat, maximè, cùm ſua cauſa tractatur, nec nos pigebit audire, & ſiqua ſunt omiſſa, non arroganter abnuere, ſed rationabiliter ordinare. Datum Idibus Martij, Dinamio & Siphidio v v. c c. Conſſ.

Nic. Conc. c. 14. *1. Cor. 14. Ioan. 3.* *An. Chriſti 488.*

INCIPIUNT DECRETA
SYMMACHI PAPÆ.

Synodus Romana. An. Chriſti 499.

POST Conſulatum Paulini v. c. Kalend. Martij in Baſilica beati Petri Apoſtoli, ſynodo præſidente beatiſſimo Papa Symmacho, Fulgentius archidiaconus dixit: Beatitudo veſtra, directis antehac per prouincias authoritatibus, frequenter Italiæ ſacerdotum ſynodum conuocauit, quorum præſentia in veſtris videtur oculis con- 1.

ſtituta, nunc beatitudo veſtra, quæ ad Eccleſiaſticas indemnitates, vel ad pacem totius Eccleſiæ pertinent, ſiue concordiam dignetur tractabiliter ordinare. Acclamatum eſt ab omnibus Epiſcopis, & presbyteris, Exaudi Chriſte, Symmacho vita, dictum eſt decies. Cuius ſedem, & annos, dictum eſt octies. Vt facias rogamus, dictum eſt decies.

Symmachus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ vrbis Romæ dixit: Concilium dilectionis veſtræ, neglecta hyemis aſperitate, ſolicitudo noſtra pro Eccleſiaſtica indemnitate ſpecialiter congregauit, vt Epiſcopalem ambitum, & confuſionis incertum, vel popularem tumultum, quem per ſubreptionem conſtar exortum, communicato pariter tractatu, in futurum poſſimus robuſtè, ac viuaciter amputare, atque ideo caueamus in poſterum, ne ſubuerſio diſciplinæ, aut audacia præſumentum geſtiat tentare ſimilia, & pari donatione tractemus, expreſſis ſcilicet ſententiis ſancientes, quid circa Romani Epiſcopi ordinationem debeat cuſtodiri. Vniuerſi Epiſcopi, vel presbyteri dixerunt, vt fiat, rogamus, dictum eſt decies. Vt ſcandala amputentur rogamus, dictum eſt nouies. Vt ambitus extinguatur, rogamus, dictum eſt duodecies. Exaudi Chriſte, Symmacho vita, dictum eſt ſexies. Cuius ſedem, & annos, dictum eſt quinquies. Vt de præſentia fiat, dictum eſt decies.

Symmachus Epiſcopus dixit: Quoniam fraternitas veſtra curam prouiſionis noſtræ ſuis exhortationibus incitauit, & parilem circa Eccleſiæ tranquillitatem, Dei noſtri contemplatione, animum præſtat, ſicut præfati ſumus, deliberatione in præſenti habita, quid placeat ex omnibus veſtris informate ſententiis, quæ in hoc venerabili Concilio per Eccleſiaſtica recitentur officia. Cúmque ſurrexiſſent, & paulo pòſt iterum conſediſſent, Æmilianus notarius ſynodi decreta vulgauit.

I. Propter frequentes ambitus quorumdam, atque Eccleſiæ nuditatem, vel populi conliſionem, quæ moleſta incompetenter Epiſcopatum deſiderantium generauit auiditas, vt extinguatur futuris præſumptio tam pernicioſa temporibus: conſtituit ſancta ſynodus, Vt ſiquis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolumi, & eo inconſulto, aut ſubſcriptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut pitacio promittere, aut ſacramentum præbere tentauerit, aut aliquod certè ſuffragium polliceri, vel de hac cauſa priuatis conuenticulis factis deliberare, atque decernere, loci ſui dignitate, vel communione priuetur. Vniuerſa ſynodus ſurgens adclamauit, Exaudi Chriſte, Symmacho vita, dictum decies. Hic pax cum Symmacho, dictum quindecies. Cuius ſedem & annos, dictum octies. Pari ſecuritate feriendo eum, qui hoc viuo (ſicuti dictum eſt) Pontifice, quolibet modo fuerit ambiſſe conuictus, aut certè tentaſſe, omnibus pariter huius culpæ reis anathematis pœna plectendis. *Diſt. 79. c. Si quis Papa. §. Siquis presbyter.*

Symmachus Epiſcopus dixit: Ergo vniuerſitati placet, & ab omnibus recognoſcitur, vel probatur iſta ſententia? Vniuerſa ſynodus dixit: Placet, & quod omnibus placet, fiat.

Si (quod abſit) tranſitus Papæ inopinatus euenerit, vt de ſui electione ſucceſſoris, vt ſuprà placuit, non poſſit antè decernere, ſiquidem in vnum totius inclinauerit Eccleſiaſtici ordinis electio, conſecretur electus Epiſcopus. Si enim, vt fieri ſolet, ſtudia cœperint eſſe diuerſa eorum, de quibus certamen emerſerit, vincat ſententia plurimorum, ſic tamen, vt ſacerdotio careat, qui captus promiſſione, non recto iudicio de electione decreuerit. Synodus dixit: Placet, dictum eſt decies. II. *Ea diſt. c. Si tranſitus.*

Propter occultas autem fraudes, & coniurationum ſecretas inſidias, quas huius ſententia diſtrictionis conſequitur, ſiquis ad Eccleſiaſticam pertulerit notitiam, conſilia eorum, qui contra hanc ſynodum de Pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione conuicerit, particeps actionis huiuſmodi, non ſolùm purgatus ab omni culpa ſit, ſed etiam remuneratione, quæ non indigna ſit, ſubleuetur. Vniuerſa ſynodus ſurgens adclamauit: Placent omnia. & adiecit: Exaudi Chriſte Symmacho vita, dictum eſt tredecies. Vt ita ſeruentur, rogamus, dictum eſt decies. Vt nullus aliter ad Epiſcopatum Romanum deinceps veniat, precamur, dictum eſt decies. Vt decreta noſtra confirmes, rogamus, dictum eſt decies. III.

Symmachus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ vrbis Romæ dixit: Acclamationes veſtras, ſynodique iudicium præſen-

Digitized by Google

tia geſta ſuſcipient. Et adiecit, ea quæ ad ſopiendos veternoſæ præſumptionis errores, vel infenſos rebus Eccleſiaſticis ægritudinis morbos, quibus vniuerſalis afficiebatur Eccleſiæ deliberatio religioni congrua, pacique conſtituit, firmitatem perpetim ſortientur, vt præſtante Deo quem cuſtodem rerum conſtat bonarum, ſynodalis ordinatio vigeat. atque omnes, ſine perſonæ alicuius diſtinctione venire præſumpſerit, indita ſuperiùs diſtrictione plectetur. Et ſubſcripſerunt, Epiſcopi numero LXXIII.

Cælius Symmachus, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ vrbis Romæ, his conſtitutis ſynodalibus à me probatis, atque firmatis conſentiens ſubſcripſi.

Cælius Ruſticus, Epiſcopus ciuitatis Minturnenſis ſubſcripſi, & conſenſi ſynodalibus conſtitutis, atque in hac me profiteor manere ſententia.

Cælius Bonifacius, Epiſcopus Eccleſiæ Veliternenſis ſubſcripſi, & conſenſi ſynodalibus conſtitutis, atque in hac me profiteor manere ſententia.

Miſſenus Cumanus.
Creſconius Tudertinus.
Baſilius Tollentinatis.
Decius Triumtabernarum.
Valentinus Amiterninus.
Vitalis Faneſtris.
Maximus Blenarus.
Benignus Aquæuiuenſis.
Palladius Sulmontinus.
Conſtantius Otriculanus.
Germanus Piſaurenſis.
Candidus Tiburtinus.
Vitalianus Narnienſis.
Iuſtus Acheronrinus.
Stephanus Nurſinenſis.
Fortunatus Anagninus.
Clarus Aliſanus.
Rufinus Canuſinus.
Vitalis Fundanus.
Innocentius Mibanatis.
Baſſus Ferentininoui.
Vitalianus Roſellanus.
Conſtantinus Capuanus.
Fortunatus Sueſſanus.
Vindemius Antiatinus.
Ioannes Ariminenſis.
Martyrius Terracinenſis.
Laurentius Trebienſis.
Serenus Numentanus.
Adeodatus Cerrenſis.
Dulcitius Sabinenſis.
Paſchaſius Vulturnenſis.

Fortunatus Epiſcopus Eccleſiæ Anagninæ, pro Sanctulo Epiſcopo ciuitatis Signinæ, quia ſubſcribere non potuit, pro eodem ſubſcripſi.

Valerius Calenotanus.
Feliciſſimus Foroſempronienſis.

Valentinus Amiterninus, pro Romano Epiſcopo Eccleſiæ Pitinanatium ſubſcripſit.

Colonius Foroclodienſis.
Ioannes Spoletinus.
Maximianus Peruſinus.
Lucianus Tarquinienſis.
Florentius Peſtanus.
Fortunatus Fulgentanus.
Gaudentius Tadinaris.
Felix Nepeſinus.
Aucupius Puteolanus.
Roſarius Surrentinus.
Epiphanius Beneuentanus.
Conſtantius Venafranus.
Saluſtius Amerinus.
Malenſis Centumcellenſis.
Maximianus Subaugeſtanus.
Ioannes Viuonenſis.
Mercurius Sutrinus.
Serenus Nolanus.
Timotheus Abellinatis.
Stephanus Neapolitanus.

Roſarius Epiſcopus, pro fratre meo Vrſo Epiſcopo ſubſcripſi.

Gaudentius Vulſinenſis.

Item Gaudentius Epiſc. Vulſinenſis pro Proiectitio Epiſcopo Foronouano.

Quintus Theanenſis.
Bellator Oſtienſis.
Lampadius vrbis Albenſis.
Vrſus Stabianus.
Gaudentius Salernitanus.
Marius Tiſerninus.
Adeodatus Forbienſis.
Saturninus Herdonitanus.

Subſcripſerunt preſbyteri numero LXVII. Cælius Laurentius Archipreſbyter tituli Praxedis hîc ſubſcripſi, & conſenſi ſynodalibus conſtitutis, atque in hac me profiteor manere ſententia.

Ianuarius presb. tituli Veſtinæ.
Martianus preſb. tit. ſanctæ Cæciliæ.
Gordianus preſb. tit. Pammachij.
Petrus preſb. tit. ſancti Clementis.
Vrbicus preſb. tit. ſancti Clementis.
Paulinus presb. tit. ſancti Iulij.
Valens presbyter tit. ſanctæ Sabinæ.
Petrus presb. tituli Chryſogoni.
Soranus presbyter tituli Veſtinæ.
Aſterius presbyter tituli Pudentis.

Iuſtinus preſbyter tituli Pudentis.
Felix preſbyter tituli Equitij.
Redemptus preſbyter tit. Chryſogoni.
Proiectitius preſb. tit. Damaſi.
Iouinus preſb. tit. Æmilianæ.
Bonus preſb. tit. Creſcentianæ.
Paſchaſius presb. tit. Euſebij.
Ioannes presb. tit. Pammachij.
Sebaſtianus presb. tit. Nicomedis.
Martinus presb. tit. Cyriaci.
Andreas presb. tit. ſancti Matthæi.
Seruus Dei presb. tit. S. Clementis.
Opilio presb. tit. Veſtinæ.
Petrus presb. tit. Chryſogoni.
Romanus presb. tit. Tigridæ.
Marcellinus presb. tit. Iulij.
Dominicus presb. tit. Creſcentianæ.
Abundantius presb. tit. Sabinæ.
Marcellus presb. tit. Romani.
Aſellus presb. tit. Vizantis.
Agatho presb. tit. Equitij.
Sebaſtianus presb. tit. Vizantis.
Valentinus presb. tit. Euſebij.
Anaſtaſius presb. tit. Anaſtaſiæ.
Geneſius presb. tit. Nicomedis.
Dionyſius presb. tit. Æmilianæ.
Epiphanius presb. tit. Apoſtolorum.
Acontius presb. tit. Faſciolæ.
Paulinus presb. tit. Faſciolæ.
Agapetus presb. tit. Apoſtolorum.
Adeodatus presb. tit. Equitij.
Benedictus presb. tit. Gaij.
Dominicus presb. tit. Priſcæ.
Redemptus presb. tit. Trigridæ.
Seuerus presb. tit. Gaij.
Stephanus presb. tit. Marcelli.
Creſcentius presb. tit. Apoſtolorum.
Iulianus presb. tit. Anaſtaſiæ.
Septiminus presb. tit. Iulij.
Cyprianus presb. tit. Marci.
Epiphanius presb. tit. Faſciolæ.
Bonifacius presb. tit. Cæciliæ.
Petrus presb. tit. Praxedis.
Timotheus presb. tit. Marcelli.
Hilarius presb. tit. Lucinæ.
Victorius presb. tit. Sabinæ.
Laurentius presb. tit. ſancti Laurentij.
Eutyches presb. tit. Æmilianæ.
Iulianus presb. tit. Anaſtaſiæ.
Marcus presb. tit. Lucinæ.
Vincemalus presb. tit. Creſcentiæ.
Abundantius presb. tit. Marci.
Venantius presb. tit. Marcelli.
Stephanus presb. tit. Euſebij.
Paulinus presb. tit. ſancti Laurentij.

Subſcriptio diaconorum.

Cyprianus diaconus ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, regionis VII. his ſubſcripſi, & conſenſi ſynodalibus conſtitutis, atque in hac me profiteor manere ſententia.

Anaſtaſius, diaconus regionis primæ, ſubſcripſi.

Citonatus, diaconus regionis quintæ, ſubſcripſi.

Ioannes, diaconus regionis ſecundæ, ſubſcripſi.

Tarrenſis, diaconus regionis primæ, ſubſcripſi.

Tertullus, diaconus regionis quartæ, ſubſcripſi.

ITEM DECRETA EIVSDEM SYMMACHI PAPÆ.

FLAVIO Auieno v. c. iuniore Coſ. ſub die VIII. Iduum Nouembrium, in Baſilica beati Petri Apoſtoli, præſidente venerabili viro Papa Symmacho, vnà cum venerabilibus viris Epiſcopis Synodus Romana. An. Christi 502.

Laurentio.	Maximo.
Æmiliano.	Tigridio.
Creſcone.	Pacatiano.
Innocentio.	Ioanne.
Ioanne.	Sereno.
Fortunato.	Laurentio.
Mercurio.	Candido.
Aſello.	Elpidio.
Paſcaſio.	Hilaro.
Hilaro.	Innocentio.
Colonico.	Vitale.
Iocundo.	Veneriofo.
Eutychio.	Siluno.
Seuerino.	Propinquo.
Sebaſtiano.	Romano.
Felice.	Baſſiano.
Benigno.	Rufentio.
Maximo.	Stephano.
Eulalio.	Proculeiano.
Euſtachio.	Martiano.
Fortunato.	Felice.
Aprile.	Innocentio.
Fortunato.	
Stephano.	Gerontio.
Memore.	Seuerino.
Innocentio.	Caſto.
Maximiliano.	Areſtone.
Martyrio.	Valentino.
Vindemio.	Victore.
Dulcitio.	
Seruo Dei.	Adeodato.
Felice.	Euſebio.
Chryſogono.	Venantio.

Probo.	Amado.
Mercurio.	
Aſterio.	Martiniano.
Auguſto.	Proiectitio.
Ruſtico.	Salluſtio.
Baſilio.	& Florentio.

Vrſo. Petro. Laurentio. Aſello. Concordio.

Reſidentibus etiam presbyteris.

Proiectitio.	Martino.
Seruo Dei.	Epiphanio.
Abundantio.	Vicomalo.
Marcello.	Agathone.
Paſchaſio.	Iuliano.
Adeodato.	Ioanne.
Hilato.	Adeodato.
Venantio.	Petro.

Litorio & Chryſogono.

Fortunato.	
Epiphanio.	Sebaſtiano.
Octauiano.	Anaſtaſio.
Paulino.	Iuliano.
Benedicto.	Creſcentiano.
Seuero.	Paulino.
Timotheo.	Laurentio.
Marco.	Stephano.
Petro.	Chryſogono.

Tinulo vel Maximino. Fortunato.

Adſtantibus quoque diaconibus, Anaſtaſio, Hotmiſda, Ioanne, & Agapeto. SYMMACHVS Epiſcopus Eccle-

I. ſiæ Catholicæ vrbis Romæ dixit: Be-

Diſt 96 Bene quidem. ne quidem fraternitas veſtra Eccleſiaſticis legibus obſequuta ſub diuini timore iudicij quæ erant ſtatuenda, definiuit, & ad iuſtitiæ cumulum peruenit, dum ſufficienter vniuerſa complectitur, nec adiectione indiget plenitudo, maximè de clericis, quos amor dominationis inuaſit, & iugum diſciplinæ Eccleſiaſticæ fecit reſpuere, quos propterea ſchiſma feciſſe apud vos conſtitit, quibus miſericordiam tamen, quam Deus mandat vniuerſis impendi, ſicut oportuit, non negaſtis, ſi duritia cordis eorum non ſibi acquirat pœnam, dum contemnit oblata remedia quorum exceſſus enarrare difficile eſt. Vnum tamen, quod occurrit, venerando ordini veſtro intimare nõ differo. Dixerunt inter alia ſcripturam quandam inluſtris memoriæ Baſilium quaſi pro Eccleſiaſticæ amore ſubſtantiæ conſcripſiſſe, in qua nullus Romanæ Eccleſiæ nec interfuit, nec ſubſcripſit Antiſtes, per quem potuiſſet ſortiri legitimam firmitatem. Ne ergo inde diſputem, vnde poteſt veſtrum iudicare Concilium, requiratur, & referatur in medium, vt lectione agnoſcatis, cuiuſmodi poſſit habere ſubſtantiam. Sancta Synodus reſpondit: Deferatur in medium, vt cuiuſmodi ſit, poſſit agnoſci, & dum diceret, Hormiſda diaconus re-

citauit. Cùm in vnum apud beatum Pe- II.

trum Apoſtolum reſediſſent, ſublimis, & eminentiſſimus vir, Præfectus Prætorio, atque Patritius, agens etiam vices præcellentiſſimi regis Odoacris, Baſilius dixit: Quanquam ſtudij noſtri, & religionis interſit, vt in Epiſcopatus electione concordia principaliter ſeruetur Eccleſiæ, ne per occaſionem ſeditionis ſtatus ciuitatis vocetur in dubium, tamen admonitionem beatiſſimi viri Papæ noſtri Simplicij, quam ante oculos ſemper habere debemus, hoc nobis meminiſtis ſub obteſtatione fuiſſe mandatum, vt propter illum ſtrepitum, & venerabilis Eccleſiæ detrimentum, ſi eum de hac luce tranſire contigerit, non ſine noſtra conſultatione cuiuſlibet celebretur electio. Et cùm legeret, Creſconius Epiſcopus ciuitatis Tudertinæ Eccleſiæ, ſurgens è conſeſſu dixit: Hic perpendat ſancta Synodus, vti prætermiſſis perſonis religioſis, quibus maximè cura eſt de tanto Pontifice, in ſuam redigerent poteſtatem. Quod contra canones eſſe manifeſtum eſt. Item Hormiſda diaconus legit. Nequid confuſionis, atque diſpendii venerabilis Eccleſia ſuſtineret, miramut prætermiſſis nobis quicquam fuiſſe tentatum, cùm ſacerdote noſtro ſuperſtite nihil debuiſſet adſumere Quare, ſi amplitudini veſtræ, vel ſanctitati placet, incolumia omnia, quæ adſuturi Antiſtitis electionem reſpiciunt, religioſa oneratione ſeruemus, hanc legem ſpecialiter præferentes, quam nobis, hæredibúſque noſtris Chriſtianæ mentis deuotione ſancimus.

Ne vnquam prædium, ſeu ruſticum, ſeu vrbanum, vel ornamenta, aut miniſteria Eccleſiarum, quæ nunc ſunt, vel quæ ex quibuſlibet titulis ad Eccleſiarum iura peruenerint, ab eo, qui nunc Antiſtes ſub electione communi fuerit ordinandus, & illis, qui futuris ſæculis ſequentur, quocunque titulo, atque commento alienare voluerit, inefficax atque irritum iudicetur, ſitque facienti, vel conſentienti, accipientíque anathema. Maximus Epiſcopus Bledanæ Eccleſiæ dixit: Modò ſancta Synodus dignetur edicere, licuit laico homini anathema

in ordinem Eccleſiaſticum dictare ? Aut ſi potuit laicus ſacerdoti anathema dicere, & contra canones (quod ei non competebat) conſtituere? Dicite, vobis quid videtur de me? Licuit laïco legem dare? Sancta Synodus dixit: Non licuit, & adiecit: Lege ſequentia. Hormiſda diaconus legit. Et is, qui prædium ruſticum, vel vrbanum iuris Eccleſiaſtici fuerit conſequutus, nouerit ſe nulla lege, vel præſcriptione munitum, ſed ſiue is, qui alienauerit, ſiue qui eum ſequentur, voluntate contraria prædium huiuſmodi alienatum reuocare tentauerit, id cum fructibus reſtituat, qui illud fuerit conſequutus. Et cùm legeret, Stephanus Epiſcopus Venuſinæ Eccleſiæ, ſurgens è conſeſſu, dixit, Perlegatur. Hormiſda diaconus legit.

Quam etiam pœnam placuit accipientes hæredes, prohæredéſque reſpicere. In qua te cuilibet clericorum contradicendi libera ſit facultas. Iniquum eſt enim, & ſacrilegij inſtar, vt quæ vel pro ſalute, vel requie animarum ſuarum vnuſquiſque venerabili Eccleſiæ pauperum cauſa contulerit, aut certè reliquerit, ab iis, quos hoc maximè ſeruare conuenerat, in altitudine transferatur. Planè quæcunque in gemmis, vel auro, atque argento, necnon & veſtibus minùs apta vſibus, vel ornatui videbuntur Eccleſiæ, quæ ſeruari, ac diu manere non poſſunt, ſub iuſta æſtimatione vendantur, & erogatio religioſè proficiat. Cúmque lecta fuiſſet, Laurentius Mediolanenſis Eccleſiæ dixit: Iſta ſcriptura nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare Pontificem, quia non licuit laïco ſtatuendi in Eccleſia, præter Papam Romanum habere aliquam poteſtatem, cui obſequendi manet neceſſitas, non authoritas imperandi, maximè, cùm nec Papa Romanus ſubſcripſerit, nec alicuius ſecundùm canones Metropolitani legatur aſſenſus. Petrus Epiſcopus Rauennatis Eccleſiæ dixit: Scriptura quæ in noſtra congregatione vulgata eſt, nullis eam viribus ſubſiſtere manifeſtum eſt, quia nec canonibus conuenit, & à laïca perſona concepta videtur, maximè: quia in ea nullus Præſul Sedis Apoſtolicæ interfuiſſe, vel propria ſubſcriptione firmaſſe monſtratur. Eulalius Epiſcopus Syracuſanæ Eccleſiæ dixit: Scriptura, quæ in ſacerdotali Concilio recitata eſt, euidentiſſimis documentis conſtat inualida. Primùm, quod contra Patrum regulas à laïcis, quamuis religioſis, quibus nulla de Eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi legitur vnquam attributa facultas, facta videtur: deinde, quod nullius Præſulis Apoſtolicæ Sedis ſubſcriptione firmata docetur. Quòd ſi cuiuſlibet prouinciæ ſacerdotes, intra ſuos terminos Concilio habito, quicquid ſine metropolitani ſui Antiſtitis authoritate tentauerint, irritum eſſe debere Patres SS. ſanxerunt; quanto magis, quod in Apoſtolica Sede non exiſtente Præſule, qui prærogatiuam beati meriti Apoſtoli Petri per vniuerſum orbem primatum obtinens ſacerdotij ſtatutis ſynodalibus conſueuit tribuere firmitatem, à laïcis, licèt conſentientibus aliquantis Epiſcopis (qui tamen Pontifici, à quo conſecrari probantur, præiudicium inferre non potuerunt) præſumptum fuiſſe cognoſcitur, viribus carere non dubium eſt, nec poſſe inter Eccleſiaſtica vllo modo ſtatuta cenſeri.

Sancta Synodus dixit: Licèt ſecundùm III.
proſequutionem venerabilium fratrum noſtrorum, Laurentij, Petri, Eulalij, Creſconij, Maximi, vel Stephani, nec apud nos incertum habetur hanc ipſam ſcripturam nullius eſſe momenti, quæ etiamſi aliqua poſſet ſubſiſtere ratione modis omnibus in Synodali conuentu, prouida beatitudinis veſtræ ſententia eneruari conueniebat, & in irritum deduci, ne in exemplum remaneret præſumendi quibuſlibet laïcis, quamuis religioſis, vel potentibus, in quacunque ciuitate, quolibet modo aliquid decernere de Eccleſiaſticis facultatibus. Quarum ſolis ſacerdotibus diſponendi indiſcuſsè à Deo cura commiſſa docetur.

Symmachus Epiſcopus dixit: Modò, quia Deus præſentiam veſtram votiuam mihi ſub qualibet occaſione conceſſit, volo, ſi placet, rem fieri firmam, quam credo Eccleſiaſticis facultatibus conuenire, vt agnoſcant omnes, quos in me vanus furor excitauit, nihil me magis ſtudere, quàm vt ſaluum eſſe poſſit, quod mihi eſt à Deo ſub diſpenſatione commiſſum, ſed etiam quibuſlibet ſucceſſoribus, Deum timentibus, gratum eſſe debeat, & ad Eccleſiaſtici cuſtodiam patrimonij pertinere. Sancta Synodus dixit: Scimus prouiſionem veſtram neceſſariis ſtudere, & ideo in veſtra eſt poteſtate ſequenda diſponere.

Digitized by Google

Symmachus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ vrbis Romæ dixit: Magna quidem venerando & ſacerdotali debetur cultura propoſito, cui imminet de ſtudio, quæ recta ſunt, non de neceſſitate diſponere. Sed quoniam in aliquibus aliena poſtulantibus, vitiorum mater auaritia, repudiatis honeſtatis repagulis, totum putat expedire quod licet, & ita, dum prædæ inhiat, patientia ſupernæ pietatis abutitur, expectantibus correctionem cælo moderante, iudiciis ſe exiſtimant non teneri, & clarum ſit, quòd apud certos in occaſionem rapiendi procedat diuinæ mora ſententiæ. Sed nobis, quos paſtoralis cura, & Eccleſiaſticæ adſtringit pro diſpenſatione credita ratio reddenda ſubſtantiæ, opus eſt, vt ſolicitudinem noſtram non ſolùm ad præſentia, ſed etiam ad ſecutura ſæcula porrigamus, ne ad animæ noſtræ detrimenta contingat, ſi hi, qui poſſunt, ſtatutis debere innocentia præſumentis de libertate deliquerit, cùm religioſa poſſint & nos, & ſucceſſores noſtri poteſtate fulciri, legibus Eccleſiaſticis ſeruientes.

IV. His ergo perpenſis, manſuro eum Dei
11.q.1. Non noſtri conſideratione decreto ſancimus,
liceat Papa. vt nulli Apoſtolicæ Sedis Præſuli à præſenti die, donec diſponente Domino Catholicæ fidei manſerit doctrina ſalutaris, liceat prædium ruſticum, quantæcunque fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis, ſub perpetua alienatione, vel commutatione ad cuiuſlibet iura transferre, nec cuiuſquam excuſentur neceſſitatis obtentu. Quippe cùm non ſit perſonale, quod loquimur, nec aliquis clericorum, vel laicorum ſub hac occaſione accepta tueatur, ſed nec in vſufructum iura aliquibus dari liceat, nec data retineri, præter clericos, & captiuos, atque peregrinos, ne malæ tractationis miniſtretur occaſio, cùm liberalitati illi alia itinera reſeruentur. Sanè tantùm domus in quibuſlibet vrbibus conſtitutæ, quarum ſtatum neceſſe eſt expenſa non modica ſuſtentari, acceptis, ſi auferri contigerit, ſub iuſta exiſtimatione redditibus, & diuini timore iudicij commutentur.

V. Pari etiam Eccleſiarum per omnes Romanæ ciuitatis titulos, qui ſunt presbyteri, vel quicunque fuerint, adſtringi volumus lege cuſtodes, quia nefas dictu eſt obligatione, qua ſe per charitatem Chriſti connectit ſummus Pontifex, ea hominem ſecundi in Eccleſia ordinis non teneri. Quicunque tamen oblitus Dei, & 17.q.4.
decreti huius immemor, cuius Romanæ Quicunque
ciuitatis ſacerdotes volumus religioſis nexibus deuinciri, in conſtitutum præſens committens, quicquam de iure titulorum, vel Eccleſiæ ſuperiùs præfatæ quolibet modo, præter aurum, argentum, vel gemmas, veſtes quoque, ſi ſunt, vel ſi acceſſerunt, aliqua mobilia ad ornamenta diuina minimè pertinentia perpetuo iure, exceptis duntaxat ſub præfata conditione domibus, alienare tentauerit, donator, alienator, ac venditor honoris ſui amiſſione multetur.

Præterea, qui petierit, aut acceperit, VI.
vel qui presbyterorum, aut diaconorum, ſeu defenſorum danti ſubſcripſerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur, ſitque accipienti, vel ſubſcribenti de perſonis ſuperiùs comprehenſis, id eſt, quas anathemate feriri cenſuimus, in ſtatuta pœna contubernium, ſeruata, quam præmiſimus in alienatore, vindicta. Niſi fortè & alienator ſibi, dum repetit, & qui acceperit, celeri reſtitutione proſpexerit.

Quòd ſi minore animæ ſuæ cura quiſquam remedium oblatum fortè neglexerit, ſupra ea pœnarum genera, quæ ſuperiùs tenentur adſcripta, contra fas, ſi quod conceptum fuerit documentum, vniuerſis viribus (quamuis ab initio nullas habuerit) effectur. Sed etiam liceat quibuſcunque Eccleſiaſticis perſonis vocem contradictionis afferre, & Eccleſiaſtica authoritate fulciri, ita vt cum fructibus poſſit aliena repoſcere, nec aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, quia religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta contra fas, ſine aliqua pietatis conſideratione, diſpergit. Huius autem conſtitutionis legem in Apoſtolica tantùm volumus Sede ſeruari, vniuerſis Eccleſiis per prouincias ſecundùm animarum conſiderationem, quem propoſito religionis conuenire rectores earum viderint, more ſeruato. Et ſubſcripſerunt. VII.

Cælius, Symmachus, Epiſcopus Eccleſiæ Romanæ, huic conſtituto, à nobis facto, ſubſcripſi.

Cælius, Laurentius, Epiſcopus ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, huic conſtituto, à venerabili Papa Symmacho facto, ſubſcripſi.

Petrus Epiſcopus Catholicæ Rauen-

natis Eccleſiæ, huic conſtituto, à venerabili Papa Symmacho facto, ſubſcripſi.

Eulalius, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Syracuſanæ, huic conſtituto, à venerabili Papa Symmacho facto, ſubſcripſi.

Felix Interamnenſis.
Æmilianus Vetellenſis.
Tigridius Taurinatis.
Baſſus Murinenſis.
Maximus Bleranus.
Rufentius Ignatinus.
Marrinianus Oſtienſis.
Fortunatus Veſſanenſis.
Eucarpus Meſſanenſis.
Stephanus Venuſinus.
Romulus Præneſtinus.
Vindemius Antiatinus.
Fortunatus Fulgenatis.
Martianus Æcanienſis.
Chryſogonus Albanenſis.
Laurentius Bouianenſis.
Paſchaſius Vulturnenſis.
Aprilis Nucerinus.
Innocentius Foroſemptonien.
Felix Nepeſinus.
Amandus Potentianus.
Colonius Foroclodien.
Proiectus Forinoui.
Bonifacius Foroflaminien.
Ruſticus Burſentinus.
Victor Dunenſis.
Syluinus Veliterninus.
Areſton Oſtienſis.
Felix Nepeſinus.
Aſterius Aquinatis.
Euſebius Faneſtris.
Creſeonius Tudertinus.
Ioeundus Auguſtanus.
Vitalis Fundanus.
Pacatianus Coanilienſis.
Martyrius Terracinenſis.
Baſilius Tullentinus.
Benignus Aquæuiuenſis.
Seuerinus Tundarinen.
Ioannes Spoletinus.
Valentinus Amiterninus.
Probus Carmeianen.
Candidus Tiburtinus.
Proculeianus Sepinaris.
Maximianus Peruſinus.
Eutychius Tranenſis.
Fortunatus Anagninus.
Marcus Samninus.
Memor Canuſinus.
Florentius Bleſtinen.
Concordius Meſenatis.
Aſellus Populinien.
Elpidius Voliterninus.
Venerioſus Pellenſis.
Sebaſtianus Syranus.
Venantius Senogallien.
Innocentius Tiphernantius.
Iuſtus Signienſis.
Auguſtus Liparitanus pro Vrſo.
Propinquus Trebiatis.
Romanus Numentanus.

Synodus Romana. An. Christi 501.

RVFFO Magno, Fauſto Auieno viris clariſſimis, Conſulibus, ſub die x. Kalend. Nouembrium. Sancta ſynodus apud vrbem Romam ex præcepto glorioſiſſimi regis Theodorici ex diuerſis regionibus congregata in Chriſti nomine dixit: Cùm ex diuerſis prouinciis ad vrbem Romam conuenire ſacerdotes regia præcepiſſet authoritas, vt de his, quæ de venerabili Papa Symmacho, Apoſtolicæ Sedis Præſule, ab aduerſariis ipſius dicebantur impingi ſanctum Concilium iudicaret, Liguriæ, Æmiliæ, vel Venetiarum Epiſcopis, quos ad præſentiam Principis ipſe itineris ductus attraxit, conſulendi Regem incubuit neceſſitas, quæ hos voluiſſet ætate fractos, debilitate corporis inualidos cauſa congregari. Reſpondit præfatus Rex piiſſimus bonæ conuerſationis affectum, plura ad ſe de Papæ Symmachi actibus horrenda fuiſſe perlata, & in ſynodo oportere tractari, ſi vera eſſe inimicorum eius obiectio, iudicatione conſtaret. Memorati Pontifices, quibus allegandi imminebat occaſio, ſuggeſſerunt ipſum, qui dicebatur impetitus, debuiſſe ſynodum conuocare, ſcientes, quia eius ſedis primum Petri Apoſtoli meritum, vel principatus, deinde, ſequuta iuſſione Domini, Conciliorum venerandorum authoritas, ſingularem in Eccleſiis tradidit poteſtatem, nec antedictum ſedis Antiſtitem minimorum ſubiacuiſſe iudicio, in propoſitione ſimili facilè forma aliqua teſtaretur. Sed potiſſimus Princeps ipſum quoque Papam in colligenda ſynodo voluntatem ſuam literis demonſtraſſe ſignificauit. A manſuetudine eius paginæ poſtulatæ ſunt, quas ab eo directas conſtabat, has dari ſacerdotibus ſine tarditate conſtituit, vel quicquid in eodem negotio actum, ſcriptis Romam ex diuerſis terrarum, vel regionum partibus Dei proſequutione peruentum eſt. Et dum in venerabili collectione de incipiendo habe-

habeteтur negotio, prout poſcebat cauſa tractatus, ſanctus Papa Symmachus baſilicam Iulij, in qua Pontificum erat congregatio, prout habuit cura, celeriter ingreſſus eſt, & de euocatione ſynodali clementiſſimo regi gratias retulit, & rem deſiderij ſui eueniſſe teſtatus eſt. Cauſa ergo de ſacerdotum animis, quæ de Concilio nondum firmato triſtitiam miniſtrabat, abſciſſa eſt, authoritatem ordini colligendo, ſicut poſcebant Eccleſiaſtica ſtatuta, in omnium, qui ibidem conuenerant, Epiſcoporum præſentia, ſedare profeſſus eſt, ſperans, vt viſitator, qui contra religionem, contra ſtatuta veterum, vel contra regulas maiorum à parte eleri, vel aliquibus laicis fuerat poſtulatus, ex ordinatione Antiſtitum, ſicut decebat ſanctum propoſitum, prima frunte cederet, & omnia, quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, poteſtati eius ab honorabili Concilio redderentur, & tanti loci præſul legaliter priùs ſtatui priſtino redderetur, & tunc veniret ad cauſam, & ſi ita rectè videretur, accuſantium propoſitionibus reſponderet. Digna res viſa eſt maximo ſacerdotum numero, atque vt mereretur, effectum. Decernere tamen aliquid ſynodus ſine regia notitia non præſumpſit, ſed ſuggeſtio iuſta per legatorum negligentiam non meruit ſecundùm vota reſponſum. Iuſſus eſt regis præceptionibus Papa Symmachus ante patrimonij vel Eccleſiarum, quas amiſerat, receptionem, cum impugnatoribus ſuis in diſceptatione confligere, qui poteſtatis ſuæ priuilegia, & quæ pro conſcientiæ (quantum iuſtè æſtimamus) emendatione ſubmiſerat, nec hac voluit vice reſumere. Sed dum eſſet ſynodus in Hieruſalem baſilica ſeſſoriani palatij conſtituta, aliquibus ſacerdotibus viſum eſt, vt libellus, quem accuſatores parauerant, qui quotidie ſeditionibus appellabant, ſuſciperetur à ſynodo, in quo ſuſcepto duo erant, quæ vel veritati inimica eſſent, vel ipſi, quantum oſtenditur conuentus Eccleſiaſtico propoſito repugnare. Vnũ, quia dicebant crimina memorati ſuperiùs Symmachi Papæ apud regiam conſtitiſſe notitiam, quod falſum eſſe declarauit, non enim quaſi nouam cauſam audientiæ commiſiſſet, ſi eius conſcientia conuictum de errore ſolum ſe ſciret expectare ſententiam. Aliud, quod per ſeruos de his quæ obiiciebant, ſe cum loquebatur poſſe conuincere, addentes, vt ipſe mancipia traderet, quibus quantum illi aſſerebant, poſſet in iudicatiune ſuperari. Quæ res canonibus, & ipſis publicis erat legibus inimica, cùm Patrum ſtatuta ſanxiſſent, vt quos ad accuſationem leges ſæculi nũ admittunt, iis dicendi in cognitione, vel accuſandi aliquid delegandam non eſſe licentiam. Et dum inter iſta, quæ eſſent facienda, tractatur, præfatus Papa, vt cauſam diceret, occurrebat, qui veniens ab irruentibus turbis æmulorum ſuorum ita tractatus eſt, vt multis preſbyteris, qui cum ipſo erant, per cædem ipſam mortis fuiſſet occaſio, & recentium adhuc veſtigia vulnerum inluſtris vir comes Aligernus, & ſublimes viri, Gudila, & Vedeulſus, maiores domus regiæ perſpexiſſent, quòd ſe, vnde egreſſus fuerat, ad beati Petri Apoſtoli ſepta conuexerit. His ita actis, & rebus varia confuſione turbatis, iterum nos ad iuſtitiam contulimus principalem, ſcientes diuinitatem propriam regere Dominum, quæ ad Italiæ gubernacula ipſa prouideret, cuius manſuetudini omnia per relationis ſeriem, ſicut res poſcebat, ingeſſimus. Intimantes etiam, ſæpe nominatum Papam poſt cædem cui ſubiacuerat cum ſuis, ſi voluntatem rurſus haberet exeundi ad iudicium, fuiſſe commonitum, ſed allegaſſe eum per directos Epiſcopos, mandatis canonibus ſibi conceſſiſſe affectu purgationis ſuæ culmen humiliat, quantis periculis pene fuiſſe oppreſſos. Domnum regẽ habere quod vellet faciendi, ſe interim iuſtitię renitentem ſtatutis canonicis non poſſe compelli. Ad hæc ſereniſſimus rex taliter, Deo aſpirante, reſpondit: In ſynodali eſſe arbitrio in tanto negotio ſequenda præſcribere, nec aliquid ad ſe præter reuerentiam de Eccleſiaſticis negotiis pertinere, committens etiam poteſtati Pontificum, vt ſiue propoſitum vellent audire negotium, ſiue nollent, quod magis putarent vtile, deliberarent: dummodo venerandi prouiſione Concilij pax eſſet in ciuitate Romana Chriſtianis omnibus, quæ cùm iuſtè offertur, Dei mandata complentur. Italiæ ſuæ dare rectorem agnoſcentes, nullum nobis laborem alium remanſiſſe, niſi vt diffidentes cum humilitate propoſiti noſtri ad concordiam hortaremur, quia vnum tantæ rei reſtabat, vnde Deo pareremus, vt ſanctæ principis voluntati, inuitamus ſenarum ampliſſimum, quali oportuit legatione deſtinata,

1. q. 4. & 1. per totum.

Diſt. 17. Concilia §. ad hæc.

monentes & inſtruentes, cauſas Dei ipſius iudicio committendas, qui valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam: qui dicit, Mihi vindicta, & ego retribuam: apud quem conſcientia nuda eſt, cui non abſconduntur occulta, cogitare prudentes viros oportere, quanta inconuenienter, & præiudicialiter in huius negotij principio contigiſſent, & nos viam, per hanc, quam ipſi vocabant remiſſionem, peccatis non aperire, ſed claudere, qui quod dicebatur maiori iudicio ſeruamus, inſtruentes eos quia per nos illis Chriſtus innotuit, non eſſe ouium lupi inſidias præuidere, ſed paſtoris: maximè, quia in cauſa præfata multos, ſe dignabantur cognoſcere, & Deo ſatisfacere error inuoluetat. Et quia non poterant plura ſub hac occaſione Eccleſiæ membra diſpergi, ſed magis per manſuetudinem ſuſtineri, ſicut boni nos operis Paulus magiſter inſtruxerat, dicens ſanandos eſſe plurimos per patientiam, & doctrinam. Et quicunque putantur rei, & grauibus peccatis inuoluti, quamuis nullus eſt qui delicto careat, ſicut Ioannes teſtatur Apoſtolus, Si dicam quia peccatum non habeo, mendax ſum, hos tamen magis preſſutis hominum ſuſtentari, & perterreri has paſſiones, iudicia diuina ſuſpendi: maximè, cùm illa, quæ præmiſimus, inter alia de authoritate ſedis, obſtarent, quia quod poſſeſſor eius quondam beatus Petrus meruit, in nobilitate poſſeſſionis acceſſit, & claritatem veterem vobis dat, det Chriſti dote rectoribus. clamantes, ſcriptum eſſe per Prophetam ex perſona Dei, Nunquid non valet manus mea ad conſumendum eos, qui errauerunt? Hæc eadem ſæpiſſime, ſicut oportuit, commonentes: vt habita intentione diſcederent, & factum noſtrum, quod Deus inſpirauerat, iuxta mandatum Principis non diſcuterent, ſed ſequerentur, ſicut decebat Eccleſiæ filios, nec ſub hac intermiſſione contenderent, & creſcerent Eccleſiæ detrimenta. Quæ res poſcebat cum feſtinatione ſuccurri, & nobis huius celeritatis, & illis obedientiæ neceſſitas imminebat: maximè cùm omnem penè plebem cernamus eius communioni indiſſociabiliter adhæſiſſe, cuius nos non modica cura ſtimulabat, ne in aliquo laberetur errore. Quibus allegatis, cum Dei noſtri obteſtatione decernimus, hatum neceſſitatum, vel religionum conſideratione adſtricti, & cæleſti inſpiratione perpenſis omnibus, quæ in cauſa erant, inſpiratione ſecretis, vt Symmachus Papa Sedis Apoſtolicæ Præſul, ab huiuſmodi propoſitionibus impetitus, quantum ad homines reſpicit, quia totum cauſæ obſiſtentibus ſuperiùs deſignatis conſtat, arbitrio diuino fuiſſe dimiſſum, ſit immunis, & liber, & Chriſtianæ plebi ſine aliqua de obiectis oblatione, in omnibus Eccleſiis ſuis, ad ius ſedis ſuæ pertinentibus, & tradat diuina myſteria, quia eum ob impugnatorum ſuorum impetitionem propter ſuperiùs deſignatas cauſas, obligari non potuiſſe cognouimus. Vnde ſecundùm principalia præcepta, quæ noſtræ hoc tribuunt poteſtati, ei quicquid Eccleſiaſtici intra ſacram vrbem Romam, vel foris iuris eſt, reformamus, totam cauſam Dei iudicio reſeruantes, vniuerſos hortamur, vt ſacram communionem, ſicut res poſtulat, ab eo percipiant, & Dei, & animarum ſuarum meminerint, quia ipſe & amator pacis eſt, & ipſe pax eſt, qui monet, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Et in quacunque ciuitate pacem eſſe confirmandam adfirmans, beatos eſſe dicit pacificos. Hæc quicunque ex inſtructione noſtra (quod non æſtimamus) vel non admittit, vel retractari poſſe crediderit, videat, quia in diuino iudicio contemptus ſui rationem eſt, ſicut de Deo confidimus redditurus. De clericis memorati Papæ, qui ab Epiſcopo ſuo ante tempus aliquod contra regulas diſceſſerunt, & ſchiſma fecerunt, hoc fieri decreuimus, vt eos ſatisfacientes Epiſcopo ſuo miſericordia ſubſequatur, & officiis Eccleſiaſticis ſe gaudeant reſtitui, quia Dominus, & redemptor noſter oues perditas ab errore lætatur inuentas, & ſuper profugum filium paternam libertatem cæleſtis medicator accommodat. Quiſquis verò clericorum poſt hanc formam à nobis probatam, quocunque ſacrato Deo loco in Eccleſia Romana miſſas celebrare præſumpſerit, præter conſcientiam Papæ Symmachi, dum viuit ſtatutis canonicis, velut ſchiſmaticus percellatur. Iſta ſufficiat cum Deo notitia ſincerè protuliſſe. Et ſubſcripſerunt.

Laurentius Epiſcopus Eccleſiæ Mediolanenſis huic ſtatuto noſtro, in quo totam cauſam Dei iudicio commiſimus, ſubſcripſi.

Matth. 10. Ezech. 9. Rom 12. Ioan. 10. 2. Timot. 4. 1. Ioan. 1. Eſai. 50. Ioan. 14.

Petrus Epiſcopus Eccleſiæ Rauennatis huic ſtatuto noſtro, in quo totam cauſam Dei iudicio commiſimus, ſubſcripſi.

Felix Iteramnenſis.
Maximus Bleranus.
Maximus Ticinenſis.
Gerontius Fundenſis.
Laurentius Boënſis.
Mercurius Sutrinus.
Hilarus Tempſanus.
Innocentius Fertinatis.
Vitalis Fundanus.
Ariſtus Oſtienſis.
Victor Lunenſis.
Chryſogonus Albanenſis.
Romanus Numentanus.
Creſconius Tudertinus.
Ioannes Spolitinus.
Laurentius Vergomatis.
Rufentius Agnatinus.
Martianus Acanus.
Fortunatus Agninus.
Innocentius Foroſempronien.
Hilarus Tempranen.
Seuerinus Tundaritanus.
Sebaſtianus Suranus.
Felix Atellanus.
Propinquus Tribenſis.
Bonifacius Cameritanus.
Vindemius Antiatinus.
Valentinus Amiterninus.
Bonifacius Aquæuiuenſis.
Æmilianus Suranus.
Caſſianus Mutinenſis.
Stephanus Venuſinus.
Fortunatus Fulginenſis.
Stephanus Neapolitanus.
Maximilianus Peruſinus.
Concordius Meſinatis.
Caſtus Pratenſis.
Martyrius Terracinenſis.
Aſterius Aquinatis.
Amantius Potentinus.
Vrſus Reatinus.
Innocentius Miuanatis.
Euſtaſius Cremonenſis.
Eucarpus Mereſape.
Serenus Nolanus.
Eutychius Tranenſis.
Paſchaſius Vulturnenſis.
Felix Nepeſinus.
Innocentius Direntium Tiberinorum.
Syluanus Veliternus.
Mercurius Gabinatis.
Ruſticus Buxentinus.
Adeodatus Formianus.
Iuſtus Signatinus.
Auguſtus Liparitanus.
Fortunatus Sueſſanus.
Iocundus Auguſtanus.
Viticanus Celenienſis.
Proculeianus Sepinatis.
Aprilis Lateranenſis.
Memor Canuſinus.
Elpidius Volaterranus.
Adeodatus Syluæ candidæ.
Rogatus Tauromenitanus.
Probus Carmeianen.
Tigridius Tauriganus.
Ioannes Ariminenſis.
Candidus Tiburtinus.
Aſellus Popolienenſis.
Collonicus Foroclodienſis.
Ioannes Turritanus.
Venerius Pallenſis.
Seruus Dei Ferenenſis.
Dulcitius Sancti Antimi.

INCIPIVNT DECRETA HORMISDÆ PAPÆ.

IVSTINVS Auguſtus HORMISDÆ Papæ. Quo fuimus ſemper, & quo ſumus ſtudio pro conciliandis ſententiis Catholicam fidem colentium, vt eodem animo cuncti venerentur lumen indiuiduum Trinitatis, palàm feciſſe dinoſcimur: nunc legatum ad veſtram beatitudinem vltrò ob hoc ipſum dirigẽtes Gratum virum ſpectabilem Magiſtrum ſcrinij, quò remedium tandem reperiatur diſcordiis varia certantium: nunc prono, libentíque ſuſcipientes affectu viros religioſiſſimos, quos interuentores vnitatis veſtra Sedes Apoſtolica credidit deſtinandos. Profectò etenim tanquam ipſam pacem, & iocundis eos oculis aſpeximus, & extenſis manibus duximus amplectẽdos. Quinetiam omni intentione ordinabimus, vt venerabilis Eccleſia Conſtantinopolitana, necnon complures aliæ vota ſuſcipiant ve-

ſtra, non ſolùm in cæteris, ſed in auferendis etiam nominibus, ex ſacris Dypticis, quæ remouenda maximè poſtulaſtis. Verùm nonnullæ fuerunt vrbes, & Eccleſiæ tam Ponticæ, quàm Aſiæ, ac præcipuè Orientales: quarum clerici, vel populi omnibus pertentati minis, atque perſuaſionibus, tamen nequaquam flexi ſunt vt tollant Antiſtitum, & repellant nomina, quorum apud eos opinio floruit, ſed morte vitam duriorem æſtimant, ſi mortuos condemnauerint, quorum gloriabantur vita ſuperſtitum. Quid igitur faciamus huiuſmodi pertinaciæ, quæ nec dicto audiens exiſtit, & tormenta in tantum deſpicit, vt amplum ſibi, ac feſtiuum iudicet, ſi corpore priùs, quàm religioſo deſiſtat conſilio? Nobis quidem videtur opus eſſe molliùs agendi, & clementiùs, quæ ſi non in tua ſanctitudine iam, nec in alio poterunt inueniri, nam neque ſanguinis, & ſuppliciorum cupidi (quod dictu etiam graue eſt) libellum ſuſcepimus, neque vt paruo diſcrimine remaneant imperfecta concordiæ deſideria: ſed ad prorogandam, quo poſſumus ordine, coniunctionem membrorum Eccleſiæ. Vtrum itaque præſtantius erit minorum gratia in totum eſſe nobis aduerſas tantas multitudines, an conceſſis exiguis, & remiſſis, maiora & omni ratione quærenda corrigi: vt quæ non licuit per omnia, ſaltem ex neceſſariis partibus alleganrur? Veniam itaque nominum poſtulamus, non Acatij, non vtriuſque Petri, non Dioſcori vel Timothei, quorum vocabula ad nos datæ ſanctitatis tuæ epiſtolæ continebant: ſed quos in aliis celebrauit ciuitatibus Epiſcopalis reuerentia, & hoc exceptis vrbibus, vbi veſtræ beatitudinis libellus iam in plenum admiſſus eſt, niſi hanc quoque partem beneuolentia ſtatuerit veſtra mitiùs corrigendam. Verùm nec iudicio tes caret Sedis Apoſtolicæ, vt non magis venia dicenda ſit, quàm deliberata iam, ac perſpecta definitio. Anaſtaſius ſiquidem religioſiſſimæ memoriæ veſtræ culmen Eccleſiæ palàm, apertéque conſtituerat: cùm hoc idem ſcriberet negotium deceſſori noſtro, ſatis eſſe pacem affectantibus, ſi nomen tantùm taceatur Acatij. Ergo priora veſtræ ſedis conſtituta ſequitur, qui non omnes memorias mortuorum iudicat contemnendas, vt indignum habeatur, & incongruum, ſi non placidior omnibus non ſolùm defunctis, ſed etiam ſuperſtitibus veſtra diuulgetur in omni fine terrarum lenitas: & hoc quidem non dubitauerimus, ita gratioſum vobis futurum, vt pacifico ſtatim reſponſo lætior mundus reddatur. Retineat autem veſtra ſanctitas, quod dudum ſcripſimus ex Oriente ſupplicationes nobis eſſe deſtinatas voluntatem ipſorum continentes, & arbitrium, in quo ſeſe duraturos oſtendunt firmiter, & à quo nulla ratione deſiſtendum æſtimant. Hanc itaque chartulam ſecundùm noſtra promiſſa per Ioannem virum reuerendiſſimum Epiſcopum dirigendam vobis in præſenti merito credidimus: vt à veſtra ſede etiam tenor eius admiſſus ad colligendas proficiat, & adunandas vbique venerabiles Eccleſias, & Hieroſolymitanam præcipuè: cui tantum omnes fauorem impendunt, quaſi matri Chriſtiani nominis, vt nemo audeat ab ea ſeſe diſcernere. Conſenſum itaque proprium tuam ſanctitudinem epiſtolari quoque pagina conuenit declarare: vt cognito omnibus, atque patefacto tenore eiuſdem chartulæ à vobis etiam laudari, & tenaciter cuſtodiri lætior mundus exiſtat. Data v. Id. Sept. Calchedone. Ruſtirio Conſ. accepta pridie Kal. Decemb. Conſ. SS. An. Chriſti 520.

Exemplar precum.

DEo amabili, ac piiſſimo Imperatori, ex Deo Auguſto, & Principi IVSTINO Chriſtianiſſimo deprecatio, & ſupplicatio ab Hieroſolymitanis, & Antiochenis, & ſecundæ Syriæ clericis, & Abbatibus, & poſſeſſoribus prouinciæ Syriæ. Haurite aquam cum lætitia ex fontibus ſalutis, vociferatur Eſaias propheta & clamat, fontes ſalutis, Euangelicas veritates, & prædicationes manifeſtè oſtendens, ex quibus beati Apoſtoli, & eorum, qui per ordinem fuerunt diſcipuli, & ſapientes Eccleſiæ doctores, ſalutarem aquam fidei haurientes, omnem ſanctam Dei Eccleſiam irrigauerunt, quæ in petra ſummi Apoſtolorum ſubnixa rectum, & inconflexibilem confeſſionem cuſtodiens, fiducialiter cum eo ad vnigenitum filium Dei omni tempore exclamat dicens: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Hanc ſalutarem confeſſionem à ſanctis quatuor Synodis, quæ Euangelicis præceptis ſunt honoratæ, ſuſcipientes nunquam per Chriſti gratiam à traditis nobis rectis dogmatibus deuiauimus, ſicut rerum teſtatur probatio, & 11. Eſai. 12. Matth. 16.

tempore neceſſitatis fidei conſtantia demonſtrat. Si igitur, vt Chriſtiani, rationi fidei ſumus participes, Domine piiſſime, & ad communem pacem, & ad vnitatem feſtinamus, noſtram fidem, quam ab initio ſuſcepimus, per hanc ſatisfactionem noſtram manifeſtam veſtræ facimus pietati: vt notum ſit, quia & paci concurrimus, & à recta cum Dei iuuamine non diuertimus fide: ſed omnem ex æquo hæreſim execramus, non ſolùm Eutychianiſtas, & Acephalos, ſed & Neſtorianos, & hominem colentes toto animo odientes, anathematizamus. Nos autem, Domine Chriſtianiſſime Imperator, ſicut ſuperiùs dictum eſt, in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum ab initio baptizati quoque, & credentes vnam eſſentiam Dei in tribus ſubſiſtentiis adoramus ſecundùm ſanctorum Patrum mathema, & ſymbolum, credentes in vnum Deum Patrem omnipotentem, & in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vnigenitum, Deum Verbum, ſimiliter & in vnum Spiritum ſanctum. Er ſecundùm hoc diuinum mathema, definitionem à ſancta Chalcedonenſi ſynodo promulgatam intelligimus quoque, & ſuſcipimus confitentes, & credentes, quia vna ſubſtanria, vel perſona, quod idem ipſa ſancta Synodus in duabus naturis, id eſt in deïtate, & humanitate indiuisè, & inconfusè prædicauit, Deum Verbum, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus vnus eſt ex ſancta, & vnius eſſentia Trinitatis. Si enim vnum Deum in tribus ſubſiſtentiis, ſicut dictum eſt, accipimus, Pater autem non eſt incarnatus, nec Spiritus ſanctus, Deus Verbum incarnatus eſt, & homo factus eſt, vnus eſt ſancta, & vnius eſſentia Trinitatis ſecundùm filiationis proprietatem. Sic itaque ſecundùm prædictas ſanctas quatuor Synodos credentes & ſecundùm Dei verbum natiuitatem ſecundùm carnem confiteri non renuimus. Vnde propriè Dei genitrix ſancta Virgo eſſe creditur, tanquam natura, & veritate vnius eſſentiæ Patris Filium, Deum Verbum, per naturam immutabilem, ex ipſa factum hominem enixa eſt, & duas naturas in Chriſto per eſſentiam, vel ſubſtantiam vnitas confitentes, ſicut in vnius perſona, vel ſubſtantia, neque harum diuerſitatem, vel proprietatem poſt vnitionem auferimus, nec eas diuidere in duabus perſonis, & ſubſtantiis per vnitionem ſumus edocti. Eundémque ſcimus vnigenitum Filium Dei, & ante incarnationem eius, & poſt idem Deum ſimul; & hominem, paſſibilem carni, impaſſibilem deïtati, circunſcriptum corpori, non circunſcriptum ſpiritui, eundem terrenum & cæleſtem, quem mundus, vt hominem cepit, & vt Deum continere non potuit, mortalem & immortalem, nuſquam naturarum diuerſitate ſublata, neque diuidentes per eſſentiam vnitionem. Hoc enim verè magnum pietatis myſterium, quia vnus ex ſancta, & vnus eſſentia Trinitatis incarnatus, & homo factus Deus Verbum, in vtraque natura deïtatis, & humanitatis indiuisè, & inconfusè cognoſcitur, & adoratur, non conuerſionem, vel mutationem ſuſtinens, ſed proprietatem vtriuſque naturæ in vna perſona in ſemetipſo conſeruans. Ob hanc igitur fidem prædictas ſanctas Synodos ſuſcipientes, & cuſtodientes anathematizamus omnes, qui aduerſus eas quocunque tempore, vel modo aliquid conſcripſerunt; præcipuè Ioannem Egotam, qui aduerſus memoratam ſanctam Chalcedonenſem Synodum multas, vt Neſtorianus, blaſphemias euomuit, ſimiliter condemnantes & Timotheum Ælurum cognominatum, ſicut Eutychianiſtam, aduerſus eam cum ſuis latrantem ſequacibus. Ita ergo cum Dei iuuamine ſemper ſenſimus, etiam nunc ſentimus, quapropter hanc ſatisfactionem veſtræ obtulimus pietati. Iubere enim dignata eſt nos proprium intellectum, & quemadmodum de ſana fide ſentimus, exponere, quia quidam hæretici, dum ſuam malam fidem occultare feſtinant, noſtram in Chriſto libertatem, & rectam fidem detractare conantur. Supplicamus igitur clementiam veſtram ſolicitudinem de perfecta Eccleſiarum vnitione ſanctarum habere debere, vt vnitas, quæ cum Dei facta fuerit iuuamine, nec vllo deinceps rationabili, aut irrationabili occaſionis fomite inquietari pax poſſit. Deus autem omnium veſtrûm pium adimpleat deſiderium in gloriam ſui, & reipublicæ diſciplinam.

Hormiſda Iuſtino Auguſto.

INTER ea, quæ ad vnitatem Eccleſiæ III.
pertinent, propter quam Deus clementiæ veſtræ elegit imperium, in literas contuliſtis, hoc quoque venerabilis

Imperatot cura fidei, cui multipliciter vos ſtudere declaratis, adiecir, vt aliquorum preces perferendæ ad humilitatis meæ notitiam iungerentur: quibus vel quid quæſtionis oriretur agnoſcerem, vel ad ſubmouendum propoſitæ conſultationis ambignum, reſponſum à me religioſæ ſcienriæ conueniens redderetur. Legi omnia ſolicitudine, qua decebat, & licèt ad reſponſi plenitudinem ſufficere potuiſſet, ſi illa tantùm, quæ à veteribus ſunt definita, reſcriberem: tamen vt religioſi propoſiti veſtri remunerarer affectum, non ſubtrahendum credidi mei quoque ſermonis obſequium, quod de emergentibus Neſtorij, & Eutychetis venenis paterna omiſit inſtructio, penè omnes impietates cum inuentoribus tam nefandorum dogmatum conuenientia in vnum ſynodica decreta præceſſerunt. Nec vlteriùs locus vllus, tam diris perfidiæ ſeminibus amputatis, aut Chriſtum Dominum noſtrum credere ſine carnis fuiſſe veritate, aut eundem, & hominem de materni vteri intemerata fœcunditate prodiſſe, cùm alter eorum diſpenſationem, qua ſaluari ſumus, negando, quantum in ſe eſt, irritam faceret, alter opinione contraria, ſed impietate conſimili in eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto poteſtatem diuinam à vera humilitate ſecluderet, neque ille recordatus, quia palpandam carnem ſuam Chriſto oſtendit, neque ille Euangelij memor, Verbum carnem factum eſſe dicentis. Cui vox Domini indeficienter inſonare debuerat, qua dixit, & docuit, Nemo aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit, filius hominis, qui eſt in cælo. Sæpe hæc & multis præcedentium ſunt comprehenſa ſententiis, ſed nec clementia veſtra, licèt etiam dicta ſint, faſtidioſè poterit repetita agnoſcere, nec nobis pudor eſt ea quæ ſunt à prædeceſſoribus noſtris prædicata, reuoluere. Neque enim poſſibile eſt, vt ſit diuerſitas prædicationis, vbi vna eſt forma veritatis, nec ab re iudicabitur alienum, ſi cum his, cum quibus conuenimus fide, congruamus & dogmate. Reuoluantur piis manſuetudinis veſtræ auribus decreta ſynodica, & beati Papæ Leonis conuenientia ſacræ fidei conſtituta, eadem inuenietis in illis, quæ recenſetis in noſtris. Quid ergo eſt poſt illum fontem fidelium ſtatutorum, quod ampliùs, ſi tamen fidei terminos ſeruat, quamlibet curioſus ſcrutator inquitat? Non opus eſt aut adiectione plebis, aut inſtitutione perfectis, niſi fortè vult quiſquam dubitare, quàm credere, certare, quàm noſſe, ſequi dubia, quàm ſeruare decreta. Nam ſi Trinitas Deus, hoc eſt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, Deus autem vnus, ſpecialiter legiſlatore dicente; Audi Iſraël, Dominus Deus tuus vnus eſt, qualiter habet neceſſe eſt, aut diuinitatem in multa diuidat, aut ſpecialiter paſſionem ipſi eſſentiæ Trinitatis impingat. Et (quod abſit à fidelium mentibus) hoc eſt aut plures Deos more profanæ gentilitatis inducere, aut ſenſibilem pœnam ad eam naturam, quæ aliena eſt ab omni paſſione, transferre. Vnum eſt ſancta Trinitas, non multiplicatur numero, non creſcit augmento, nec poteſt aut intelligentia comprehendi, aut hoc, quod Deus eſt, diſcretione ſeiungi. Quis ergo illi ſecreto æternæ, impenetrabiliſque ſubſtantiæ, quod neque vlla vel inuiſibilium creaturarum potuit inueſtigare natura, profanam diuiſionem temere ingerere, & diuina, atque arcana myſteria reuocare ad calculum moris humani? Adoremus Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, indiſtinctam diſtinctè, incomprehenſibilem, & inenarrabilem ſubſtantiam Trinitatis, vbi ſi admittit numerum ratio perſonarum, vnitas tamen non admittit eſſentiæ ſingularitatem, ita tamen, vt ſeruemus diuinæ propria naturæ, ſeruemus propria vnicuique perſonæ, vt nec perſonis diuinitatis ſingularitas generetur, nec ad eſſentiam hoc, quod eſt proprium nominum, transferatur. Magnum eſt, & incomprehenſibile ſanctæ myſterium Trinitatis. Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus, Trinitas indiuiſa, & tamen notum eſt, quia proprium eſt patris, vt generaret filium, proprium filij Dei, vt ex patre patri naſceretur æqualis: notum etiam quid ſit proprium Spiritus ſancti, vt de patre & filio procederet ſub vna ſubſtantia deïtatis. Proprium autem filij Dei, vt iuxta id, quod ſcriptum eſt, in nouiſſimis temporibus Verbum caro fieret, & habitaret in nobis. Ita intra viſcera ſanctæ Mariæ Virginis genitricis Dei vnitis vtriſque ſine aliqua confuſione naturis, vt qui ante tempora erat filius Dei, fieret filius hominis, & naſceretur ex tempore hominis more matris vuluam natus aperiens, & virginitatem matris

Luc. 24. Ioan. 1. Ioan. 3. Deut. 6. 1 Pet. 1. Ioan. 1.

deitatis virtute non ſoluens. Dignum planè Deo naſcente myſterium, vt ſeruaret partum ſine corruptione, qui conceptum fecit eſſe ſine ſemine, ſeruans quod ex patre erat, & repræſentans quod ex matre ſuſcepit. Nam vnde iacens in præſepio videbatur in cælo, inuolutus pannis adorabatur à magis, inter animalia editus, ab Angelis nunciatus, vix egreſſus infantiam, adnuncians myſticas ſine inſtituente doctrinas, inter rudimenta annorum puerilium edens cæleſtium ſigna virtutum? Idem enim Deus, & homo, non, vt ab infidelibus dicitur, ſub quarta introductione perſonæ, ſed ipſe Dei filius Deus, & homo, idem virtus, & infirmitas, humilitas, & maieſtas, redimens, & venditus, in cruce poſitus, & cæli regna largitus. Ita noſtræ infirmitatis, vt poſſit interimi, ingenitate potentiæ, ne poſſet morte conſumi, ſepultus eſt, iuxta id quod homo voluit naſci, & iuxta id quod patri erat ſimilis, reſurrexit, patiens vulnerum, & ſaluator ægrorum, vnus defunctorum, & viuificator obeuntium. Ad inferna deſcendens, & à patris gremio non recedens. Vnde & animam, quam pro communi conditione poſuit, pro ſingulari virtute, & admirabili potentia mox reſumpſit. Hæc ita eſſe, nec vllam dubitationem oportere recipere, id eſt, ne Dominus noſter Ieſus Chriſtus aut inter corporis paſſiones Deus non eſſe crederetur, aut ne Deus tantùm, non etiam homo inter opera mirabilium ſtupenda virtutum, propoſito nos duorum Apoſtolorum informauit exemplo, Deum eſſe Chriſtum Dominum noſtrum Petri fide, hominem Thomæ dubitationem declarans. Quid enim intererat, vt quem ſe homines dicerent, diſcipulos ſuos vellet inquirere, niſi vt reſpondente Petro: Tu es Chriſtus filius Dei viui, notum faceret, non hoc de carne, & ſanguine proditum, ſed patre Deo inſpirante reuelatum, & per teſtimonium laudatæ reſponſionis fides patefacta fieret veritatis? Quid intererat, vt apparente poſt reſurrectionem Domino Thomas tantum aut abeſſet à cæteris, aut ſolus ambigeret, niſi vt mundus crederet, quod ambigens diſcipulus exploraſſet, vt dum vnius manibus ſe pateretur tangi, ab vniuerſitate fidelium quid eſſet, poſſit agnoſci? Non ergo ad improbandum diſciplum interpoſita eſt dubitatio, ſed quæſita poſteritatis inſtructio. An ne aliud expectat, quod ſe idem Dominus Cleophæ cum alio diſcipulo, cùm ad Emmaum tendentes de ſe loquerentur inſeruit? Et quanquam de reſurrectione Domini per mulieres, quæ primæ ad monumentum conuenerant, agnouiſſent, tamen vt per eorum dubitationem daret credentibus futuris ſæculis firmitatem, incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis, quòd oportuiſſet pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam, interpretatus oſtendit & per paſſionem humanam naturam, & diuinam in eo eſſe per gloriam. Multiplicibus hæc ſanctarum ſcripturarum inſinuantur exemplis, nec apud religioſam conſcientiam tuam, venerabilis Imperator, tanquam ignota dicuntur; fides enim ipſa, quæ à te conſtanter adſeritur, tibi reddit hoc muneris, vt ſenſibus tuis & affectum ſui inſerat, & ſcientiam, per qnam diligentiùs adſeratur, infundat. Et tamen intereſt diſpenſationis mihi creditæ, vt ego quoq; vel apud ſcientes nota non taceam, vt ſuccedente ſibi per vices temporum Catholicorum prędicatione, ſenſim quod indeficienter adſeritur, ſine fine credatur. Latiùs hæc, quæ ad deitatem, humanitatemque Domini noſtri Ieſu Chriſti pertinent, & in eo vnitas duas ſine confuſione naturas, potui ſecundùm veterum definita differere, ſi eſſet aduerſum eos, qui iis diſſentiunt, diſputandum, ſed cùm in manibus omnium ſint & ſynodica conſtituta, & beati Papæ Leonis dogmata, perſtrinxiſſe potiùs pauca, quàm euoluere credidi conuenientius vniuerſa. Nunc vero agnoſcere ſatis eſt, & cauere, ita proprietatem, & eſſentiam cogitandam, vt ſciatur quid perſonæ, quid nos oportear deferre ſubſtantiæ. Quæ qui indecenter ignorant, aut callida impietate diſſimulant, dum omittunt, quid ſit proprium filij in trinitate, tendunt inſidias vnitati. Sed ſi quæ prædicta ſunt, validis teneantur fixa radicibus, nec à paterna traditione receditur, & conſtanter qnæſtionibus obuiatur. Data VIII. Kalend. April. Valerio Victorio Conſ.

Luc. 24.

An. Chriſti 521.

Hormiſda presbyteris, diaconibus & archimandritis ſecundæ Syriæ.

LECTIS literis dilectionis veſtræ, quibus inimicorum Dei patefacta veſania eſt, & infidelium pertinax furor dolenter expoſitus, qui dum rediuiuo ſpiritu oderunt Deum, membra illius IV.

impiè perſequuntur. Quantum ad conſtantiæ veſtræ agnitionem benedixi Deum, fidem militum ſuorum inter aduerſa ſeruantem, ſed rurſum Eccleſiarum concuſſionem, & ſeruorum Dei moleſtias, laboréſque conſiderans Propheta.................................

INCIPIVNT DECRETA
GREGORII PAPÆ IVNIORIS.

IN nomine Domini Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, imperante Domino noſtro, piiſſimo Auguſto Leone, à Deo coronato, Magno Imperatore, Anno ſexto P.C. eius anno ſexto, ſed & Conſtantino, nouo Imp. eius filio, anno ſecundo. Menſe Aprili, Indictione quarta.

Præſidente ſanctiſſimo, ac ter beatiſſimo Gregorio Apoſtolico Papa, in baſilica beati Petri Apoſtolorum principis, ante confeſſionem conſedentibus etiam ſanctiſſimis Epiſcopis.

Agnello Ferentinati.
Vitale Alatrino.
Martiano Gabiis.
Tiberio Sylua candida.
Georgio Nepæ.
Andrea Albanenſi.
Tribunatio Falaris.
Ioanne Blerano.
Sergio Præneſtino.
Synderedo Archiepiſcopo Spaniæ.
Sedulio Epiſcopo Britaniæ.
Fergusto Epiſcopo Scotiæ.
Maiorino Polimartij.
Ioanne Beliternenſi
Opportuno Maturanenſi.
Georgio Portuenſi.
Gregorio Anagnias.
Ioanne Signias.
Agnello Sutrino.
Anaſtaſio Tiburtino.
Vuiliarit Narnienſi.
Petro Amerino.

Et venerabilibus preſbyteris.

Siſinnio.	Ioanne.
Ioanne.	Euſtrario.
Marino.	Conſtantino.
Epiphanio.	Marino.
Siſinnio.	Ioanne.
Georgio.	Thalaſſio.
Gregorio.	Ioanne.
Ioanne.	

Adſtantibus quoque diaconibus.

Petro Archidiacono.
Gregorio Macoſcu.
Benedicto Diaconibus, vel cuncto clero.

Gregorivs ſanctiſſimus, ac beatiſſimus Papa dixit: Cùm ſimus dominicæ plebis ſuperna miſeratione rectores: ſtudioſiùs nos conuenit Dei præſidio pro eorum ſæpe cogitare ſalute, ne de creditis fruſtratis (quod abſit) animabus, inſidiis antiqui hoſtis ante omnium paſtorem, niſi ſuccedat præueniendo de offenſis correctio, deſtrictam cogamur ſoluere rationem. Dúmque perpendo, vel ad animum reduco, quanta circunſpectione nos oporteat in vigilando contra ſui cuiuſque ſceleris nequitiam obuiare, & ſiquando inſilierit ad perturbandas fidelium mentes adiutorio ſuperno ictui eius reſiſtere, valde concutior, atque nimis tabeſco: ne ſerpentina calliditate (quod abſit) leuiores quoque decipiat, Deo verè fauente, ſolicitudine nimia animæ æquiori mente diuino iuuamine freti pro ſalute omnium ſtudere debemus, vt inconfuſo vultu, non de fraude cuiuſquam perculſi adſiſtere æterno iudici mereamur, & vocem audire inquientem, Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Hinc namque eſt, quod ingemiſcens dico, qui populi Chriſtiani aliquos per prouinciam Italiam hanc commorantes audio tenere contra Catholicam fidem, & Patrum ſtatuta, ita vt Deo ſacratas feminas ducere præſumant mulieres, & propinquas in coniugio ſocient, quod opportunum eſt ſpiritali amputari mucrone, atque ſi veſtræ placet ſanctitati, radicitus euelli: ne ſeges boni agricolæ zizaniorum miſta horrentibus fructibu[s] ſordeſcat.

Sanctiſsimi Epiſcopi ſeu venerabiles preſbyteri reſponderunt.

VERE cognoſcimus gratia ſancti Spiritus [...]or Apoſtolatus veſtri ſuccen-

cenſum, vt tantæ miſeriæ ſqualores à fidelium mentibus detergantur, & quaſi vulnus corpori infixum aditu talis miſeriæ obſerato ſalutari antidoto curetur, ſicut bene præuiſum eſt interdictione anathematis, ne denuo quiſpiam hoc Romanus, Longobardus, vel cuiuſcunque ſit gentis, ſacrique baptiſmatis vnda lotus, attentet, vt non tanti piaculi mole oppreſſus præcipiti incidat, aut voragine mergatur iniquitatis, vitari debeat, atque radicitus euellatur.

Poſt hanc omnium conſonam reſponſionem Gregorius Apoſtolicus Papa ante corpus memoratum venerabilis Chriſti Apoſtolorum principis, inferendo ſententiam dixit.

I. Siquis presbyteram duxerit in coniugio, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

II. Siquis diaconam duxerit in coniugio, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

III. Siquis monacham, quam Dei ancillam appellant, in coniugio duxerit, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

IV. Siquis commatrem ſpiritalem duxerit in coniugio, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

V. Siquis fratris vxorem duxerit in coniugio, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

VI. Siquis neptem duxerit in coniugio, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

VII. Siquis nouercam, aut nurum ſuam duxerit in coniugio, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

VIII. Siquis conſobrinam ſuam duxerit in coniugio, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

IX. Siquis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit in vxorem, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

X. Siquis viduam furatus fuerit in vxorem, vel conſentientibus ei, anathema ſir, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

XI. Siquis virginem, niſi deſponſauerit, furatus fuerit in vxorem, vel conſentientibus ei, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

XII. Siquis ariolis, aruſpicibus, vel incantatoribus obſeruauerit, aut phylacterio vſus fuerit, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit.

Siquis in quoquam partem, vel præcepta antè emiſſa Apoſtolicæ Eccleſiæ de oliuetis, & locis diuerſis temerauerit, & non in omnibus obſeruauerit, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit. XIII.

Hadriano filio Exhilarati, qui pòſt præſtito ſacramento in Apoſtolica confeſſione Epiphaniam diaconam inlicito auſu in vxorem habet, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit. XIV.

Epiphania diacona, quæ pòſt præſtito ſacramento cum Hadriano Exhilarati filio fuga lapſa eſt in vxorem; anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit. XV.

Siquis eis in tam crudeli aſſenſum præbuerit, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit. XVI.

Siquis ex clericis laxauerit comam, anathema ſit, & reſponderunt omnes tertiò, anathema ſit. XVII.

Gregorius, Epiſcopus ſanctæ Catholicæ, atque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Agnellus, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Ferentinenſis, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Ioannes, humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Beliternenſis, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Ego Vitalis, Epiſcop. S. Eccl. Alatrinæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſ.

Opportunus, gratia Dei Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Maturianenſis, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Martinianus, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Gabinatis, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Georgius, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Portuenſis, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Tiberius, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Syluæ candidæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Ego Gregorius, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Anagninæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Georgius, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Nepiſinæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Ioannes, indignus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Signinæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Andreas, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Albanenſis, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Agnellus, peccator Epiſcopus S. Eccleſiæ Sutrinæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Tribunatius, indignus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Falaritanæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Anaſtaſius, Epiſcopus S. Eccleſiæ Tiburtinæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Ioannes, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Bleranæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Vuillari, Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Narnienſis, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Sergius, gratia Dei Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Præneſtinæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Petrus, humilis Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Amerinæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Maiorinus, Epiſcopus S. Eccleſiæ Polimartij, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Synderedus, Epiſcopus ex Spania, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Sedulius, Epiſcopus de genere Scotorum, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Ferguſtus, Epiſcopus Pictus, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Item ſubſcriptio presbyterorum.

Siſinnius, humilis preſbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, tituli ſancti Laurentij, qui appellatur Lucinæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Ioannes, preſbyter ſanctæ Rom. Eccleſiæ, tituli ſanctæ Cæciliæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Siſinnius, preſbyter ſanctæ Rom. Eccleſiæ, tituli ſancti Xiſti, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Ioannes, preſbyter, tituli ſancti Marcelli, huic conſtituto à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Ioannes, humilis preſbyter S. Rom. Eccl. tituli ſanctæ Suſannæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Euſtratius, humilis preſbyter S. Rom. Eccl. tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Georgius, immeritus preſbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, tituli SS. Ioannis & Pauli, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Thalaſſius, humilis preſbyter ſanctæ Rom. Eccl. tituli ſanctæ Dei genitricis, qui appellatur Caliſti trans Tiberim, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Marinus, humilis preſbyter S. Rom. Eccl. tituli ſanctæ Sabinæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Conſtantinus, preſbyter ſanctæ Rom. Eccl. tituli S. Cyriaci, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Gregorius, humilis preſbyter ſanctæ Rom. Eccleſiæ, tituli ſancti Clementis, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Epiphanius, humilis preſbyter ſanctæ Rom. Eccl. tituli ſancti Laurentij, qua Damaſi, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Marinus, indignus preſbyter S. Rom. Eccl. tituli Apoſtolorum, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Ioannes, humilis preſbyter S. Rom. Eccl. tituli ſanctæ Priſcæ; huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Petrus, indignus Archidiaconus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Gregorius, indignus, & humilis diaconus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Muſchus, humilis diaconus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Benedictus, indignus diaconus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, huic conſtituto, à nobis promulgato, ſubſcripſi.

Die non. April. Imp. Domno piiſſimo Auguſto Leone, à Deo coronato magno Imp. anno ſexto P E. eius anno ſexto. Sed & Conſtantino nouo Imp. eius filio, anno ſecundo. Indictione quarta. An. Chriſti 721.

FINIS.

Digitized by Google

PRISCA
CANONVM
EDITIO LATINA
COMPLECTENS
CANONES CONCILIORVM
ANCYRANI, NEOCÆSARIENSIS, NICÆNI, SARDICENSIS, GANGRENSIS, ANTIOCHENI, LAODICENSIS, CONSTANTINOPOLITANI PRIMI, ET CHALCEDONENSIS.

Quæ nunc primùm in lucem prodit, ex antiquiſſimo Codice MS. Bibliothecæ CHRISTOPHORI IVSTELLI.

Digitized by Google

LECTORI.

VT nihil deſiderares, ERVDITE LECTOR, quod ad antiquitatis Canonicæ & Eccleſiaſticæ memoriam conſeruandam poſteris vſui eſſe poſſet, huic operi noſtro priſcam illam Canonum Editionem Latinam, à cæteris quæ hactenus editæ ſunt aliam atque diuerſam, quam multi iique grauiſſimi viri ſæpe laudarunt, inſerendam eſſe duximus. Hanc ex venerandæ antiquitatis Codice MS. literis maiuſculis, & bene quadratis deſcripto Bibliothecæ Chriſtophori Iuſtelli tibi repræſentamus. Continebat olim ille præſtantiſſimus Codex Canones Conciliorum Ancyrani, Neocæſarienſis, Nicæni, Sardicenſis, Gangrenſis, Antiocheni, Laodicenſis, Conſtantinopolitani I. & Chalcedonenſis: ſed, quod maximè dolendum, Synodi Laodicenæ integri Canones, & maxima pars Sardicenſium, cum poſtrema parte ſubſcriptionum Concilij Nicæni iniuriâ temporum periere. Quæ tamen ſuperſunt Concilij Sardicenſis fragmenta, poſt Nicænam Synodum collocauimus. Authorem namque huiuſce Editionis non dignitatem Conciliorum, ſed ordinem temporis ſequutum fuiſſe in ſua Collectione vero ſimile eſt. Nec obſtat quòd in eo Codice Chalcedonenſis Synodus ordine præpoſtero ante Conſtantinopolitanam ponatur, & Canon XXVIII. Chalcedonenſis inter Conſtantinopolitanos referatur: cùm id potius hallucinationi vel incogitantiæ amanuenſis qui hunc Codicem exſcripſit, quàm auctoris errori, vel imperitiæ tribuendum eſſe videatur. Et quamuis alia non pauca deprauata, corrupta, & confuſa in eodem libro paſſim occurrant, quæ non abs re amanuenſis errata iudicari poſſent, nobis tamen in tam eleganti & tantæ vetuſtatis cimelio aliquid emendare aut immutare religio fuit; ſatis eſſe rati, ſi ad marginem ſcriptoris σφάλματα annotaremus.

TESTIMONIA DE ANTIQVA Collectione Canonum Latina.

PETRVS DE MARCA Archiepiſcopus Tholoſanus libro III. de Concordia Sacerdotij & Imperij, pag. 414.

POST Synodum Chalcedone habitam Canones Graci latinitate donati ſunt, & Occidentalibus communicati, interpretatione in eam rem elaboratâ, cuius meminit Dionyſius Exiguus: eiúſque exemplar antiquiſſimum retinet adhuc Bibliotheca Vaticana à viris eruditis laudatum; & alterum veneranda antiquitatis Codicem MS. vir de antiquitate Canonica optimè meritus Chriſtophorus Iuſtellus, in quo deſcripti ſunt poſt cateros Canones XXVII. Concilij Chalcedonenſis.

CLAVDIVS SALMASIVS libro de Primatu Papæ pag. 105.

ANTIQVI moris eſt vt vrbis Roma Epiſcopus habeat principatum, vt ſuburbicaria loca & omnem ſuam Prouinciam ſua ſolicitudine gubernet, &c. Hic Canon ſic Latinè verſus, ac ſcriptus habetur in antiquiſſimo libro grandiori litera exarato, qui hodie eſt penes Cl. Iuſtellum, quem honoris causâ nomino.

l. incipiunt

*INCIPIT CONSTITVTA CANONVM ANCYRENSIVM.

I. DE presbyteris qui immolauerunt in perſecutione.
II. De diaconis qui immolauerunt.
III. De his qui per vim paganizauerunt.
IV. De his qui multifariè cum paganis conueniunt.
V. De his qui timori lapſi ſunt.
VI. De his qui in idolis comedunt.
VII. De his qui ſæpius immolauerunt.
l. immolare VIII. De his qui & alios ſuadent idolis *immolarem.
IX. De his qui in ordinatione nubtias conteſtantur.
l. deſponſatis X. De diſponſaris puellis, & ab aliis corruptis.
XI. De Catechumenis lapſis.
XII. Vt nullum liceat ordinare Chorepiſcopum.
XIII. De his qui abſtinent à carnibus.
XIV. De diſtrahentibus res Eccleſiaſticas.
XV. De his qui in animalibus coierunt.
XVI. Vt ſupra aut in maſculis vel corrupti ſunt, aut corrumpunt.
XVII. De ordinatis Epiſcopis & non ſuſceptis.
XVIII. De his qui virginitatem promittunt, & quaſi ſororibus commorantur.
XIX. Qui adulteras habent vxores.
XX. De his qui ex fornicatione interficiunt natos.
XXI. De homicidiis.
XXII. De extra voluntatem homicidio.
XXIII. De diuinantibus vel maleficis.
XXIV. De conſciis corruptionis virginum.

l. Expliciunt *EXPLICIT CAPITVLA CANONVM ANCYRENSIVM.

l. incipiunt

*INCIPIT CONSTITVTA EIVSDEM CONCILII.

Iſti Canones priores quidem ſunt Nicænis Canonibus expoſitis: Sed tamen Nicæni primò accepti ſunt, propter auctoritatem ſancti & magni Concilij quod factum eſt in Niciam.

CANONES CONSTITVTI A SANCTIS PATRIBVS qui congregati ſunt per ſanctum Spiritum in ciuitate Ancyrenſe. Tit. XXIV.

De presbyteris qui immolauerunt in perſecutione.

I. PRESBYTERI qui immolauerunt & iterum reſipiſcerunt, & neque reluctauerunt per remedium *aliquem: ſed ex veritate, neque ante per compoſitum ea quæ egerunt firmantes, vt oſtenderent ſe quaſi ſupplicijs miſſos vt videantur & credantur per ſcemate offeri ſe is, de iſtis l. aliquod

placuit honorem quidem ſecundùm Cathedram eos * habere, aut * precare, aut agere, aut ſacro miniſterio miniſtrare non liceat.

ad. offerre autem eos. l. precari.

De Diaconis qui immolauerunt.

II. DIACONI ſimiliter qui immolauerunt & poſtea reſipiſcerunt, dignitatem quidem ſuam habere & ceſſare eos à ſacro miniſterio panis & calicis, non portare neque miniſtrare. Si autem aliqui Epiſcoporum ipſorum ſcientes laborare eos, humilitatem manſuetudinis habere, voluerint plus aliquid dare eis vel minuere in eorum eſſe poteſtatem.

De his qui in fuga tenti per vim paganizauerunt.

III. QVI fugientes tenti ſunt, aut à domeſticis ſuis traditi ſunt, aut ſubſtantias ſuas perdiderunt: paſſos autem ſupplicia, aut in carcerem miſſos clamantes Chriſtianos ſe eſſe tentos adque in manibus ferro violenter mittentes, & eſcam cum paganis neceſſitate acceperunt, confitentes quia sũt Chriſtiani, & luctum de hoc quod euenit ſemper oſtendentes, cum omni humilitate & ſcemate bonitatis, & ſæculi huius humilitate iſtos, quaſi foris à peccato factos de communione non priuari. Sin autem priuati ſunt ab aliquibus vt poſſent plus probari, & ab aliquot, mox ſuſcipi. Hæc autem ſimiliter aput clericos vel laïcos diſcuſſum eſt, vt ſi poſſibile & laïci tale neceſſitate ſubiecti ad prouectionem honoris poſſunt venire. Placuit ergo & iſtos, quaſi nihil peccantes, aut antea inueniatur tecta vita eorum, ad ordinationem venire cleri.

ſ. cum

*De his qui multifariè egerunt * paganis.*

IV. QVI per vim immolauerunt qui & aput * idolis cenauerunt, quanti & ſcemate inluſtrati aſcenderunt & veſte vſi ſunt pretioſa, & acceperunt ex præparata cœna diuerſi. Placuit eos tres annos, orationi ſimul communicare, eos biennio, & ſic ad perfectum venire: quanticunque verò aſcenderunt cum veſte in luctu, & recumbentes comederunt cum triſtitia & lacrymis, ſi compleuerunt ſubiectum triennium ſine oblatione recipiantur. Si autem ederunt biennio ſubiecti ſunt, & tertio anno communicent ſine oblatione vt perfecti quarto anno accipiant. Epiſcopi autem habere poteſtatem, mores conuerſionis eorum probantes, humaniter, aut ampliùs addere tempus: obiens autem & vita qui antecedet, & qui ſequitur probatus. Et ſic humanitas ſuperadnumeretur.

ſ. idola

deſunt quædam verba.

De his qui timori paganizauerunt.

DE his qui per minas & timorem paganizauerunt per ſupplicia & ſubſtantiæ * perditionis, aut * tranſmigrationis immolauerunt, & vſque * ad præſente tempore non pœnituerunt, neque conuerſi ſunt, & nunc extra tempore ſynodi, ſupplicantes; placuit eos vſque ad maiorem diem ad audientiam ſuſcipi, & poſt maiorem diem ſubiacere triennio, & poſtea communicare ſine oblatione, & ſic venire ad perfectum, vt tempus ſex annorum compleant. Si autem aliqui ante ſynodum ſuſcepti ſunt ad pœnitentiam, ab illo tempore numerari eis principium annorum ſex. Si autem aliqui periculum mortis, vel expectatio ab infirmitate, aut alterius occaſione, oportet iſtos ſub hora ſuſcipi. V.

perditionem. tranſmigrationem, præſens tempus.

De his qui in idolorum locis comedunt.

DE his qui in feſtiuitate locis abominandis gentilium ſimul edunt, & ſuam eſcam defendentes pollutam comederunt, placuit eos biennio ſubiacere, & ſic ſuſcipi quia oportet poſt oblationem vnumquemque Epiſcopum eos probare, & vitam ſingulorum agnoſcere. VI.

De his qui ſæpius immolauerunt.

QVI ſecundo & tertio immolauerunt per vim, quatuor annis ſubiaceant, & duo ſine oblatione communicent, & ſeptimo ad perfectum ſuſcipiantur. VII.

De his qui & alios ſuadent idolis immolare.

QVANTI autem non ſolùm apoſtatarunt: ſed & fratres ſollicitauerunt, & rei fuerunt pro hoc quia ſollicitati ſunt, hi tribus annis locum audientiæ ſuſcipiant: in aliis autem ſex annis locum eo quo deciderunt vacent, alium autem annum communicent ſine oblatione, vt decem annos complentes perfectum ſuſcipiant locum: in hoc autem oportet eorum cuſtodire vitam. VIII.

De diaconibus qui in ordinatione nubtias conteſtantur.

DIACONI qui ſunt ordinandi, ſi conteſtati ſunt ante ordinationem, IX.

& dixerunt oportere ſe nubere, non poſſe eos ſic manere, hi poſt hoc nubentes, ſint in miniſterio pro quod præceptum eis eſt ab Epiſcopo. Si autem aliqui non conteſtati tacuerunt, & placuit eis in ordinatione perſeuerare innupti, & poſtmodum venerunt ad nuptias, ceſſare eos omnino à miniſterio diaconi.

De puellis quæ ſponſatæ ſunt, & ab aliis diſtipulatæ ſunt.

X. QVÆ ſponſatæ ſunt, & ab aliis ſunt raptæ, placuit poſt hoc eas reddi, cui antè deſponſatæ ſunt, etiamſi ei vim ab eis aliquid perpeſſæ ſint.

De his qui cùm catechumeni eſſent immolauerunt.

XI. QVI anre baptiſmum immolauerunt, poſtea autem baptizati, placuit eos ad officium venire, ſicut & cæteri.

Vt non ſine Epiſcopo liceat quemquam ordinare, ab iis qui dicuntur Corepiſcopi.

XII. COREPISCOPIS non licere presbyteros aut diaconos ordinare, ſed neque presbyteris ciuitatis ſine iuſſione Epiſcopi, ſed cum eiſdem litteris eundi ad ſingulas parocias.

De his qui abſtinent à carnibus.

XIII. QVI in clero ſunt presbyteri vel diaconi abſtinentes à carnibus, placuit vt rangerent. Et ſi non obaudierint Canonem, placuit ceſſare eos de ordine.

De his qui temerè res Eccleſiaſticas diſtrahunt.

XIV. QVÆ adpertinent Dominico, ſi quando non eſſet aut neſciens Epiſcopus, presbyteri venundauerunt, reuocare, atque reddere compelluntur, & in arbitrio Epiſcopi eſſe, ſi oportuerit recipere pretium, ſiue reditus eorum quæ ſunt venundata reddere in his ipſis pretium.

De his qui in animalibus coierunt.

XV. QVI animaliter in animalibus tale aliquid committunt, quia ampliùs quàm viginti annorum fuerint, & hoc commiſerint, quindecim annis ſubiaceant, & ſic communionem mereantur orationum, & in hoc perdurantes annis quinque, tunc oblationis attingant. Requiratur autem eorum vita quæ ſit adhuc ſubiacentibus, & ſic mereantur humanitatem: ſi autem inceſſanter ad peccandum perſeuerarint longam habeant pœnitentiam. quanti ſuperfuerint * ætatem, & ſi vxores habentes peccauerint in hoc delicto, viginti quinque annis ſubiaceant, ita vt poſt quinquennium communionem orationis mereantur. Si autem & aliqui, & vxores habentes, & ampliùs quinquaginta annorum hoc peccantes, in exitum vitæ ſuæ mereantur viaticum accipere.

* *f.* hanc

De his qui in animalibus aut maſculis, aut aliquando corrupti ſunt, aut corrumpunt libidini.

XVI. PRO his qui in animalibus, vt animalia * fraciſcunt, vel in maſculis leproſi efficiuntur, de his præceptum eſt, vt cum eis qui tempeſtatem patiuntur, orare.

* l. fraceſcunt

De his qui in Epiſcopatu ſunt probati, & non ſuſcepti.

XVII. QVI in Epiſcopatum conſecrati ſunt, & non ſuſcepti in parociis, in quibus ſunt nominati. Et ſi in aliis voluerint ire parociis, & per vim obprimere ibidem conſtitutos, & lites contra eos mouere, ipſos pellere, & alienare. Si autem voluerint in presbyterium, in quo fuerunt primùm, ſedere ordinem vt presbyteri, non eos pelli. Si enim voluerint reſultare eis, qui ibidem ſunt conſtituti Epiſcopi, expelli eos cenſemus de ordine presbyterorum & fieri exprædicatores.

De eis qui in virginitate ſe permanere promittunt, & quaſi ſororibus ſingunt commanere.

XVIII. QVANTI virginitati ſe promiſerunt, & euacuantes promiſſum bigami conſtitutionem ſectantur. * Cui verò conuenerint virgines aliquibus ſicut ſorores, vetamus.

* l. quæ

De his qui adulteras habent, at ipſi adulterant.

XIX. SI alicuius vxor adulterata fuerit, aut adulterium vir ſuus commiſerit, ſeptem annis oportet eum ſubici, & poſtea perfectam communionem mereri, ſecundùm gradus qui procedunt.

De eis quæ gemunt ex fornicatione & inficiunt natos.

XX. QVÆ interficiunr natos & feſtinant abortiuum facere primum conſti-

Digitized by Google

tutum, vſque ad exitum vetuit, & hoc definito humaniore aliquid conſequentur, conſtituimus eas decennio tempore, ſecundùm gradus qui ſunt conſtituti.

De homicidiis.

XXI. DE voluntariè homicidio admiſſo ſubiacent quidem omni tempore, & de perfecto ad finem vitæ mereantur viaticum.

De extra voluntatem homicidio.

XXII. EXtra voluntatem admiſſo primum conſtitutum in ſeptem annis præcepti perfecti dignum eſſe; & vt fiat ſecundùm gradus conſtitutos quinquennium cenſemus perficere.

De his qui quoquo modo diuinant.

XXIII. QVI conſuetudines gentium ſequentes, aut introducentes aliquos in domibus ſuis ad requiſitionem diuinando, qualibet cauſa maleficiorum, aut incantantium, ſi de clero ſunt, abiciantur. Si verò ſæculares in canone iaceant quinquennij ſecundùm gradus definitos.

De his qui conſcij ſunt corruptionis virginum.

SI deſponſatus aliquis puellam corru- XXIV.
pit ſororem eius, vt grauet eam, nubſerit quam deſponſauit; poſtmodum quæ corrupta eſt laqueo ſe ſuſpendit: hi qui conſcij ſunt præcipiuntur vndecim annis ſuſpendi conſtanter, ſecundùm gradus qui iam ordinati ſunt.

Et ſubſcripſerunt.

Vitalis Antiociæ.
Marcellus Ancyræ.
Agricolaus Cæſariæ.
Lupus Tarſiæ.
Baſilius Ameſays.
Philadelphus Iuliopolis.
Euſtolus Nicomediæ.
Hercilius Zenoniæ.
Petrus Iacomenſis.
Nunachius Laodiciæ.
Sergianus Anthiociæ Piſid.
Epidaurus Perges.
Narciſſus Merodiades.

EXPLICIT CONSTITVTA CANONVM ANCYRENSIVM.

INCIPIT CAPITVLA
CANONVM NEOCÆSARIENSIVM.

I. DE preſbyteris lapſis.
l. nuptiis II. De *nuptias duorum fratrum.
III. De his qui plurimis mulieribus nubſerint.
l. fornicari IV. De his qui conſtituti ſunt * fornicarive & vetantur.
V. De Catechumenis lapſis.
l. catechuminæ VI. Mulieres prægnantes quæ ſunt * catechuminas baptizandas.
VII. In nubtiis bigami, presbyteri orare non debent.
VIII. De his qui adulteris mulieribus ſociantur.
IX. De his qui ante ordinem peccant, & poſtea confitentur.
X. De diaconis ſimiliter.
XI. Qua ætate debeant clerici in ordine promoueri.
XII. De his qui in ægritudine baptizantur.
XIII. De presbyteris parociæ.
XIV. De numero diaconorum.

EXPLICIVNT CAPITVLA NEOCÆSARIENSIVM.

INCIPIT TEXTVS EIVSDEM CONCILII.

l. Neocæſariæ Iſti Canones ſecundi ſunt Ancyrenſium, qui * Neocæſariam ſunt expoſiti, & hi priores ſunt Nicænis.

De

De presbyteris lapſis.

I. PResbyter ſi nubſerit deponi eum de ordine, ſi autem fornicatus fuerit, aut in quolibet adulterauerit, pelli eum à communione etiam, & ad pœnitentiam adduci cenſemus.

l. nubtiis *De nubtias * duorum fratrum.*

II. MVlier ſi nubſerit, & à duobus fratribus corrupta fuerit, expellatur vſque ad mortem, tamen in hora mortis ſui * viaticum accipiat, ſi agnouerit * herrorem: & ſi iam corrupta vetauerit nubtias, & egerit pœnitentiam, perfectam mereatur communionem: ſi verò moriatur mulier in talibus nubtiis poſita, aut vir talis corruptor difficilis eorum qui remanet, pœnitentiæ remittatur.

l. ſuæ

l. et

De his qui multum nubſerint.

III. HI qui plurioribus nubtiis inciderunt tempus quidem * agnitus qui inſtitutum eſt, conuerſatio autem & fides eorum perincidet tempus.

l. agnitum quod

De his qui conſtituunt fornicari & vetantur.

IV. SI diſponens aliquis & deſiderans mulierem alienam, dormire cum ea, & conſtituerit, & non veniat ad diſpoſitum ſuum, apparet quia gratia Dei liberatus eſt.

De catechumenis peccantibus.

V. CAtechvminvs ſi in Dominicum ſtat in ordinem, iſte autem ſi pareat peccans, genua flectat, & hoc cùm audierit deſinat peccare, conſequatur gratiam: ſi autem audiens adhuc peccat, expellatur.

De pregnantibus mulieribus.

VI. MVlierem grauidam oportet baptizare quandoque voluerit, nihil enim hoc communicat qui naſcitur, quoniam ſinguli propriam voluntatem ad confeſſionem oſtendunt.

In nubtiis bigami presb. non orare.

VII. PResbyterum ad nubtias bigami non comedere, quia pœnitentiam petens bigamus, quis auſus eſt presbyter, vt propter conuiuium componat nubtias.

De his qui mulieribus adulteris ſociantur.

VIII. MVlier cuiuſque adulterata laico conſtituto ſi doceatur, talis ad miniſterium venire non poteſt. Si autem poſtquam ordinatus fuerit adulteretur, dimittere eam debet; ſi autem conuiuere cum ea voluerit, non poteſt attingere quod ei creditum eſt miniſterium.

De his qui ante ordinem peccant.

IX. PResbyter ſi antè peccauit corpore, probetur & confiteatur quia peccauit antequam ordinaretur, non offerat, permanens in reliquis; * pro reliqua feſtinantur migrare, quia reliqua peccata dixerunt multi per manus * impoſitionis poſſe dimitti. Si autem ipſe non confiteatur, & argui palam non poterit, inſuper hoc facere poteſt.

locus corruptus

l. impoſitionem

De diaconis ſimiliter.

X. SI in hoc ipſo peccato diaconus inciderit, miniſterij locum non habeat.

Qua ætate debeant ad ordines promoueri.

XI. PResbyter ante triginta annos non ordinetur: etſi forſitan ſit homo dignus, tamen hoc in eo obſeruati debere, quia Dominus in trineceſimo anno baptizatus docere cœpit.

De his qui in ægritudine baptizantur.

XII. SI quis ægrotus baptizatus fuerit, in ordine presbyteri venire non poteſt, quia non ex voluntate fides eius acceſſit: ſed ex neceſſitate. * Si fortè enim poſtmodum feruentiam fidei, aut hoſpitalitatem hominum erogata probetur.

locus deprauatus

De presbyteris Diocenſium.

XIII. DE aliquibus locis presbyteri in Dominico ciuitatis offerre non poſſunt, præſente Epiſcopo, aut presbyteris ciuitatis: neque panem dare in oratione, neque calicem. Si autem abſentes ſint, & in oratione vocatus fuerit qui de eo loco eſt Corepiſcopus, ſolus dat: quia Corepiſcopi ſunt quidem forma de ſeptuaginta, & ſicut comminiſtrantes propter curam pauperum offerent, honorantes eos.

De numero diaconorum.

XIV. DIaconi ſeptem debent eſſe ſecundùm canonem. Et ſi * fortiter magna ſit ciuitas: ſed vt credas inquire à volumine Actuum Apoſtolorum.

l. fortè

Digitized by Google

Et ſubſcripſerunt qui conuenerant in Synodo Neocæſariæ.

Vitalis.	Gregorius.	Sebius.	Germanus.
Paulus.	Longinus.	Erytrius.	Gerontius.
Leontius.	Heraclius.	Xantulus.	Stephanus.
Baſileus.	Amphition.	Valentinus.	Phalminon.
		Narciſſus.	Leontius.
		Dicaſius.	
		Alphion.	

EXPLICIVNT CONSTITVTA CANONVM NEOCÆSARIÆ.

INCIPIVNT CONSTITVTA
CANONVM SANCTORVM PATRVM
qui apud Niceam ſunt congregati.

INCIPIVNT CAPITVLA NICÆNI CONCILII.

I. DE his qui ſe abſcidunt vel eunicizant.
II. De Neophytis.
III. De commanentibus.
IV. De ordinandis Epiſcopis.
V. De his qui excommunicantur per ſingulas prouincias.
VI. De primatu Eccleſiæ Romanæ.
VII. De honore Hieroſolymitani Epiſcopi.
l. Cathari VIII. De his qui nominantur * Cataroe.
IX. De his qui inexaminati ordinantur.
X. De his qui in perſecutione negauerunt fidem.
XI. De his qui præuaricati ſunt præter neceſſitatem.
XII. De reconciliatione danda.
XIII. De catechumenis lapſis.
XIV. De clericis ne de ciuitate ad aliam tranſeant.
XV. Vt nullus alienum ſuſcipiat clericum & promoueat.
XVI. Vt nullus alienum clericum ordinet.
XVII. Vt nullus clericus fœneret.
l. diaconis XVIII. De diaconi * ne ſupra presbyter. poſſint.
XIX. De Paulianiſtis baptizandis.
XX. De diaconiſſis.
XXI. De flectendo genu.

EXPLICIT CAPITVLA NICÆNI CONCILII.

INCIPIT PRÆFATIO NICÆNI CONCILII.

CONCILIVM ſacrum venerandi culmina iuris condidit, & nobis congrua frena dedit, vt bene fundatus iuſto moderamine poſſit intemerata gerens clericus ordo regi: Pontifices ſummi veterum præcepta ſequentes planiùs hæc monitis expoſuere ſuis: hinc fidei noſtræ ſe pandit ſemita, & omnes errorum damnant dogmata ſancta vias: quiſque Dei famulus fuerit, Chriſtique ſacerdos, hoc ſale conditus dulcia mella fluet.

EXPLICIT PRÆFATIO.

Incipit fides Nicæni Concilij.

CVM conueniſſet ſanctum & magnum Concilium apud Niciam metropolim Bythiniæ ſtatuta ſunt, quæ infrà ſcribta ſunt. Et placuit vt hæc omnia mitterentur ad Epiſcopum vrbis Romæ Silueſtrum. Facta eſt autem Synodus conſulatu Conſtantini Aug. & Licinij XIII. Kal. Iul. qui eſt aput Græcos XVIII. dies menſis eorum ſecundus, anno ab Alexandro DCXXXVI.

Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt.

Confeſſio fidei.

CREDIMVS in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium factorem, & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum natum ex patre vnigenitum, hoc eſt ex ſubſtantia Patris, Deum verum de Deo vero natum, non factum homouſion, hoc eſt eiuſdem * cum patris ſubſtantia, per quem omnia facta ſunt, quæ in cælo & quæ in terra, qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, aſcendit in cælum, vnde venturus eſt iudicare viuos & mortuos; & in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt, erat tempus quando non erat, & priùs quàm naſceretur non erat, & quia ex nullis ſubſiſtentibus factus eſt, aut ex alia ſubſtantia, vel eſſentia dicunt eſſe τρέπτον, hoc eſt conuertibilem, aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia.

* l. cum Patre ſubſtantiæ

De his qui ſeipſos abſcidunt, vel eunucizant, in totum ad clerum admitti non debere.

I. SI quis per languorem à medicis ſectus eſt, aut barbaris abſciſſus, iſte remaneat in clero: ſi quis autem ſanus ſe abſcidit, & ſi in clero poſitum abici oportet, & cæteri nullum ex his debere promoueri. Sicut autem hoc manifeſtum eſt de his qui ſe audent abſcidere, ita eos, qui à barbaris aut à dominis caſtrati ſunt, inuenientur etiam aliàs tales digni, ad clerum adplicat canon.

De Neophytis qui poſt baptiſma ad clerum adplicantur.

II. PLVRIMA ſiue neceſſitate, aut aliter feſtinantibus hominibus facta ſunt extra canonem Eccleſiaſticum, vt homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & pauco tempore cathecizati ſtatim ſpiritale lauacrum accipiant, & cùm baptizati fuerint promoueantur ad Epiſcopatum aut presbyterium, bene haberi placuit: de cætero nihil tale fieri. Nam & tempore opus eſt qui cathecizatur, & poſt baptiſma adprobatio ampliùs manifeſta. Etenim eſt Apoſtolica ſcribtura quæ dicit non Neophytum, ne fortè ſtupore ductus in iudicium incidat & laqueum diaboli. Si autem procedente tempore animæ aliquid peccatum inueniatur circa aliquam perſonam & conuincatur, duobus vel tribus teſtibus, ceſſet iſte à clero: ſi quis autem præter hæc facit quaſi aduerſus ſanctum & magnum Concilium ſuperuiens, ipſe ſe periclitans priuabitur à clero.

De commanentibus.

DE mulieribus quæ cum Epiſcopis vel preſbyteris, vel diaconibus commorantur, ſiue viduæ vel virgines, interdixit omnimodo ſanctum & magnum Concilium, neque Epiſcopo, neque preſbytero, neque diacono, neque ex his qui in clero ſunt licere ſecum commanere, præter fortè ſororem, aut Tiam, aut ſolas perſonas quæ refugiunt omnem ſuſpicionem. III.

De ordinandis Epiſcopis.

PLACVIT autem vt ab omnibus Epiſcopis qui ſunt in prouincia ordinari Epiſcopum. Si autem difficile erit hoc propter vrgentem neceſſitatem, aut longitudinem itineris, omnimodo tres in vnum conuenientes oportet conſtitui Epiſcopum, conſentientes fuerint per ſcribta ſua, tanquam ſi præſentes: confirmationem autem eorum, quæ fiunt, habentes auctoritatem vniuſcuiuſque prouinciæ Metropolitani. IV.

De his qui excommunicantur per ſingulas prouincias.

SIVE de clero ſit, ſiue de laïco agmine ab Epiſcopis per ſingulas prouincias obtineat ſententia ſecundùm Canonem: eos verò qui ab aliis abiciuntur, ab aliis non ſuſcipiendos aut admittendos: requirantur autem ne puſillanimitate aut pertinacia, aut aliquo alio Epiſcopi odio excommunicati ſint, vt autem hoc decentem adquiſitionem accipiat, bene haberi placuit, & ſingulis annis per ſingulas prouincias bis in anno Concilia fieri, vt omnes ſimul Epiſcopi in vnum cōgregati V.

tales quæſtiones inquirant: & ſi qui incunctanter offenderint Epiſcopũ ſuum, & rationabiliter excommunicati apud omnes eſſe probatum, & omnium Concilio innoteſcat, quandiu Epiſcopo placeat humaniorem pro his ferre ſententiam. Concilia autem fiant, vnum quidem ante Quadrageſimam, vt omnium animoſitate amputata, munus mundum offeratur Deo: ſecundum verò fiat circa autumnum tempus.

De primatu Eccleſiæ Romanæ, vel aliarum ciuitatum Epiſcopis.

VI. ANTIQVI moris eſt vt vrbis Romæ Epiſcopus habeat principatum, vt ſuburbicaria loca, & omnem prouinciam ſua ſollicitudine gubernet, quæ verò apud Ægyptum ſunt, Alexandriæ Epiſcopus omnium habeat ſollicitudinem: ſimiliter autem & circa Antiochiam, & in cæteris prouinciis priuilegia propria ſeruentur metropolitanis Eccleſiis: omnimodo autem manifeſtum eſt illud, vt ſi quis ſine arbitrio eius qui eſt in metropolim conſtituerit Epiſcopum hunc, cenſuit ſanctum & magnum Concilium non eum eſſe Epiſcopum. Si verò communi omnium rationabili, & ſecundùm Canonem Eccleſiaſticum, duo aut tres propter propinquas inimicitias contradixerint, obtineat ſententia plurimorum, quia conſuetudo obtinuit, & traditio antiqua apud Hieroſolyma.

De honore Hieroſolymitani Epiſcopi.

VII. QVONIAM conſuetudo obtinuit, & traditio antiqua, vt qui in Helia eſt Epiſcopus, id eſt, Hieroſolymis, honoretur, & habeat ſecundùm ſuum ordinem honorem, Metropolitani manente dignitate.

De his qui nominantur Catharæ.

VIII. DE his qui * ſepios Catharos, id eſt mundos vocant. Si quis ex his ad Eccleſiam Catholicam veniat, placuit ſancto & magno Concilio huic vt per manus impoſitionem ſacerdotum maneant in clero. Ante omnia autem hoc obſeruandum ſit vt profiteantur ſe quod ſentiant, & ſequantur Catholica & Apoſtolica dogmata, hoc eſt & cum bigamis communicare, & cum his qui in perſecutione lapſi ſunt, circa quos & tempus conſtitutum eſt, & dies definitus, vt ſequantur in omnibus quæ placuerint Catholicæ Eccleſiæ vbicunque fuerint ſiue in caſtellis, ſiue in vicis, ſiue in ciuitatibus, veniam mereantur; ordinati verò in clero ſint, & in eodem ſtatu permaneant, * quodquod autem * Catholicæ Epiſcopi aut preſbyteri acceſſerint, manifeſtum quia Epiſcopus quidem Eccleſiæ habebit dignitatem Epiſcopatus: qui autem nominatur apud eos qui ſe mundos dicunt in Eccleſia Catholica presbyterij honorem habebit, niſi fortè placuerit Epiſcopo honoris ſui eum frui: ſi verò non ei placuerit prouidendum eſt locum, vbi aut Corepiſcopatus, aut preſbyterij ſit, vt in clero omnino eſſe videatur, vt non videantur in vna ciuitate duo Epiſcopi eſſe.

l. ſeipſos — l. quotquot — ſup. Eccleſiæ

De ordinandis Epiſcopis & preſbyteris.

SI qui inexaminati promoti ſunt Epiſcopi vel preſbyteri, & poſtea interrogati confeſſi ſunt delicta ſua, vel ab aliis conuincti, & præterea confitentibus citra ordinem & diſciplinam moti homines manus eis temerè impoſuerunt; tales enim canon non ſuſcipit: quod autem inreprehenſibile eſt defendit Catholica & Apoſtolica Eccleſia. IX.

De his qui negauerunt in perſecutione.

QVICVNQVE ordinati ſunt per ignorantiam de his qui lapſi ſunt, aut diſſimulantibus eis, qui eos ordinauerunt, hoc non præiudicat Canoni Eccleſiaſtico, cogniti enim deiiciuntur. X.

De his qui præuaricati ſunt præter neceſſitatem, aut præter ablationem facultatum, aut pericula, aut tale aliquid quod factum eſt ſub tyran. Diocl.

PLACVIT ſancto Concilio huic, licèt & indigni ſint miſericordia Dei, & tamen placuit miſereri eis: * quodquod igitur dignam pœnitentiam egerint, triennio inter audientes ſint, & ſeptem annis proſtrati iacebunt, biẽnio autem ſine Euchariſtia communicabunt plebis orationibus. Quia autem vocati ſunt ad gratiam, & confeſſi primos impetus ſuos oſtendunt proiicientes baltea, poſtea verò reuerſi ſunt ad vomitum ſuum, quidam enim ei pecunias dederunt, & multa munera, vt rurſus militiam reparent; hi decem annis proſtrati iacebunt poſt triennij auditionis tempus. In omnibus autem his oportet diſcutere eorum voluntatem & pœnitentiã; * quodquod enim timore & lacrymis, & perſeuerantia, & bonis operibus conuerſationis opere, non ſimulatione, demonſtrantes, iſti adimplentes tempus conſtitutum auditionis, ſine dubio communicabunt orationi: poſtea verò licebit Epiſcopo humanitatis auxilium eis impertiri, quia autem indiſcretè tulerunt, vel XI.

l. quotquot — l. quotquot

neglegenter, & ingreſſu Eccleſiæ ſibi ſufficere arbitrari ſunt ad conuerſationem, omne compleant tempus.

De reconciliatione danda morientibus.

XII. VETVS & Catholica lex cuſtodietur in eis, & nunc ſi qui mori ſperatur, nouiſſimo iubamine viatico non priuetur: ſi verò diſperatus Euchariſtia promerita, & oblatione percepta iterum ad ſuperſtes redeat, ſit inter eos qui orationibus tantùm cõmunicant. Omnino autem cuilibet morituro petenti ſibi dari gratiam, Epiſcopus cum probatione ei oblationem tradat.

De catechumenis lapſis.

XIII. DE catechumenis lapſis, placuit ſancto & magno Concilio, vt triennio audiant ſcribturas tantùm: poſtea verò communicent oratione cum catechuminis.

De clericis, ne de ciuitate ad aliam tranſeant.

XIV. PROPTER frequentem tumultum, & ſeditiones quæ factæ ſunt, placuit omnimodis auferri conſuetudo quæ eſt contra Canonem, vt ſi inuenti fuerint in quibuſdam partibus de ciuitate ad ciuitatem migrare, nec Epiſcopo, nec presbytero, nec diacono liceat. Si quis autem poſt ſancti & magni Concilij definitionem, tale aliquid temptauerit, aut ſeſe dederit negotio, infirmabitur omnimodo huiuſmodi machinatio, & reſtituetur Eccleſiæ, cuius Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus fuerat ordinatus.

De non ſuſcipiendis alterius Eccleſiæ clericis.

XV. SI qui facilè ſe periculo ingerentes, neque timorem Dei ante oculos habentes, neque Eccleſiaſticum Canonem
l. Eccleſiis ſuis ſcientes diſcedunt ab * Eccleſias ſuas presbyteri, aut diaconi, aut quicunque in Canone ſunt conſtituti, iſti nullo modo ſuſcipi debent in alia Eccleſia: ſed omnem eis neceſſitatem imponi debere reuerti ad ſuas Eccleſias: ſi verò permanſerint in obſtinatione ſua excommunicatos eſſe oportere.

De non ordinando quemquam, quia ad alium pertinet.

XVI. SI quis autem auſus fuerit per ſubreptionem, aut contumaciam hoc agere, vt qui ad alium pertinet ſibi vindicando eum conſtituerit Epiſcopum vel presbyterum, irrita fiat eius ordinatio.

Vt nullus clericus fœneret.

QVONIAM plures in canone conſti- XVII.
tuti auaritiam, & lucra turpia ſectantes obliti ſunt ſanctæ ſcripturæ dicentis, qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & fœnerantes centeſimas exigunt, iuſtè ſtatuit ſanctum & magnum Concilium, vt ſi quis inuentus fuerit, poſt hanc definitionem vſuras accipiens ex hoc contractu, aut quouis modo tale negotium gerens, aut dimidiam exigens, aut aliud quid excogitans turpis lucri gratia, abiciatur à clero, & alienus à communione, & à Canone Eccleſiaſtico fiat.

De diaconis ne ſupra presbyteros ſint.

PERVENIT ad ſanctum, & magnum XVIII.
Concilium, quòd in quibuſdam locis & ciuitatibus, Epiſcopis & presbyteris Euchariſtiam diaconi porrigant, quod neque canon, neque conſuetudo tradidit, vt qui poteſtatem non habent offerendi,
* hij offerentibus corpus Chriſti porri- l. ij
gant: illud etiam cognitum eſt à nobis quòd quidam diaconi per vſurpationem & temeritatem corpus Chriſti priores contingant: omnia igitur hæc amputentur, & maneant diaconi in priori ordinatione, ſcientes quoniam quidem Epiſcoporum miniſtri ſunt, presbyterorum autem inferiores ſunt: accipiant autem ſecundùm ordinem poſt presbyteros, dantes eis aut Epiſcopo aut presbytero, etiam nec ſedere eis permittitur in medio presbyterorum, extra Canonem eſt enim extra ordinem quod fit. Si quis verò noluerit obedire, poſt hæc ſtatuta, priuabitur de ordine diaconij.

De Paulianiſtis.

DE Paulianiſtis qui refugium ad Ca- XIX.
tholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, decretum eſt hos omnino rebaptizari. Si quis autem eorum præterito tempore in clero fuerunt conſtituti, ſiquidem inlibati & inreprehenſibiles fuerint inuenti, per manus impoſitionem Epiſcopi Eccleſiæ Catholicæ ordinandi erunt in ordine clericorum: ſi verò diſcuſſio eos minùs idoneos inuenerit, rebaptizari eos conuenit, & ſint in ordine laïcorum: ſimiliter autem, & de eorum diaconis, & de omnibus his qui in eodem canone verſantur, eadem forma ſeruabitur.

De Diaconiſſis.

MEMINIMVS autem de diaco- XX.
niſſis, quòd in ſciſmate ſint conſti-

Digitized by Google

tutæ, quoniam neque per manus impoſitionem ſunt ordinatæ, omnino inter laïcas oportet dinumerari.

De flectendo genu.

XXI. QVONIAM quidam ſunt, qui die Dominieo flectant genu, & in Pentecoſtes diebus: placuit de hoc ſancto & magno Synodo, cunctos in omnibus locis conſtanter & conſentienter, ſtantes Dominum orare debere Dominicam diem, & diem Paſchæ, vſque in Pentecoſten.

ET SVBSCRIPSERVNT.

Oſius Epiſcnpus ciuitatis Corrubenſis pruuinciæ Spaniæ dixit, ita credn, ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt.
Victor & Vincentius preſbyteri vrbis Romæ. Alexander Alexandriæ mag.
Alphneratinn Alphocrantian.
Amantius Cinenſis.
Arbiuo de Pharbetn.
Philippns Panepynenſis.
Poraminn Eraclienſis.
Secundus Ptnlnmaidæ.
Dorotheus Peloſianus.
Gaius Decummæus.
Antiochus Memphenſis.
Tiberius Tantitanus.
Plnſianus Lynenſis.
Agathns Schedrenſis.

THEBAIDIS.

Atthas Schedienſis.
Tyrannus Antinœnſis.
Vnluſianos de Lycn.

LIBYÆ SVPERIORIS.

Dattres Bercenſis.
Znfiros Bartenſis.
Serapynn Antypirenſis.
Secundus Tauritanenſis.

LIBYENSIS.

Titus de Paratnnio.

PALÆSTINÆ.

Macharius Hiernſulym.
Germanus Neapnlian.
Marinus Sebaſtenus.
Gaianus Sebaſtenſis.
Euſebius Cæſarienſis.
Sabinus Gadarenſis.
Lunginus Aſcalnnitanos.
Petrus Nicnpolitanus.
Macrinius Iamnienſis.
Maximus Eleutrnpolit.
Paulus Maximiannpulit.
Ianuarius Hiericunctius.
Hæliodorus Diabolinites.
Ærius Lybdenſis.
Siluanus Azoti.
Patrofilus Squitnpulitanus.
Aſclepius Gazenſis.
Petrus Ailenſis.
Authiocus Capitolienſis.

PHENICES.

Zenon Tyrius.
Æneas Ptnlnmæus.
Magnus à Damaſco.
Thendnrus Sidnnius.
Hellanicus Tripolitanus.
Marinus Palmyrenſis.
Thadouius Talaſiæ.
Filocalus Apaneadæ.
Gregorius Beraſtenſis.
Anathnlius Emiſenus.

SYRIÆ COELES.

Euſtarius Anthincenus.
Sennbius Seleuciæ.
Theodorus Laodicenſis.
Alypius Appamenus.
Aſienus Rephaneotanus.
Phylnſenus Hierapnlitanus.
Salamenſis Germanenſis.
Piperius Samnſatenus.
Archelaus Dnlænus.
Euphrantinn Balanenſis.
Pallidius Cnrepiſcopus.
Zntilus Gabalitanus.
Baſſus Zeumatenus.
Zerontius Cariſienus.
Manicius Epiphaniæ.
Euſtatius Artituſæ.
Paulus Nenecæſarienſis.
Syricius à Cycn.
Seleucius Cnrepiſcnpus.
Petrus Peirus.
Pegaſius Pegaſius.
Blaſſunes Blaſſones.

ARABIÆ.

Nicomas Buſtaritanus.
Cyrion Phyladelfiæ.
Gennadius Ybutenſis.
Seuerus Sodnmitanus.
Snpater Berthanenſis.
Seuerus Adſudianenſis.

MESOPOTAMIÆ.

Eutalius Edeſſenus.
Iacobus Niſibienſis.
Anthiocus Reymitanus.
Marcus Machedoniæ.

A PERSIDA.

Nepnlitanus à Perſida.
Ioannes Perſa.

CILICIÆ.

Thendnrus Tarcenſis.
Amphinn Ephiſemenſis.
Narciſus Nerodianus.
Mnyſes Cattabalitanus.
Nicera Flabiuënſis.
Eursmnn Cnrepiſcnpus.
Paulinus Adanenſis
Macedonius Mnpſueſtenſis.
Tarebndamantius Egeſtanus.
Eſicius Alexandriæ Minnris.
Narciſſus Hiernpolitanus.

CAPPADOCIÆ.

Leontius Cæſarienſis.
Eupſicius Thianeus.
Herittius Chobonienſis.
Timotheus Eubiſtenſis.
Helpidius Commaneuſis.
Gorgonius Cnrepiſcnpus.
Andronius Cnrepiſcopus.
Theophanius Cnrepiſcopus.

ARMENIÆ MINORIS.

Eulalius Sebaſtenus.
Eoetius Satalirenſis.

ARMENIÆ MAIORIS.

Ariſtarces Threnius.
Ariſtes Armœni.

DIOSPONTI.

Euticins Amaſiæ.
Helpidius Comanenſis.
Eracleus Znlonenſis.

PONTI POLEMONIACI.

Lnnginianus Nnuacæſarieuſis.
Dnmnus Trapezunteuſis.
Stratnphylns Thytinnita.

PAFLAGONIÆ.

Philadelphus Pumpeinpolitan.
Pstrnnius Iennpolitanus.
Euphſycius Amaſtrianenſis.

GALATIÆ.

Marcellus Anquirenſis.
Dicaſius Tabienſis.
Erectius Gadauiranus.
Gorgonius Cynnnenſis.
Philadelpbus Iuliopolitanus.

ASIÆ.

Thennas Cymrsnus.
Nennfantus Epheſianus.
Orion Helemenſis.
Euticius Zmyrnenſis.
Mithres Pnpanenſis.
Narinus Liolypontianus.
Paulus Andenſis.

LYDIÆ.

Artemidnrus Serdicenſis.
Seras Tyranſis.
Ethemaſius Philadelfenſis.
Pnlynn Barenſis.
Agngius Tripnlitanus.
Florentius Ancytæ Ferreæ.
Anthiocus Aurelinpolitanus.
Marcus Standitanus.

PHRYGIÆ.

Nunccius Laodiciæ.
Placcus Sanabenſis.
Prnenpius Smnadsnſis.
Phiſtinos Aranenſis.
Athenndnrus Dnſolectanus.
Paulus Appamenus.
Eugenius Eucarpenſis.
Flaccus Hiernpolitanus.

PYSIDIÆ.

Eulalius Vſnſis.
Thelamacus Scnmenſis.
Eſicius Andriuopolitanus.

Digitized by Google

Eutices Neopolitanus.
Aramius Seleuciæ.
Tharſicius Lymenenſis.
Patricius Apamienſis.
Policarpus Ambladinitanus.
Academius Metropolitanus.
Aracleus Apato.
Theodorus Bartenſis.
Adon Byciæ.

LYCIÆ.

Eudemius Pacaritanus.

PAMPHILIÆ.

Gallites Pergenſis.
Eureſius Thermienſis.
Zeuxius Siarbitanus.
Domnus Aſpendeuitanus.
Quintianus Seleuciæ.
Patricius Maximianopolitanus.
Afrodiſius Magedenſis.

INSVLANI.

Euſtoſinus Rhodius.
Meliſtoon à Coo.
Stratiguis à Lemno.
Apollodorus Curquitanus.

CARIÆ.

Euſebius Anthiocenſis.
Ammonius Afrodiſitanus.
Eugenius Apolliniades.
Lætodorus Cibritanus.
Euſebius à Mileto.

ISAVRIÆ.

Stefanus Barthenſis.
Antheneus Corpiſſitanus.
Etheſius Claudiopolitanus.
Agapius Seleuciæ.
Siluanus Iſauriæ Metropolitan.
Fauſtus Phanemuticenſis.
Antoninus Anthiociæ.
Neſtor Snedritanus.
Iſicius Corepiſcopus.

Quirillus Cumanadenſis
Theodorus Vtalbitanus.
Anatholius Corepiſcopus.
Paulus Larandenſis.
Quintus Corepiſcopus.
Tiberius Aliſtrenſis.
Aquila Corepiſcopus.
Euſebius diœceſis Iſauriæ.

CYPRI.

Quirillus à Paſo.
Gelaſius Salamienſis.

BYTINIÆ.

Euſebius Nicomediæ.
Theogenius Nicænus.
Maris Calcedoniæ.
Quirillus à Cio.
Eſicius Pruſenſis.
Gorgonius ab Apolloniade.
Euetius Hadrianenſis
Theophanes Corepiſcopus.

SARDICENSIS CONCILII FRAGMENTA.

Vt non liceat Epiſcopo pluribus hebdomadibus abeſſe.

XIV. 15. Dion. Exig. OSIVS Epiſcopus dixit: quia nihil prætermitti oportere, ſunt quidam fratres, & coepiſcopi noſtri, qui non in ea ciuitate, in qua ordinati ſunt, vel certè paruam rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoſcuntur *

* *
* *
* * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

De clericis excommunicatis ab aliis minimè ſuſcipiendis.

XV. 16. in Cod. Dionyſ. Exigui. OSIVS Epiſcopus dixit: Hoc quoque omnibus placuit, vt ſiue presbyter, ſiue diaconus, ſiue quis clericorum ab Epiſcopo ſuo communione fuerit priuatus, ad alterum perrexit Epiſcopum, & ſcierit ille ad quem confugerit, cum ab Epiſcopo ſuo fuiſſe abiectum, non oportet vt ei communionem indulgeat: quod ſi quis fecerit, ſciat aput congregati Epiſcopi pro eo cauſam eſſe dicturum. Vniuerſi dixerunt: Hoc ſtatutum & pacem ſeruabit, & concordiam cuſtodiet.

De excommunicatis apud vicinos Epiſcopos audiendis.

XVI. 17. Dion. OSIVS Epiſcopus dixit: Quid me adhuc moueat reticere non debeo. Si Epiſcopus quis fortè iracundus (quod eſſe non debet) citò aſperè moueatur aduerſus presbyterum, ſiue diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit, prouidendum eſt ne innocens damnetur, aut perdat communionem, habeat poteſtatem eiectus finitimos rogare Epiſcopos, vt eius cauſam audiant, & diligentiùs tractent, quia non oportet negari audientia roganti; & ille Epiſcopus, quia iuſtè aut iniuſtè reiecit patienter accipiat, & negotium diſcutiatur, vt aut probetur eius temeritas, aut emendetur ſententia: priùs tamen quàm omnia diligenter & fideliter fuerint examinata, communionem non debet præſumere, donec ipſe eum recipiat, & communioni ſociet. Qui conuenerint autem, ſi viderint clericorum eſſe faſtidium & ſuperbiam, quod non decet, vt Epiſcopus iniuriam, aut contumeliam patiatur ſeuerioribus eos verbis caſtigari debere, vt obediant honeſta recipientes. Et ſicut ille miniſtris ſincerum exibere debet amorem caritatis, ita quoque miniſtri infucata debent Epiſcopo ſuo exhibere obſequia.

De non ſollicitandis clericis alienis.

IANVARIVS Epiſcopus dixit: Illud XVII.
præterea ſtatuat ſanctitas veſtra, vt 18. Dion.
nulli Epiſcopo liceat, alterius ciuitatis clericum ſollicitare, & in ſuis parrociis ordinare. Vniuerſi dixerunt, quia ex his contentionibus ſolet diſcordia naſci, pro-

hibet omnium ſententia, vt ne quis hoc facere audeat.

De non ordinandis clericis alienis ſine conſenſu Epiſcopi ſui.

XVIII. 19. Dion. OSIVS Epiſcopus dixit: Et hoc vniuerſi conſtituimus, vt quicumque ex alia prouincia alienum miniſtrum, ſine conſcientia, vel voluntate ſui Epiſcopi voluerit in ordine promouere, non ſit rata eius ordinatio. Quicumque autem hoc vſurpare temptauerit, à fratribus, & coepiſcopis noſtris admoneri debet & corrigi.

De clericis qui Theſſalonicam veniunt. XIX. 20. Dion.

* *

INCIPIVNT CAPITVLA
CANONVM GANGRENSIVM.

I. De his qui abominantur nubtias.
II. De his qui abominantur * edens vel minimè. (l. edentes)
III. De ſeruis qui dominos contemnunt.
IV. De presbyteris nuptis.
V. De his qui Eccleſiæ congregationes humiliant.
VI. De his qui extra Eccleſiam congregant.
VII. De oblationibus Eccleſiæ nulli liceat commutare.
VIII. De * ea quæ in pauperibus conferuntur. (l. iis)
IX. De virginitate & abſtinentia.
X. De elatis propter nomen virginitatis.
XI. De his qui Agapes irrident.
XII. De his qui in pallio gloriantur.
XIII. De * mulieres quæ virili veſte vtuntur. (l. mulieribus)
XIV. De his quæ de nubtiis fugiunt.
XV. De his qui excuſatione religionis filios relinquunt.
XVI. De his qui occaſione religionis deſpiciunt parentes.
XVII. De mulieribus quæ ſe tondent.
XVIII. De his qui ieiunia Eccleſiaſtica contemnunt.
XIX. De his qui Dominico die ieiunant.
XX. De his qui abominantur martyrum congregationes.

Dominis honorabilibus in Armœnia conſtitutis ſanctis & comminiſtris.

EVSEBIVS, Ellianus, Eugenius, Olympius, Bythimius, Gregorius, Felicuius, Papus, Eulalius, Hypatius, Proëreſius, Baſilius, Eugenius, Heraclius, qui conuenerunt in ſanctam ſynodum in ciuitatem Gangrenſem.

l. Eccleſiam ſanctam l. neceſſitate l. nefariè Quoniam congregata eſt ſancta ſynodus Epiſcoporum aput Gangrenſem * Eccleſiæ ſanctæ propter aliqua quæ opus ſunt, vel pro Eccleſiæ * neceſſitates diſcutientes, quæ ſecundùm Euſthatium inueniantur aliqua indiſpoſita plurimum facta omnino * neceſſariæ diſpoſita, vt auferantur omnia quæ ab eis malè fiunt, quia in eo quod vetant nubtias & dicunt, quia nullus qui nubtiarum coniugio ſit ſortitus ſpem poſſet ad Dominum habere, multæ mulieres maritatæ ſeductæ receſſerunt à ſuis viris, & viri à ſuis mulieribus, ita vt poſtmodum eùm non poſſent ſufferre adulteratæ ſunt. Et propter hanc cauſam opprobriatæ ſunt: inueniebantur enim & ſecedentes à domo Dei & ab Eccleſia, & contemnendo videbantur contra Eccleſiam proprias congregationes facientes, & conuocationes, & doctrinas alias contra Eccleſiaſticam doctrinam, ita vt docerent peregrina * veſtimenta vti ad ruinam * communionem pertinere, congregantes fructus Eccleſiæ, & oblationes quæ ab initio traditæ ſunt Eccleſiæ, ac ſemetipſos tollentes, & ſuis rationibus & eorum qui cum ipſis ſunt, (l. veſte l. communionis)

ſunt, ſicut ſanctis & rogata facientibus. Et ſerui à dominis ſecedentes in peregrinum veſtimentum contemnentes ſuos dominos, & mulieres extra conſuetudinem veſtimentum * vitilem induentes, & in hoc iudicantes ſe iuſtificari. Multæ au- *l. virile* tem tondentes ſe, occaſionis venerabili natura capillorum mulierum, ieiunia autem in Dominico facientes, & libertatem ſancti diei contemnentes. Et ieiunia quæ in Eccleſia ſunt conſtituta contemnentes, & ex eis quidam accipere carnes timentes, & in domos cuius Domini nubſerint orare nolentes, & vbi oratur Deus ipſi contemnent, & oblationes quæ fiunt in domos qui nubſerunt non recipientes & requirentes, presbyteros qui nubſerint reprobantes, & de ſacroſancto quod ab eis miniſtratur non contingentes, & loca vbi martyres poſiti ſunt, contemnentes & qui ibi conueniunt & agunt, reprehendunt & diuites qui ab omne ſubſtantia diuitiarum non recedunt, ſpem aput Dominum non habere dicunt. Et quanta alia quæ numerare nemo poſſit, ſinguli enim eorum qui à canone Eccleſiaſtico exit, ſicut leges proprias habuit.

Quia nec communicare tam voluntas eis fuit: ſed vnuſquiſque quod voluit hoc addit, & hoc ei placuit. Et ſicut non dominante habuit cogitatum ad incuſationem Eccleſiæ, & ſuam læſionem.

Propter hoc ſancta veniens in Gangra Synodus condemnare eos in * termines *l. terminos* eis ponere, vt eos qui permanſerint in ſuis ſententiis foris eos eſſe Eccleſiæ, qui verò pœnitentur & anathemauerint ſingula, quæ malè ſenſerunt, ſuſcipi eos. Si autem aliquis non conſenſerit ad ea quæ ſunt diſpoſita, ſicut hæreticum eum anathema eſſe feriendum, & eſſe excommunicatum, & ſeparatum ab Eccleſia. Oportet etiam Epiſcopos aput omnes qui inuenti fuerint tales, hæc cuſtodire.

Hi Canones poſt ſanctam Synodum Nicænam expoſiti ſunt in Gangram * ti- *l. titulis* tulos XX.

De his qui abominantur nubtias.

I. *l. nubtiis* QVI de * nubtias queritur, & ea quæ cum mariro ſuo dormierit cùm ſit fidelis & venerabilis abominatur, aut queritur dicens eos ad regnum non poſſe venire, anathema ſit.

De his qui abominantur edere carnes.

II. EDENS abſque ſanguine & idololatria, & ſuffocato, cum veneratione & fide edens his qui eum condemnat, pro hoc quod accepit ei dixerit, eum ſpem minimè habere, anathema ſit.

De ſeruis qui dominos contemnunt.

III. SI quis ſeruus excuſationis cauſa venerandi Domini contemnere dicat dominium, & recedere ab eius miniſterio, & non cum obedientia & * totius feſtinationis ſuæ Domino ſeruire, ſit anathema. *deeſt aliquod verbum*

De nubtis presbyteris.

IV. SI quis dubitet à presbytero qui nubſit, quaſi non oportere eum conſecrare, noluerit oblationem accipere, ſit anathema.

De his qui Eccleſia congregationes humiliant.

V. SI quis docet domum Dei contemni, & quæ in ea ſunt congregationes, anathema ſit.

De his qui extra Eccleſiam congregant:

SI quis præter Eccleſiam * propriæ VI.
congregat contemnens Eccleſiam, *l. proprias*
voluerit extrà agere non conſentiente Epiſcopo aut presbytero, ſit anathema.

De oblationibus Eccleſiæ nulli liceat commutare.

SI quis ea quæ conferuntur Eccleſiæ VII.
voluerit foris Eccleſia accipere, aut dare, aut commutare ſine conſenſu Eccleſiæ, aut Epiſcopi, cui iſta iniuncta ſunt, & non cum eorum conſcientia voluerit aliquid agere, anathema ſit.

De iis quæ in pauperibus conferuntur.

SI quis dans aut accipiens de * hæc VIII.
quæ offerentur, extra conſenſum E- *l. de his*
piſcopi, aut eius qui ordinatus eſt ad gubernandam miſericordiam pauperum, & qui dat & qui accipit, ſit anathema.

De virginitate & abſtinentia.

SI qui virginitate aut * abſtinentiæ glo- IX.
riantur, & quaſi abominandis nub- *f. abſtinentia*
tiis recedunt, & non ſecundùm fidem hoc ipſum bonum, & ſanctum virginitatis nomen cuſtodiunt, anathema ſit.

De his qui propter virginitatem elati ſunt.

x. SI quis virginitatem cuſtodiens exaltat ſe ab his qui nubunt, ſit anathema.

De his qui pauperum agapes irrident.

xi. SI quis contemnit fidelium agapes facientes & propter honorem Domini conuocant fratres, & noluerint communicare cum eis irridentes, & adnihilent hoc quod fit, anathema ſit.

De his qui in pallio elati gloriantur.

xii. SI quis virorum pro * extimatione & religionis vitæ venerabili pallio vtatur, & æſtimet ſe ab eo poſſe iuſtificari, & reprobet eos qui venerabiliter veſtem conſuetam vtuntur, * & communia quæ in conſuetudinis eſt veſtis, anathema ſit.

l. exiſtimatione

l. & communem quæ in conſuetudine eſt veſtem

*De * mulieres quæ virilem veſtem vtuntur.*

l. mulieribus

xiii. SI qua mulier arripuerit ſcemate veſtem, pro conſueta muliebre, virilem accipiat, anathema ſit.

De his quæ de nubtiis recedunt.

xiv. SI qua mulier derelinquens virum ſuum recedere ab eo voluerit, quaſi abominans nubtias, ſit anathema.

De his qui excuſatione religionis natos relinquunt.

xv. SI quis derelinquens filios ſuos, & non eos enutriat: ſed quantum ad rem quaſi pro Dei cultu deſerat, quemlibet occaſione aſceſeos neglegat, anathema ſit.

De his qui occaſione Chriſti nominis deſpiciunt parentes.

xvi. SI * quis fidelium filij deſpiciant parentes occaſione Dei venerationis ritu, & non debitum honorem parentibus reddant honorificantes eos, quia in hoc Dei veneratio eſt, ſit anathema.

l. qui

De mulieribus quæ ſe tondent.

SI qua mulier exiſtimet Dei veneratione * tondent caput ſuum, quod Dominus ad commemorationem præcepit ei, vt ſit ſubdita viro, & ſoluerit præceptum, anathema ſit. xvii.

l. tondens

De his qui Eccleſiaſtica ieiunia contemnunt.

QVICVMQVE religioſus ſine corporis neceſſitate ſuperuiens, & quæ traduntur ieiunia in commune, ab omnibus ſeruantur in Eccleſia contempſerit, & ſuo ſenſu dicat non eſſe perfecta, ſit anathema. xviii.

De his qui Dominico die ieiunant.

SI quis ea quæ arbitratur aſceſem per diſſimulationem, & diem Dominicum ieiunat, ſit anathema. xix.

De his qui abominantur Martyrum congregationes.

SI quis ſuperuiens diſpoſitioni & abominauerit congregationes ſanctorum Martyrum, & quæ in eis fiunt celebritates, & derogauerit memoriæ eorum, ſit anathema. xx.

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

Ab his quæ ſunt in Eccleſia ſecundùm ſcribturas cuſtodire ſecundùm voluntatem Dei, eos verò qui accipient diſpoſitionem aſceſis, & qui ſuperbiant contra eos qui ſimpliciter viuunt, & elatos contra ſcribturas & Eccleſiaſticos canones, & nouitatem introducentes aliquam . . . . abicit Catholica & Apoſtolica Eccleſia. Nos autem virginitatem cum humilitate miramur, & abſtinentiam cum pudicitia, & nubtias cum habitatione honorificauimus, & cum veneratione fienda ſuſcipimus, & recedere à ſæculi rebus cum humilitate ſuſcipimus, & diuitias cum iuſtitia & miſericordia non reprobamus, & paucitatem & multitudinem veſtimentorum pro diligentiam corporis non curioſam laudamus, ſolutas autem & conteritas in veſtibus proceſſiones non ſuſcipimus, & domum Domini noſtri

honorificauimus, & quæ in eam fiunt oblationes ſacras, & ſanandas accipimus non concludentes pietatem domibus: ſed omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus, & quæ in eum congregationem communem Eccleſiam ad
l. vtilitatem ſalutem noſtram, & omnium * diuerſitatem ſuſcipimus, & plurimas miſericordias fratrum, quæ ſecundùm traditionem per Eccleſias pauperibus fient beatas dicimus, & omnia quæ ſecundum diuinas ſcribturas tradita ſunt, & Apoſtolorum traditiones in ſancta Eccleſia fieri exoramus. Amen.

Ita ſubſcripſimus feliciter.

Conuenit omnino hæc Synodus cum MS bibliothecæ Thuanæ num. 133.

INCIPIVNT CAPITVLA CANONVM ANTHIOCIENSIVM.

l. ſancto
l. Eccleſiis
l. vrbes
l. ius

- I. De his qui contradicunt Nicænis Canonibus, & de * ſanctum Paſcha.
- II. De his qui ſe ab * Eccleſia ſeparant, & in domibus communicant.
- III. De inuadentes * parocias alienas.
- IV. De excommunicatos * qui præſumunt agere.
- V. De his qui occultè ab Eccleſia ſegregant.
- VI. De excommunicatis clericis vel laicis.
- VII. De dandis epiſtulis.
- VIII. De non ſuſcipiendis clericis peregrinis.
- IX. De Metropolitanis.
- X. De his qui vocantur Corepiſcopi.
- XI. De his qui Imperatoribus ſupplicant.
- l. degradati XII. De his qui degrati * Imperatori ſupplicant.
- XIII. De Epiſcopis qui in alia parocia ordinant.
- XIV. Si accuſatus Epiſcopus inter prouinciales minimè iudicium conueniat.
- XV. De condemnatis Epiſcopis.
- XVI. De his qui ad Epiſcopatum vocantur, & contemnunt.
- XVII. De ordinato & non ſuſcepto Epiſcopo.
- XVIII. De Epiſcopis ordinandis.
- XIX. Vt ſecundò in anno Synodus fiat.
- XX. Vt nullus Epiſcopus de propria migret Eccleſia.
- XXI. De his qui in aliena parocia ordinant quemquam.
- XXII. Vt nulli Epiſcoporum liceat poſſe ſucceſſorem eligere.
- XXIII. De rebus Eccleſiæ, & quæ ſunt Epiſcopi.
- XXIV. Et vt Epiſcopus poteſtatem habeat res Eccleſiæ gubernare.

EXPLICIVNT CAPITVLA.

INCIPIVNT CONSTITVTA CANONVM ANTHIOCIENSIVM IN DEDICATIONE.

l. quæ
SANCTA & paciſſima ſynodus qui * à Deo congregata eſt Anthiociæ, his qui ſecundùm prouincias vnianimes ſanctis & comminiſtris in Domino ſalutem. Gratia & veritas Domini ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, viſitans ſanctam * Anthiocenſem Cod. Th. Antiochiæ Eccleſiam, & in vnum nos congregans communi & vno ſenſu in ſpiritu pacis * multa corrigenda: in omnibus autem & corrigit, ex præcepto ſanctis Patribus bene haberi placuit, cum multo tractatu, & iudicio ſimul omnium noſtrûm in hoc ipſo congregatis Epiſcopis apud Anthiocenam ciuitatem ex diuer- Cod. Th. alia

ſis prouinciis ad notitiam veſtram ſuggerimus, credentes Domini noſtri gratia & pacis in Spiritu ſancto, qui ei ipſi conſentientes per virtutem eius, ſicut nobiſcum præſentes, & operationibus cooperantes, magis autem confirmati, & ſancto Spiritu coagentes hæc ipſa nobiſcum conſentientes & conſtituentes, & hæc ipſa quæ placuerunt adſignanres & firmanres per ſanctum Spiritum conſonanter. Sunt aurem qui * inſtituta ſunt canones Eccleſiaſtici, qui ſubiecti ſunt ſanctæ & paciſſimæ * ſynodus quæ in Anthiocia congregata eſt.

l. inſtituti

Cod. Th. Synodo

TITVLI XXV.

De his qui contraria temptant Nicanis canonibus, & de ſancto Paſcha.

l. ſanctæ & magnæ ſynodi — *l. ſacratiſſima feſtiuitate ſancti*

I. OMNES qui temptant ſoluere terminos * ſancti & magni ſynodus, quæ in Niciam conſtitura ſunt ſub præſentia piiſſimi Imperatoris Conſtantini de * ſacratiſſimum feſtiuitatis ſanctum Paſchæ ſaluatoris Domini noſtri, vr excommunicaros & expulſos eſſe à ſancta Eccleſia, ſi permanſerint in eo ſtantes & contendentes, contra ea quæ bene ſunr conſtituta, & hoc ſiue de laicis, ſiue de his qui præſunt Eccleſiæ Epiſcopis, aut preſbyteris vel diaconis poſt hoc conſtitutum præſumpſerunt ad euertendum populum, & conturbarionem Eccleſiarum, & ſinguli cum Iudæis, vel ante Iudæos celebrare Paſcha voluerint. Hunc ſancta ſynodus ab ſe & ab Ecclėſia alienum eſſe cenſuit, quia non ſolùm ſibi facit peccatum: ſed & multis * præuaricarionem & diſtructionem eſſe auctorum, & non ſolùm tales deici de miniſterio: ſed etiam & eos qui temptanr communicare cum eis, etiam degradati omnino fraudari eos honores, quod ſancti canones, & Dei ſacerdotium accipit.

l. præuaricationis & deſtructionis eſſe auctorem

De his qui ſe auertunt ab Eccleſia, & in domibus communicant.

II. OMNES qui ingrediuntur domum Dei, & ſacras ſcriburas audiunt, & non communicant ea caris etiam cum populo: ſed auertent ſe à * ſanctum munus præ neſcio quam inquietudinem, & in ſuis domibus communicant, de his cenſuimus proici ab Eccleſia, quandiu confeſſi fructum oſtendant conuerſionis & ſupplicationis, & tunc poſſunt mereri indulgentiam. Nam non licere eis, cùm excommunicari fuerinr, neque in domo communicare, vel conuenientes ſimul orare, quia Eccleſiæ ſanctæ non condeprecantur, neque eos in alia Eccleſia ſuſcipi, qui in Eccleſia vna non congregantur. Si aurem viſus fuerit aliquis Epiſcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum, aut quicunque de canone Eccleſiæ excommunicatis communicare, nunc & * ipſe excommunicatum eſſe, pro eo quod niſus eſt confuſionem facere Canoni Eccleſiæ.

l. ſancto munere

l. ipſum

De his qui ad alias parrocias in aliis ſe immergunt.

SI quis presbyter, aut diaconus, vel aliquis ex * ſacri miniſterij derelinquens ſuam parrociam ad aliam vadat, etiam omnino poſt tarditatem in alienam parrociam temptat, multo tempore non miniſtrare. Si fortè euocatus à proprio Epiſcopo, vt reuerratur ad propriam, & correptus non audiat, & permanſerit inquietudini, omnino degradari eum à miniſterio, & nullam eum ſpem habere ad reuertendum. Si autem degradarum pro hac culpa ſuſcipiat eum aliquis Epiſcopus, & ille culpatur cum eo, conſenſu * vniuerſo ſynodo, eo quòd deſtruat diſpoſitiones * Eccleſiaſticos. III.

l. ſacto miniſterio

l. vniuerſæ ſynodi — *l. Eccleſiaſticas*

De his qui degradati præſumunt ſacroſanctum agere.

SI quis Epiſcopus à Synodo depoſitus, aut presbyter, aut diaconus à proprio Epiſcopo excommunicatus præſumpſerit aliquid miniſterij agere, ipſe in ſe damnationem firmauit. Si Epiſcopus ſit ſimiliter ſecundùm morem conſuetudinis, nunquam eis licere in * alio ſynodo ſpem ad reſtituendos habere, neque ſatisfactionis locus eis datur: ſed & qui eis communicaue- IV.

l. alia

Digitized by Google

rint omnes abicit ſancta Eccleſia. Præterea, ſi agnoſcentes ſententiam contra memoratos * datum temerè voluerint cis communicare.

l. datam

De his qui ſe ab Eccleſia retrahunt & occultè congregantur.

V. SI quis preſbyter, aut diaconus contemnens ſuum Epiſcopum ſeparauerit ſe ab Eccleſia & ſecretius congregans *altarem ſtatuat, & * euocante cum Epiſcopo non audierit, cùm & primò & ſecundò vocantem contempſerit, nouerit ſe omnino degradari, & medicinam non mereri, neque ſuam dignitatem habere poſſe, ſi permanſerit conturbans & reſultans Eccleſiæ, qui à ſua poteſtate foris ſunt, in arbitrio eſt Epiſcopi ſicut rebellem eum corrigere.

l. altare
l. euocanti

De his qui excommunicantur clerici vel laici.

VI. SI quis à proprio Epiſcopo excommunicatus fuerit, non eum debere ab alio ſuſcipi in communione, ſi non primò eum reuocauerit proprius Epiſcopus, aut in Synodo occurrens ſatisfaciat & agnouerit Synodus, cauſa eius ſuſcipiatur, aut ſi de eo ſecundam ſententiam dixerint. Definitum eſt in conſtitutum, ſiue laïcus, vel preſbyter, aut diaconus ſit, & omnes qui ſunt in canone ita iudicandos.

De dandis Epiſtulis.

VII. VT non liceat preſbytero qui in locum eſt, canonicas epiſtulas dare, niſi ſolùm ad vicinos Epiſcopos epiſtulas dirigere. Inreprehenſibiles autem Corepiſcopos, dare pacificas.

De non ſuſcipiendis peregrinis Clericis.

VIII. NVLLVM ſine formata ſuſcipere peregrinum.

De Metropolitanis vniuſcuiuſque prouinciæ.

IX. QVOS per vniuerſam prouinciam debemus agnoſcere Metropolitanos, & præeſſe Epiſcopos & ſollicitudinem ſuſcipere totius prouinciæ, pro eo quod in Metropolim vndique concurrerunt omnes qui cauſas habent, vnde placuit vt honore præponantur, & nihil agere plus aliquid liceat ceteris Epiſcopis ſine ipſo ſecundùm *antiquam à patribus noſtris * manens canonem, niſi ſolùm hoc quantum cuiuſque pertinet parociam, & quæ ſub ipſo pertinent loca. * Singulus autem & vnumquemque Epiſcopum poteſtatem habere gubernandam ſecundùm vniuſcuiuſque venerationem, & prouiſionem facere totius loci, qui ſunt ſub eius ciuitate, vt ordinet, preſbyteros, & diaconos, & cum iudicio ſingula perſpicere, & nihil altiùs agere, aut præſumere ſine metropolitano Epiſcopo, & nec ipſi liceat ſine ceteris in Concilio.

l. antiquum
l. manentem
l. ſingulum

De his qui vocantur Corepiſcopi.

QVI in locis aut vicis ſunt conſtituti Corepiſcopi non audeant manus imponere ordini cuique: ſed placuit * ſancto Synodo circa eos ſuam menſuram & gubernationem qui ſubiacent eis Eccleſias & eorum ſufficere ſollicitudini & iubamini. Conſtituere autem ſubdiaconos, & exorciſtas, & lectores, & eorum ſufficere prouectioni, & neque preſbyterum aut diaconum ordinare præſumant ſine ciuitatis Epiſcopo, cui ſubiacet ipſe, & loca ipſa. Si verò temptauerit aliquis tranſgredi Patrum conſtitura, degradari eum ab honore quo fungitur & Excorepiſcopum fieri, & à ciuitate in qua fuerat abici. X.

l. ſanctæ

De his qui apud Imperatorem ſupplicant.

SI quis Epiſcopus, aut presbyter, aut qui de canone ſine conſcientia aut * literas qui in prouincia ſunt Epiſcopi, & maximè Metropolitani, pergat ad Imperatorem; hunc diffamari & expelli non ſolùm à communione: ſed etiam & dignitatem qua fungitur amittat, propter quòd moleſtus extitit piiſſimis Imperatoribus noſtris extra diſpoſitionem Eccleſiæ. Si autem neceſſariò euocatus ad Imperatorem XI.

l. literis

deſunt hæc verba facultatem habent

eundi *, & hoc cum tractatu, & conſcientia metropolitani prouinciæ Epiſcopi, aut eorum qui in ea ſunt ſcribtis inſtrui debeat.

De his qui degradati Imperatori ſupplicant.

XII. SI quis à proprio Epiſcopo degradatus, preſbyter, aut diaconus, aut ſi Epiſcopus à * cuncto Synodo, & moleſti fuerint ad aures Imperatoris: oportet etiam vniuerſos in vniuerſali ſynodo conueniri eos, & quæ dicunt ſe iuſtitiam habere allegent apud plurimos Epiſcopos, & in eorum diſcuſſione, & iudicium ſpectare ſpem. Si autem in hoc anxiati, moleſti fuerint Imperatori, cenſemus hos in nulla venia peruenire, neque locum ſatisfactionis habere, neque ſpem futuræ reſtitutionis ſpectare.

l. cuncta

De Epiſcopis qui in aliena parocia ordinant.

XIII. PLACVIT, vt nullus Epiſcopus audeat in aliena parocia ingredi & ordinare in Eccleſiis aliquos ad prouectum ſacri miniſterij, neque ſi comitari ſecum fecerit ſocios, niſi rogatus abierit per literas Metropolitani, & qui cum eo ſunt Epiſcoporum, & ſic ad ordinandum tranſeat. Si autem nullo vocante comitetur inquietè ad ordinationem aliquorum, & diſpoſitionem Eccleſiaſticarum rerum non ad eum pertinentium, inaniter quidem ab eo acta ſunt, & ipſum non ſuſcipi, propter inquietudinis ſuæ, & inrationabilis temeritatis ſuæ de qua oportet iudicium ferre, deinde & * depoſitum abiciatur à ſancta Synodo.

l. depoſitus

De Epiſcopis qui adpetuntur, & inter prouinciales iudices non conſonant.

XIV. SI qui Epiſcopus in aliquibus criminibus accuſatus & iudicatus poſtmodum eueniat, vt pro eo diſſonare inter eos qui ſunt in prouincia Epiſcopi aliquorum innocens qui iudicatur adſerentes .·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.

De condemnatis Epiſcopis.

XV. SI quis Epiſcopus in aliquibus criminibus accuſatus iudicetur, ab omnibus qui ſunt in prouincia Epiſcopis, vt omnes vno conſenſu vnam contra eum proferant ſententiam, hunc nullo modo ab alio iudicari: ſed permanere firmam & conſonantem, quæ à prouincialibus Epiſcopis data ſententia eſt.

De Epiſcopis vacantibus.

SI quis Epiſcopus vacans, qui ſuam relinquens Eccleſiam, & adripuerit alienam ſedem ſine perfecta ſynodo, hunc eſſe omnino deiectum, etiamſi contigerit, vt omnis populus quem ſubrepſit deſiderent eum; perfectam autem eſſe eam ſynodus cenſuit, maximè, vbi & Metropolitanus præeſt. XVI.

De his qui vocati ad Epiſcopatum contemnunt.

SI quis Epiſcopus ordinatus præeſſe noluerit, & miniſteria non ſuſcipiens, nec adſentiat pergere in commiſſam ſibi Eccleſiam, hunc eſſe alienum à communione, quouſque correptus ſuſcipiat, aut poſtremò diſponat de ipſo perfecta ſynodus, qui ſunt in prouincia, Epiſcoporum. XVII.

De ordinato Epiſcopo, & non ſuſcepto.

SI quis Epiſcopus ordinatus, & in parociam in qua ordinatus eſt non eat, non ſuo vitio, ſed populo vetante, aut pro alia culpa non ab eo facta: hunc autem cenſemus habere dignitatem & miniſterium ſolum, quòd cauſa non videatur habere in ipſius rebus Eccleſiæ, in qua eſt ordinatus: ſed ſpectare eum oportere, quouſque prouinciæ ſynodus de eo quæ eis videntur ordinet. XVIII.

De ordinandis Epiſcopis.

EPISCOPVM non ordinari, abſque ſynodo vel præſentia Metropolitani prouinciæ, quia ipſo præſente meliùs, & eum eodem omnes qui ſunt intra prouinciam Epiſcopi, quos etiam oportet per epiſtulam Metropolitanum poſtulare. Et ſi omnes occurrerint meliùs, ſi autem minimè, hoc tantùm plures eſſe præſentes oportet, alij per literas ſuas conſentientes, & ſic eum conſenſu plurimorum, ſiue præſentia, ſiue electione fieri oportere ordinationem. Si autem aliter extra quæ ordinata ſunt fiant, non valere ordinationem. Si autem ſecundùm ordinatum Canonem fiant, & aliqui contradicant per propriam intentionem, obtinere multorum electionem. * omnino non valeant. XIX.

hæc verba redundant

Vt ſecundò in anno ſynodus fiat.

PROPTER Eccleſiaſticas neceſſitates, & * quætellam perfinitiones, XX.

l. querelarum

optimè haberi placuit ſancta Synodus, vt per epiſtulas per ſingulas prouincias Epiſcoporum fieri Concilia ſecundò in anno: ſemel congregari tertiam ebdomadem feſtiuitatis Paſchæ, vt in Pentecoſte celebrari Synodus poſſit,& commemorare metropolitanos prouinciarum Epiſcopos.

Secundùm autem Synodum Idus Octobr. quæ eſt decima Ypirethei, & in ea Synodo presbyteri ſupplicare, & diaconi, & omnes qui ſunt in canone, & à Synodo iudicatum mereri, & nunquam liceat aliquibus inter ſemetipſos Synodum facere abſque * eos qui certas habent Metropolitanas ciuitates. *l. cis*

l. propria migret Eccleſia

*Vt nullus Epiſcoporum de * propriam migret Eccleſiam.*

XXI. VT Epiſcopo non liceat à parocia in aliam parociam tranſire, neque per voluntatem ſuam, neque à populis vim paſſum, neque ab aliquibus Epiſcopis coactum, permanere autem eum in qua ordinatus eſt à Domino in principio Eccleſia, & non eum tranſire ſicut iam dudum terminum prolatum eſt.

l. ab aliarū parociarum

*De his qui ordinantur * ab aliorum parociis Epiſcopis.*

XXII. EPISCOPVM non ſubintrare alienam ciuitatem, quæ non ei ſubiacet, neque in locis quæ ad eum non pertinent * in locis alienorum Epiſcopis niſi fortè poſtulatus cum conſenſu proprij Epiſcopi. Si quis autem hoc temptauerit infirma eſſe manus impoſitio ordinis eius, & ipſe confuſionem patiatur, quia quod vindicare non poteſt ordinare non debet.

Vt nullus Epiſcopus poſt ſe ſucceſſorem eligat.

XXIII. NVLLI Epiſcoporum licere ſibi conſtituere ſucceſſorem in exitum vitæ ſuæ. Et ſi aliquid tale factum fuerit, infirma eſſe debet electio vel ordinatio eius. Illud autem obſeruari diſpoſitionem Eccleſiaſticam inſtituentem non aliter fieri, niſi aut cum ſynodo & iudicio Epiſcoporum, & maximè electio Clericorum, vt poſt tranſitum quieſcentis poteſtatem habent eligere & ordinare qui dignus eſt.

De ſubſtantia Eccleſia, & qua ſunt Epiſcopi.

QVÆ ſunt Eccleſiaſtica & diligenter caueant cuſtodiri ſicut * portet XXIV. *l. oportet*
eum bona conſcientia & timore fidei, ſcientes quia apud eum ſunt, qui omnia reſpicit Dominus, quæ & gubernare & * portet cum iudicio & poteſtate Epiſcopi, qui creditum habet populum & omnia, quæ intra Eccleſiam congregantur, probata autem & certam eſſe quæ ſunt Eccleſiæ, cum notitia presbyterorum & diaconorum, & omnia eos ſcire & non ignorare quæ ſunt propria, & nihil eos lateat, vt cùm venerit Epiſcopus exire de ſæculo, ſcientes ea quæ ſunt Eccleſiæ rerum per neglegentiam perire minimè patientur, vt neque propria Epiſcopi pulſentur occaſioni Eccleſiaſticarum rerum, iuſtum enim & beneplacitum eſt Deo & hominibus, vt & propria ſua Epiſcopus quibus ipſe voluerit derelinquat. Ita tamen, vt quæ Eccleſiæ ſunt, ipſe in vita ſua cuſtodire, & non patiatur aliquid Eccleſia detrimentum. Et neque Epiſcopus occaſioni Eccleſiæ res præſcribi, & in cauſas cadere qui ad eum pertinent heredes, vt & ipſi poſt mortem de eo blaſphemiæ non detrahi. *l. oportet*

Et vt Epiſcopus poteſtatem habeat res Eccleſiæ gubernare.

EPISCOPVS habeat rerum Eccleſiæ gubernationem ad omnes qui XXV.
expetunt cum omni veneratione & timore Dei accipere, & ea quæ opus ſunt ad neceſſaria eius, & quæ apud eum ſuſcipiuntur fratrum neceſſaria, vt in nullo impedimento occaſionis fraudari aliquos ſecundùm Apoſtolum dicentem, habentes autem eſcas & tegumentum his contenti ſumus. Si enim his non ſufficit & conuertat res Eccleſiæ & poſſeſſionum fruges non cum notitia presbyterorum & diaconorum tractet, ſed cum domeſticis ſuis & adfinibus, aut fratribus, aut filiis præſtet poteſtatem, vt per eos tales abſconſe lædere certas res Eccleſiæ, hunc autem conuinctum ſubiacere Synodo prouinciæ. Si autem & aliter incuſetur Epiſcopus ab his qui cum eo ſunt presbyteri, eo quòd quæ pertinent ad Eccleſiam, ſiue de agris, ſiue ex aliqua ſubſtantia Eccleſiæ in ſemetipſos vſurpantes, & pauperes tribulentur, accu-

ſationem autem & blaſphemiam fieri rationibus. Qui ſic autem gubernauerint hos per correctionem lucrare apud ſanctam Synodum. Et ſubſcripſerunt.

Euſebius præſens omnibus ſubſcripſi.

Theodorus omnibus conſtitutis in ſancta Synodo præſens ſubſcripſi.

Tharcudamantes. Machedonius.
Mauricius. Eutherius.
Alphion. Siricius.
Baſſus. Hyſichius.
Paulus. Manicius.
Theodotus. Moſes.
Niceta. Agapius.
Anatholius. Theodotus.
Narciſſus. Mocimus.
Archelaus. Euſtatius.

Ordinauimus ſubſcribentes, Amen.

Cod. Thu. Incipiunt tituli Canonum Chalcedonenſium. Hi Canones omnino conueniunt cum Codice Thuano num. 533. & 129.

EXPLICIT CONCILIVM ANTHIOCENSIVM.

INCIPIVNT CAPITVLA CALCIDONENSIS.

l. accuſatoribus

I. De his qui præmio ordines adipiſcuntur.
II. De * accuſatores Epiſcoporum.
III. Vt clerici conductores non ſint.
IV. De his qui vitam ſolitariam ſectantur, & quo honore fungantur.
V. Vt nullus clericus de Eccleſia ſua in aliam tranſeat.
VI. Nulli abſoluto liceat ordinare.
VII. De his qui profitentur ſe clerici eſſe, vel monaci.
VIII. De diſpenſatoribus Eccleſiæ.
IX. De cauſis clericorum.
X. Vt nulli clericorum liceat de Eccleſia ſua diſcedere.
XI. Non temerè dandis Epiſtulis Synodicis.
XII. In vna prouincia vnum debere eſſe metropolitanum Epiſcopum.
XIII. Nulli clericorum liceat in alterius ciuitate miniſtrare.
XIV. Vt nullus clericus vxorem hæreticam vel paganam accipiat.
l. quot XV. * Quod annorum velari debeant ancillæ Dei.
XVI. De virginibus & monacis.
l. parrociis ruſticis XVII. De * parrocias ruſticas.
XVIII. De coniuratis.
XIX. Vt ſecundò in anno Concilia fiant.
XX. De non ſuſcipiendis alterius Eccleſiæ clericis, & de ſuſceptoribus eorum.
l. accuſatoribus XXI. De * accuſatores Epiſcoporum.
XXII. Vt nullus clericus aliena diripiat.
XXIII. De clericis & monacis excommunicatis.
l. ſacratis monaſteriis XXIV. De * ſacrata monaſteria.
l. reditibus XXV. De ordinandis Epiſcopis, & de * reditus Eccleſiarum.
l. diſpenſatoribus XXVI. De * diſpenſatores Eccleſiarum.
l. corruptoribus XXVII. De * corruptores mulierum.

EXPLICIVNT CAPITVLA.

INCI-

INCIPIT CONCILIVM CALCIDONENSE.

QVINGENTESIMO anno ſub Imperatore piiſſimo Marciano * ſtatuta quæ per ſingulas Synodus, à ſanctis Patribus conſtituta ſunt, haſtenus habere firmitatem cenſuerunt dicentes.

Cod. Thu. conſtituta

De his qui præmio ordines adipiſcuntur.

I. SI quis Epiſcopus ordinationem pro pecunia fecerit, & vendiderit rem quæ niſi per gratiam Dei non adquiritur, & ſub pecunia ordinauerit Epiſcopum, aut preſbyterum, vel diaconum, aut eorum quemquam qui in numero clericorum continentur, aut accepta pecunia fecerit œconomum, vel defenſorem aut oſtiarium, vel quemcunque huiuſcemodi * pro turpitudinem lucri, qui hoc feciſſe probatur ſui gradus periculum ſuſtinebit. Sed & is qui ordinatur nihil ex ordinatione, quæ per negotiarionem proceſſit vtilitatis acquirat: ſed fiat dignitatis reus quæ ipſi pro pecunia commiſſa eſt alienus. Si quis autem in his tam turpibus, & nefariis lucris medius interfuiſſe videatur, & is quidem ſi clericus fuerit degradetur, ſi verò laïcus aut monacus, anathematizetur.

l. propter

De accuſatoribus Epiſcoporum. & clericorum.

II. CLERICI vel laïci volentes Epiſcopos, vel clericos accuſare, non indebitè * ne quodcunque accuſandum ſuſcipi debere, niſi priùs eorum opinio fuerit diſcuſſa.

l nec

His Canon eſt XXI. in omnibus editionibus Concil. Chalced.

Vt clerici conductores non ſint.

III. PERVENIT ad ſanctam Synodum, quoniam quidam clericorum, propter lucri turpitudinem alienatum poſſeſſionum conductores efficiantur, & cauſis ſæcularibus tractantibus miniſteria Dei neglegant, & ſæcularium domus diſcurrentes, & patrimoniorum curas, propter auaritiam ſuſcipientes. Igitur ſancta & magna Synodus conſtituit nullum deinceps, neque Epiſcopum, neque clericum, neque monacum conductitij titulo poſſeſſiones habere liceat, nec cauſarum ſæcularium poſſe ordinationibus commiſceri, ni fortè vocetur aliquis ſecundùm leges ad minoris ætatis tutelam, quæ excuſari non licet, aut ciuitatis Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum curam clerico voluerit committere, aut orfanorum, aut viduarum, quæ propria prouidentia carent, vel perſonarum talium quæ auxilium Eccleſiaſticum poſtulant, propter timorem Dei. Si quis autem ea quæ conſtituta ſunt deinceps violare temptauerit, Eccleſiaſticæ damnationi ſubiaceat.

Qui vitam ſolitariam ſectantur, & quo honore fungantur.

QVONIAM verò quidam ſub prætextu habitu monachali Eccleſias, & conuentus, & res communes diſturbant, ciuitates indiſcretè circumeuntes, & non monaſteria ſibi conſtituere ſtudentes: placuit, vt nullum eorum vſquam ædificare liceat, neque monaſterium conſtituere, neque oratorium abſque ciuitatis Epiſcopi voluntate. IV.

Monaci verò qui ſunt per ſingulas ciuitates, & per prouincias Epiſcopis ſubditos eſſe cenſemus, & quietem diligere, & ieiuniis eſſe conrentos, & orationibus in illis locis obſeruare *, ſæculo renuntiaſſe videntur, nequaquam Eccleſiaſticis vel ſæcularibus rebus communicare, nec importunitatem inſerre, deſertis propriis monaſteriis, niſi fortè quæſiti fuerint, propter cauſam neceſſariam ab Epiſcopo ciuitatis. * Sine placuit, vt nullum ſeruum ſuſcipianr in ſuis monaſteriis ad monacum faciendum, ſine proprij domini voluntate. Qui verò hoc conſtitutum exceſſerit, à communione eum ſuſpendi decernimus, ne nomen Dei blaſphemetur: ciuitatis aurem Epiſcopum oportet competentem prouidentiam cunctis monaſteriis impendere.

** ſ. perſeuerare*

l. Item

De Epiſcopis vel clericis qui ſe de ciuitate in aliam transferunt. V.

His Canon eſt primus in omnibus collectionibus.

* PLACVIT vt canones qui à ſanctis Patribus conſtituti ſunt de his ipſis, vt ſuam habeant firmitatem.

Pp

Digitized by Google

Nullum abſolutè liceat ordinari.

VI. NEQVE preſbyteros, neque diaconos, neque penitus quemquàm de his qui ſunt intra Eccleſiaſticum ordinem declarari liceat, niſi ſpecialiter Eccleſiæ ciuitatis vel vicus, vel martyrij, qui ordinandus eſt fuerit declaratus, horum autem ordinatio huiuſmodi conſtitui ſancta Synodus, inefficacem eſſe, & in nullo poſſe ad ordinandi iniuriam præualere.

De profeſsis clericis vel monacis.

VII. QVI ſemel ſunt in clero ordinati, aut monaci facti, conſtituimus neque ad militiam, neque ad dignitatem ſæcularem venire. Si verò hoc adripientes, & non pœnitentes reuertantur ad quod antea elegerant, anathematizentur.

De diſpenſatoribus Eccleſiæ.

VIII. *deeſt qui* CLERICI * pauperum diſpenſationi, vel monaſteriorum, vel martyriorum præſunt, vt ſub poteſtate inſularum, ciuitatum Epiſcoporum ſecundùm ſanctorum Patrum traditionem perdurent, nec ſua temeritate ab Epiſcopi ſui moderatione declinent. Qui autem huiuſmodi diſpoſitione quolibet modo ſubuertere auſi fuerint, & Epiſcopo ſuo non dederint conſueta, ſi quidem clerici fuerint, canonicæ damnationi ſubiaceant: ſi autem monaci aut laici fuerint, à communione ceſſent.

Si clericus cum clerico cauſam habeat.

IX. PLACVIT vt Epiſcopum ſuum non deſerant, & ad iudicia ſæcularia currant: ſed priùs, vt dictum eſt, apud Epiſcopum ſuum examinent cauſam, aut certè cum voluntate ipſius cauſa dicatur, apud quos partes vtraque voluerunt. Si quis autem contra hæc venire temptauerit, canonicis interdictis ſubiaceat. Si verò clericus quis habeat cauſam cum extraneo Epiſcopo, vel cum ſuo, apud Synodum prouinciæ cauſam dicat: Si autem Epiſcopus aut clericus diſcrepationem habeat cum metropolitano Epiſcopo, ad primam ſedem recurrat, aut ad ſedem Conſtantinopolitanam, & ibi cauſam definiant.

Vt nulli clericorum liceat de Eccleſia ſua diſcedere.

CIVITATIVM Eccleſiis militare in qua primò ordinatus quis eſt, & non ad quam, quaſi maiorem, pet vanæ gloriæ deſiderium confugit: eos verò qui hoc temptauerunt, Eccleſiæ propriæ reſtituendos eſſe, in qua primò ordinati ſunt; & ibi tantùm miniſtrare: ſi qui tamen iam ex alia in aliam Eccleſiam tranſlatus eſt, in nullis prioris Eccleſiæ, vel ad ipſam pertinentibus martyrij, vel xenodochij, vel pauperum rebus habeat facultatem tractandi: eos verò qui auſi fuerint poſt hoc conſtitutum magni & vniuerſalis totius Synodi aliquid contrarium agere in his quæ nuper ſancta Synodus interdixit, proprium amittant gradum. X.

De non temerè dandis epiſtulis Synodicis.

OMNES pauperes & reuera egentes ſolaciis, oportet pacificis Eccleſiaſticis tantùm literis proſequi, & non ſynodicis, quoniam ſynodicas literas his tantùm dari conuenit, qui bonæ eſſe opinionis videntur. XI.

In vna prouincia vnum debere eſſe metropolitanum Epiſcopum.

PERVENIT ad nos quoniam quidam contra Eccleſiaſtica ſtatuta ſe poteſtatibus conferentes per pragmaticum vnam prouinciam diuiſerunt in duos, & per hoc duo in vna prouincia ſunt metropolitani Epiſcopi. Igitur nunc conſtituit magna ſynodus, nihil tale deinceps temptari ab Epiſcopis, & qui aliquid huiuſmodi adripuerint, proprium amittant gradum: quæcunque verò ciuitates per ſacras literas nomine metropolitano funguntur, ipſæ ſolæ honorem conſequantur, & is qui huic Eccleſiæ * præſtet Epiſcopus, ſaluo vtique proprio iure, quod reuera conuenit metropolitanæ ciuitati. XII. *Ms. Bil. Thu præeſt Epiſcopus, vocetur Archiepiſcopus*

Vt in aliena ciuitate clerici non miniſtrent.

PELEGRINVS clericus & lectores in aliena ciuitate, ſine ſynodicis literis Epiſcopi ſui penitus nuſquam miniſtrare debere. XIII.

Vt nullus clericus hæreticam vel paganam ducat vxorem.

QVONIAM in quibuſdam prouinciis lectores * ſalutem nubere per- XIV. *l. ſaltem*

Digitized by Google

mittuntur, conſtituit ſancta ſynodus non licere quemquam vlteriùs hæreticam mulierem accipere, eos verò qui iam ex tali matrimonio filios procrearunt.

Et ſi quidem filios ſuos apud hæreticos baptizarunt, poſtmodum poſſe eos in Catholica communione percipere. Si autem non ſunt baptizati, iam non debere eos aput hæreticos baptizari, nec ad coniugium cum hæreticis coniungi, neque cum Iudæo, neque cum pagano, niſi fortè ſe transferre ad fidem orthodoxam promiſerint perſonæ quæ coniungendæ ſunt, cum orthodoxis. Si quis autem huius ſanctæ ſynodi conſtitutum violare temptauerit, canonum damnationi ſubiaceat.

I. Quot * *Quòd annorum velari debeant ancillæ Dei.*

XV. PLACVIT non eas ordinari ante annum quadrageſimum, & hoc cum diligenti probatione: ſi verò accepta velatione, & certo tempore miniſterio obſeruans, nubtiis ſe tradiderit ad iniuriam Dei gratiæ, huiuſmodi mulier anathematizetur, cum eo qui illi coniungitur.

De virginibus & monacis.

XVI. NEc eam qui ſe Domino Deo virginem vouit eodem modo, nec monacis nubere licebit. Si verò hoc facere voluerint à communione ſuſpendantur. Epiſcopus autem de hac re auctoritatem præuebit, ſi velit eos reconciliari.

De ruſticis parrociis.

XVII. RVSTICAS parrocias quæ ſunt in ſingulis prouinciis, inconuulſas manere conſtituimus apud Epiſcopos, qui detinere eas videntur, maximè ſi eas annis triginta detinentes inuiolatè diſpenſauerunt: ſi verò intra triginta annis facta eſt, aut ſi fiat de illis quæſtio, his licere quæſtionem mouere aput ſynodum ſuæ prouinciæ, qui vim pertuliſſe ſe adſerunt. Si quis autem à metropolitano ſuo Epiſcopo malè tractetur, aput primam ſedem prouinciæ ſuæ, vel aput Conſtantinopolitanam cauſam dicat, ſicut ſuperiùs comprehenſum eſt: ſi qua verò poteſtate Imperiali ciuitas noua conſtituta eſt, aut certè conſtituatur ciuilibus, & publicis furmulis, etiam Eccleſiaſticarum parrociarum ordo celebretur.

De coniuratis.

CONIVRATIONIS vel conſpirationis crimen aput extrinſecas leges amputari ſolere, multo magis in Eccleſia Dei hoc ne fiat prohiberi oportet. Igitur ſi clerici aut monaci inuenti fuerint coniurati, & per coniurationem calumniam facientes Epiſcopis, vel quibuſlibet clericis, proprium amittant gradum. XVIII.

Vt ſecundò in anno Concilia fiant.

PERVENIT ad aures noſtras, quoniam in quibuſdam prouinciis non fiunt Epiſcoporum ſynodus ſecundùm Canonem conſtitutum, & hoc multa rerum Eccleſiaſticarum quæ corripienda ſunt, vel corrigenda neglegi. Sancta igitur ſynodus conſtituit, vt ſecundùm Canones Patrum, qui aput Niceam Bytiniæ conſtituti ſunt, bis in anno idipſum Epiſcopos ex ſingulis prouinciis conuenire, vbi metropolitanus Epiſcopus conſtituerit; & omnia quæcunque emerſerint corrigere. Epiſcopi verò qui non conuenerint, & in propriis poſiti ciuitatibus, & non profecti, ſed abſentes maximè ſubpeditante ſalute receſſerint, inexcuſabilibus occupationibus liberi, fraternitatis intuitu corripiantur. XIX.

De non ſuſcipiendo alterius Eccleſiæ clerico, & de ſuſceptoribus eorum.

CLERICOS in Eccleſia militantes, ſicut iam conſtitutum eſt, non licere in alterius ciuitatis Eccleſiam militare: ſed illa eſſe contentum in qua principio miniſtrare meruit, extra eos qui amiſſa patria ad aliam Eccleſiam præ neceſſitate venerunt. Qui verò Epiſcoporum poſt hoc conſtitutum alterius Eccleſiæ clericum ſuſceperit, placuit à communione ſuſpendi, & eum qui ſuſcepit, & qui ſuſceptus eſt, quouſque clericum qui tranſlatus eſt fecerit ad ſuam reuerti Eccleſiam. XXI.

De accuſatoribus Epiſcoporum.

CLERICI vel laici qui Epiſcopos accuſatint, vel quoslibet clericos, omnino ſine iudicio eos non ſuſcipi, niſi priùs eorum æſtimatio fuerit diligenter examinata. XXI.

Vt nullus clericus aliena diripiat.

CLERICIS non licere poſt mortem Epiſcopi ſui diripere ea quæ XXII.

illi competere non poſſunt, ſicut & anterioribus canonibus cautum eſt, alioquin eos de gradibus ſuis poſſe periclitari.

De clericis & monacis excommunicatis.

XXIII. PERVENIT ad aures ſanctæ ſynodus, quoniam quidam clerici & monaci, quibus nec aliquid ab Epiſcopo ſuo commiſſum eſt, interdum etiam ab ipſius communione ſuſpenſi ad Conſtantinopolitanam ciuitatem pergunt, & ibidem diu remorantes Eccleſiaſticam diſciplinam diſturbant, quorundam autem etiam domus ſubuertunt: ergo ſancta conſtituit ſynodus prius quidem huiuſmodi homines ſanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ defenſorem eos ammonere vt à ciuitate diſcedant. Verum ſi inter negotia & impudentiam fuerint remorati, eos etiam inuitos per eundem defenſorem iactari, & ad loca propria reuocari.

De ſacratis monaſteriis.

XXIV. QVÆ Deo ſemel ſacrata ſunt monaſteria ſecundùm Epiſcoporum conſenſum opottet in perpetuum monaſteria nuncupari, & eorum res monaſteriis reſeruari, & non debere vlteriùs cœnacula ſæcularia fieri. Si quis verò hoc fieri petmiſerit, canonicis interdictis ſubiaceat.

De ordinandis Epiſcopis, & de reditibus Eccleſiarum.

XXV. QVONIAM * Metropolitanum quidam, ſicut cognouimus commiſſas ſibi neglegunt greges, & ordinationes Epiſcoporum fieri differunt: placuit ſanctæ Synodo intra tres menſes Epiſcoporum ordinationes fieri, & niſi fortè neceſſitas inexcuſationis ordinationis tempus ptotrahi coëgerit, alioquin eos pœnæ Eccleſiaſticæ ſubiacere. Eccleſiæ verò tedi-tus viduatæ aput œconomum ipſius Eccleſiæ integros conſeruari conuenit.

l. Metropolitanorum

l. diſpenſatoribus

*De * diſpenſatores Eccleſiarum.*

XXVI. QVONIAM in quibuſdam Eccleſiis repetimus, quòd ſine œconomis res Eccleſiaſticas tractent Epiſcopi, placuit omnino vt omnis Eccleſia habens Epiſcopum etiam œconomum habere de proprio clero cenſemus, qui res Eccleſiaſticas diſpenſet, cum conſenſu Epiſcopi ſui, ne cùm diſpenſatio ſine teſtimonio fuerit, tes Eccleſiaſticæ diſpetſæ ſint ad contumeliam Pontificis intogandam. Si verò hoc non fecetint reos eos ſanctis ſubiacere canonibus.

*De * corruptores mulierum.*

l. corruptoribus

EOs verò qui mulieres diripiunt hoſpitalis ſolacij nomine, & eos qui conhibere, aut conſenſum rapientibus præuere videntur: ſancta conſtituit ſynodus, vt ſi quidem clerici fuerint proprium amittant gradum; ſi verò laïci, anathematizentur. XXVII.

Et ſubſcripſerunt.

Phaſcaſianus Epiſcopus, ſtatui & ſubſcripſi, Luculenſis Epiſcopus ſtatui & ſubſcripſi, Boniſacius preſbyter legatus ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, ſtatui & ſubſcripſi, & cæteri Epiſcopi infrà ſcripti.

Anatholius Conſtantinopolitanus.
Iulianus Legatus.
Thalaſius Cæſarea Capp.
Euſebius Anquirenſis.
Lucianus Byzæraci.
Diodenes Metrop. Cizic.
Calogerus Claudiopol.
Seleucus Metrop. Amaſiæ.
Meltius Syriæ.
Florentius Sardenſis.
Oneſiforus Iconiæ.
Pergamius Anthi.
Anaſtaſius Nicæuum.
Marianus Sinadenſis.
Conſtantius Boſttenus.
Pettonianus Afrodiſiadæ.
Romanus Mirenſium.
Eunomius Nicomediæ.
Francio Afrodienus.
Petrus Grangrenſis.
Heleuterius Calcidoniæ.
Theodorus Lamaſci.
Nuneeius Laodiciæ.
Fotius Tyri.
Baſilius Seleuci Metrop.
Ioannes Sebaſtiæ.
Cyrus Anazarbi.
Conſtantius Meleti inſul.
Callinicus Pamenex.
Paſtricius Tienſis.
Stephanus Ieropolita.
Cecropius Sebaſtiopol.
Theochſtus Poſinunt.
Lucianus Byſzarcadip.
Trifon Dioenſis.
Iulianus Thabiæ.
Amphilocius Sydenſis.
Libas Ædiſſæ.
Acacius Ariathiæ.
Antiochus Synoënſis.

Frontofaſilienus Lyciæ.
Philippus pro v. c. Balburen.
Patricius Acaſitanalyciæ.
Gemellus Stratoniceæ.
Stephanus Pœmanienſis.
Conſenſius Ieroeæſariæ.
Eulalius Phyonienſis.
Hermias Abidæ Helleſp.
Cyriacus Trocnadenſis.
Acyllas Eudoxiadæ.
Danihel Caldenſis.
Fonteianus Sallagaſſienſis.
Helias Blandi.
Policarpus Alenſis.
Leucius Irenſis.
Amachis Seggenſis.
Andreas Aualenſis.
Euſebius Dorilenſis.
Alchimedaſſi Landipus.
Dionyſius Atthaliæ.
Andreas Achaiæ.
Olympius Sozupolitanus.
Paulus Flomelienſis.
Modeſtus Sebaſtenus.
Euandrus Dioeliæ.
Iohannes Brauelenſis.
Eulaliæ Fibliæ.
Helpidius Thermenſis.
Theodorus Heracliæ.
Olympius Phaniados.
Thomas Phorſireonenſis.
Myſterius Anotienſis.
Longinus Oreiſti.
Manaſſes Theudopol.
Nicolaus Acaraſeon.
Romanus Bubbenſis.
Muſonius Niſiæ.
Acacius Ariaratiæ.
Atticus Zelonenſis.
Menecrates Ciras.
Helias Blandi.
Euſthocius Docimienſis.
Euſthocius Docimi.
Mirus Eulandrenſis.
Philippus Lygiadenſis.
Cytiacus Eucarpiæ.
Abireius Ieropolitanus.
Meſſalinus Laodiciæ.
Gerontius Baſilinopol.
Apragmonius Tri.
Danihel Cadonenſis.
Matthias Thimenuntij.
Thoman Theodoſiopol.
Dauid Hadrianiæ.
Zenodotus Thelmeſeon.
Meliphtongus Iuliopol.
Baſilius Naconiæ.
Danittel Lampſaei.
Themiſtrius Amaſtridos.
Alfius Myli.
Renus Ionopolitanus.
Fontianus Salagaſſænæ.
Nicolaus Caraſſeon.
Eupitius Stratoniceæ.
Iohannis Amozonis.
Theodoritus Alauandon.
Florentius Hadriapol.
Nephtolemus Cormonopol.
Paulus Deruenſis.
Plutarcus Lyſtron.
Eugenius Canonienſis.
Rufinus Ydeſienus.
Acholius Larandon.
Plonius Throados.
Ioannes Tripolitanus.
Ruſticianus Cotepiſcopus.
Baſilius Ocyrenſis.
Iacobus Pipminenſis.
Epiphanius Medalu.
Acilius Aurocen.
Gennudius Haemonenſis.
Acharius Ænnenſis.
Cytinus Potaton.
Marcianus Caralitanus.
Eugenius Cotonuenſis.
Obrimus Coraceſis.
Theodoritus Cirritanus.
Iohannes Germanitiæ.
Vranius Emiſſæ.
Damyanus Ildonis.
Ioſeph Eliopolitanus.
Iulianus Roſuenſis.
Olympius Paneades.
Theodorus Claudiopolit.
Tyrannus Germanicopolit.
Paulus Radienſis.
Rufinus Amotathion.
Sabinianus Pirrenus.
Patricius Neocæſari.
Philippus Adanæ.
Indimus Irepolitan.
Saba Palti.
Theodorus Pentapolit.
Noes Chefrænus.
Zebenneus Marthiopolit.
Maragentus Enzitinenſis.
Valons Laodfœn.
Paternus Corepiſcopus.
Elogius Philadelfiæ.
Proculus Adraonenſis.
Theodoſius Canotaſenus.
Hormiſda Philippopulitanus.
Ioannis Flauiados.
Euolcius Zeumatenus.

Abramius Circenſis.
Romulus Alchidenſis.
Timotheus Balenſis.
Euſebius Eleucobilo.
Paulus Marianſis.
Euthycianus Ephyphanienſis.
Marcus Aretuſæ.
Iohannes Carronienſis.
Baſſianus Corepiſcopus.

EXPLICIVNT CANON. CALCIDONENSIS.

INCIPIVNT TITVLI CANONVM CONSTANTINOPOLITANORVM.

I. VT permaneant quæ in Nicia ſunt legitimè, & immobiliter conſtituta.
II. De anathemate Arrianorum, Eunomianorum, Machedonianorum, Sabellij, & Apollinaris.
III. De ſingulis parrociis ordinandis, & de primatu Epiſcopi metropolitani.
IV. De Maximi indiſpoſita ordinatione.
De primatu Eccleſiæ Conſtantinopolitanorum.

EXPLICIVNT.

a Hi Canones expoſiti ſunt ab Epiſcopis CL. congregati in vnum Conſtantinopolim, quando ordinatus eſt beatus Nectarius Epiſcopus, Conſulatu piiſſimi, atque amatoris Chriſti Imperatoris noſtri Fl. Marciani Aug. III. Kalend. Nouembres per gratiam Dei, & conſtitutione piiſſimorum, & fidelium Imperatorum vnà cum ſancta ſynodu, in baſilica ſanctæ & victricis martyris Euphemiæ coniubante eos precibus ſuis ſancta Synodus dixit:

a *Cod. MS. bibl. Thu. num. 533.* Hi Canones prolati ſunt ab Epiſcopis CL congregati in vnum Conſtantinopolim, quos inclitæ recordationis Theodoſius Imperator, pater Arcadii & Honorii principum cõuocauit, quando beatus Nectarius Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ damnato Maximo ſortitus eſt Pontificatus officium

I. NON tranſgredi fidem in ſanctorum Patrum CCCXVIII. qui in * Nicæa Bythiniæ conuenerunt: ſed permanere eam firmam, & dominam cenſemus.

Hi Canones Concilij CP. octo conueniunt cum codice MS. bibl. Thuan. 533.

Anathema eſſe omnem hæreſem.

II. ID eſt Eunomianorum * inſimilium Arrianorum*, Eudoxianorum * & Semiarrianorum Spiritui ſancto aduerſi, & Sabellij, & Marcellianorum *, & Apollianorum.

* *deeſt in Cod. Thua.*
* *C. Thu.* Macedonianorum
* *deeſt in Cod. Thua.*
* *Cod. Thu.* Fotinianorum

Quæ debeantur Ægypto, Antiociæ, & Conſtantinopoli.

III. VT extra terminos non ingerere alienos, neque confuſionem facere Eccleſiis: ſed ſecundùm Canones obſeruare.

Vt Alexandrinum quidem Epiſcopum, quæ in Ægypto ſunt gubernare, ſeruatis quæ in Nicænis *primatus Anthiocenæ Eccleſiæ: & Aſiæ gubernationis Epiſcopi, quæ per Aſiam ſunt parrocias ſolùm gubernare: Qui verò ſunt Ponto Ponticæ tantùm; qui ſunt Traciæ Traciarum ſolùm.

* *Cod. Thu.* Canonibus

Non vocatos autem Epiſcopos ſuper parrociam alienam non debere ingredi, ad ordinandum, aut pro aliquibus alijs gubernationibus Eccleſiaſticis, ſeruato quod ſcriptum eſt de parrociis Canone & conſtitutum, & vt per ſingulas prouincias, prouinciæ ſynodus gubernet, ſecundùm ea quæ in Nicia conſtituta ſunt.

Quæ autem in barbaricis gentibus ſunt Eccleſiæ Dei, ita gubernari oportet, ſecundùm quod obtinuit à Patribus conſuetudo.

Conſtantinopolitanum autem Epiſcopum habere primatum honoris poſt Romanum Epiſcopum, * pro quod eam eſſe cenſemus iuniorem Romam.

* *Cod. Thua. num. 533.* propterea quòd vrbs ipſa ſit iunior Romã

De Maximo Cynico, & aduerſum eius iniquitates, & delubra eius quæ Conſtantinopolim facta ſunt.

IV. IN omnibus placuit, vt neque Maximum Epiſcopum fuiſſe, aut eſſe, neque ipſos qui ab eo ordinati ſunt, in quocunque gradu clericorum, vel quælibet facta ſunt infirmata eſſe cenſemus.

De primatu Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.

Hic Canon eſt XXVIII. Concilij Chalcedonenſis, non Conſtantinopolitani

** l. primatu*

Codex Th. ſed diximus

Cod. Thua. quid

SANCTA ſynodus dixit, vbique ſanctorum Patrum terminis ſubiacentes, & quem nunc legimus canonem CL. reuerentiſſimorum Epiſcoporum, qui congregati ſunt in hanc regiam ciuitatem cognoſcentes, hæc cenſuimus de * primatum ſanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ciuitatis iunioris Romæ, quia ſedis magnæ Romæ, pro eo quod regnaret, ſancti Patres ſtatuerunt ei primatum, ita nunc & nos in hoc conſtitutum firmantes venerabiles CL. primatum * reddimus iuniori Romæ, rationabiliter iudicantes, vt * quæ regno & ſenatu honorificatur ciuitas obtineat, & firmitatem primatus ſecundùm magnam Romam, & in Eccleſiaſticis cauſis magnificam eam eſſe, ſicut & Romam, & ſecundum poſt eam eſſe cenſemus.

Cod. Thua. Metropolitani

Cod. Thua. in

Et vt Ponticam, & Aſiam, & Traciam gubernationem * Metropolitani, etiam qui * barbaris ſunt Epiſcopi à ſede ſupra ſcribta parrocias eis ordinentur. Et vt ſingulum Metropolitanum memoratas parrocias cum prouinciarum Epiſcopis ordinent Epiſcopum, ſicut diuini Canones cenſuerunt.

Cod. Thua. electione

Manus impoſitionem autem, ſicut ſuperiùs dictum eſt, à Metropolitanis Epiſcopis fieri debere, * electionem autem facere ſecundùm conſuetudinem, ad eos referre oportet.

Et ſubſcripſerunt.

Nectarius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, ſtatui & ſubſcripſi.

Paſchaſinus Epiſcopus Legatus ſanctæ Eccleſiæ Rom. ſtatui & ſubſcripſi.

Lucentinus preſbyter Legatus Eccleſiæ Rom. ſubſcripſi.

Cod. Thua. Rom.

Bonifacius preſbyter Legatus Eccleſiæ * SS. ſubſcripſi, & cæteri ſubſcripſerunt.

ÆGYPTI.

Timotheus Alexandrinus.
Dorotheus Oxyrinco.

PALÆSTINI.

Cyrillus Hieroſolymitanus.
Gelaſius Cæſarienſis.
Macer Hierocontis.
Dionyſius Dioſpolitanus.
Priſcianus Nicopolitanus.
Saturninus Sebaſtenus.
Euſtratius Cannuenſis.
Daſanes Deruis.
Eugenius Poſadun.
Illirius Iſaudun.
Sceuerus Amablandun.

PISIDIÆ.

Optimus Anthiociæ.
Theumiſtius Hadrianopolit.
Attalus Proſtadun.
Amantius Adadun.
Fauſtus Limenu.
Iohannes Salageſſitanus.
Calenicus Thymadun.
Euſtathius Metropolitanus.
Patricius Parlaxit.
Lucius Narpoleos.
Iollianus Sozopoltit.
Per Simplicium preſbyterum.
Tyrannus preſbyter Amuranus.
Oxanius preſbyter Apamenſis.
Helladius preſbyter Cunamen.
Theoſebius Philominas.
Per Baſſum preſbyterum.

LYCIÆ.

Tatianus Meronenſis.
Pionius Comatis.
Eudimus Pataronenſis.
Patricius Tromardun.
Lupicinus Lymerun.
Macedo Scindun.
Romanus Paſilidun.
Hermeus Bubuteun.
Thantianus Araxit.
Vitus Primiſiæ.
Euſanius Eucarpiæ.

PHRYGIÆ PACATIANÆ.

Nectarius Appias.
Theodorus Eumeniæ.
Per Profuturum preſbyterum.

CARIÆ.

Hædicius Nicomediæ.
Leontius Cimirun.

BYTHINIÆ.

Eufraſius Nicomediæ.
Dorotheus Niceæ.
Olympius Neocæſariæ.
Theodolus Calcidonenſis.

Digitized by Google

Euſtatius Pruſenus.

PONTVS ASIÆ.

Panſopius Hiberonus.

MYSIÆ.

Martyrius Marciopolitanus.

SCYTHIÆ.

Terentius Tomeun.
Ætherius Cerſoniſſi.
Sebaſtenus Anchialis.

SPANIÆ.

Agrius Ymimontu.
Atarbius per Cyrillum lectorem.

EXPLICIVNT CANONES CONCILII CONSTANTINOPOLITANORVM.

INCIPIT PRÆFATIO.

PLACITVM eſt in Concilio habito, in quo credimus poſſe placere omnibus Catholicis, vt à ſynodo accepto recedi omnino non debere, quod in conlatione apur omnes integrum recognouimus, nec à fide nos receſſuros, quæ per Prophetas à Domino Deo Patre per Chriſtum Dominum docente Spiritu ſancto in Euangelio, & Apoſtolis omnibus ſuſcepimus per traditionem Patrum, ſecundùm traditionem Apoſtolorum, quæ apur Niciam tractata ſunt contra hæreſes, quæ eo tempore ſurrexerunt præpoſitum eſt nunc vſque permanet, quibus à nobis omnibus nec addendum aliquid credimus, nec minuere poſſe manifeſtum eſt. Placuit ergo nihil fieri nouum ſubſtantia quod Græci dicunt vſiam, nomen quidem in multis ſanctis ſcribturis inſinuatum mentibus noſtris obtinere ſui debere *

CODEX

CODEX
CANONVM
ECCLESIÆ AFRICANÆ.

CHRISTOPHORVS IVSTELLVS
EX MSS. CODICIBVS EDIDIT,
Græcam verſionem adiunxit, & notis illuſtrauit.

EDITIO ALTERA.

Q q

NOBILISSIMO AMPLISSIMOQVE VIRO

IAC. AVGVSTO THVANO

IN SACRO CONSISTORIO

REGIS CHRISTIANISSIMI CONSILIARIO.

CHRISTOPHORVS IVSTELLVS S. D.

CVM *ſuperioribus annis*, AMPLISSIME VIR, *reſtituendo veteri* CODICI CANONVM ECCLESIÆ VNIVERSÆ *operam darem, atque huius generis reliquias ex vetuſtiſſimis antiquitatis Eccleſiaſticæ monumentis eruerem, omnibúſque veſtigiis perſequerer, incidi fortè in* CODICEM CANONVM ECCLESIÆ AFRICANÆ, *quem neglectum iacere miratus ſum; ſtatimque illius memoriam è tenebris obliuionis reuocare & vindicare decreui: ſed cùm animus eſſet, per otium & temporis anguſtias huc vſque non licuit. Nunc igitur in lucem mitto præclarum illud Eccleſiæ Africanæ monumentum, cui, poſt Eccleſiæ vniuerſæ non ſatis laudatum Codicem, nihil par hodie, nihil ſecundum ex antiquitate Eccleſiaſtica ſupereſt: exhibet enim primitiuæ Eccleſiæ πολιτείαν, ſacrámque priorum temporum diſciplinam, nunc poſteriorũ æui licentiâ, corruptionéque degeneris poſteritatis propemodum euerſam & collapſam, quam integram & puram diu ſeruauit Eccleſia Africana; atque indicat quibus ex fontibus Ius Canonicum hauſtum ſit. Vtinam in eam ætatem & formam intuita poſteritas fuiſſet, eóque mentem & oculos reflecterent quicunque de Eccleſia ritè reſtauranda ſoliciti ſunt. Vtinam turbidos nouitatis riuulos ad puros hoſce fontes reuocarent ij, qui, cùm ſe antiquitati multum tribuere ſimulant, optimis illis ac ſimpliciſſimis veteris Eccleſiæ regulis & legibus neglectis, alios nobis obtrudunt vel ſpurios, vel adulterinos, vel abortiuos aut degeneres Canones, noua & barbara decreta & hominum & temporum, quibus ambitioſè nomen Iuris Canonici aſcribunt. Huius autem Africanæ collectionis editio debetur eximio viro, doctrinâ, prudentiâ, morúmque integritate maximo τῷ μακαρείτῃ* NICOLAO FABRO, *qui haud procul à morte, cùm meum de illo codice reſtituendo inſtitutum audiuiſſet & probaſſet, exemplar MS. maximæ & venerandæ antiquitatis, ſuprema voluntate tibi relictum, meæ fidei commiſit, vt poſt editionem ad te perueniret. Hoc igitur typis expreſſum, ex iure domino reſtituo & offero, cum Notis & obſeruationibus à me additis ad antiquitatis Eccleſiaſticæ, Africanæ præſertim, hiſtoriam, Iuríſque Canonici veteris cognitionem, quas etiam tuo auguſto nomini dicare & dedicare volui. Nec alteri potui, cùm*

illud & tua dignitas, & doctrina, ſingulariſque humanitas, quâ ſoles auſibus literarum ignoſcere, ſtudioſiſque antiquitatis benignè admodum fauere & ſuffragari, ſuo quodam iure poſtulet, & officij mei ratio omnino requirat & efflagitet. Accipe itaque benigna fronte, VIR AMPLISSIME, *hoc animi in te mei pignus, ſingulariſque obſeruantiæ quâ te colo, monumentum. In iſtis enim, quæ mea ſunt, ſi quæ ſint, vt eſſe libens agnoſco, leuioris operæ, & minimè digna quæ tuum nomen præferant, poterit nihilominus oblatio exigua non videri, ſi magis mei in te animi quàm ſui pretij æſtimatione pendantur. Quid in hoc opere præſtiterim, tuum erit iudicium: & ſi à te peritiſſimo rerum æſtimatore ſtudium meum probari ſenſero, bonis omnibus ſpero non improbatum iri, iis potiſſimum qui antiquæ iuriſprudentiæ Canonicæ, veræque antiquitatis potiùs quàm inanis nouitatis ſtudio tenentur. Nec erit quòd aliorum iudicia pertimeſcam. Vnicum hoc votum concipiam, vt beneuolentia tua non indignus exiſtimer, Deúſque optimus maximus te diutiſſimè bono Reipublicæ ſoſpitem ſeruet & foueat. Vale Lutetiæ Pariſiorum Idib. Septemb.* CIↃ. IↃ. CXIV.

CHRISTOPH. IVSTELLI

IN CODICEM CANONVM ECCLESIÆ AFRICANÆ.

PRÆFATIO.

epiſt. 118. VERISSIMVM eſt quod Auguſtinus ſcripſit, *Conciliorum in Eccleſia ſaluberrimam eſſe authoritatem.* Nec immeritò ab omnibus fere Patribus veteris Eccleſiæ paſſim laudata eſt ſacrorum comitiorum publica ac propè neceſſaria vtilitas, quorum formulam & exemplar primi oſtenderunt Apoſtoli in illo Hieroſolymitano Concilio, ex vni-
Act. cap. 15. uerſa quæ tum erat Eccleſia coacto: vbi grauis quæſtio, de legalibus cæremoniis apud Antiochenos exorta, ſoluta eſt. Hinc enim, velut è ſuo fonte, fluxit in Eccleſia frequens ſynodorum conſuetudo. Mirum ergo videri poteſt Gregorium Nazianzenum, clariſſimum Eccleſiæ lu-
epiſt. 42. ad Procopium. men, de iis tam acerbè ſcripſiſſe, vt ſe alicuius Concilij bonum exitum vidiſſe neget. Is enim ad quoddam Concilium vocatus, ait ſe hoc animo eſſe, vt omnem Epiſcoporum conuentum fugeret, πάντα σύλλογον φεύγειν ἐπισκόπων: cuius rei rationem reddit, quoniam nullius vnquam ſynodi bonum & felicem exitum vidiſſet, ὅτι μηδεμιᾶς συνόδου τέλος εἶδον χρηστόν. Addit præterea, non tam λύσιν κακῶν quàm προσθήκην habuiſſe, hoc eſt, malorum non tam remedia, quàm incrementa ex illis proueniſſe. Nonnullas tamen ſynodos, etiam ante Nazianzeni tempora, atque illius ætate, ipſe exitus longè optatiſſimus comprobauit, Nicænam nempe primam, & Conſtantinopolitanam primam; quarum prior Chriſti diuinitatem contra hæreſim Arij vindica-

uit : altera, cui & ipſe Nazianzenus interfuit, Macedonium, qui Spiritui ſancto diuinitatis æqualitatem denegabat, quam Arius filio detraxerat, impietatis condemnauit. Nec minùs feliciter, poſt ipſius Gregorij ætatem, celebratæ ſunt œcumenicæ ſynodi, Epheſina contra Neſtorium, qui Chriſtum in duas perſonas diuidebat, & Chalcedonenſis contra Eutychem, qui vnam tantùm in Chriſto naturam aſſerere auſus eſt. Atque horum quatuor priorum Conciliorum tanta fuit apud omnes dignitas & authoritas, vt perinde ac ſacræ ſcripturæ ſuſciperentur, ſingularíſque honos, quoad fidei dogmata videlicet, tanquam eodem ex fonte ducta, haberetur. Id teſtatur Iuſtinianus Imp. nouel. CXXXI. τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων τὰ δόγματα καθάπερ τὰς θείας γραφὰς δεχόμεθα, καὶ τοὺς κανόνας ὡς νόμους φυλάττομεν : *Sanctarum quatuor ſynodorum dogmata, perinde ac diuinas ſcripturas accipimus, & canones ſicut leges obſeruamus.* Eas quoque ſynodos ſacris Orientalium Eccleſiarum diptychis inſeri, & in Eccleſia publicâ voce recitari conſtituiſſe author eſt Euagrius : συντέθεικα, inquit, καὶ τέσσαρας συνόδους ἐπὶ τῶν ἐκκλησιῶν κηρύττεσθαι. [lib. 4. cap. 11.] Id etiam tradit Victor Tununenſis in Chronico. Tamen dubium non eſt, poſt Nicænam ſynodum, Arij hæreſim auctam & corroboratam fuiſſe, vnde & maiora incommoda nata ſunt. De quibus Hilarius aduerſus Conſtantium Imp. ſcribens, *Conſcij nobis*, inquit, *ſumus inuicem, poſt Nicæni conuentus ſynodum, nihil aliud quàm fidem ſcribi : dum in verbis pugna eſt, dum de nouitatibus quæſtio eſt, dum de ambiguis occaſio eſt, dum de authoribus querela eſt, dum de ſtudiis certamen eſt, dum in conſenſu difficultas eſt, dum alter alteri anathema eſſe cœpit, propè iam nemo Chriſti eſt.* Et contra Arianos: *Miſerari licet noſtræ ætatis laborem, & præſentium temporum ſtultas opiniones congemiſcere, quibus patrocinari Deo humana creduntur, & ad tuendam Chriſti Eccleſiam ambitione ſeculari laboratur.* Id verò non Concilio tribuendum eſt, ſed hominum improborum φιλονεικίᾳ & φιλαρχίᾳ, nihilque aliud Nazianzenus, qui peſſimis hiſce ac turbulentiſſimis Eccleſiæ temporibus vixit, quàm de ſumma ſuæ ætatis nequitia queritur, ſynodóſque refugit, ne maiorum inde malorum occaſio naſceretur. αἱ γὰρ, inquit, φιλονεικίαι καὶ φιλαρχίαι, καὶ λόγου κρείττονος, καὶ θᾶττον ἄν τις ἐγκληθείη κακίαν ἑτέρων δικάζων, ἢ τὴν ἐκείνων λύσειε. διὰ τοῦτο εἰς ἐμαυτὸν συνεστάλην, καὶ μόνην ἀσφάλειαν ψυχῆς τὴν ἡσυχίαν ἐνόμισα. *Pertinaces enim contentiones & dominandi cupiditates ne vllis quidem verbis explicari queant, citiúſque aliquis improbitatis arceſſetur, dum aliis iudicem ſe præbet, quàm vt aliorum peruerſitatem comprimat. Propterea memet ipſe collegi, animæque ſecuritatem in ſola quiete ſolitudinéque mihi poſitam iudicaui.*

Cæterùm, vt ad Concilia reuertar, nihil antiquius apud priſcæ Eccleſiæ Patres fuiſſe videtur, quàm vt eorum acta perpetuæ memoriæ monimentis conſignarentur ; atque ideo maiores habuiſſe quoſdam certum eſt, qui ipſa Conciliorum acta canonéſque colligerent. Id teſtatur Socrates de actis Nicæni Concilij loquens. ἐκυροῦτο τε, inquit, [lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 5.] ἤδη καὶ ἐγγράφως δι' ὑποσημειώσεως ἑκάστου τὰ κοινῇ δεδογμένα. *Quæ in communi omnium ſententia decreta erant, cùm cuiuſque manu ſubſcripta eſſent, rata habebantur, & in commentarios referebantur.* & paulò pòſt : Σαβῖνος ὁ τῶν ἐν Ἡρακλείᾳ τῆς Θρᾴκης Μακεδονιανῶν ἐπίσκοπος, συναγωγὴν ὧν διάφοροι συνόδων ἐγ-

γράφως ἐξέδωκεν, ποιησάμενος, &c. *Sabinus Macedonianorum, qui Heracleam ciuitatem Thraciæ incolunt, Epiſcopus, dum ea, quæ varia Epiſcoporum Conci-*
lib.1.cap.13. *lia ſcriptis ediderant, in vnum volumen colligit.* Item, Σαβῖνος τὰς παρὰ Ἰουλίου ἐπιστολὰς ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν συνόδων οὐκ ἔθηκεν. Synodicarum autem collectionum duo genera fuiſſe conſtat, quarum primum Conciliorum acta, quæ ad dogmata & fidei doctrinam ſpectant, continebat, &
ib.3 cap.21. συναγωγὴ τῶν συνόδων vel συνοδικῶν à Socrate vocatur. Alterum verò canones Conciliorum, qui ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſacrámque πολιτείαν pertinent, & βιβλίον κανόνων in Concilio Chalcedonenſi nuncupatur.
act.4.11. & 15.edit.Ro. an.1608. Hinc frequens διατυπώσεων & κανόνων diſtinctio apud Græcos Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſcriptores. Ac Synodalium quidem geſtorum monumenta pauca extant, permulta deſiderantur, atque vtinam omnia integra ad nos perueniſſent, iiſque vetuſtiſſimis primitiuæ Eccleſiæ reliquiis æras noſtra frueretur, æquè ac veteri illo Codice Canonum, qui in ſynodo Chalcedonenſi, Eccleſiæ vniuerſæ authoritate probatus eſt, atque poſtea à Iuſtiniano Imp. confirmatus. Fuit enim in more poſitum veteri Eccleſiæ, vt cùm conueniſſet Impp. mandato in Conciliis œcumenicis, quibus & illi per ſe, vel legatos glorioſiſſimos magiſtratus & iudices præerant, definitiones ſuas cum literis ad Principes mitteret, quibus Canonum ſuorum neceſſariam confirmationem ſolemni formulâ petebat; cuius exemplum extat in epiſtolâ ſynodicâ Concilij
tom.1.Concil. œcumenic. edit. Rom. an. 1608. Conſtantinopolitani primi ad Theodoſium Imp. ἀποδιδόντες τῷ θεῷ τὴν ὀφειλομένην εὐχαριστίαν, ἀναγκαίως καὶ τὰ πεπραγμένα κατὰ τὴν ἁγίαν σύνοδον πρὸς τὴν σὴν εὐσέβειαν ἀναφέρομεν. καὶ ὅτι συνελθόντες εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν κατὰ τὸ γράμμα τῆς σῆς εὐσεβείας, πρῶτον μὲν ἀνενεωσάμεθα τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν τῶν πατέρων πίστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ κυρώσαντες. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ὑπὲρ τῆς εὐταξίας τῶν ἐκκλησιῶν ῥητοὺς κανόνας ὡρίσαμεν, ἅπερ ἅπαντα τοῖσδε ἡμῶν τῷ γράμματι ὑπετάξαμεν. δεόμεθα τοίνυν τῆς σῆς ἡμερότητος, γράμματι τῆς σῆς εὐσεβείας ἐπικυρωθῆναι τῆς συνόδου τὴν ψῆφον. ἵν' ὥσπερ τοῖς τῆς κλήσεως γράμμασι τὴν ἐκκλησίαν τετίμηκας, οὕτω καὶ τῶν δοξάντων ἐπισφραγίσῃς τὸ τέλος. *Agentes Deo debitas gratias, neceſſariò quoque ea quæ acta ſunt in ſancto Concilio, ad tuam referimus pietatem; nempe quòd ex quo tempore iuxta literas tuæ pietatis Conſtantinopoli conuenimus, primùm quidem mutuam inter nos concordiam renouauimus: deinde Patrum qui Nicææ congregati fuerunt, fidem confirmauimus. Præterea etiam ad rectè conſtituendum & ordinandum ſtatum & diſciplinam Eccleſiarum, certos canones ſtatuimus: quæ omnia huic noſtro ſcripto ſubiecimus. Rogamus igitur tuam clementiam, vt per literas quoque tuæ pietatis ratum habeatur Concilij decretum, vt ſicuti literis, quibus nos conuocaſti, Eccleſiam ho-*
lib. 5. Hiſt. Eccl. c. 8. *nore proſecutus es, ita etiam finem eorum quæ decreta ſunt, obſignes.* Et Socrates poſtquam ea quæ in hâc ſynodo ſtatuta ſunt copiosè expoſuit, addit tanquam rem neceſſariam, etiam Imperatoris ſententiâ ipſa decreta eſſe firmata. τούτοις καὶ ὁ βασιλεὺς, inquit, ἐγένετο σύμψηφος. Conſtantinum
in vita Conſtant. lib. 3. cap. 18. etiam Imperatorem Nicæni Concilij decreta confirmaſſe auctor eſt Euſebius. Sic & ipſi Impp. Theodoſius & Valentinianus literis ad ſyno-
tom.1.Concil. œcum. edit.Rom. an. 1608. dum Epheſinam per Palladium miſſis, χρὴ γὰρ, inquiunt, πάντα κατὰ τὸ τῷ θεῷ μᾶλλον ἀρέσκειν, δίχα φιλονεικίας, καὶ μετ' ἀληθείας ἐξετασθέντα, οὕτω παρὰ τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας βεβαιωθῆναι. *Oportet enim omnia iuxta Dei beneplacitum,*

contentione ſecluſa, veritatiſque ſtudio adhibito diſcuti, ac tum demum à noſtra pietate confirmationem obtinere. & Martianus in edicto de confirmatione gestorum Chalcedonenſis Concilij, ἱερῷ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος διατάγματι, τὴν ἁγίαν βεβαιώσαντες σύνοδον: *ſacro noſtræ ſerenitatis edicto ſanctam ſynodum confirmantes.* Sed & poſt omnes Impp. Iuſtinianus de quatuor œcumenicis Conciliis, & iis quorum authoritas ab illis erat confirmata, ſic ſtatuit: Θεσπίζομεν τάξιν νόμων ἐπέχειν τοὺς ἁγίους ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ἐκτεθέντας ἢ βεβαιωθέντας: *Sancimus vicem legum obtinere ſanctos Eccleſiaſticos canones, qui à ſanctis quatuor Conciliis expoſiti ſunt & confirmati.* Quod ait βεβαιωθέντας, canones intelligit priorum Conciliorum, hoc eſt, Ancyrani, Neocæſarienſis, Gangrenſis, Antiocheni, & Laodicenſis, quæ vnà cum ipſis quatuor œcumenicis veteri Codice canonum Eccleſiæ vniuerſæ comprehenduntur, & quorum canones, ſingulari maiorum prouidentiâ, ne quid corruptum alienumve irreperet, certâ numerorum ſerie cum canonibus ipſorum quatuor Conciliorum œcumenicorum deuinciuntur, vt vnum & idem corpus canonum conſtituerent, ſecundùm quos, veluti iure communi, Eccleſia vniuerſa in ſynodis œcumenicis iudicabat, & ſi quis nouum ius illi obtruderet illo codice non comprehenſum, velut adulterinum ac ſuppoſititium nulliúſque authoritatis, reiiciebat. Quod olim factitarunt Gallicani Epiſcopi priſcorum canonum acerrimi vindices, teſte Nicolao primo P.R. qui in epiſtolâ quam ad illos ſcripſit, in codicem Gratiani relata, hæc illorum verba recenſet: *Quanquam*, inquit, *quidam veſtrûm ſcripſerint haud illa decretalia priſcorum Pontificum in toto corpore codicis canonum inueniri deſcripta.* Hiſpani etiam Epiſcopi quum ſuis ſynodis ſubſcriberent, hâc formulâ vtebantur, *ſalua authoritate priſcorum canonum.* Qua de re, nec non de authoritate & ordine Conciliorum, quæ veteri illo codice continebantur, & de canonum numero, cæteriſque collectionibus Græcis & Latinis, aliàs copioſè diſſetuimus. Neque hoc idcirco dicimus, vt omnem authoritatem poſterioribus Conciliis œcumenicis, & iis quæ quibuſque ſæculis in ſingulis Diœceſibus celebrata ſunt, adimendam eſſe exiſtimemus. Etſi enim non ſint eiuſdem fidei & dignitatis cum prioribus illis quatuor œcumenicis, nec illorum ſanctiones æquali authoritate recipiendæ ſint, proximum tamen ab iſtis locum ſibi vindicant, & cùm primùm à Principe recepta ſunt & confirmata, ipſa quoque ſeruanda ſunt, ſub hâc tamen neceſſariâ exceptione, quæ in epiſtolâ Innocentij III. P.R. ad Petrum Compoſtellanum Archiepiſcopum, & apud Gratianum extat his verbis, *Quotieſcunque in geſtis Conciliorum diſcors ſententia inuenitur, illius Concilij magis teneatur ſententia, cuius aut antiquior aut potior extat authoritas.* Certum eſt enim priora Concilia derogare poſterioribus, in rebus fidei & præcipuis canonibus diſciplinæ Eccleſiaſticæ, ſecùs ac in rebus ciuilibus fieri ſolet, in quibus iura poſteriora prioribus derogant; non in cæteris leuioribus, quæ pro varietate locorum & temporum immutari poſſunt. De quibus accipiendum eſt quod ſcripſit Auguſtinus: *Concilia*, inquit, *poſteriora prioribus apud poſteros præponuntur.* Item, *Ipſa Concilia quæ per ſingulas regiones vel prouincias fiunt, plenariorum Conciliorum*

tom. 2. Concil. œcum. edit. Rom. an. 1609.

Nouel. 131.

epiſt. 42. & can. ſi Romanorum, diſt. 19.

Concil. Tolet. II.

in præfat. ad codic. can. Eccl. vniuerſæ.

tom. 2. Concil & diſt. 50. can. 28. & can. hoc ipſum 35. q. 2.

lib. 2. de baptiſmo cap. 3.

authoritati, quæ ſiunt ex vniuerſo orbe Chriſtiano, ſine vllis ambagibus cedunt, ipsáque plenaria ſæpe priora à poſterioribus emendantur, cùm aliquo experimento rerum aperitur quod clauſum erat, & cognoſcitur quod latebat, ſine vllo typho ſacrilegæ ſuperbiæ, ſine vlla inflata ceruice arrogantiæ, ſine vlla contentione liuidæ inuidiæ, cum ſanctâ humilitate, cum pace Catholica, cum charitate Chriſtiana. De Conciliis autem Diœceſeωn dicendum eſt quod olim Agobardus Epiſcopus Lugdunenſis de Gallicanis canonibus, hoc eſt, epiſt. ad Imp. de ducilo. de canonibus Conciliorum Diœceſεωs Galliarum, ſcripſit: *Illorum ſanctiones non eſſe paſſim æquali authoritate recipiendas, vt Nicæni, Chalcedonenſis & cæterorum generalium ex totius mundi conſenſu congregatorum & receptorum, ſed quia congrua veneratione pro cauſis neceſſariis, quarum definitiones in illis generalibus non inueniuntur, fides ſit eis adhibenda religione debitâ.* In ſingulis enim Diœceſibus, præter Codicem canonum Eccleſiæ vniuerſæ, quo veluti iure communi omnes Eccleſiæ cùm Orientis tum Occidentis vtebantur, certum eſt ſpecialem quoque maiores habuiſſe collectionem ex Conciliis duntaxat vniuſcuiuſque Diœceſεωs compoſitam, eodem ordine temporum, eadémque numerorum continuâ nec interruptâ ſerie, quæ in ipſo codice Eccleſiæ vniuerſæ ſeruata eſt. Cuius antiquitatis veſtigia ferme neglecta, & perpaucis cognita in vetuſtiſſimis Eccleſiæ Africanæ monumentis etiamnum reperiuntur, ex quibus nobis repetenda eſt & inſtauranda Codicis canonum memoria, quo in diiudicandis ſuæ Diœceſεωs controuerſiis, vſa eſt ipſa Africana Eccleſia.

In indicandis autem Conciliis Africanis, quia vulgò etiam à doctiſſimis viris peccatur, breuem illorum hiſtoriam, quorum hodie aut memoria clarior, aut veſtigia ſuperſunt, addere, & paulò altiùs repetere operæpretium duximus, vt certa ab incertis, perſpicua à dubiis, vera à falſis ſecerni poſſint, atque hæc Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ pars paulò negligentiùs expoſita magis innoteſcat.

AN. DCC. XVII. Prima igitur Africana ſynodus illa fuit, quam Cyprianus ad Quirinum narrat, ſub Agrippino Carthaginenſis Eccleſiæ Epiſcopo, ex Africâ & Numidiâ conueniſſe, cùm quæreretur de baptiſmo hæreticorum. *Quod quidem*, inquit, *& Agrippinus bonæ memoriæ vir, cum cæteris Coëpiſcopis ſuis qui illo tempore in prouincia Africa & Numidia Eccleſiam Dei gubernabant, ſtatuit, & librato conſilij communis examine firmauit: quorum ſententiam & religioſam & legitimam & ſalutarem, fidei & Eccleſiæ Catholicæ congruentem nos etiam ſecuti ſumus.* Et ad Iubaianum: *Apud nos autem non noua aut repentina res eſt, vt baptizandos cenſeamus eos, qui ab hæreticis ad Eccleſiam peruenerint, cùm multi iam anni ſint, & longa ætas ex quo ſub Agrippino bonæ memoriæ viro conuenientes in vnum, Epiſcopi plurimi hoc ſtatuerunt.* lib. 4. de baptiſmo cap. 6. Auguſtinus tamen non multis, ſed paucis annis ante Cyprianum hoc accidiſſe ait.

AN DCC. XLII. Sequuta eſt ſynodus Labeſitana aduerſus Priuatum, cuius meminit lib. 1. epiſt. 1. Cyprianus ad Cornelium ſcribens his verbis: *Per Felicianum ſignificaui tibi, frater, veniſſe Carthaginem Priuatum veterem hæreticum, in Labeſitana colonia ante multos fere annos, ob multa & grauia delicta, X C. Epiſcoporum ſententia condemnatum, anteceſſorum etiam noſtrorum Fabiani & Donati literis ſeueriſſimè notatum*, &c.

Sub

Sub Cypriano celebrata eſt ſynodus Carthaginenſis, de pace lapſis A.D. ccliv.
pœnitentibus danda, aduerſus Nouatum. Huius meminit author ſynodici cap. XXII. σύνοδος ἐν Καρθαγένῃ συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ Κυπριανοῦ θεσπεσίου αὐτῆς ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων ὀγδοήκοντα τεσσάρων ἐπισκόπων, ἀποκηρύξασα Ναυάτον, ὡς τὴν μετάνοιαν τοῖς πταίουσι κλείοντα. *Synodus Carthagine collecta à Cypriano, qui eius erat Epiſcopus, aliiſque octoginta quatuor Epiſcopis, quæ Nouatum, vtpote pœnitentiam lapſis negantem, abdicauit.* Et Cypria- lib. 4.
nus ipſe ad Antonianum: epist. 2. *Secundùm quod*, inquit, *antè fuerat deſtinatum, perſecutione ſopita, cùm data eſſet facultas in vnum conueniendi, copioſus Epiſcoporum numerus, quos integros & incolumes fides ſua & Domini tutela protexit, in vnum conuenimus, & ſcripturis diu ex vtraque parte prolatis, temperamentum ſalubri moderatione librauimus, vt nec in totum ſpes communicationis & pacis lapſis negaretur, ne plus deſperatione deficerent, & eo quod ſibi Eccleſia abdicaretur, ſecuti ſeculum gentiliter viuerent, nec tamen rurſus cenſura euangelica ſolueretur, vt ad communicationem tamen proſilirent; ſed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur cauſæ & voluntates, & neceſſitates ſingulorum.*

Anno ſequenti alia ſynodus Carthaginenſis XLII. Epiſcoporum, A.D. cclv.
Idibus Maiis celebrata eſt, in cauſa Feliciſſimi, & Nouatiani, quorum ille omnes omnino lapſos abſque pœnitentia mox ſuſcipi debere pertinaciter defendebat: Nouatianus verò neminem eorum qui lapſi eſſent in Eccleſiam recipiendum eſſe non minore pertinacia aſſerebat. Eius epiſtola ſynodica ad Cornelium apud Cyprianum extat, qui & lib. 1. epist. 2. & 3.
alibi ad eundem ſcribens, eiuſdem ſynodi meminit his verbis: *Priuatus hæreticus cùm cauſam ſuam apud nos in Concilio quod habuimus Idibus Maiis, agere velle ſe diceret, non admiſſus eſt*, &c.

Sub Cypriano quoque celebrata eſt Africana ſynodus LXVI. Epi- A.D. cc-
ſcoporum, aduerſus eos qui circuncisionis exemplo abutentes, nole- LVII.
bant infantes baptizari ante octauum diem, cuius epiſtola ſynodalis lib. 3.
ad Fidum presbyterum tranſmiſſa, apud eundem extat. epist. 8.

Teſtatur etiam Cyprianus Concilium in Africa habitum in cau- lib. 1.
ſa Baſilidis & Martialis, quo ſtatutum eſt libellaticos, hoc eſt epist. 4. A.D. cc-
eos qui in perſecutione priuatim fidem abnegantes, publicum ido- LVIII.
lorum cultum pecunia redemiſſent, ad pœnitentiam quidem agendam poſſe admitti, verùm ab honore ſacerdotij & Epiſcopali dignitate prohiberi.

Eodem tempore varia Concilia Carthagine celebrata ſunt de ba- A.D. cc-
ptiſmo hæreticorum. Neque enim vnum de ea re Cypriani tempore LVIII.
Concilium Carthaginenſe fuit: imò tria fuiſſe eodem anno celebrata indicat Cyprianus ad Iubaianum. *Quoniam*, inquit, *ſuper hac re quid ſentiremus literis noſtris expreſſimus, vt compendium facerem, exemplum earumdem literarum tibi miſi, quid in Concilio cùm complures adeſſemus, decreuimus, quid deinde poſt ad quendam collegam noſtrum de eadem re requirentem reſcripſerim. Et nunc quoque cùm in vnum conueniſſemus tam prouinciæ Africæ, quàm Numidiæ Epiſcopi numero* LXXI. *hoc idem denuò noſtra ſententia firmauimus, ſtatuentes vnum baptiſma eſſe, quod ſit in Eccleſia Catholica conſtitu-*

Rr

tum, ac per hoc non rebaptizari à nobis, ſed baptizari. & paulò pòſt, *Cùm in vnum Carthagine conueniſſent Kal. Septemb. Epiſcopi plurimi ex prouincia Africa, Numidia & Mauritania, cum presbyteris & diaconis præſente etiam plebis maxima parte.* Ex iis verò celeberrimum illud fuit cui XXCVII. Epiſcopi interfuerunt & ſubſcripſerunt, & quorum omnium ſententiæ, illius actis inſertæ etiamnum apud Cyprianum & Auguſtinum extant.

Auguſt. lib. 6. de baptiſmo.

A.D. CCCIII lib. 3. contra Creſconium cap. 26.

Poſtea Concilium Cirtæ in Numidia celebratum eſt, cuius acta ab Auguſtino recitantur. *De veſtris maioribus*, inquit, *extat Secundi Tigiſitani Concilium, cum pauciſſimis quidem factum apud Cirtam poſt perſecutionem Codicum tradendorum, vt illic in locum defuncti ordinaretur Epiſcopus. Ibi quæ geſta ſunt accipe, nam quæ neceſſaria fuerunt, infrà ſcribere curaui. Diocletiano* VIII. *& Maximiano* VII. *Coſſ.* IV. *Nonas Martij Cirtæ, cùm Secundus Epiſcopus Tigiſitanus primæ Cathedræ conſediſſet, in domo Vrbani Donatique, idem dixit: probemus nos primò, & ſic poterimus hîc ordinare Epiſcopum*, &c. Huius Concilij meminit etiam Optatus Mileuitanus: *Hi & cæteri*, inquit, *quos principes tuos fuiſſe paulò pòſt docebimus, poſt perſecutionem apud Cirtam ciuitatem (quia baſilicæ necdum fuerunt reſtitutæ) in domum Vrbani Cariſi conſederunt die Iduum Maiarum.*

lib. 1. contra Parm.

A.D. CCCVI. Iidem verò qui Cirtæ conuenerant, in vrbe Carthaginenſi Concilium habuerunt LXX. Epiſcoporum aduerſus Cæcilianum, quem quaſi traditionis reum vel à traditore ordinatum, inauditum & abſentem, falsò damnarunt, atque abdicare iuſſerunt, & Maiorinum quendam, quem illi opponerent, ordinauerunt, vt ex Auguſtino & Optato planum eſt.

Aug. in breuiculo collat. die 3 cap. 14. Optatus lib. 1.

A.D. CCCVIII. Rurſus Carthagine celebratum eſt Concilium Donatiſtarum Epiſcoporum CCLXX. *in quo per ſeptuaginta & quinque dies ſententiam eſſe decretam, vt traditoribus immenſi criminis reis, etiamſi baptizari nollent, communicaretur*, tradit Auguſtinus.

Epiſt. 48. Carthagine etiam ex diuerſis prouinciis Africanis Concilium coactum legimus, circa annum CCCXLVIII. vel CCCXLIX. cui præfuit Gratus Carthaginenſis Epiſcopus. Eius acta & canones XIV. extant tom. I. Concil.

Nec prætermittenda ſunt tria Concilia Donatiſtarum, Carthaginenſe, Cabarſuſſitanum, & Bagaienſe, quorum meminit Auguſtinus contra Creſconium. *Maximianus*, inquit, *Primianum & vos omnes affirmat à parte Donati in qua ipſe permanſit ſchiſma feciſſe, & recitat decreta Conciliorum. Primum, quod apud Carthaginem à* XLIII. *factum eſt, quo prædamnatus eſt Primianus. Alterum quod Cabarſuſſi centum vel amplius veſtri tunc Epiſcopi concluſerunt, quo perfectè pleniúſque damnatus eſt. Cui talia documenta proferenti, quid reſpondebis, niſi maioris authoritatis eſſe Bagaienſe Concilium, in quo* CCCX. *eundem Maximianum & eius ſocios damnauerunt, quando Primianus non apud eos tanquam purgandus dicebat cauſam, ſed cum eis tanquam iudex innocentiſſimus conſidebat, proferebat ſententiam contra Maximianum &* XII. *ſocios eius, quibus præſentibus ordinatus eſt.* Cabarſuſſitani Concilij epiſtola ſynodica cum ſolemni ipſa ſententia aduerſus Primianum lata, apud Auguſtinum extat enarratione in Pſal. XXXVI. Quo autem anno & Conſule celebratum ſit minùs liquet. Sed vtcunque tamen coniicere licet, cùm

lib 4. cap. 6.

quidem paulò pòſt ſecutum ſit Concilium Bagaienſe, idque conueniſſe vno anno ante mortem Theodoſij, Auguſtinus ex actis eius ſignificet his verbis: *In memorato Concilio Bagaienſi dies & Conſul adſcriptus eſt, non ſolùm quo decretum Concilij conditum eſt, verùm etiam ipſius dilationis. Ergo à die octauo Kalendarum Maiarum poſt Conſulatum Theodoſij Auguſti* III. *Conſulatu Auguſtorum Arcadij* III. *& Honorij iterum, qui dies eſt Concilij Bagaienſis, vſque ad octauum Kalendarum Ianuariarum, qui dies eſt dilationis, octo menſes ferme numerantur.* Formulam etiam ſententiæ Bagaienſis Concilij recitat ipſe Auguſtinus his verbis: *Cùm omnipotentis Dei & Chriſti eius voluntate in Eccleſia ſancta Bagaienſi Concilium gereremus, Gamalius, Primianus, Pontius, Secundianus, Ianuarius, Saturninus, Felix, Pegaſius, Ruffinus, Fortunius, Criſpinus, Florentius, Optatus, Donatus, Donatianus, & cæteri numero* CCCX. *placuit Spiritui ſancto, qui in nobis eſt, pacem firmare perpetuam, & ſchiſmata reformare ſacrilega, &c.* lib. 3. contra Creſconium cap. 56. A.D. cccxciv. lib. 3. contra Creſc. cap. 53.

Neque omittenda eſt nobiliſſima illa collatio Carthaginenſis cum Donatiſtis, cuius hiſtoriam, ex veteri memoria Eccleſiæ Africanæ, Fr. Balduinus, vir antiquitatis ſtudioſus & Eccleſiaſticæ ἀρχαιολογίας peritiſſimus ſumma fide & eruditione olim expoſuit. Eius autem collationis acta à Papirio Maſſono anno CIƆ.IƆ. XXCIX. primùm edita extant, quorum etiam Auguſtinus compendium ſcripſit, ea de cauſa *Breuiculum collationis* ab ipſo nuncupatum. A.D. ccccxi.

Poſt ipſam verò collationem, Concilium habitum eſt Cittæ in Numidia Honorio IX. Coſ. cuius epiſtola ſynodalis ad Donatiſtas extat apud Auguſtinum. A.D. ccccxii.

Sunt & alia diuerſa Concilia Africana ſub Aurelio Carthaginenſi Epiſcopo celebrata, Hipponenſe videlicet, Mileuitanum, & Carthaginenſia XVI. ex quibus XVIII. Conciliis compoſitus eſt Codex canonum Eccleſiæ Africanæ, quem nunc reſtituimus, qui quidem in Concilio Carthaginenſi, poſt Conſulatum Honorij XII. & Theodoſij VIII. hoc eſt anno Domini CCCCXIX. celebrato, quod illorum poſtremum eſt, à CCXVII. Epiſcopis probatus & confirmatus, illius actis inſertus eſt, ſeruato temporum ordine & numerorum ſerie, quam lectori obſeruandam relinquimus. Epiſt. 152.

Supereſt, vt obſeruemus, ipſius Aurelij temporibus, propter Celeſtium & Pelagium diuerſa quoque Concilia in Africa conueniſſe, quorum primum Carthagine celebratum eſt circa annum Chriſti CCCCXII. cuius acta periêre, ex quibus tantummodò fragmentum apud Auguſtinum extat. Ad hunc autem annum illud referendum eſſe teſtatur epiſtola Concilij Carthaginenſis anno CCCCXVI. habiti, ad Innocentium P.R. inter Auguſtini epiſtolas relata, his verbis: *Factum eſt, vt recenſendum peteremus, quid ante ferme quinquennium ſuper Celeſtij nomine hîc apud Eccleſiam Carthaginenſem fuerit agitatum.* de peccat. orig. contra Pelag. lib. 2. cap. 3. 4. epiſt. 90.

Rurſus eadem ex cauſa, Theodoſio VII. & Palladio Coſſ. duæ ſynodi celebratæ ſunt, Carthaginenſis in Africa, & Mileuitana in Numidia: quarum epiſtolæ ſynodales ad Innocentium P.R. inter epiſtolas Auguſtini relatæ ſunt. Falluntur ergo Conciliorum collectores, qui A.D. ccccxvi. epiſt. 90. & 92.

dixerunt Mileuitanum Concilium contra Pelagium & Celeſtium celebratum eſſe Arcadio & Honorio AA. Coſſ. anno Chriſti CCCCII. Nam Mileuitanum illud Concilium, quod Africani Patres ſuo codici canonum inſeruerunt, longè diuerſum eſt ab iſto, de quo hic agitur, vt in notis obſeruauimus.

Poſtremò eandem cauſam rurſus agitatam & contra Pelagianam hæreſim pronunciatum fuiſſe, in Concilio Carthaginenſi Honorio XII.
A.D. CCCCXVIII. & Theodoſio VIII. Coſſ. celebrato, ipſius Concilij acta & canones Codici canonum Eccleſiæ Africanæ inſerti, teſtantur, & Auguſtinus epiſtola XLVII. *Quod Papæ Zoſimi de Africano Concilio ſcriptum eſt, eiúſque reſcriptum ad vniuerſos totius orbis Epiſcopos miſſum, & quod poſteriori Concilio plenario totius Africæ contra errorem Pelagij breuiter conſtituimus*, &c.

Sub iiſdem Coſſ. celebratum habetur Concilium Teleptenſe prouinciæ Byzacenæ, cui Donatianus primæ ſedis Epiſcopus præfuiſſe legitur. Cuius fragmentum extat tom. I. Conciliorum, quod hîc deſcribendum non inutile fore putauimus. *Poſt Conſulatum glorioſiſſimi Honorij XI. & Conſtantij II. VI. Kal. Martias, congregato in Eccleſia Apoſtolorum Concilio plebis Teleptenſis*, (ſic legendum, non vt vulgò mendosè *Telenſis*) *beatus pater primæ ſedis Epiſcopus Donatianus ciuitatis Teleptenſis, cùm reſediſſet, conſidentibus ſecum Ianuario, Felice, Secundo, Fortunio, Maximo, Maximino, & cæteris Epiſcopis, necnon etiam Vincentio & Fortunatiano, legatis prouinciæ Proconſularis ad Byzacenum Concilium directis. Vincentius & Fortunatianus dixerunt: etiam quum eſſemus Tuſdrum, ſicut mecum recolit memorialis auditio veſtra, & epiſtolas ſanctæ memoriæ Sirici ſedis Apoſtolicæ Epiſcopi dederamus recitandas, ex quibus cùm legeret vnam ſanctimonium fratris noſtri Epiſcopi Latoni, vtraſque nunc nos referre ſuggeſtio indicat, has recitari donate, Epiſcopi dixerunt: recitentur epiſtolæ venerabilis memoriæ Siricij, vt nouerimus quid earum textus contineat, quúmque traderentur, Priuatus notarius dixit: exemplum tractoriæ Epiſcopi vrbis Romæ.* Hæc autem Siricij P. R. tractoria ad Africanos, ſiue potiùs ſynodica Concilij XXC. Epiſcoporum Romæ habiti, cui præfuit Siricius, vt habet illius ſubſcriptio, inter Siricij epiſtolas extat tom. I. Concil.

Atque hæc ſunt Eccleſiæ Africanæ Concilia quæ intra CCCCXIX. annorum terminos leguntur habita. De quibus multa traduntur & falsò & præpoſterè, & confusè à Conciliorum collectoribus, qui impetitè & ſine ordine miſcent quæ diſcernenda ſunt, neque quicquam diſ-
Bald. hiſt. col. Carthag. tinguunt, & credulum lectorem ſæpe fallunt. Qua de re viri docti iam olim queſti ſunt. Ac imprimis quidem falſum & fictum omnino eſt, quod narrant Concilium quoddam Carthaginenſe quod vocant ſecundum, conueniſſe Valentiniano Auguſto IV. & Theodoſio Coſſ. Nuſquam enim Valentinianus Auguſtus cum Theodoſio, ſed cum Neoterio A. D. CCCXC. Conſulatum geſſiſſe reperitur, neque quiſquam veterum meminit alicuius Concilij Carthaginenſis temporibus Theodoſij Magni, niſi illius Bagaienſis, quod antè diximus fuiſſe Donatiſtarum. Et Alypius, qui in hac ſynodo Tagaſtenſis Epiſcopus nominatur, Valentiniano Auguſto IV. & Neoterio Coſſ. tantùm adhuc

preſbyter exiſtens, nonniſi quatuor annis poſt prædictorum Conſularum Epiſcopus ordinatus eſt, vt ex Auguſtino & Hieronymo ſcitè obſeruauit Baronius. Quod verò adiiciunt Cæſario & Attico Coſſ. Concilium Carthaginenſe aliquod fuiſſe quod tertium vocant, minùs repudio, quia Zonaras & Balſamo Græci Canonum collectores id teſtantur, ipſáque, quam nunc reſtituimus, Africana collectio indicat. Sed falluntur cùm illi Concilio aſcribunt quinquaginta canones, quorum XXI. tantùm ad illud pertinere reperiuntur: reliqui verò fere omnes aſcribendi ſunt Concilio Carthaginenſi, quod XXII. pòſt annis A. D. CCCCXIX. tempore Bonifacij P. R. habitum fuiſſe verba canonis XLVII. euidenter arguunt, ipſáque acta ſynodalia teſtantur. Bonifacius enim Cæſario & Attico Coſſ. nondum erat Epiſcopus, quem ſub Conſulatu Honorij XII. & Theodoſij VIII. A. D. CCCCXVIII. V. Kalend. Ianuarij ordinatum fuiſſe conſtat. Quod fingunt de alio Concilio Carthaginenſi, quod quartum vocant & Honorio IV. & Eutychiano Coſſ. conueniſſe narrant, planè repudiandum eſt, nec fides adhibenda canonibus CIV. quos ſine authoritate huic Concilio aſcribunt. Concilium etiam, quod Carthaginenſe quintum vocant, collectum eſt ex duobus Conciliis, Carthaginenſi videlicet poſt Conſularum Flauij Stiliconis A. D. CCCCI. XVI. Kalend. Iul. celebrato, & alio Carthaginenſi, quod Vincentio & Flauito Coſſ. Idibus Septemb. eodem anno habitum eſt. Falſa itaque eſt illorum notatio, qui aſſerunt ſynodum Carthaginenſem, quam quintam vocant, celebratam fuiſſe poſt Conſulatum Cæſarij & Attici A. D. CCCXCVIII. Hanc enim ſynodum poſt Conſulatum Flauij Stiliconis coactam fuiſſe ipſa acta ſynodalia indicant, quæ ita exordiuntur in collectione MS. Iſidori Mercatoris, quam penes nos habemus, *Poſt Conſulatum Flauij Stiliconis* XVI. *Kalend. Iulias*, &c. Idem dicendum eſt de Concilio Mileuitano II. quod contra Pelagium & Celeſtium ſub Conſulatu Arcadij & Honorij A. D. CCCCII. celebratum fuiſſe narrant. Hoc enim Concilium XIV. pòſt annis ſub Conſulatu Theodoſij VII. & Palladij A. D. CCCCXVI. habitum eſt, vt Innocentij epiſtola ad Mileuitanum Concilium Honorio II. & Conſtantio II. Coſſ. A. D. CCCCXVII. VI. Kalend. Februarij reſcripta euidentiſſimè demonſtrat: & canones XXVII. quos illi falsò aſcribunt, ex diuerſis Conciliis Africanis collecti ſunt, Mileuitano videlicet primo, Arcadio & Honorio Coſſ. habito: Carthaginenſi, Honorio VII. & Theodoſio II. Coſſ. & alio Carthaginenſi Honorio XII. & Theodoſio VIII. Coſſ. celebratis, vt ex noſtra Africana collectione planum eſt. Sed miror ab iſtis Conciliorum conſarcinatoribus prætermitti canones Concilij Carthaginenſis A. D. CCCCXIX. celebrati, quod ſextum vocant, ex quibus quinque aſcribunt Concilio Carthaginenſi, quod ſeptimum vocant, cùm tamen vna ſit & eadem ſynodus, in qua eodem anno & menſe eoſdem Epiſcopos CCXVII. diuerſis diebus diuerſas ſeſſiones & conuentus habuiſſe, canonéſque XXXIX. edidiſſe ipſa acta ſynodalia à nobis edita teſtantur.

An. 394. num. 44.

Proximum eſt, vt quæramus, quo tempore hic codex Africano-

rum canonum compoſitus ſit, atque in Eccleſia receptus. Id verò ſuggerunt acta Concilij Carthaginenſis A. D. CCCCXIX. celebrati. In fine enim primæ ſeſſionis, quæ VIII. Kal. Iun. habita eſt, & in ea editi canones XXXIII. ſcriptum ita eſt: *Recitata ſunt etiam in iſta ſynodo diuerſa Concilia vniuerſæ prouinciæ Africæ tranſactis temporibus Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi celebrata.* Quæ quidem Concilia XVII. numero ibi recenſentur, ex quibus hic Codex compoſitus eſt. Deinde ſequitur altera ſeſſio eiuſdem ſynodi Carthaginenſis III. Kal. Iun. habita, & epiſtola ſynodica die ſequenti ad Bonifacium P. R. ſcripta. Ex his planum eſt, ante prædictum Carthaginenſe Concilium, hunc Codicem in Africâ eſſe receptum, atque poſtea in illo Concilio probatum, & CCXVII. Epiſcoporum Diœceſεως Africæ authoritate confirmatum, vt ipſa acta ſynodalia teſtantur.

Chronicon Reicherſpergenſe p. 51.

An. D. DXXVII. Iuſtiniani verò Imperatoris temporibus Dionyſius Exiguus ipſa Africana Concilia eodem ordine eâdemque numerorum ſerie diſtincta, ſuæ collectioni inſeruit, illiſque auctum Codicem canonum Eccleſiæ vniuerſæ primus in Occidente euulgauit. Poſtea conuerſa ſunt in Græcum ſermonem, incerto authore, & à Græcis ſub Concilij Carthaginenſis nomine Codici canonum Eccleſiæ Orientalis inſerta, vt

An. D. DCXCII. teſtatur Concilij Conſtantinopolitani VI. œcumenici can. II. vbi Concilia quæ tunc in Eccleſiâ Orientali recepta erant, inter quæ & Africana, recenſentur, eodem ordine congeſta quo etiamnum reperiuntur in Codice canonum Eccleſiæ Orientalis à Io. Tilio viro clariſſimo Græcè edito anno M. D. XL. Falluntur ergo, qui exiſtimant Africana Concilia Græcè potiùs quàm Latinè ſcripta primùm fuiſſe. Natiuus enim ſermo Africanorum Conciliorum, vt & Sardicenſis, quum in Occidente celebrata ſint, Latinus eſt, non Græcus, vt tradit Dionyſius Exiguus in Epiſtola, quam ſuæ collectioni præfixit: *Statuta*, inquit, *Sardicenſis Concilij atque Africani, quæ Latinè ſunt edita, ſuis à nobis numeris cernuntur eſſe diſtincta.* Et Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus,

lib. 6. hiſt. Eccleſ. cap. 35. apud Euſebium, de Nouato loquens & Conciliis contra illum in Occidente celebratis, ſynodicam epiſtolam Concilij Carthaginenſis A. D. CCLIV. ſub Cypriano habiti, cuius ſuprà meminimus, Latino ſermone ſcriptam fuiſſe teſtatur his verbis. ἦλθον δ᾽ οὖν εἰς ἡμᾶς ἐπιστολαὶ Κορνηλίου Ῥωμαίων ἐπισκόπου πρὸς τὸν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας Φάβιον, δηλοῦσαι τὰ περὶ τῆς Ῥωμαίων συνόδου, καὶ τὰ δόξαντα πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ἀφρικὴν, καὶ τὰς αὐτόθι χώρας. καὶ ἄλλαι πάλιν Ῥωμαίων φωνῇ συντεταγμέναι Κυπριανοῦ καὶ τῶν ἅμ᾽ αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀφρικήν. *Epiſtolæ quidem Cornelij Epiſcopi Romani ſcriptæ ad Fabium Epiſcopum Eccleſiæ Antiochenæ, ad nos peruenerunt, quæ tum acta Concilij Romæ habiti, tum quæ ab omnibus in Italia, in Africa, inque aliis locis de eo errore decreta erant, euidenter declarant. Aliæ item extant epiſtolæ Latino ſermone à Cypriano & aliis, qui cum illo erant, in Africa compoſitæ.* Nec veriſimile eſt Africanos Patres in ſuis Conciliis Græcè loquutos. Auguſtinus enim, qui omnibus fere interfuit, quæ ſua ætate celebrata ſunt,

lib. 1. Confeſſ. cap. 13. & 14. puer Græcas literas oderat, vt ipſe fatetur his verbis: *Cur Græcam etiam grammaticam oderam? nam & Homerus peritus texere fabellas, & dulciſſimè*

vanus eſt , mihi tamen amarus erat puero. Credo etiam Græcis pueris Virgilius ita ſit , cùm eum ſic diſcere coguntur , vt ego illum : videlicet difficultas omnino ediſcendæ peregrinæ linguæ , quaſi felle aſpergebat omnes ſuauitates Græcas fabuloſarum narrationum. Nulla enim verba illa noueram , & ſæuis terroribus ac pœnis vt noſcerem inſtabatur mihi vehementer. Ad has iam ſenex rediit , non magno tamen progreſſu , nec illarum tam peritus vt Græcè dicere vel ſcribere tam facilè poſſet. Hoc ipſe de ſe fatetur in procemio lib. III. de Trinitate : *Si ea quæ legimus de his rebus ſufficienter edita in Latino ſermone, aut non ſunt , aut non inueniuntur, aut certè difficilè à nobis inueniri queunt , Græcæ autem linguæ non eſt nobis tantus habitus vt talium rerum libris legendis & intelligendis reperiamur idonei.* Et contra Petilianum , *Ego quidem Græcæ linguæ perparum aſſecutus ſum , & propè nihil.* lib.2.cap.32 Poſſidonius , Valerium , qui ante Auguſtinum Epiſcopus Hipponenſis fuerat, quòd homo Græcus eſſet, in vita Auguſtini cap. 5. & Latinè parum intelligeret , ad populum docendum , munúſque ſuum exequendum minimè aptum habilémque fuiſſe ſcribit. & Auguſtinus in epiſtolam Ioannis ait Donatiſtas duas ſolùm linguas probaſſe, tract. 2. *Latinam & Punicam ideſt Afram. Iſtæ duæ linguæ ſolæ ſunt in parte Donati, plus non habent.* Et de ordinatione Antonij Fuſſalenſis loquens , *Quòd* epiſt. 261. edit. Plant. *Fuſſala paucos Catholicos habebat , & cæteras plebes illic conſtitutas Donatiſtarum error obtinebat , Epiſcopum ibi ordinandum conſtituendúmque* curaſſe tradit, *qui & Punicâ linguâ eſſet inſtructus.* Latinam autem linguam vnà cum Republicâ à Romanis in Africâ prolatam , Punicâ ipsâ , Auguſtini ætate, notiorem fuiſſe conſtat. Auguſtinus enim ipſe de ſe refert linguam Latinam didiciſſe *inter blandimenta nutricum , & ioca arridentium , & lætitias alludentium.* lib. 1. Confeſſ. c. 14. Et de pſalmo quodam , quem in plebis gratiam Latinè compoſuerat ſic ſcribit : *Volens etiam cauſam Donatiſtarum ad ipſius humillimi vulgi, & omnino imperitorum atque idiotarum notitiam peruenire, & eorum quantum fieri poſſet , per nos inhærere memoriæ , pſalmum qui eis cantaretur , per literas Latinas feci.* lib. 1. retractat. cap. 20. Item , *Prouerbium notum eſt Punicum , quod quidem Latinè vobis dicam , quia Punicè non omnes noſtis.* de verbis Apoſt. ſerm. 25. Hinc perſpicuum eſt & manifeſtum Latinam linguam in Africâ vulgò notam fuiſſe , atque publica Eccleſiæ ſacra Latino ſermone tractata , quòd tota plebs Africana Latinè & intelligeret & loqueretur. Ex iis etiam liquidò patet ipſa Conciliorum Africanorum acta Latinè , non Græcè , primùm ſcripta fuiſſe, vt iam ſuprà aſſeruimus. Atque hæc quidem de Conciliorum Africanorum reſtitutione , illorúmque ordine ac ſerie hiſtorica , hactenus præmonere viſum fuit : cætera quæ ſuperſunt , in notis poſteà obſeruabimus.

Digitized by Google

INDEX CONCILIORVM
ET CANONVM AFRICANORVM
qui hoc Codice continentur.

Anni Christi.	Concilia	Canones	
CCCCXIX.	CARTHAGINENSE *poſt Conſulatum Honorij* XII. *& Theodoſij* VIII. V. *Kal. Iun.*	XXXIII.	*p.*328.
CCCXCIII.	HIPPONENSE *Theodoſio* III. *& Abundantio Coſſ.* VIII. *Idus Octob.*		346.
CCCXCIV.	CARTHAGINENSE *Arcadio* III. *& Honorio* II. *Coſſ.* VI. *Kal. Iul.*		ibid.
CCCXCVII	CARTHAGINENSE *Cæſario & Attico Coſſ.* V. *Kal. Septemb.*	XXIII.	ibid.
CCCXCVII	CARTHAGINENSE *Cæſario & Attico Coſſ.* VI. *Kal. Iul.*		358.
CCCXCIX.	CARTHAGINENSE *poſt Conſulatum Honorij* IV. *& Eutychiani* V. *Kal. Maias*.		ibid.
CCCCI.	CARTHAGINENSE *poſt Conſulatum Fl. Stiliconis* XIV. *Kal. Iul.*	IX.	ibid.
CCCCI.	CARTHAGINENSE *Vincentio & Flauito Coſſ. Idus Septembr.*	XX.	364.
CCCCII.	MILEVITANVM *Arcadio & Honorio* V. *Coſſ.* VI. *Kal. Septemb.*	V.	371
CCCCIII.	CARTHAGINENSE *Theodoſio & Rumorido Coſſ.* VIII. *Kal. Septemb.*	II.	374
CCCCIV.	CARTHAGINENSE *Honorio* VI. *Coſſ.* VI. *Kal. Iulias.*	I.	378
CCCCV.	CARTHAGINENSE *Stilicone* II. *& Arthemio Coſſ.* X. *Kal. Septemb.*	I.	381
CCCCVII.	CARTHAGINENSE *Honorio* VII. *& Theodoſio* II. *Coſſ. Idus Iunij.*	XII.	382
CCCCVIII.	CARTHAGINENSE *Baſſo & Philippo Coſſ.* XVI. *Kal. Iul.*		387
CCCCVIII	CARTHAGINENSE *Baſſo & Philippo Coſſ.* III. *Idus Octob.*		ibid.
CCCCIX.	CARTHAGINENSE *Honorio* VII. *& Theodoſio* III. *Coſſ.* XVII. *Kal. Iul.*		388
CCCCX.	CARTHAGINENSE *poſt Conſulatum Honorij* VIII. *& Theodoſij* III. XVIII. *Kal. Iul.*		ibid.
CCCCXVIII.	CARTHAGINENSE *Honorio* XII. *& Theodoſio* VIII. *Coſſ. Kal. Maias*.	XIX.	ibid.
CCCCXIX.	CARTHAGINENSE *poſt Conſulatum Honorij* XII. *& Theodoſij* VIII. III. *Kal. Iun.*	VI.	396

ΒΙΒΛΟΣ

ΒΙΒΛΟΣ ΚΑΝΟΝΩΝ
ΤΗΣ ΕΝ ΑΦΡΙΚΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ.
CODEX CANONVM
ECCLESIÆ AFRICANÆ.

ΤΙΤΛΟΙ ΚΑΝΟΝΩΝ.

α'. ΩΣΤΕ τὰ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ ὁρισθέντα, πάντῃ ἔμπεδα διαφυλαχθήσεται.

β'. Περὶ κηρυκτέας τῆς ἁγίας τριάδος.

γ'. Περὶ ἐγκρατείας.

δ'. Περὶ διαφόρων τάξεων ὀφειλουσῶν ἀπέχεσθαι.

ε'. Περὶ ἀπληστείας. [νεσθαι.

ς'. Ὥστε χρίσμα ἀπὸ πρεσβυτέρων μὴ γί-

ζ'. Περὶ τῆς τῶν ἐν κινδύνῳ καθεστώτων καταλλαγῆς.

η'. Περὶ τῶν τοὺς πατέρας αἰτιωμένων· καὶ ὥστε μηδενὶ διαβεβλημένων ἐξεῖναι ἐπισκόπου κατηγορεῖν.

θ'. Περὶ τῶν κατ' ἀξίαν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, ἐκ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ συλλόγου ἐκβαλλομένων.

ι'. Περὶ πρεσβυτέρων τῶν ἀπὸ τῶν οἰκείων καταγινωσκομένων ἐπισκόπων.

ια'. Ἐάν τις πρεσβύτερος κατὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου φυσιωθεὶς σχίσμα ποιήσῃ, ἀνάθεμα ἔστω.

ιβ'. Ἐάν τις ἐπίσκοπος χωρὶς καιροῦ συνόδου ἐγκλήματι περιβληθῇ, ὁ τοιοῦτος ἀκουσθῇ ἀπὸ δώδεκα ἐπισκόπων.

ιγ'. Περὶ τοῦ, μὴ ἐξεῖναι ἐπίσκοπον, εἰ μὴ ἀπὸ

TITVLI CANONVM.

1. *VT quæ in Nicæno Concilio ſtatuta ſunt, omnimodo conſeruentur.*
2. *De Trinitate prædicanda.*
3. *De continentia.*
4. *De diuerſis ordinibus ab vxoribus abſtinendis.*
5. *De auaritia.*
6. *Vt chriſma à presbyteris non fiat.*
7. *De his qui in periculo poſiti reconciliantur.*
8. *De his qui in accuſationem maioris natu veniunt: & vt Epiſcopum nulli criminoſo liceat accuſare.*
9. *De his qui merito facinorum ſuorum ab Eccleſiæ congregatione pelluntur.*
10. *De presbyteris, qui à propriis corripiuntur Epiſcopis.*
11. *Si quis presbyter, contra Epiſcopum ſuum inflatus, ſchiſma fecerit, anathema ſit.*
12. *Si quis Epiſcopus, abſque tempore ſynodi, in crimine detentus fuerit, à* XII. *Epiſcopis audiatur.*
13. *Vt non liceat Epiſcopum niſi à plu-*

rimis ordinari, ſed ſi neceſſitas fuerit vel à tribus ordinetur Epiſcopis.

14. *Vt de Tripoli vnus Epiſcopus in legationem veniat, & vt presbyter ibidem à quinque Epiſcopis audiatur.*

15. *De diuerſis ordinibus Eccleſiæ ſeruientibus: vt ſi quis in cauſa criminis incurrerit, & abnuerit iudicium Eccleſiaſticum, debeat periclitari. & vt filij ſacerdotum ſpectacula ſecularia non adeant.*

16. *Vt nullus Epiſcopus, presbyter, & diaconus conductor exiſtat: & vt lectores vxores accipiant, & clerici abſtineant ab vxoribus: & quo tempore vel ipſi, vel virgines conſecrentur.*

17. *Vnaquæque prouincia, propter longinquitatem, primatem habeat proprium.*

18. *Si quis clericus ordinatur, moneri debet conſtituta ſeruare. & vt corporibus defunctorum Euchariſtia non detur, nec Baptiſma & vt per ſingulos annos per omnes prouincias ad Concilium Metropolitani conueniatur.*

19. *Vt ſi quis Epiſcopus accuſatur, ad primatem ipſius prouinciæ cauſa deferatur.*

20. *De presbyteris vel clericis accuſatis.*

21. *Vt filij clericorum in matrimonio non iungantur hæreticis.*

22. *Vt Epiſcopi vel clerici, in eos qui Catholici non ſunt, nihil conferant.*

23. *Vt Epiſcopi trans mare non proficiſcantur.*

24. *Vt præter ſcripturas canonicas nihil in Eccleſia legatur.*

25. *De Epiſcopis vel ſequentibus ordinibus, qui ſacro-ſancta myſteria contrectant, placuit ab vxoribus contineri.*

26. *Vt res Eccleſiæ nemo diſtrahat.*

πολλῶν, χειροτονείσθω· εἰ δὲ ἀνάγκη γένηται, καὶ ἀπὸ τριῶν ὁ ἐπίσκοπος χειροτονηθείη.

ιδ'. Ὥστε ἀπὸ Τριπόλεως ἕνα ἐπίσκοπον εἰς τοποτηρησίαν ἐλθεῖν· καὶ ὥστε τὸν πρεσβύτερον ἐκεῖσε ἀπὸ πέντε ἀκούεσθαι ἐπισκόπων.

ιε'. Περὶ διαφόρων τάξεων τῇ ἐκκλησίᾳ δουλευόντων· ὥστε ἐάν τις εἰς ἐγκληματικὸν πρᾶγμα περιπέσῃ, καὶ παραιτήσηται τὸ ἐκκλησιαστικὸν δικαστήριον, ὀφείλειν τὸν τοιοῦτον κινδυνεύειν. καὶ ὥστε τὰ τέκνα τῶν ἱερέων κοσμικοῖς θεωρίοις μὴ προσιέναι.

ιϛ'. Ὥστε μηδένα ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, ἐκλήψιν τινα λαμβάνειν· καὶ ὥστε τοὺς ἀναγνώστας γαμετὰς λαμβάνειν· καὶ ἵνα οἱ κληρικοὶ γυναικῶν ἀπέχωνται. καὶ ποίῳ δεῖ καιρῷ ἢ αὐτοὺς, ἢ τὰς παρθένους καθιεροῦσθαι.

ιζ'. Ὥστε ἑκάστην ἐπαρχίαν διὰ τὸ μακροδιαπὲς πρωτεύοντα ἔχειν ἴδιον.

ιη'. Ἐάν τις κληρικὸς χειροτονῆται, ὀφείλει ὑπομιμνήσκεσθαι τοὺς ὅρους φυλάττειν· καὶ ἵνα τοῖς σώμασι τῶν ἀποθανόντων εὐχαριστία μὴ δίδωται, μηδὲ βάπτισμα· καὶ ἵνα καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν εἰς πάσας τὰς ἐπαρχίας πρὸς σύνοδον οἱ μητροπολίτων ἔρχωνται.

ιθ'. Ὥστε ἐπισκόπου κατηγορουμένου, πρὸς τὸν πρωτεύοντα τῆς αὐτοῦ ἐπαρχίας τὸ πρᾶγμα ἀνενεχθῆναι.

κ'. Περὶ πρεσβυτέρων καὶ κληρικῶν κατηγορουμένων.

κα'. Ὥστε τὰ τέκνα τῶν κληρικῶν ἐν συνοικεσίῳ μὴ συνάπτεσθαι αἱρετικοῖς.

κβ'. Ὥστε τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς κληρικοὺς μηδένα συνάγειν τοῖς μὴ ὀρθοδόξοις χριστιανοῖς, εἰ καὶ συγγενεῖς ἔτι μὴ ὦσιν.

κγ'. Ὥστε τοὺς ἐπισκόπους πέραν θαλάσσης μὴ ἀποδημεῖν.

κδ'. Ὥστε ἐκτὸς τῶν κανονικῶν γραφῶν, μηδὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναγινώσκεσθαι.

κε'. Περὶ ἐπισκόπων καὶ τῶν ἑπομένων τάξεων τῶν τὰ ἅγια μυστήρια ψηλαφώντων, ἤρεσεν ἀπὸ γυναικῶν ἐγκρατεύεσθαι.

κϛ'. Ὥστε μὴ ὑπό τινος διασπᾶσθαι τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα.

κζ'. Πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι ἐπὶ βαρυτέρῳ ἁμαρτήματι ἐλεγχθέντες, χειροθεσίαν, ὡς λαϊκοί, μηδαμῶς ὑποδέξωνται.

κη'. Πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι καὶ κληρικοί, οἱ ἐν τῷ ἰδίῳ πράγματι ἔκκλητον προέχοντες, ἐπὶ τὰ πέραν τῆς θαλάσσης ἐκ κοινωνίας μηδαμῶς δεχθῶσιν.

κθ'. Εἴ τις ἀπὸ κοινωνίας ὤν, πρὸ τοῦ ἀκουσθῆναι κοινωνῆσαι τολμήσοι, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὴν καταδίκην προήγαγεν.

λ'. Περὶ κατηγορουμένου, ἢ κατηγορουμένου.

λα'. Ἐάν τινες κληρικοὶ ἐκ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων προβιβαζόμενοι καταφρονῶσιν, μηδὲ ἐκεῖ μείνωσιν, ὅθεν ἀναχωρῆσαι οὐκ ἠθέλησαν.

λβ'. Ἐάν τις τῶν κληρικῶν πενιχρός, προκόψας εἰς τινα τάξιν κτήσηταί τι ποτέ, ὑποκείσθω τῇ ἐξουσίᾳ τῶν ἐπισκόπων.

λγ'. Ὥστε πρεσβυτέρους πρᾶγμα τῆς ἐκκλησίας ἐν ᾗ καθιέρωνται, μὴ πιπράσκειν· καὶ ὥστε μηδενὶ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι πράγματα κατακεχρῆσθαι τοῦ τίτλου τῆς ἐκκλησιαστικῆς μήτρικος.

λδ'. Ὅτι οὐδὲν ἐκ τῆς ἐν Ἱππῶνι συνόδου εἴη διορθωτέον.

λε'. Περὶ τοῦ, τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς κληρικοὺς μὴ εὐχερῶς τὰ τέκνα αὐτῶν ποιεῖν ἐμαγκήπατα.

λϛ'. Περὶ τοῦ, τοὺς ἐπισκόπους καὶ κληρικοὺς μὴ χειροτονεῖσθαι, εἰ μὴ πάντας τοὺς ἰδίους, χριστιανοὺς ποιήσωσιν.

λζ'. Περὶ τοῦ, μὴ ἐξεῖναι περαιτέρω ἄρτου καὶ οἴνου ὕδατι μεμιγμένου, τί ποτε ἐν τοῖς ἁγίοις προσφέρειν.

λη'. Ὥστε κληρικοὺς ἢ ἐγκρατευομένους πρὸς παρθένους ἢ χήρας μὴ εἰσιέναι.

λθ'. Περὶ τοῦ, τὸν πρῶτον ἐπίσκοπον μὴ προσαγορεύεσθαι ἔξαρχον τῶν ἱερέων.

μ'. Περὶ τοῦ, μὴ καπηλεύεσθαι τοὺς κληρικούς, εἰ μὴ ἐπιξενουμένους.

μα'. Περὶ τοῦ, ἀπὸ νηστικῶν τῷ θεῷ προσάγεσθαι θυσίας.

μβ'. Περὶ τοῦ, μηδαμῶς συμπόσια ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιτελεῖσθαι.

μγ'. Περὶ τῶν μετανοούντων.

27. *Presbyteri & diaconi, in grauiori culpa conuicti, manus impoſitionem tanquam laïci nequaquam ſuſcipiant.*

28. *Presbyteri & diaconi vel clerici, qui cauſa ſua ad tranſmarina putauerint appellandum, in communionem minimè ſuſcipiantur.*

29. *Si quis excommunicatus ante audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationem protulit.*

30. *De accuſato, vel de accuſatore.*

31. *Si qui clerici ab Epiſcopis ſuis promoti contempſerint, nec illic maneant vnde recedere noluerunt.*

32. *Si quis clericorum pauper promotus in ordine poſtea habuerit aliquid, Eccleſiæ poteſtati ſubiiciat.*

33. *Vt presbyteri rem Eccleſiæ, in qua ſunt conſtituti, non vendant: & nulli Epiſcopo liceat rem tituli matricis Eccleſiæ vſurpare.*

34. *Quòd nihil de Hipponenſi Concilio ſit emendandum.*

35. *Vt Epiſcopi, vel clerici, non facilè filios ſuos emancipent.*

36. *Vt Epiſcopi, vel clerici non ordinentur, niſi omnes ſuos fecerint Chriſtianos.*

37. *Quòd præter panem, & merum mixtum aqua, nihil in ſacramentis offerri debeat.*

38. *Vt clerici, vel continentes, ad virgines viduáſque non accedant.*

39. *Vt princeps ſacerdotum non appelletur Epiſcopus.*

40. *Vt clerici tabernas, niſi in peregrinis, non ingrediantur.*

41. *Vt à ieiunis Deo ſacrificia celebrentur.*

42. *Vt in Eccleſiis conuiuia minimè celebrentur.*

43. *De pœnitentibus.*

44. *De virginibus.*

μδ'. Περὶ παρθένων.

45. *De ægrotantibus, qui pro ſe reſpondere non poſſunt.*

με'. Περὶ τῶν ἀσθενούντων, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποκρίνεσθαι μὴ δυναμένων.

46. *De paſſionibus martyrum.*

μϛ'. Περὶ τῶν παθῶν τῶν μαρτύρων.

47. *De paruulis, qui apud Donatiſtas baptizati ſunt.*

μζ'. Περὶ Δονατιστῶν καὶ παιδίων τῶν παρὰ τοῖς Δονατισταῖς βαπτιζομένων.

48. *De rebaptizationibus, reordinationibus, vel tranſlationibus Epiſcoporum.*

μη'. Περὶ ἀναβαπτισμάτων, καὶ ἀναχειροτονιῶν, ἢ μεταβάσεων ἐπισκόπων.

49. *Quot Epiſcopi ordinare Epiſcopum debeant.*

μθ'. Πόσοι ἐπίσκοποι ἐπίσκοπον χειροτονεῖν ὀφείλουσιν.

50. *Quot addi debeant Epiſcopi numero ordinatorum, ſi de ordinando Epiſcopo fuerit contradictum.*

ν'. Πόσοι ἐπίσκοποι προστεθῆναι ὀφείλουσιν τῷ ἀριθμῷ τῶν χειροτονούντων, ἐὰν περὶ τοῦ μέλλοντος χειροτονεῖσθαι ἐπισκόπου ἀντιλογία γένηται.

51. *Vt de Eccleſia Carthaginis, dies Paſchæ nuntietur.*

να'. Ὥστε ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας Καρχηδόνος ἀγγέλλεσθαι τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα.

52. *De viſitandis prouinciis.*

νβ'. Περὶ τοῦ, τὰς ἐπαρχίας ἐπισκέπτεσθαι.

53. *Vt diœceſes, niſi ex conſenſu Epiſcopi proprij, Epiſcopum non accipiant.*

νγ'. Ὥστε τὰς διοικήσεις, εἰ μὴ κατὰ συναίνεσιν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἐπίσκοπον ἕτερον μὴ δέχεσθαι.

54. *Vt alienus clericus minimè ſuſcipiatur ab alio.*

νδ'. Περὶ τοῦ, ἀλλοτρίους κληρικοὺς μηδαμῶς παρ' ἑτέρων ὑποδέχεσθαι ἐπισκόπων.

55. *Vt Carthaginenſi Epiſcopo, vnde voluerit, clericum liceat ordinare.*

νε'. Περὶ τοῦ, ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ Καρχηδόνος, ὅθεν θέλει, κληρικὸν χειροτονεῖν.

56. *Vt Epiſcopi qui in diœceſibus fuerint ordinati, diœceſim ſibi nullam vindicent.*

νϛ'. Περὶ τοῦ ἐν ταῖς παροικίαις χειροτονουμένοις ἐπισκόποις μή τινα ἑαυτοῖς ἐκδικεῖν διοίκησιν.

57. *Vt paruuli apud Donatiſtas baptizati, in Catholica clerici ordinentur.*

νζ'. Ὥστε τοὺς μικροὺς παρὰ τοῖς Δονατισταῖς βαπτιζομένους ἐν τῇ καθολικῇ κληρικοὺς χειροτονεῖσθαι.

58. *De reliquiis idolorum, vel templis ab Imperatoribus abolendis.*

νη'. Περὶ τῶν ἐγκαταλειμμάτων τῶν εἰδώλων καὶ ναῶν τῶν ὀφειλόντων ἐξαλειφθῆναι.

59. *Vt clerici, de iudicij ſui cognitione, non cogantur in publico dicere teſtimonium.*

νθ'. Περὶ τοῦ, κληρικοὺς χάριν διαγνώσεως τῆς οἰκείας αὐτῶν κρίσεως, μὴ ἀναγκάζεσθαι δημοσίως μαρτυρεῖν.

60. *De paganorum conuiuiis auferendis.*

ξ'. Περὶ τοῦ, ἀφελέσθαι τὰ τῶν ἑλλήνων συμπόσια.

61. *De ſpectaculis, vt die Dominico, vel cæteris Sanctorum feſtiuitatibus minimè celebrentur.*

ξα'. Περὶ θεωριῶν, ἵνα ἐν τῇ κυριακῇ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν ἁγίων ἑορταῖς μηδαμῶς ἐπιτελῶνται.

62. *De clericis damnatis.*

ξβ'. Περὶ τῶν καταδικαζομένων κληρικῶν.

63. *De hiſtrionibus Chriſtianis factis.*

ξγ'. Περὶ τῶν μίμων τῶν γινομένων χριστιανῶν.

64. *De manumiſſionibus, vt in Eccleſia celebrentur, ab Imperatore poſcendum.*

ξδ'. Περὶ ἐλευθεριῶν τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γινομένων αἰτητέον ἀπὸ τοῦ βασιλέως.

65. *De Equitio Epiſcopo damnato.*

ξε'. Περὶ Αἰκυτίου ἐπισκόπου τοῦ καταδικασθέντος.

ξϛʹ. Περὶ τοῦ, μετὰ τῶν Δονατιστῶν πρᾴως διαπράξασθαι.

ξζʹ. Περὶ γραμμάτων ὀφειλόντων τοῖς ἄρχουσιν ἀποσταλῆναι, ὥστε καταδῆλα γενέσθαι τὰ μεταξὺ τῶν Δονατιστῶν καὶ Μαξιμιανιστῶν πραχθέντα.

ξηʹ. Περὶ τοῦ, τοὺς κληρικοὺς τῶν Δονατιστῶν ἐν τῷ κλήρῳ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀναδέχεσθαι.

ξθʹ. Περὶ τοῦ, πρεσβείαν πρὸς τοὺς Δονατιστὰς ἀποσταλῆναι χάριν τοῦ τὴν εἰρήνην συνθεῖναι.

οʹ. Περὶ τοῦ, ποῖοι ὀφείλουσι κληρικοὶ γαμετῶν ἀπέχεσθαι.

οαʹ. Περὶ τῶν τοὺς ἰδίους λαοὺς ἐγκαταλιμπανόντων.

οβʹ. Περὶ νηπίων ὀφειλόντων βαπτίζεσθαι, ὁσάκις ἀμφιβάλλεται περὶ αὐτῶν, εἰ ἄρα ἐβαπτίσθησαν.

ογʹ. Περὶ τοῦ, τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς συνόδου ἀγγέλλεσθαι.

οδʹ. Περὶ τοῦ, μὴ ὀφείλειν ἐπίσκοπον ἐπιξενούμενον καθέζεσθαι ἐν ᾗ καθέδρᾳ ἐπιξενοῦται.

οεʹ. Περὶ ἐκδίκων τῶν ἐκκλησιῶν τῶν ὀφειλόντων ἀπὸ τοῦ βασιλέως αἰτηθῆναι.

οϛʹ. Περὶ τῶν μὴ ἀπαντώντων ἐν ταῖς συνόδοις ἐπισκόπων.

οζʹ. Περὶ Κρεσκωνίου.

οηʹ. Περὶ τῶν ἐν Ἱππῶνι Φρουριστῶν ἐκκλησίας.

οθʹ. Περὶ τῶν μὴ φροντιζόντων κληρικῶν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ πρᾶξαι τὸ ἴδιον πρᾶγμα.

πʹ. Ὡς τοὺς ἀπὸ ἀλλοτρίου μοναστηρίου ὑποδεχθέντας, μηδὲ ἡγουμένους τοῦ μοναστηρίου, μηδὲ κληρικοὺς ἐξεῖναι χειροτονεῖν.

παʹ. Περὶ ἐπισκόπων τῶν αἱρετικοὺς ἢ ἕλληνας κληρονόμους καταλιμπανόντων.

πβʹ. Περὶ ἐλευθεριῶν.

πγʹ. Περὶ τῶν πλαστῶν μνημείων τῶν μαρτύρων.

πδʹ. Περὶ τοῦ, τὰ λείψανα τῶν εἰδώλων ἐκριζωθῆναι.

πεʹ. Ὥστε γράφεσθαι καὶ ὑπογράφεσθαι, ὁσάκις γένηται χρεία, ἐκ τοῦ ἐν Καρχηδόνι ἐπισκόπου ἐπ᾽ ὀνόματι πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐπιστολάς.

πϛʹ. Περὶ τάξεως ἐπισκόπων, ὥστε τοὺς μεταγενεστέρως χειροτονηθέντας μὴ τολμᾶν ἑαυ-

66. *Vt cum Donatiſtis leniùs agatur.*

67. *De literis mittendis iudicibus, vt ea quæ inter Donatiſtas, & Maximianiſtas acta ſunt, innoteſcant.*

68. *Vt clerici Donatiſtarum, in Eccleſia Catholica ſuſcipiantur in clero.*

69. *Vt legatio ad Donatiſtas, componendæ pacis gratiâ dirigatur.*

70. *Qui clerici ab vxoribus debeant abſtinere.*

71. *De his qui plebes proprias derelinquunt.*

72. *De infantibus baptizandis, quoties dubitatur, vtrum fuerint baptizati.*

73. *Diem Paſchæ, die Concilij nuntiandum.*

74. *Ne interuentor Epiſcopus, cathedram vbi interuentor eſt, ſedeat.*

75. *De defenſoribus Eccleſiarum ab Imperatore poſcendis.*

76. *De Epiſcopis qui ad Concilia non occurrunt.*

77. *De Creſconio.*

78. *De Eccleſia Hipponenſium Diaretorum.*

79. *De clericis, qui intra annum cauſam ſuam agere non procurarint.*

80. *Vt de alieno monaſterio receptos, nec præpoſitos monaſterij, nec clericos liceat ordinare.*

81. *De Epiſcopis, qui hæreticos vel paganos hæredes inſtituunt.*

82. *De manumiſſionibus.*

83. *De falſis memoriis martyrum.*

84. *De idolorum reliquiis extirpandis.*

85. *Vt ab Epiſcopo Carthaginenſi, cùm opus fuerit, omnium Epiſcoporum nomine, dictentur & ſubſcribantur epiſtolæ.*

86. *De Epiſcoporum ordine, vt qui poſteriùs ordinati ſunt, prioribus ſe non*

audeant anteferre.

87. *De Quodvultdeo Epiſcopo.*

88. *De Maximiano Epiſcopo.*

89. *Vt Epiſcopi qui ordinantur, ab ordinatoribus ſuis epiſtolas accipiant, qui diem & conſulem præferant.*

90. *De his qui ſemel in Eccleſia legerint, ab aliis non poſſe promoueri.*

91. *De conueniendis Donatiſtis.*

92. *Forma conuentionis Donatiſtarum.*

93. *Quale commonitorium acceperunt legati contra Donatiſtas.*

94. *Breuis cauſarum.*

95. *Concilium uniuerſale non niſi neceſſitate faciendum.*

96. *Vt ab electis iudicibus prouocare non liceat.*

97. *Vt ab Imperatoribus poſtuletur aduocatorum defenſio pro cauſis Eccleſiæ.*

98. *De plebibus, quæ nunquam Epiſcopos habuerunt.*

99. *De plebibus, vel diœceſibus ex Donatiſtarum prauitate conuerſis.*

100. *De ſuggeſtione Maurentij Epiſcopi.*

101. *De pacificandis Eccleſiis, Romana & Alexandrina.*

102. *De his, qui vxores, aut quæ viros dimittunt, vt ſic maneant.*

103. *De precibus ad altare dicendis.*

104. *De his, qui publicorum iudiciorum cognitionem ab Imperatore popoſcerint.*

105. *De his, qui cùm in Africa non communicant, voluerint trans mare ſubrepere.*

106. *Vt pergentes ad comitatum, cauſam ſuam vel Carthaginenſi, vel Romano Pontifici inſinuare procurent.*

107. *Concilium de cognitione Epiſcopi.*

108. *Concilium contra hæreſim Pelagij & Caleſtij.*

τοὺς προτιμᾶν τῶν προτέρων.

πζ'. Περὶ Κουοδβουλτδέου ἐπισκόπου.

πη'. Περὶ Μαξιμιανοῦ ἐπισκόπου.

πθ'. Ὥστε τοὺς χειροτονουμένους ἐπισκόπους ἀπὸ τῶν χειροτονούντων αὐτοὺς ἐπιστολὰς λαμβάνειν, ἐν αἷς ἥτε ἡμέρα καὶ ὁ ὕπατος προφέρεται.

ϙ'. Περὶ τοῦ, τοὺς κἂν ἅπαξ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναγνόντας, μὴ δύνασθαι ὑπὸ ἄλλων προχειρίζεσθαι.

ϙα'. Περὶ τοῦ, τοῖς Δονατισταῖς συνελθεῖν.

ϙβ'. Ὁ τύπος τῆς πρὸς τοὺς Δονατιστὰς συνελεύσεως.

ϙγ'. Τὸ κομμονιτώριον, ὅπερ ἔλαβον οἱ κατὰ τῶν Δονατιστῶν πρεσβευταί.

ϙδ'. Τὸ βρέβιον τῶν κεφαλαίων.

ϙε'. Σύνοδον μὴ γίνεσθαι κοινήν τε καὶ ὁλοτελῆ, εἰ μὴ ἐξ ἀνάγκης.

ϙϛ'. Ἵνα αἱρετοὺς δικαστὰς μὴ ἐξὸν εἴη ἐκκαλεῖσθαι.

ϙζ'. Ἵνα ἀπὸ τῶν βασιλέων αἰτηθῇ συνηγόρων ἀντίληψις ὑπὲρ τῶν κεφαλαίων τῆς ἐκκλησίας.

ϙη'. Περὶ τῶν λαῶν τῶν μηδέποτε ἐπισκόπους ἐσχηκότων.

ϙθ'. Περὶ λαῶν καὶ διοικήσεων τῶν ἀπὸ Δονατιστῶν ἐπιστρεφόντων.

ρ'. Περὶ τῆς ἀναφορᾶς Μαυρεντίου τοῦ ἐπισκόπου.

ρα'. Περὶ τοῦ εἰρηνοποιηθῆναι τὰς ἐκκλησίας Ῥώμης καὶ Ἀλεξανδρείας.

ρβ'. Περὶ τῶν τοὺς ἄνδρας ἢ τὰς γυναῖκας ἀπολυόντων, ἵνα οὕτως μείνωσιν.

ργ'. Περὶ τῶν πρὸς τὸ θυσιαστήριον ὀφειλουσῶν λέγεσθαι ἱκεσιῶν.

ρδ'. Περὶ τῶν τὴν διάγνωσιν τῶν δημοσίων δικαστηρίων ἀπὸ τοῦ βασιλέως αἰτούντων.

ρε'. Περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ μὴ κοινωνούντων, καὶ θελόντων πέραν τῆς θαλάσσης ὑποσυρῆναι.

ρϛ'. Ἵνα οἱ ἐπὶ τὸ κομιτᾶτον πορευόμενοι, τὴν αἰτίαν ἑαυτῶν καὶ τῷ ἐν Καρχηδόνι, καὶ τῷ Ῥωμαϊκῷ ἱερεῖ σπουδάσωσιν ἐμφανίσαι.

ρζ'. Σύνοδος περὶ διαγνώσεως ἐπισκόπων.

ρη'. Σύνοδος κατὰ τῆς αἱρέσεως Πελαγίου καὶ Κελεστίου.

ρθʹ. Ὅτι Ἀδὰμ θνητὸς ἀπὸ τοῦ θεοῦ οὐκ ἐγένετο.

ρʹ. Ὅτι τὰ μικρὰ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίζονται.

ριαʹ. Ὅτι ἡ τοῦ θεοῦ χάρις οὐ μόνον ἄφεσιν χαρίζεται ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ βοήθειαν παρέχει τοῦ μηκέτι ἁμαρτάνειν.

ριβʹ. Ὅτι ἡ χάρις τοῦ θεοῦ οὐ μόνον γνῶσιν παρέχει, ὡς δεῖ πράττειν, ἀλλὰ καὶ ἀγάπην ἔτι μὴν ἐμπνέει ἡμῖν, ἵνα ὃ ἐὰν ἐπιγινώσκωμεν, καὶ πληρῶσαι ἰσχύσωμεν.

ριγʹ. Ὅτι ἄνευ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος, οὐδὲν δυνάμεθα πληροῦν.

ριδʹ. Ὅτι οὐ μόνον ταπεινή, ἀλλὰ καὶ ἀληθινὴ ἡ φωνὴ τῶν ἁγίων ἐστὶν αὕτη, ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν.

ριεʹ. Ὅτι ἐν τῇ δεσποτικῇ εὐχῇ οἱ ἅγιοι ὑπὲρ ἑαυτῶν λέγουσιν· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν.

ριςʹ. Ὅτι ἀληθῶς ἀπὸ τῶν ἁγίων λέγεται τὸ, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν.

ριζʹ. Περὶ τῶν λαῶν τῶν ἀπὸ τῶν Δονατιστῶν ἐπιστρεφόντων.

ριηʹ. Περὶ τοῦ, πῶς μεταξὺ ἀλλήλων μερίσονται τὰς διοικήσεις οἱ ἐπίσκοποι, τοῦτο μὲν οἱ καθολικοὶ, τοῦτο δὲ οἱ ἐκ τοῦ Δονάτου ἐπιστρέψαντες.

ριθʹ. Περὶ τοῦ, ἐάν τινα διοίκησιν ἐξ αἱρέσεως ἐλευθερώσῃ ἐπίσκοπος, καὶ παρὰ τελείαν κατάσχῃ, μηδένα ταύτην ἀναζητεῖν.

ρκʹ. Περὶ τῶν τοῖς λαοῖς, οὓς νομίζουσιν αὐτοῖς ἀνήκειν, ἐπιβαινόντων παρὰ γνώμην τῶν αὐτοὺς κατεχόντων.

ρκαʹ. Περὶ τῶν ἀμελούντων τῶν αὐτοῖς ἀνηκόντων λαῶν.

ρκβʹ. Ὅτι οὐκ ὀφείλει τῶν ἐπιλεγομένων δικαστῶν ἡ γνώμη ἐξουθενεῖσθαι.

ρκγʹ. Ὥστε τὸν καταφρονοῦντα τῆς ἰδίας διοικήσεως ἐπίσκοπον στερεῖσθαι τῆς κοινωνίας.

ρκδʹ. Περὶ τῶν τοὺς Δονατιστὰς κοινωνῆσαι ψευδομένων ἐπισκόπων.

ρκεʹ. Περὶ πρεσβυτέρων καὶ κληρικῶν, ἵνα μὴ ἐκκαλῶνται, εἰ μὴ πρὸς τὰς τῆς Ἀφρικῆς συνόδους.

ρκςʹ. Περὶ παρθένων μικρῶν, ἔτι μὴν καλυπτέων.

109. *Quòd Adam non ſit factus à Deo mortalis.*

110. *Quòd paruuli in peccatorum remiſſionem baptizentur.*

111. *Quòd gratia Dei non ſolùm remiſſionem tribuit peccatorum, ſed etiam præſtat adiutorium ne peccetur.*

112. *Quòd gratia Chriſti non ſolùm ſcientiam tribuit, quid agamus, ſed etiam dilectionem nobis inſpirat, vt quod ſcimus implere valeamus.*

113. *Quòd, ſine Dei gratia, nihil boni poſſimus implere.*

114. *Quòd non ſolùm humilis, ſed & verax ſanctorum vox iſta eſt, ſi dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus.*

115. *Quòd in oratione Dominica, ſancti pro ſe dicant, dimitte nobis debita noſtra.*

116. *Quòd veraciter à ſanctis dicatur, dimitte nobis debita noſtra.*

117. *De plebibus conuerſis à Donatiſtis.*

118. *De diœceſibus, qualiter eas diuidant inter ſe Epiſcopi, tam Catholici, quàm qui ex Donati parte conuerſi ſunt.*

119. *Vt ſi quam diœceſim Epiſcopus ab hæreſi liberam, triennio poſſederit, nullus eam repetat.*

120. *De his qui in plebes, quas ad ſe putant pertinere, inconuentis his à quibus tenentur, inruerint.*

121. *De his qui plebes ad ſe pertinentes negligunt.*

122. *Quòd electorum iudicum ſententia ſperni non debeat.*

123. *Vt ſi Epiſcopus negligat ſuam diœceſim, communione priuetur.*

124. *De Epiſcopis, qui Donatiſtas communicaſſe ſibi mentiti fuerint.*

125. *De presbyteris & clericis, vt non appellent niſi ad Africana Concilia.*

126. *De virginibus etiam minoribus velandis.*

Digitized by Google

127. *Ne diutius Epiſcopi teneantur in Concilio, ternos ex ſe ſingularum prouinciarum iudices eligant.*

128. *Quòd excommunicati ad accuſationem admitti non debeant.*

129. *Quòd ſerui & liberti, omnéſque infames perſonæ, non debent accuſare.*

130. *Vt qui vnum crimen non probauerit, ad alterum admitti non debeat.*

131. *Qui ad teſtimonium admittendi ſunt.*

132. *De Epiſcopo, qui excommunicat eum, qui ſibi ſoli crimen dicit eſſe confeſſum.*

133. *Vt non temerè quemquam communione priuet Epiſcopus.*

134. *Epiſtola ab omni Concilio Africano, ad Bonifacium vrbis Romæ Epiſcopum, per Fauſtinum Epiſcopum, Philippum, & Aſellum presbyteros legatos Eccleſiæ Romanæ, directa.*

135. *Epiſtola Cyrilli Alexandrini Epiſcopi ad Concilium Africanæ prouinciæ.*

136. *Epiſtola Attici Epiſcopi Conſtantinopolitani ad memoratum Concilium.*

137. *Symbolum fidei Nicæni Concilij.*

138. *Epiſtola totius Concilij Africani ad Papam Celeſtinum vrbis Romæ Epiſcopum.*

ρκζʹ. Διὰ τὸ, μὴ τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ πολὺ ἐν τῇ συνόδῳ κατέχεσθαι, ἐξ ἑκάστης ἐπαρχίας ἀνὰ τρεῖς ἐπιλέξωνται δικαστάς.

ρκηʹ. Ὅτι οἱ ἀπὸ κοινωνίας ὄντες, εἰς κατηγορίαν οὐκ ὀφείλουσιν προσδεχθῆναι.

ρκθʹ. Ὅτι δοῦλοι καὶ ἀπελεύθεροι, καὶ πάντα τὰ ἠτιμωμένα πρόσωπα, κατηγορεῖν οὐκ ὀφείλουσιν.

ρλʹ. Ἵνα ὁ περὶ ἑνὸς ἐγκλήματος ἀποδεῖξαι μὴ δυνάμενος, πρὸς ἕτερον μὴ εἰσδεχθῇ.

ρλαʹ. Τίνας δεῖ προσδέχεσθαι εἰς μαρτυρίαν.

ρλβʹ. Περὶ ἐπισκόπου τοῦ ἀπὸ κοινωνίας ποιοῦντος τὸν αὐτῷ μόνῳ τὸ ἴδιον ἔγκλημα ὁμολογήσαντα.

ρλγʹ. Ἵνα μὴ ὡς ἔτυχεν τινὰ στερήσῃ τῆς κοινωνίας ὁ ἐπίσκοπος.

ρλδʹ. Ἐπιστολὴ πάσης τῆς ἐν Ἀφρικῇ συνόδου πρὸς Βονιφάτιον τὸν τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον, διὰ Φαυστίνου ἐπισκόπου, Φιλίππου καὶ Ἀσέλλου πρεσβυτέρου, τῶν τοποτηρητῶν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, ἀποσταλεῖσα.

ρλεʹ. Ἐπιστολὴ τοῦ Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου πρὸς τὴν ἐν Ἀφρικῇ σύνοδον.

ρλϛʹ. Ἐπιστολὴ Ἀττικοῦ τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τοὺς αὐτούς.

ρλζʹ. Ὁμολογία τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

ρληʹ. Ἐπιστολὴ τῆς ἐν Ἀφρικῇ συνόδου πρὸς Κελεστῖνον τὸν τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἐπίσκοπον.

Concilium Carthaginense. ccccxix.

POST Conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum, Honorij XII. & Theodoſij VIII. Auguſtorum, octauo Kalendas Iunias, Carthagine, in ſecretario Baſilicæ Fauſti, cùm Aurelius Papa, vnà cum Valentino primæ ſedis prouinciæ Numidiæ, Fauſtino Eccleſiæ Potentinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legato Eccleſiæ Romanæ: ſed & legatis diuerſarum prouinciarum Africanarum, id eſt Numidiarum duarum, Byzacenæ, Mauritaniæ

ΜΕΤΑ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ὀνωρίου τὸ δωδέκατον, καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον, τῶν αὐγούστων, τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν ἰουνίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σηκρῆτον τῆς ἐκκλησίας Φαύστου συνελθόντων· Αὐρηλίου τοῦ πάπα, ἅμα Βαλεντίνῳ τῆς πρώτης καθέδρας τῆς Νουμιδικῆς χώρας, Φαυστίνῳ ἀπὸ Πικένου τῆς Ποτεντίνης ἐκκλησίας τῆς Ἰταλῶν χώρας τοποτηρητῇ τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης· ἀλλὰ καὶ διαφόροις τοποτηρηταῖς τῶν Ἀφρικανῶν ἐπαρχιῶν, τουτέστι, τῶν δύο Νουμιδιῶν, τῆς Βυζακηνῆς, Μαυριτανίας

νίας Σιτιφένσης, καὶ Μαυριτανίας τῆς Καισαριανῆς, καὶ Τριπόλεως· καὶ Βικεντίῳ Κολυσιτάνῳ, Φορτουνατιανῷ Νεαπολίτῃ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις τῆς ἀνθυπατικῆς χώρας διακόσιοι δεκαεπτά· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Φιλίππῳ καὶ Ἀσέλλῳ τοῖς πρεσβυτέροις τοποτηρηταῖς τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης· ταῦτα ἅπερ καὶ αὐτοῖς ἤρεσεν, παρεστώτων τῶν διακόνων.

ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν. μετὰ τὴν ὁρισθεῖσαν ἡμέραν τῆς συνόδου, ὡς μέμνησθε, ἀδελφοὶ μακαριώτατοι, πολλὰ ἐζητήσαμεν ἐν τῷ ἀναμένειν ἡμᾶς τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν, τοὺς νῦν εἰς τὴν παροῦσαν σύνοδον τοποτηρητὰς συνελθόντας αὐτοῖς πεπραγμένοις, ἀνάγκη ἐστὶν ἐντεθῆναι· διὸ τῷ δεσπότῃ ἡμῶν περὶ τῆς συνελεύσεως τοῦ τοσούτου ἀθροίσματος ἀποτελεσθῆναι, χάριτας ἀναπέμψαι· ἵνα τοῦτο μὲν, τὰ ἴσα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἃ νῦν ἔχομεν καὶ ἀπὸ τῶν πατέρων κατεστάθη· τοῦτο δὲ, καὶ ἀπὸ ἐνταῦθα ἀπὸ τῶν προηγησαμένων ἡμᾶς τὴν αὐτὴν σύνοδον βεβαιωσάντων, καὶ τὰ κατὰ τὸν αὐτὸν τύπον ἀνὰ πάντας τοὺς τῶν κληρικῶν βαθμοὺς ἀπὸ τοῦ ἄκρου ἕως τοῦ ἐσχάτου σωτηριωδῶς ταχθέντα, εἰς μέσον προενεχθῶσιν. Ἀπὸ πάσης τῆς συνόδου ἐλέχθη, προενεχθῶσιν.

ΔΑΝΙΗΛ νοτάριος ἀνέγνω. Τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως, ἤτοι τὰ ὁρισθέντα οὕτως ἔχει. καὶ ἐν τῷ λέγειν, Φαυστῖνος ἐπίσκοπος Πικένου, τοῦ λαοῦ τοῦ Ποτεντίνης τῆς Ἰταλῶν χώρας τοποτηρητὴς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας εἶπεν· Ἐπετράπη ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, τινὰ ἐγγράφως, τινὰ δὲ καὶ ἀγράφως πρακτέα, ὡς αὐτῶν μεμνήμεθα ἐν τοῖς δευτέροις πεπραγμένοις, τοῦτ' ἔστι περὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ κανόνων, ἵνα φυλαχθῶσι καὶ ὁ ὁρισμὸς αὐτῶν καὶ ἡ συνήθεια· ἐπειδὴ ἵνα τάξει καὶ κανόνι κρατοῦνται, ἵνα συνηθείᾳ ἐτυπώθη· περὶ τούτων τοίνυν ἐν πρώτοις, ἐὰν ἀρέσκῃ τῇ μακαριότητι ὑμῶν, συζητήσωμεν, καὶ μετὰ ταῦτα, τὰ λοιπὰ πεπραγμένα, καὶ ἐναρχθέντα ἐνταττόμενα βεβαιωθῶσιν, ἵνα καὶ πρὸς τὴν ἀποστολικὴν καθέδραν ἀντιγράφοις ὑμετέροις ἐμφανίσαι δυνηθῆτε, καὶ τῷ αὐτῷ προσκυνητῷ πάπᾳ δηλώσητε, ὡς ἐπιμελῶς ἀνεμνήσθημεν· εἰ καὶ ὅτι τὰ κεφάλαια τῶν πράξεων ἤδη τοῖς πεπραγμένοις ἐνεβλήθησαν. περὶ τούτων τοίνυν, ὡς προεῖπον, τί ἀρέσκει τῇ ὑμετέρᾳ μακαριότητι, πρᾶξαι ὀφείλομεν. ἐλ-

Sitifenſis, & Mauritaniæ Cæſarienſis, ſed & Tripolis, & Vincentio Culuſitano, Fortunatiano Neapolitano, & cæteris Epiſcopis prouinciæ Proconſularis reſidentibus CCXVII. nec non Philippo, & Aſello presbyteris æquè legatis Romanæ Eccleſiæ conſediſſent, aſtantibus diaconis.

Avrelivs Epiſcopus dixit. Poſt diem præſtitutam Concilij, vt recordamini, fratres beatiſſimi, multa flagitata ſunt, expectantes fratres noſtros, qui nunc ad præſentem ſynodum legati aduenerunt, quæ geſtis neceſſe eſt ſocientur: qua de re Domino Deo noſtro de tantæ congregationis cœtu gratias referimus. Supereſt, vt tam exemplaria Nicæni Concilij, quæ nunc habemus, & à Patribus conſtituta ſunt, quàm etiam hîc à deceſſoribus noſtris eandem ſynodum firmantes, vel quæ ſecundùm eam formam, per omnes clericorum gradus, à ſummo vſque ad vltimum ſalubriter ordinata ſunt, in medium proferantur. Ab vniuerſo Concilio dictum eſt, proferantur.

Daniel notarius recitauit. Nicæni Concilij fidei profeſſio, vel ſtatuta ita ſe habent, & cùm diceret. Favstinvs Epiſcopus plebis Potentinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legatus Romanæ Eccleſiæ dixit. Iniuncta nobis ſunt à Sede Apoſtolica aliqua per ſcripturam, aliqua etiam in mandatis, cum veſtra beatitudine tractanda, ſicuti & geſtis ſuperioribus meminimus, hoc eſt de Nicænis canonibus: vt conſeruentur, & conſtituta eorum, & conſuetudo, quia & aliqua ordine, & canone tenentur, aliqua conſuetudine firmata ſunt. De his ergo primitus, ſi placet beatitudini veſtræ, tractemus, & poſtea cætera, quæ acta, vel inchoata ſunt, inſerta firmabuntur, vt & ad ſedem venerandam reſcriptis veſtris intimare poſſitis, ad quæ nos admonuiſſe apud venerabilem Papam euidenter clareat, licèt & capitula actionum iam inſerta ſint geſtis. De ipſis ergo, vt ſuperiùs dixi, quid veſtræ beatitudini placeat, agere debemus. Ve-

niat ergo commonitorium in medium, vt ſcire poſſit veſtra beatitudo, quid in eo contineatur, vt ad ſingula reſpondeatur.

Avrelivs Epiſcopus dixit. Proferatur commonitorium, quod fratres & conſacerdotes noſtri in actis nuper allegauerunt, & cætera, quæ acta ſunt, vel agenda ſunt ſubſequenter.

Daniel notarius recitauit commonitorium. Fratri Fauſtino, & filiis Philippo, & Aſello presbyteris, Zoſimus Epiſcopus. Vobis commiſſa negotia non latent vos, ita ac ſi noſtra, immò quia noſtra ibi in vobis præſentia eſt, cuncta peragite, maximè cùm & hoc noſtrum poſſitis habere mandatum, & verba canonum, quæ in pleniorem firmitatem huic commonitorio inſeruimus. Ita enim dixerunt, fratres, in Nicæno Concilio: cùm de Epiſcoporum appellatione decernerent.

Placuit autem, vt ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint congregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo deiecerint eum, & appellaſſe videatur, & confugerit ad beatiſſimum Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum, & voluerit audiri, & iuſtum putauerit, vt renouetur examen, ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia ſunt: vt ipſi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd ſi quis rogat cauſam ſuam iterum audiri, & deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt de latere ſuo presbyterum mittat: erit in poteſtate Epiſcopi quid velit, & quid exiſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe qui præſentes cum Epiſcopis iudicent habentes authoritatem, eius, à quo deſtinati ſunt, erit in eius arbitrio. Si verò crediderit ſufficere Epiſcopos, vt negotio terminum imponant, faciet quod ſapientiſſimo conſilio ſuo iudicauerit. Et cùm recitaret.

Alypivs Epiſcopus Eccleſiæ Tagaſtenſis, legatus prouinciæ Numidiæ, dixit. De hoc iam ſuperioribus etiam literis Concilij noſtri reſcripſimus, & id nos ſeruaturos profitemur, quod in Nicæno Concilio conſtitutum eſt, adhuc tamen me

τεθήτω τοιγαροῦν εἰς μέσον τὸ κομμονιτώριον, ἵνα δυνηθῆτε γνῶναι, τί ἐν αὐτῷ περιέχεται, ὅπως πρὸς ἕκαστα ἀπόκρισις δοθῇ.

ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν, Προκομισθῇ τὸ κομμονιτώριον, ὅπερ οἱ ἀδελφοὶ καὶ συλλειτουργοὶ ἡμῶν τοῖς πεπραγμένοις ἔναγχος ἐνεφανίσαν, καὶ τὰ λοιπὰ ἀκολούθως, τά γε πεπραγμένα καὶ τὰ πρακτέα.

ΔΑΝΙΗΛ νοτάριος ἀνέγνω κομμονιτώριον· Τῷ ἀδελφῷ Φαυστίνῳ, καὶ τοῖς τέκνοις Φιλίππῳ καὶ Ἀσέλλῳ τοῖς πρεσβυτέροις, Ζώσιμος ἐπίσκοπος. Τὰ καταπιστευθέντα ἡμῖν πράγματα οὐ λανθάνουσιν ὑμεῖς· οὕτως ὡς ἵνα ἡ ἡμετέρα ἐκεῖσε, μᾶλλον δὲ ἡ ἡμετέρα ἐκεῖσε ἐν ὑμῖν παρουσία ἐστί, πάντα ἐκτελέσατε· μάλιστα καὶ τοῦτο ἡμῶν ἔχοντες τὸ ἔνταλμα καὶ τὰ ῥήματα τῶν κανόνων, ἅτινα πρὸς πλείονα βεβαίωσιν τῷ παρόντι κομμονιτωρίῳ ἐνετάξαμεν. οὕτως γὰρ εἶπον, ὦ ἀδελφοί, οἱ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ὅτε περὶ τῆς τῶν ἐπισκόπων ἐκκλήτου ἐψηφίζοντο.

Ηρεσεν δὲ, ὥστε ἐὰν ἐπίσκοπος κατηγορηθῇ, καὶ κρίνωσιν οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι τῆς ἰδίας αὐτοῦ ἐπαρχίας, καὶ τοῦ βαθμοῦ αὐτοῦ καθέλωσιν αὐτὸν, καὶ δόξῃ ἐκκαλέσασθαι καὶ καταφυγεῖν πρὸς τὸν μακαριώτατον ἐπίσκοπον Ῥώμης· καὶ αὐτὸς θελήσῃ ἀκουσθῆναι, καὶ τὸ τοιοῦτον δίκαιον νομίσῃ, ὥστε ἀνανεωθῆναι τὴν ἐξέτασιν· γράψαι καταξιώσει πρὸς τοὺς ἐν τῇ ὁμορούσῃ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπους, ἵνα αὐτοὶ ἐπιμελῶς πάντα συζητήσωσιν, καὶ κατὰ τὸ ἀληθὲς περαιώσωσι. διὸ ἐάν τις ἀξιοῖτο πρᾶγμα αὐτοῦ πάλιν ἀκουσθῆναι, καὶ οἰκείᾳ δεήσει κινήσοι τὸν ἐπίσκοπον Ῥώμης, ἵνα ἐκ τοῦ πλευροῦ αὐτοῦ πρεσβύτερον ἀποστείλῃ, ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ εἴη, ὅπερ βούλεται, καὶ ὅπερ ὑπολαμβάνει. καὶ ἐὰν ψηφίσηται ὀφείλειν πεμφθῆναί τινας, ὥστε παρόντας αὐτοὺς μετὰ τῶν ἐπισκόπων κρῖναι, ἔχοντες τὴν αὐθεντείαν τοῦ ἀποστείλαντος αὐτοὺς, ἐν τῇ κρίσει αὐτοῦ εἴη. ἐὰν δὲ καὶ νομίσῃ ἀρκεῖν τοὺς ἐπισκόπους, ἵνα πέρας τῷ πράγματι ἐπιθῶσι, ποιήσει τὸ τῇ συνετωτάτῃ αὐτοῦ βουλῇ παριστάμενον. Καὶ ἀναγνωσθέντων.

ΑΛΥΠΙΟΣ ἐπίσκοπος τῆς Θεαγαστέων ἐκκλησίας τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, εἶπεν. Περὶ τούτου ἤδη καὶ τοῖς ἀνωτέροις γράμμασι τῆς συνόδου ἡμῶν ἀντεγράψαμεν· καὶ τοῦτο ὑμᾶς φυλάξειν ὁμολογοῦμεν, τὸ ὁρισθὲν ὑπὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου· ὅμως ἔτι ἐμοὶ

κινεῖ, ὅτι ἐν τῷ ἐπισκέπτειν ἡμᾶς τοῖς γραικικοῖς ἴσως ταύτης τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ταῦτα ἐκεῖ οὐκ οἶδα ποίῳ λόγῳ οὐδαμῶς εὕρομεν· ὅθεν αἰτοῦμεν τὴν τιμιότητα τὴν σὴν ἁγιώτατε πάπα Αὐρήλιε, ἐπειδὴ τὰ αὐθεντικὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐν Κωνσταντινουπόλει λέγεται εἶναι, τινὰς μετὰ γραμμάτων τῆς ἡμετέρας ἁγιωσύνης πέμψαι καταξιώσατε· καὶ μὴ μόνον πρὸς αὐτὸν τὸν ἁγιώτατον ἀδελφὸν ἡμῶν τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Ἀντιοχείας τοὺς προσκυνητοὺς ἱερεῖς· οἵτινες τὴν αὐτὴν σύνοδον ἡμῖν μεθ' ὑποσημειώσεως τῶν οἰκείων γραμμάτων ἀποστείλωσιν, ὥστε πᾶσαν μετὰ ταῦτα ἀμφισβήτησιν ἀφαιρεθῆναι· ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς οὕτως, ὡς ὁ ἀδελφὸς Φαυστῖνος ἤγαγεν, οὐδαμῶς εὕρομεν ταῦτα· ὅμως ἡμᾶς πρὸς ὀλίγον φυλάξαντας, ὡς προεῖπεν, ἕως οὗ τὰ ἐντελῆ ἴσα ἔλθωσιν ὁμολογοῦμεν. ὀφείλομεν δὲ αἰτῆσαι γράμμασι ἡμετέροις καὶ τὸν σεβασμιώτατον τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης ἐπίσκοπον Βονιφάτιον, ἵνα καὶ αὐτὸς ὁμοίως καταξιώσῃ πρὸς τὰς μνημονευθείσας ἐκκλησίας στεῖλαί τινας, ὀφείλοντας τὰ αὐτὰ ἴσα κατὰ τὰ παρ' αὐτοῦ γραφέντα ἀγαγεῖν· νῦν δὲ τῆς μνημονευθείσης ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἅπερ ἔχομεν ἴσα τοῖς πεπραγμένοις τούτοις συζεύξωμεν.

ΦΑΥΣΤΙΝΟΣ ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς τῆς Ῥώμης εἶπεν. οὐδὲ ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη πρόκριμα ποιεῖ τῇ ἐκκλησίᾳ Ῥώμης, εἴτε περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου, εἴτε περὶ ἄλλων· ἐπειδὴ ἠξίωσεν ὁ ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Ἀλύπιος ἀμφιβόλους εἶναι τοὺς κανόνας. ἀλλὰ ταῦτα πρὸς τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον πάπαν ἡμῶν γράψαι καταξιώσατε, ἵνα καὶ οὕτως ὁλοκλήρους τοὺς κανόνας συζητῶν μετὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης, περὶ πάντων τῶν ὁρισθέντων πραγματεύσῃ. ἀρκεῖ γὰρ, ἵνα καθὼς ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη παρ' ἑαυτῇ βαστάζῃ, οὕτω καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν συζητήσῃ, μή πως φιλονεικία μεταξὺ τῶν ἐκκλησιῶν τις ἀναφυῇ· ἀλλὰ μᾶλλον ἀδελφικῇ ἀγάπῃ, βουλεύσασθε ἀντιγράφοντες αὐτῷ, τί ὀφείλει κρειττόνως φυλαχθῆναι.

ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν. ἐκτὸς ὧν προστεθείκαμεν ἐν τοῖς πεπραγμένοις, ἀνάγκη ἐστὶ καὶ γράμματα τῆς ἡμετέρας βραχύτητος τῷ ἁγιωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλει-

mouet, quomodo cùm inſpiceremus Græca exemplaria huius Synodi Nicænæ, iſta ibi, neſcio qua ratione, minimè inuenimus: vnde petimus venerationem tuam, ſanćte Papa Aureli, vt quia hoc authenticum Concilium Nicęnum in vrbe dicitur eſſe Conſtantinopolitana, aliquos cum ſcriptis tuæ ſanćtitatis mittere digneris, & non ſolùm ad ipſum ſanćtum fratrem noſtrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ſed etiam Alexandrinum, & Antiochenum venerabiles ſacerdotes, qui hoc nobis Concilium ſub adſtipulatione literarum ſuarum dirigant, vt omnis poſtmodum ambiguitas auferatur, quia nos ita, vt frater Fauſtinus attulit, minimè inuenimus iſta: nos tamen paulìſper ſeruaturos, vt antè dixi, donec integra exemplaria veniant, profitemur. Petendus eſt autem literis noſtris etiam venerabilis Eccleſiæ Romanæ Epiſcopus Bonifacius, vt ipſe quoque dignetur ad memoratas Eccleſias aliquos mittere, qui eadem exemplaria debeant ſecundùm eius ſcripta perferre: nunc autem memorati Nicæni Concilij, qualia exemplaria habemus, his geſtis ſociamus.

Favstinvs Epiſcopus, legatus Eccleſiæ Romanæ, dixit. Nec veſtra ſanćtitas præiudicat Eccleſiæ Romanæ, ſiue de hoc capitulo, ſiue de aliis, quia dicere dignatus eſt frater noſter & Coepiſcopus Alypius, dubios eſſe canones: ſed hæc ipſa ad ſanćtum, ac beatiſsimum Papam noſtrum ſcribere dignemini, vt & ipſe integros canones inquirens cum veſtra ſanćtitate de omnibus conſtitutis traćtare poſsit. Sufficit autem vt ipſe beatiſsimus Epiſcopus vrbis Romæ, ſicut & veſtra ſanćtitas apud ſe traćtat, ita & ipſe inquirat, ne contentio inter Eccleſias naſci videatur: ſed magis charitate fraterna deliberare poſsitis, ipſo reſcribente, quid meliùs obſeruare debeat.

Avrelivs Epiſcopus dixit. Præter iſta, quæ promiſimus aćtis, neceſſe eſt vt etiam noſtræ paruitatis literis ſanćto fratri, & con-

ſacerdoti noſtro Bonifacio ſingula, quæ tractamus, pleniſſimè intimemus: ergo ſi omnibus placet proſequutio noſtra, ore omnium condiſcamus. Vniuerſum Concilium dixit, placet.

NOVATVS Epiſcopus legatus Mauritaniæ Sitifenſis dixit. Nunc meminimus hoc commonitorio etiam de preſbyteris, vel diaconis contineri, qualiter audiri ab Epiſcopis ſuis, vel à finitimis debeant; quod in Nicæno Concilio minimè legimus: vnde nobis hoc ipſum iubeat ſanctitas veſtra recitari.

AVRELIVS Epiſcopus dixit. Recitetur ad locum etiam hoc, quod depoſcitur. DANIEL notarius recitauit. De appellationibus autem clericorum, id eſt minoris loci, eſt ipſius ſynodi certa reſponſio. de qua re quid acturi ſitis, credidimus inſerendum, quod taliter dictum eſt.

OSIVS *Epiſcopus dixit. Quid me adhuc mouet, reticere non debeo. Si Epiſcopus quis fortè iracundus (quod eſſe non debet) citò, aut aſperè commoueatur aduerſus presbyterum, ſiue diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit, prouidendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem: habeat poteſtatem eiectus, vt finitimos interpellet, cauſa eius audiatur, & diligentiùs tractetur, quia non oportet negare ei audientiam roganti. Et ille Epiſcopus, qui aut iuſtè aut iniuſtè eum reiecit, patienter accipiat, vt negotium diſcutiatur, vt aut probetur eius, aut emendetur ſententia,* &c. Cùmque recitarentur.

AVGVSTINVS Epiſcopus Eccleſiæ Hipponenſis, prouinciæ Numidiæ dixit. Et hoc nos ſeruaturos profitemur, ſalua diligentiore inquiſitione Concilij Nicæni.

AVRELIVS Epiſcopus dixit. Si hoc etiam omnium veſtræ charitati placet, reſponſione firmate. Vniuerſum Concilium dixit. Omnia quæ in Nicæno Concilio ſtatuta ſunt, nobis omnibus placent. IOCVNDVS Epiſcopus Eccleſiæ Suffetulæ, legatus prouinciæ By-

συνεργῷ ἡμῶν Βονιφατίῳ, πάντα ὅσα ψηλαφῶμεν εἰς πλῆρες ἐμφανίσαι· ἐὰν τοίνυν πᾶσιν ἀρέσκει ἡ ἡμετέρα ἐπακολούθησις, μάθωμεν στόματι πάντων. σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπεν· ἀρέσκει.

ΝΑΥΑΤΟΣ ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς Μαυριτανίας Σιτιφένσης εἶπεν· μεμνήμεθα νῦν τοῦτο τὸ κομμονιτώριον περὶ πρεσβυτέρων, ἔτι μὴν καὶ διακόνων περιέχειν, πῶς ὀφείλουσιν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων ἢ ἐκ τῶν ὁμορούντων ἀκούεσθαι, ὅπερ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ οὐδαμῶς ἀνέγνωμεν· διὰ τοῦτο αὐτὸ κελεύσει ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη ἀναγνωσθῆναι.

ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν· ἀναγνωσθῇ ἐπὶ τόπου καὶ τοῦτο τὸ ζητούμενον. ΔΑΝΙΗΛ νοτάριος ἀνέγνω· Περὶ ἐγκλητῶν δὲ κληρικῶν, τοῦτ᾽ ἔστι, τοῦ ἥττονος τόπου, τῆς συνόδου βεβαία ἐστὶν ἀπόκρισις. περὶ ἧς τι μέλλεται πράττειν, ἡγησάμεθα ὀφείλειν ἐντάξαι, ἐπειδὴ οὕτως λέλεκται.

ΟΣΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν. Τὸ ἔτι κινοῦν με, σιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω· ἐὰν τις τυχὸν ἐπίσκοπος ὀργίλος, ὅπερ οὐκ ὀφείλει, ταχέως ἢ καὶ τραχέως κινηθεὶς κατὰ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου ἰδίου, ἀφορίσαι τοῦτον τῆς ἰδίας τελήσοι ἐκκλησίας· προνοητέον ἐστὶν, ἵνα μὴ ἀναιτίως κατακριθῇ, ἢ ἀπολέσῃ τὴν κοινωνίαν· ἐχέτω ἐξουσίαν ὁ ἐκβληθεὶς προσελθεῖν τοῖς ὁμόροις, ὥστε ἀκουσθῆναι τὴν αἰτίαν αὐτοῦ, καὶ ἐπιμελέστερον ψηλαφηθῆναι. οὐκ ὀφείλει γὰρ αὐτῷ παρακαλοῦντι ἡ ἐπακοὴ ἀρνηθῆναι· κἀκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος, ὁ εἴτε δικαίως εἴτε ἀδίκως ἐκβαλὼν αὐτὸν ἀνεξικάκως δέξεται, ὅπως τὸ πρᾶγμα σκεπτηθῇ, καὶ ἢ κυρωθῇ ἢ διορθωθῇ ἡ ψῆφος αὐτοῦ· καὶ τὰ λοιπά. Καὶ τούτων ἀναγνωσθέντων.

ΑΥΓΟΥΣΤΙΝΟΣ ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας Ἱππώνης τῆς Νουμιδικῆς χώρας εἶπεν. Καὶ τοῦτο ἡμᾶς φυλάξοντας ὁμολογοῦμεν, σωζομένης τῆς ἐπιμελεστέρας ζητήσεως τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν. Ἐὰν ἔτι μὴν καὶ τοῦτο ἀρέσκει τῇ ἀποκρίσει τῆς πάντων ὑμῶν ἀγάπης βεβαιώσατε. σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπεν· Πάντα τὰ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ ὁρισθέντα πᾶσιν ἡμῖν ἀρέσκουσιν. ΙΟΥΚΟΥΝΔΟΣ ἐπίσκοπος τῆς Σουφετούλης ἐκκλησίας τοποτηρητὴς τῆς Βυ-

Digitized by Google

ζακηνῆς χώρας εἶπεν. Τὸ ὁρισθὲν ὑπὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου παρατραπῆναι ὑπό τινος οὐδαμῶς δύναται. ΦΑΥΣΤΙΝΟΣ ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης εἶπεν. Ἀκμὴν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης, τοῦτο μὲν, τοῦ ἁγίου Ἀλυπίου· τοῦτο δὲ, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἰουκουνδου, τινὰ ἀκυροῦσθαι πιστεύω, τινὰ βεβαιοῦσθαι. ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἀμφίβολον εἶναι ἐχομένων τῶν αὐτῶν κανόνων· τοιγαροῦν ὡς ἀρέσκει καὶ ἡμῖν καὶ ὑμῖν, πρὸς τὸν ἁγιώτατον καὶ σεβασμιώτατον ἐπίσκοπον τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης, ἀναγαγεῖν ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη καταξιώσῃ· ἵνα καὶ αὐτὸς, ὅπερ καὶ ὁ ἁγιώτατος Αὐγουστῖνος ὁρίσαι κατηξίωσεν, σκέψασθαι δυνηθῇ ἑκάτερον· καὶ γὰρ τοῦτο παραχωρητέον ἐστὶ καὶ σιωπητέον, τοῦτ' ἔστι περὶ τῶν ἐγκλήτων τοῦ κατωτέρου βαθμοῦ, ἐὰν ἀκμὴν εἰς ἀμφίβολόν ἐστιν· καὶ περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου δίκαιόν ἐστι τὸν ἐπίσκοπον τοῦ μακαρίου θρόνου ὀφείλειν τυπῶσαι, εἴ μέν τοι ἀποδέχεσθαι τοῦτο ἐν τοῖς κανόσιν εὑρεθῆναι δύναται. ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν· τὰ ἔκπαλαι τῇ ἡμετέρᾳ ἀγάπῃ παρ' ἡμῶν ἐμφανισθέντα ἴσα τῶν ὁρισθέντων τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, νῦν καταδέξασθε· ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τῶν ἡμετέρων καθηγητῶν, κατὰ τὸν τῆς αὐτῆς συνόδου τύπον σωτηριωδῶς ἔτι μὴν καὶ τὰ νῦν παρ' ἡμῶν ταχθέντα ἀναγνωσθῆναι καὶ τοῖς πεπραγμένοις ἐκβληθῆναι. σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπεν· τὰ ἴσα τῆς πίστεως καὶ τοὺς ὅρους τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὴν πάλαι πρὸς ἡμᾶς διὰ Κεκιλιανοῦ τοῦ προηγητοῦ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης προσενεχθέντας· ἔτι μὴν καὶ ἅπερ τούτοις ἑπόμενα τὰ μέρη ἐνταῦθα κατέστησαν, καὶ νῦν δὲ κοινῇ συζητήσει παρ' ἡμῶν ὡρίσθησαν τούτοις τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πεπραγμένοις ἐμβληθέντα μείνωσι δηλονότι καθὼς προλέλεκται πρὸς τοὺς σεβασμίους ἐπισκόπους τῶν ἐκκλησιῶν Ἀντιοχείας, Ἀλεξανδρείας, καὶ Κωνσταντινουπόλεως, γράψαι καταξιούσης τῆς ὑμετέρας μακαριότητος, ἵνα τὰ ἀληθέστατα ἴσα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου μεθ' ὑποσημειώσεως οἰκείων γραμμάτων ἀποστείλωσιν, ὅπως φανερωθείσης τῆς ἀληθείας, τὰ κεφάλαια ταῦτα, ἅπερ ἐν τῷ κομμονιτωρίῳ ὁ ἀδελφὸς καὶ συνεπίσκοπος ἡμῶν Φαυστῖνος, καὶ οἱ συμπρεσβύτεροι Φίλιππος καὶ Ἀσελλος μεθ' ἑαυ-

zacenæ dixit. Quod ſtatutum eſt in Nicæno Concilio, violari à quoquam nullatenus poteſt. FAVSTINVS Epiſcopus, legatus Eccleſiæ Romanæ, dixit. Adhuc ſecundùm profeſſionem ſanctitatis veſtræ, tam ſancti Alypij, quàm etiam fratris noſtri Iocundi, aliqua infirmari credo, quod non debeat, cùm iam in dubium ipſi canones venerint. Ergo, vt placet & nobis, & beatitudini veſtræ, ad ſanctum & venerabilem Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum veſtra ſanctitas referre dignetur, vt & ipſe, quod ſanctus Auguſtinus ſtatuere dignatus eſt, deliberare poſſit: vtrumnam & hoc concedendum ſit, ac reticendum, hoc eſt, de appellationibus inferioris gradus. Si ergo adhuc in dubium venit, & de hoc capitulo iuſtum eſt, vt beatiſsimæ ſedis Epiſcopus informari debeat, ſi tamen approbatis canonibus hoc inueniri poſſit. AVRELIVS Epiſcopus dixit. Etiam quæ dudum veſtræ charitati intimauimus, nunc patimini exemplaria ſtatutorum Nicæni Concilij: ſed & quæ hîc ſalubriter à noſtris deceſſoribus, ſecundùm eiuſdem Concilij formam, vel quæ nunc à nobis ordinata ſunt, recitari, & geſtis inſeri, omne Concilium dixit. Exemplaria fidei, & ſtatuta Nicænæ ſynodi, quæ ad noſtrum Concilium per beatæ recordationis olim prædeceſſorem tuæ ſanctitatis, qui interfuit, Cæcilianum Epiſcopum adlata ſunt, ſed & quæ patres exemplaria ſequentes hic conſtituerunt, vel nunc communi tractatu ſtatuimus, his geſtis Eccleſiaſticis inſerta manebunt, ita vt quemadmodum ſuperiùs dictum eſt, venerabilibus viris Antiochenæ, & Alexandrinæ, ſed & Conſtantinopolitanæ Eccleſiarum Epiſcopis ſcribere veſtra beatitudo dignetur, vt exemplaria veriſsima Concilij Nicæni, ſub adſtipulatione literarum ſuarum dirigat, quod declarata veritas, ea capitula, quæ in commonitorio præſens frater, & Coepiſcopus noſter Fauſtinus, ſed & compreſbyteri Philippus, & Aſellus ſecum

attulerunt : aut ibidem reperta, à nobis firmabuntur, aut ſi non inueniantur, collecta ſynodo de hoc in ſequenti tractabimus. DANIEL notarius Nicæni Concilij profeſſionem fidei, vel eius ſtatuta recitauit in Concilio Africano.

Profeſſio fidei Nicæni Concilij.

CREDIMVS *in vnum Deum, Patrem omnipotentem, viſibilium & inuiſibilium factorem: & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, natum de patre vnigenitum, hoc eſt de ſubſtantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, vnius ſubſtantiæ cum patre (quod Græci dicunt* ὁμοούσιον*) per quem omnia facta ſunt, ſiue quæ in cælo, ſiue quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, aſcendit in cælos, ſedet ad dexteram Patris, vnde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos: & in Spiritum ſanctum. Eos autem, qui dicunt, erat quando non erat, & priuſquam naſceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus eſt, vel ex alia ſubſtantia, dicentes mutabilem, & conuertibilem Filium Dei: hos anathematizat Catholica, & Apoſtolica Eccleſia.*

Statuta quoque Nicæni Concilij in xx. capitulis ſimiliter recitata ſunt. Deinde quæ in Conciliis Africanis promulgata ſunt, actis præſentibus inſerta noſcuntur.

Vt quæ in Nicano Concilio ſtatuta ſunt, omnimodo conſeruentur.

I. AVRELIVS Epiſcopus dixit. Hæc ita apud nos habentur exemplaria ſtatutorum, quæ tunc patres noſtri de Concilio Nicæno ſecum detulerunt, cuius formam ſeruantes, hæc, quæ ſequuntur conſtituta, firmata à nobis cuſtodientur.

De Trinitate prædicanda.

II. VNIVERSVM Concilium dixit. Deo propitio pari profeſſione fides Eccleſiaſtica, quæ per

των ἤγαγον, ἢ ἐκεῖνα βεβαιωθήσεται ἀφ' ἡμῶν κυρωθῶσιν· ἢ ἐὰν μὴ εὑρεθῶσιν, συνηγμένης ἐπὶ τῆς συνόδου περὶ τούτων ἑξῆς συζητήσωμεν. ΔΑΝΙΗΛ νοτάριος ἀνέγνω τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως, καὶ τοὺς ὅρους αὐτῆς, ἐν τῇ τῶν Ἀφρων συνόδῳ.

Η ὁμολογία τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν οὐρανῷ, τά τε ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα ἅγιον. τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν τοῦ γεννηθῆναι, οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἄλλης οὐσίας λέγοντας ἀλλοιωτὸν ἢ τρεπτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ· τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ Ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ὅροι τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐν εἴκοσι κεφαλαίοις ἀνεγνώσθησαν· ἔπειτα τὰ ἐν ταῖς συνόδοις τῆς Ἀφρικῆς νομοθετηθέντα τοῖς προσοῦσι πεπραγμένοις ἐντεθέντα γινώσκονται.

Ὥστε τὰ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ ὁρισθέντα, παντὶ τρόπῳ παραφυλαχθήσεται.

ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν. Ταῦτα α'. οὕτως παρ' ἡμῖν ἔχονται τὰ ἴσα τῶν ὁρισθέντων, ἅπερ τότε οἱ πατέρες ἡμῶν ἐκ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου μεθ' ἑαυτῶν κατήγαγον, ἧς τὸν τύπον φυλάττοντα τὰ ἑπόμενα καὶ ὁρισθέντα παρ' ἡμῶν βεβαιωθέντα φυλαχθῶσιν.

Περὶ κηρυκτέας τῆς ἁγίας τριάδος.

ΣΥΜΠΑΣΑ ἡ σύνοδος εἶπεν. Θε- β'. λοντος τοῦ θεοῦ ἡ ἴση ὁμολογία, ἡ ἐκκλησιαστικὴ πίστις, ἡ δι' ἡμῶν παραδιδομέ-

Digitized by Google

νη ἐν ταύτῃ τῇ ἐνδόξῳ συνελεύσει, πρωτοτύπως ὁμολογητέα ἐστίν. ἔπειτα ἡ ἐκκλησιαστικὴ τάξις μετὰ συναινέσεως ἑκάστου καὶ ὁμοῦ πάντων φυλακτέα ἐστίν. πρὸς βεβαιωτέας δὲ τὰς τῶν ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἡμῶν τῶν ἔναγχος χειροτονηθέντων διανοίας, ταῦτα δεῖ προσθεῖναι, ἃ παρὰ τῶν πατέρων βεβαίᾳ διατυπώσει παρελάβομεν· ὥστε τῆς τριάδος, τοῦτ' ἔστι τοῦ πατέρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἑνότητα, τὴν μηδεμίαν ἔχειν διαφορὰν γινωσκομένην, ἣν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις ἐγκαθιερωθεῖσαν κατέχομεν, καὶ καθὼς ἐμάθομεν, οὕτω τοὺς λαοὺς τοῦ θεοῦ διδάξωμεν. ὁμοίως ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῶν ἔναγχος προαχθέντων εἴρηται φανερῶς· Οὕτως δεχόμεθα, οὕτως κατέχομεν, οὕτως διδάσκομεν, τῇ πίστει τῇ εὐαγγελικῇ ἅμα τῇ ὑμετέρᾳ διδασκαλίᾳ ἑπόμενοι.

Περὶ ἐγκρατείας.

γʹ. ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν. Ἐν τῇ προλαβούσῃ συνόδῳ ὡς περὶ ῥυθμοῦ ἐγκρατείας καὶ ἁγνείας ἐζητεῖτο, ἤρεσεν ὥστε τοὺς τρεῖς βαθμοὺς τούτους τοὺς συνδέσμῳ τινὶ τῆς ἁγνείας διὰ τῆς καθιερωσύνης συμπεπλεγμένους (φημὶ δὴ ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους καὶ διακόνους) ὡς πρέπει ὁσίοις ἐπισκόποις καὶ ἱερεῦσι θεοῦ καὶ λευίταις καὶ ὑπουργοῦσι θείοις καθιερώμασιν, ἐγκρατεῖς εἶναι ἐν πᾶσιν· ὅπως δυνηθῶσιν, ὃ παρὰ τοῦ θεοῦ ἁπλῶς αἰτοῦσιν, ἐπιτυχεῖν· ἵνα καὶ ὃ διὰ τῶν ἀποστόλων παραδοθὲν, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχαιότητος κρατηθὲν, καὶ ἡμεῖς ὁμοίως φυλάξωμεν.

Περὶ διαφόρων τάξεων ὀφειλουσῶν ἀπέχεσθαι γυναικῶν.

δʹ. ΦΑΥΣΤΙΝΟΣ ἐπίσκοπος Πικένου τῆς Ποτεντίνης χώρας, τοποτηρητὴς τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης εἶπεν. Ἀρέσκει ἵνα ἐπίσκοπος καὶ πρεσβύτερος καὶ διάκονος καὶ πάντες οἱ τὰ ἱερὰ ψηλαφῶντες τῆς σωφροσύνης φύλακες γυναικῶν ἀπέχωνται. Ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· ἀρέσκει, ὥστε πάντας σωφροσύνην τηρεῖν τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας, ἤτοι δουλεύοντας.

Περὶ ἀπληστίας.

εʹ. ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν· Τὴν τῆς ἀπληστίας ἐπιθυμίαν, ἣν πάν-

nos traditur in hoc cœtu glorioſo, primitus confitenda eſt, tunc demum ordo Eccleſiaſticus ſingulorum & conſenſu omnium adſeruandus. Ad corroborandas autem fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum, nuper promororum mentes, ea proponenda ſunt, quæ à patribus certa diſpoſitione accepimus, vt Trinitatis, quam noſtris in ſenſibus conſecratam retinemus, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti vnitatem, quæ nullam noſcitur habere differentiam, ſicuti didicimus, ita Dei populos inſtruamus. Item ab vniuerſis Epiſcopis nuper promotis dictum eſt: Planè ſic accepimus, ſic tenemus, ſic docemus, fidem Euangelicam cum veſtra doctrina ſequentes.

De continentia.

AVRELIVS Epiſcopus dixit. III. Cùm præterito Concilio de continentia, & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres, qui conſtrictione quadam caſtitatis per conſecrationes adnexi ſunt, (Epiſcopos, inquam, preſbyteros, & diaconos) ita complacuit, vt condecet ſacros antiſtites, ac Dei ſacerdotes, nec non & leuitas, vel qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, continentes eſſe in omnibus, quò poſſint ſimpliciter, quod à Domino poſtulant, impetrare: vt quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus.

De diuerſis ordinibus ab vxoribus abſtinendis.

FAVSTINVS Epiſcopus Eccle- IV. ſiæ Potentinæ, prouinciæ Piceni, legatus Romanæ Eccleſiæ, dixit. Placet vt Epiſcopus, preſbyter, & diaconus, vel qui ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes ab vxoribus ſe abſtineant. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Placet, vt in omnibus, pudicitia cuſtodiatur, qui altari inſeruiunt.

De auaritia.

AVRELIVS Epiſcopus di- V. xit, Auaritiæ cupiditas, quam

rerum omnium malarum matrem eſſe, nemo qui dubitet, proinde inhibenda eſt, ne quis alienos fines vſurpet, aut per præmium terminos patrum ſtatutos tranſcendat, nec omnino cuiquam clericorum liceat de qualibet re fœnus accipere. Quamquam nouellæ ſuggeſtiones, quæ vel obſcuræ ſunt, vel ſub genere latent, inſpectæ à nobis, formam accipient. Cæterum de quibus apertiſſimè diuina ſcriptura ſanxit, non eſt ferenda ſententia, ſed potiùs exequenda. Proinde quod in laïcis reprehenditur, id multò magis debet in clericis prædamnari. Vniuerſum Concilium dixit. Nemo contra prophetas, nemo contra euangelia facit ſine periculo.

Vt chriſma à presbyteris non fiat.

VI. FORTVNATVS Epiſcopus dixit. In præteritis Conciliis ſtatutum meminimus eſſe, vt chriſma, vel reconciliatio pœnitentium, nec non & puellarum conſecratio, à preſbyteris non fiant: ſiquis autem emerſerit hoc faciens, quid de eo ſtatuendum ſit? AVRELIVS Epiſcopus dixit: Audiuit dignatio veſtra ſuggeſtionem fratris & coepiſcopi noſtri Fortunati, quid ad hæc dicitis? Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Chriſmæ confectio, & puellarum conſecratio à preſbyteris non fiat, vel reconciliare quemquam in publica miſſa preſbytero non licere, hoc omnibus placet.

De his, qui in periculo poſiti reconciliantur.

VII. AVRELIVS Epiſcopus dixit. Si quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliari diuinis altaribus petierit: ſi Epiſcopus abſens fuerit, debet vtique preſbyter conſulere Epiſcopum, & ſic periclitantem eius præcepto reconciliare: quam rem debemus ſalubri conſilio roborare. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Placet quod ſanctitas veſtra neceſſariò nos inſtruere dignata eſt.

των τὴν κακῶν μητέρα εἶναι οὐδεὶς ἀμφιβάλλει, δέον ἐπέχειν· ἵνα μή τις τοῖς ἀλλοτρίοις ὅροις κατακέχρηται, μηδὲ ἵνα διὰ κέρδος τοὺς τῶν πατέρων ὅρους τις ὑπερβαίνῃ, μηδὲ ἵνα παντοίως τινὶ κληρικῷ ἐξὸν εἴη ἀπὸ οἱουδήποτε πράγματος τόκον λαβεῖν· καὶ τὰ μὲν νεωστὶ ἀνενεχθέντα ἀμαυρὰ ὄντα, καὶ καθόλου λανθάνοντα σκοπούμενα παρ' ἡμῶν τυπωθήσονται. περὶ δὲ ὧν φανερώτατα ἡ θεία γραφὴ ἐθέσπισεν, οὐ δεῖ ψηφίζεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ἕπεσθαι. ἀκολούθως καὶ τὸ ἐν λαϊκοῖς ἐπιλήψιμον, πολλῷ μᾶλλον ἐν κληρικοῖς ὀφείλει καταδικάζεσθαι. Σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπεν· οὐδεὶς κατὰ τῶν προφητῶν, οὐδεὶς κατὰ τῶν εὐαγγελίων, χωρὶς κινδύνου ἐποίησεν.

Ὥστε χρίσμα ἀπὸ πρεσβυτέρων μὴ γίνεσθαι.

ΦΟΡΤΟΥΝΑΤΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐν ταῖς παρελθούσαις συνόδοις μεμνήμεθα ὁρισθέντα, ὥστε χρίσμα ἢ καταλλαγὴν μετανοούντων ἢ κορῶν καθιέρωσιν ἀπὸ πρεσβυτέρων μὴ γίνεσθαι· ἐὰν δέ τις ἀναφυῇ τοῦτο πράττων, τί δεῖ περὶ τούτου ὁρίσαι; ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν. τὸ ὑμέτερον ἀξίωμα ἤκουσεν τὸ ἀνενεχθὲν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Φορτουνάτου· τί πρὸς ταῦτα λέγετε; ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· χρίσματος ποίησις, καὶ κορῶν καθιέρωσις, ἀπὸ πρεσβυτέρων μὴ γένηται· μήτε ἐν καταλλάξαι τινὰ εἰς δημοσίαν λειτουργίαν πρεσβυτέρῳ ἐξεῖναι, τοῦτο πᾶσι ἀρέσκει. ς'.

Περὶ τῆς τῶν ἐν κινδύνῳ καθεστώτων καταλλαγῆς.

ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν. ἐάν ζ'. τις ἐν κινδύνῳ καθεστὼς αἰτήσῃ ἑαυτὸν καταλλαγῆναι τοῖς ἱεροῖς μυστηρίοις, τοῦ ἐπισκόπου ἀπόντος, ὀφείλει εἰκότως ὁ πρεσβύτερος ἐρωτῆσαι τὸν ἐπίσκοπον, καὶ οὕτως τὸν ἐν κινδύνῳ καταλλάξαι κατὰ τὴν ἐκείνου παραγγελίαν· τοῦτο γὰρ τὸ πρᾶγμα ὀφείλομεν σωτηριώδει βουλῇ κυρῶσαι. Ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη, ἀρκεῖ ὅπερ ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ἀναγκαίως ἡμᾶς ὠφελῆσαι κατηξίωσεν.

Περὶ

Περὶ τῶν τοὺς πατέρας αἰτιωμένων· καὶ ὥστε μηδενὶ διαβεβλημένων ἐξεῖναι ἐπισκόπου κατηγορεῖν.

η'. ΝΟΥΑΔΙΟΣ ἐπίσκοπος Μαζουλιτάνος εἶπεν· εἰσὶ πολλοὶ οὐκ ἀγαθῆς ἀναστροφῆς, οἵτινες ἡγοῦνται τοὺς πατέρας καὶ ἐπισκόπους, ὡς ἔτυχεν, ὀφείλειν ἐνάγεσθαι· τοὺς τοιούτους δεῖ προσδέχεσθαι, ἢ μή; ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν. ἀρέσκει τοίνυν τῇ ἀγάπῃ ὑμῶν, τοὺς εἴς τινα μίση ἐμπεπλεγμένους, κατὰ πατέρων φωνὴν κατηγορείας ἀποτίθεσθαι. Ἐκ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· ἐὰν διαβέβληται ὁ τοιοῦτος, μὴ προσδεχθῇ.

De his, qui in accuſationem maioris natu veniunt: & vt Epiſcopum nulli criminoſo liceat accuſare.

NVMIDIVS Epiſcopus Maxulitanus dixit. Præterea ſunt quamplurimi non bonæ conuerſationis: qui exiſtimant maiores natu, vel Epiſcopos paſſim, vagéque in accuſationem pulſandos, debent tam facilè admitti necne? AVRELIVS Epiſcopus dixit. Placet igitur caritati veſtræ, vt is, qui aliquibus ſceleribus irretitus eſt, vocem aduerſus maiorem natu non habeat accuſandi. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Si criminoſus eſt, non admittatur, placet. VIII.

Περὶ τῶν κατ' ἀξίαν τῶν οἰκείων ἀτοπημάτων, ἐκ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ συλλόγου ἐκβαλλομένων.

θ'. ΑΥΓΟΥΣΤΙΝΟΣ ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς χώρας εἶπεν. τοῦτο ὁρίσαι καταξιώσατε, ὥστε τοὺς ἀξίως τῶν οἰκείων ἐγκλημάτων ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διωχθέντας, ἐάν τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος δέξηται εἰς κοινωνίαν, καὶ αὐτὸς ἔτι μὴν τῷ ἴσῳ ἐγκλήματι ὑπεύθυνος φανῇ ἅμα τοῖς τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου τὴν κανονικὴν ψῆφον ἀποφεύγουσιν. Ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· πᾶσιν ἀρέσκει.

De his, qui merito facinorum ſuorum ab Eccleſiæ congregatione pelluntur.

AVGVSTINVS Epiſcopus, legatus prouinciæ Numidiæ, dixit. Hoc ſtatuere dignamini, vt ſiqui fortè merito facinorum ſuorum ab Eccleſia pulſi ſunt, & ſiue ab aliquo Epiſcopo, vel preſbytero fuerint in communionem ſuſcepti, etiam ipſe pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugientes ſui Epiſcopi regulare iudicium. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet. IX.

Περὶ πρεσβυτέρων τῶν ἀπὸ τῶν οἰκείων καταγινωσκομένων ἐπισκόπων.

ι'. ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς χώρας εἶπεν. οὐκ ἐκεῖνο δεῖ παρεᾶσαι, ἵνα ἐάν τις τυχὸν πρεσβύτερος ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου καταγνωσθεὶς, φυσιότητί τινι καὶ ὑπερηφανίᾳ ἐπαρθεὶς, ἡγήσηται ὀφείλειν κεχωρισμένως ἅγια τῷ θεῷ προσφέρειν, ἢ ἄλλο ἀνορθοῦν θυσιαστήριον οἰηθείη κατὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως καὶ καταστάσεως· ὁ τοιοῦτος ἀτιμώρητος μὴ ἐξέλθῃ. ΒΑΛΕΝΤΙΝΟΣ ἐπίσκοπος τῆς πρώτης καθέδρας τῆς Νουμιδικῆς χώρας εἶπεν· ἀναγκαίως τῇ ἐκκλησιαστικῇ πίστει καὶ τάξει, σύμφωνά εἰσι τὰ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἀλυπίου προενεχθέντα· λοιπὸν τί δοκεῖ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ εἴπατε.

De presbyteris, qui à propriis corripiuntur Epiſcopis.

ALYPIVS Epiſcopus, legatus prouinciæ Numidiæ, dixit. Nec illud prætermittendum eſt, vt ſiquis fortè preſbyter ab Epiſcopo ſuo correptus, tumore, vel ſuperbia inflatus putauerit ſeparatim ſacrificia Deo offerenda, vel aliud erigendum altare contra Eccleſiaſticam fidem, diſciplinámque crediderit: non exeat impunitus. VALENTINVS primæ ſedis prouinciæ Numidiæ, dixit. Neceſſariò diſciplinæ Eccleſiaſticæ, & fidei congrua ſunt, quæ frater noſter Alypius proſecutus eſt, proinde quid videatur veſtræ dilectioni, edicite. X.

Siquis preſbyter contra Epiſcopum ſuum inflatus ſchiſma fecerit, anathema ſit.

XI. AB vniuerſis Epiſcopis dictum eſt. Siquis preſbyter à præpoſito ſuo correptus fuerit, debet vtique apud vicinos Epiſcopos conqueri, vt ab ipſis eius cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo Epiſcopo reconciliari: quod niſi fecerit, ſed ſuperbia (quod abſit) inflatus ſecernendum ſe ab Epiſcopi ſui communione duxerit, ac ſeparatim cum aliquibus ſchiſma faciens ſacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat, ac ſi querimoniam iuſtam aduerſus Epiſcopum non habuerit, inquirendum erit.

Siquis Epiſcopus abſque tempore ſynodi in crimine detentus fuerit, à XII. Epiſcopis audiatur.

XII. FELIX Epiſcopus dixit. Suggero ſecundùm ſtatuta veterum Conciliorum, vt ſiquis Epiſcopus (quod non optamus) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia neceſſitas non poſſe plurimos congregare: ne in crimine remaneat, à XII. Epiſcopis, & preſbyter à ſex Epiſcopis cum proprio ſuo Epiſcopo audiatur, & diaconus à tribus.

Vt non liceat Epiſcopum, niſi à plurimis ordinari: ſed ſi neceſſitas fuerit, vel à tribus ordinetur Epiſcopis.

XIII. AVRELIVS Epiſcopus dixit. Quid ad hæc dicit ſanctitas veſtra? Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt, à nobis veterum ſtatuta debere ſeruari, ſicuti & inconſulto Primate cuiuſlibet prouinciæ, tam facilè non præſumant multi congregati Epiſcopi Epiſcopum ordinare: niſi ſi neceſsitas fuerit, tres Epiſcopi, in quocunque loco ſint, eius præcepto ordinare debebunt Epiſcopum: & ſiquis contra ſuam profeſsionem, vel ſubſcriptionem venerit in aliquo, ipſe ſe honore priuabit.

Ἐάν τις πρεσβύτερος κατὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου φυσιωθεὶς σχίσμα ποιήσῃ, ἀνάθεμα ἔστω.

ΑΠΟ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· ἐάν ια'.
τις πρεσβύτερος ἐν τῇ διαγωγῇ αὐτοῦ καταγνωσθῇ, ὀφείλει ὁ τοιοῦτος τοῖς γειτνιῶσιν ἐπισκόποις προσαγγεῖλαι· ἵνα αὐτοὶ τοῦ πράγματος ἀκροάσωνται, καὶ δι' αὐτῶν τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ καταλλαγῇ. τοῦτο δὲ ἐὰν μὴ ποιήσῃ, ἀλλ', ὅπερ ἀπείη, ὑπερηφανίᾳ φυσιούμενος ἐκ τῆς τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου κοινωνίας ἑαυτὸν χωρίσῃ, καὶ κατ' ἰδίαν μετά τινων σχίσμα ποιῶν, ἁγίασμα τῷ θεῷ προσενέγκῃ· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα λογισθήτω, καὶ τὸν ἴδιον τόπον ἀπολεσάτω· σκοπουμένου, μή ποτε κατὰ τοῦ ἐπισκόπου μέμψιν ἔχοι δικαίαν.

Ἐάν τις ἐπίσκοπος χωρὶς καιροῦ συνόδου ἐγκλήματι περιβληθῇ, ὁ τοιοῦτος ἀκουσθῇ ἀπὸ δώδεκα ἐπισκόπων.

ΦΙΛΙΞ ἐπίσκοπος εἶπεν. ἀναφέρω ιβ'.
κατὰ τὰ ὁρισθέντα ἐκ τῶν παλαιῶν συνόδων· ἵνα ἐάν τις ἐπίσκοπος, ὅπερ ἀπείη, ἔν τινι ἐγκλήματι περιπέσῃ, καὶ γένηται πολλὴ ἀνάγκη τοῦ μὴ δύνασθαι πολλοὺς συναχθεῖν, διὰ τὸ μὴ ἀπομεῖναι αὐτὸν ἐν τῷ ἐγκλήματι, ἀπὸ δώδεκα ἐπισκόπων ἀκουσθῇ· καὶ ὁ πρεσβύτερος, ἀπὸ ἓξ ἐπισκόπων καὶ τοῦ ἰδίου· καὶ ὁ διάκονος, ἀπὸ τριῶν.

Περὶ τοῦ, μὴ ἐξεῖναι ἐπίσκοπον, εἰ μὴ ἀπὸ πολλῶν, χειροτονεῖσθαι· εἰ δὲ ἀνάγκη γένηται, καὶ ἀπὸ τριῶν ὁ ἐπίσκοπος χειροτονηθείη.

ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν· ἆρα πρὸς ιγ'.
ταῦτα λέγει ὑμῶν ἁγιωσύνη; ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· ὀφείλει... διὰ τὰ ὁρισθέντα ἐκ τῶν πρὸ ἡμῶν, φυλαχθῆναι· ὧν τινῶν ὡς ἔτυχεν ἀβούλως. οἱ προστεύοντες τῆς οἱασδήποτε ἐπαρχίας οὐ κατατολμῶσιν· πολλοὶ οὖν ἐπίσκοποι συναχθέντες, ἐπίσκοπον χειροτονήσουσιν. εἰ δὲ ἀνάγκη γένηται, τρεῖς ἐπίσκοποι ἐν οἱῳδήποτε ἂν τόπῳ ὦσι τῷ τοῦ προστεύοντος παραγγέλματι χειροτονήσουσι τὸν ἐπίσκοπον· καὶ ἐάν τις ἔν τινι ἐναντιωθῇ τῇ ἰδίᾳ ὁμολογίᾳ ἢ τῇ ὑπογραφῇ, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀποστερήσῃ τῆς τιμῆς.

Digitized by Google

Ὥστε ἀπὸ Τριπόλεως ἕνα ἐπίσκοπον εἰς τοποτηρησίαν ἐλθεῖν· καὶ ὥστε τὸν πρεσβύτερον ἐκεῖσε ἀπὸ πέντε ἀκούεσθαι ἐπισκόπων.

Vt de Tripoli vnus Epiſcopus in legationem veniat, & vt presbyter ibidem à quinque Epiſcopis audiatur.

ιδʹ. ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν ἀπὸ Τριπόλεως διὰ τὴν τῆς χώρας ἔνδειαν, ἕνα ἐπίσκοπον εἰς τοποτηρησίαν ἐλθεῖν, καὶ ἵνα ὁ πρεσβύτερος ἐκεῖσε, ἀπὸ πέντε ἀκούηται ἐπισκόπων· καὶ ὁ διάκονος ἀπὸ τριῶν, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται· τοῦ ἰδίου αὐτοῦ δηλονότι ἐπισκόπου προκαθημένου.

ITEM placuit de Tripoli, propter inopiam prouinciæ, vt vnus Epiſcopus in legationem veniat, & vt ibi preſbyter à quinque audiatur Epiſcopis, & diaconus à tribus, vt ſuperiùs memoratum eſt, proprio Epiſcopo reſidente. XIV.

Περὶ διαφόρων τάξεων τῇ ἐκκλησίᾳ δουλευουσῶν· ὥστε, ἐάν τις εἰς ἐγκληματικὸν πρᾶγμα περιπέσῃ, καὶ παραιτήσηται τὸ ἐκκλησιαστικὸν δικαστήριον, ὀφείλειν τὸν τοιοῦτον κινδυνεύειν· καὶ ὥστε τὰ τέκνα τῶν ἱερέων κοσμικοῖς θεωρίοις μὴ προσιέναι.

De diuerſis ordinibus Eccleſiæ ſeruientibus: vt ſi quis in cauſa criminis incurrerit, & abnuerit iudicium Eccleſiaſticum, debeat periclitari: & vt filij ſacerdotum ſpectacula ſæcularia non adeant.

ιεʹ. ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα ὅστις δήποτε τῶν ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων ἢ κληρικῶν, πράγματος αὐτοῦ ἐγκληματικοῦ ἢ πολιτικοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κινουμένου, ἐὰν παραιτούμενος τὸ ἐκκλησιαστικὸν δικαστήριον, δημοσίοις θελήσῃ καθαρθῆναι δικαστηρίοις, κἂν ὑπὲρ αὐτοῦ ἡ ψῆφος ἐκφωνηθῇ, ὅμως τὸν ἴδιον τόπον ἀπολέσῃ· καὶ τοῦτο μὲν ἐπὶ τοῦ ἐγκληματικοῦ· ἐπὶ δὲ τοῦ πολιτικοῦ, ἀπολέσῃ τὸ εἰς ὃ ἐνίκησεν, ἐὰν τὸν ἴδιον τόπον θελήσῃ κατέχειν. καὶ τοῦτό γε μὴν ἤρεσεν ὥστε ἐὰν ἀπὸ οἱωνδήποτε δικαστῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἐπὶ ἄλλους δικαστὰς ἐκκλησιαστικοὺς ἔχοντας μείζονα τὴν αὐθεντείαν ἔκκλητος γένηται, μηδὲν βλάπτεσθαι τούτοις ὧν ἡ ψῆφος λύεται· ἐὰν ἐλεγχθῆναι μὴ δυνηθῶσιν, ἢ κατ' ἔχθραν ἢ κατὰ προσπάθειαν δεδικακέναι, ἢ τινι χάριτι ὑποφθαρῆναι. ἐὰν δὲ κατὰ συναίρεσιν τῶν μερῶν ἐπιλεγέντες ὦσι δικασταί, εἰ καὶ ὀλιγώτεροι ἔσονται τῶν ὁρισθέντων, μὴ ἐξεῖναι ἐκκαλεῖσθαι. καὶ ὥστε τὰ τέκνα τῶν ἱερέων θεώρια κοσμικὰ μὴ ἐκτελεῖν μηδὲ θεωρεῖν· τοῦτο δὲ πᾶσι τοῖς Χριστιανοῖς ἀεὶ κεκήρυκται. ὥστε ὅπου βλασφημίαι εἰσί, μὴ προσιέναι.

ITEM placuit, vt quiſquis Epiſcoporum, preſbyterorum, & diaconorum, ſeu clericorum, cùm in Eccleſia ei fuerit crimen inſtitutum, vel ciuilis cauſa fuerit commota: ſi relicto Eccleſiaſtico iudicio, publicis iudiciis purgari voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat: & hoc in criminali actione: in ciuili verò perdat quod euicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit. Hoc etiam placuit, vt à quibuſcunque iudicibus Eccleſiaſticis ad alios iudices Eccleſiaſticos, vbi eſt maior auctoritas, fuerit prouocatum, non eis obſit quorum fuerit ſoluta ſententia, ſi conuinci non potuerint, vel inimico animo iudicaſſe, vel aliqua cupiditate, aut gratia deprauati. Sanè ſi ex conſenſu partium electi fuerint iudices, etiam à pauciore numero, quàm conſtitutum eſt, non liceat prouocari. Et vt filij ſacerdotum ſpectacula ſæcularia non exhibeant, ſed nec ſpectent, licèt hoc ſemper chriſtianis omnibus indictum ſit: & vbi blaſphemiæ ſunt, non accedant. XV.

Ὥστε μηδένα ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, ἐκλήψεις τινὰ λαμβάνειν· καὶ ὥστε τοὺς ἀναγνώστας γαμετὰς λαμβάνειν· καὶ ἵνα οἱ κληρικοὶ γυναικῶν ἀπέχωνται· καὶ ποίῳ

Vt nullus Epiſcopus, presbyter, & diaconus conductor exiſtat: & vt lectores vxores accipiant, & clerici abſtineant ab vſuris: & quo

tempore vel ipſi, vel virgines conſecrentur.

XVI. ITEM placuit, vt Epiſcopi, preſbyteri, & diaconi, non ſint conductores, aut procuratores, neque vllo turpi negotio & inhoneſto victum quærant, quia reſpicere debent ſcriptum eſſe: Nullus militans Deo implicet ſe negotiis ſæcularibus. Item placuit, vt lectores, cùm ad annos pubertatis peruenerint, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri. Item placuit, vt clericus, ſi commodauerit pecuniam, pecuniam accipiat: ſi ſpeciem, quantum dederit, accipiat, & vt ante XXV. annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines conſecrentur, & vt lectores populum non ſalutent.

1. Timoth. 2.

Vt vnaquæque prouincia propter longinquitatem primatem habeat proprium.

XVII. PLACVIT vt Mauritania Sitifenſis, vt poſtulauit, Primatem prouinciæ Numidiæ, ex cuius cœtu ſeparatur: vt ſuum habeat Primatem: quem conſentientibus omnibus Primatibus prouinciarum Africanarum, vel omnibus Epiſcopis, propter longinquitatem habere permiſſa eſt.

Siquis clericus ordinatur, moneri debet conſtituta ſeruare, & vt corporibus defunctorum Euchariſtia non detur, nec baptiſma, & vt per ſingulos annos per omnes prouincias ad Concilium Metropolitani conueniatur.

XVIII. ITEM placuit, vt ordinatis Epiſcopis, vel clericis priùs ab ordinatoribus ſuis placita Conciliorum auribus eorum inculcentur: ne ſe aliquid contra ſtatuta Concilij feciſſe pœniteant. Item placuit, vt corporibus defunctorum Euchariſtia non detur, ſcriptum eſt enim, accipite & edite: cadauera autem nec accipere poſſunt, nec edere, & ne iam mortuos homines baptizari faciat preſbyterorum ignauia: pro qua re confir-

δεῖ χειρῷ ἢ αὐτοὺς, ἢ τὰς παρθένους καθιερεῦσθαι.

ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν ἵνα ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, ἐκλήπτορες μὴ γίνωνται, ἢ προκουράτορες, μηδὲ ἔκ τινος αἰσχροῦ ἢ ἀτίμου πράγματος τροφὴν πορίζονται. ὀφείλουσι γὰρ ἀποβλέψαι εἰς τὸ γεγραμμένον· οὐδεὶς στρατευόμενος τῷ θεῷ, ἐμπλέκει ἑαυτὸν πράγμασι κοσμικοῖς. ἤρεσεν, ὥστε τοὺς ἀναγνώστας εἰς τὸν καιρὸν τῆς ἥβης ἐρχομένους, ἀναγκάζεσθαι, ἢ συμβίους ἀγαγέσθαι, ἢ ἐγκράτειαν ὁμολογεῖν. Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα κληρικὸς, ἐὰν χρήματα δῷ ἐν χρήσει, τὰ χρήματα λάβῃ· ἐὰν εἶδος, ὅσον δέδωκε, λάβῃ. καὶ ἵνα πρὸ τῶν εἰκοσιπέντε ἐνιαυτῶν, μήτε διάκονοι χειροτονῶνται· ἀλλὰ οἱ ἀναγνῶσται, τὸν δῆμον μὴ προσκυρῶσιν. ιϛ'.

Ὥστε ἑκάστην ἐπαρχίαν διὰ τὸ μακρόδαπες πρωτεύοντα ἔχειν ἴδιον.

ΗΡΕΣΕΝ, ἵνα ἡ Μαυριτανία Σιτιφένσης, ὡς ᾔτησεν, τὸν πρωτεύοντα τῆς Νουμιδικῆς χώρας, ἧς τινος ἐκ τῆς συνόδου κεχώρισται, ἴδιον ἔχῃ πρωτεύοντα συναινέσει πάντων τῶν πρωτευόντων τῶν Ἀφρικανῶν ἐπαρχιῶν, καὶ πάντων ἐπισκόπων, διὰ τὸ μακρόδαπες, ἔχειν ἐπετράπη. ιζ'.

Ἐάν τις κληρικὸς χειροτονῆται, ὀφείλει ὑπομιμνήσκεσθαι τοὺς ὅρους φυλάττειν· καὶ ἵνα τοῖς σώμασι τῶν ἀποθανόντων εὐχαριστία μὴ δίδωται, μηδὲ βάπτισμα· καὶ ἵνα καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν εἰς πάσας τὰς ἐπαρχίας πρὸς σύνοδον οἱ μητροπολῖται ἔρχωνται.

ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ὥστε χειροτονουμένου ἐπισκόπου ἢ κληρικοῦ, πρότερον ἀπὸ τῶν χειροτονούντων αὐτοὺς τὰ δεδογμένα ταῖς συνόδοις εἰς τὰς ἀκοὰς αὐτῶν ἐντίθεσθαι· ἵνα μὴ ποιοῦντες κατὰ τῶν ὅρων τῆς συνόδου μεταμεληθῶσιν. Ομοίως ἤρεσεν, ἵνα τοῖς σώμασι τῶν τελευτώντων εὐχαριστία μὴ δοθῇ· γέγραπται γὰρ, λάβετε, φάγετε. τὰ δὲ τῶν νεκρῶν σώματα, οὐδὲ λαβεῖν δύναται, οὐδὲ φαγεῖν. καὶ, ἵνα μὴ τοὺς ἤδη τελευτῶντας βαπτισθῆναι ποιήσῃ ἡ τῶν πρεσβυτέρων ἄγνοια. διὸ βεβαιό- ιη'.

περὶ ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὥστε κατὰ τοὺς ἐν Νικαίᾳ ὅρους διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς αἰτίας, αἵ τινες πολλάκις πρὸς ὄλεθρον τοῦ λαοῦ παλαιοῦνται, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν σύνοδον συγκαλεῖσθαι, πρὸς ἣν πάντες οἱ τῶν ἐπαρχιῶν τὰς πρώτας καθέδρας ἐπέχοντες, ἐκ τῶν οἰκείων συνόδων, δύο ἢ καὶ ὅσους ἐπιλέξονται ἐπισκόπους τοποτηρητὰς ἀποστείλωσιν· ἵνα ἐν τῇ συναχθείσῃ συνελεύσει, πλήρης εἶναι δυνηθῇ ἡ αὐθεντεία.

Ὥστε ἐπισκόπου κατηγορουμένου, πρὸς τὸν πρωτεύοντα τῆς αὐτοῦ ἐπαρχίας τὸ πρᾶγμα ἀνενεχθῆναι.

ιθ'. ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν. Ἐάν τις τῶν ἐπισκόπων κατηγορῆται, παρὰ τοῖς τῆς αὐτοῦ χώρας πρωτεύουσιν ὁ κατήγορος ἀναγάγῃ τὸ πρᾶγμα, καὶ μηδὲ ἀπὸ τῆς κοινωνίας κωλυθῇ ὁ κατηγορούμενος· εἰ μὴ δέον πρὸς ἀπολογίαν ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐπιλεγέντων δικάζειν, γράμμασιν προσκληθεὶς, τῇ ὡρισμένῃ ἡμέρᾳ οὐδαμῶς ἀπαντήσοι, τοῦτ' ἔστιν, ἐντὸς προθεσμίας μηνὸς ἀφ' ἧς ἡμέρας φανείη τὰ γράμματα δεξάμενος· ἐὰν δὲ ἀληθεῖς τινὰς καὶ ἀναγκαστικὰς αἰτίας ἀποδείξῃ τὰς αὐτὸν κωλυσάσας ἀπαντῆσαι πρὸς ἀπολογίαν τῶν κατ' αὐτοῦ προτεθέντων, ἐντὸς ἑτέρου μηνὸς ἀκεραίαν ἐχέτω εὐχέρειαν· μετὰ δὲ τὸν δεύτερον μῆνα μὴ κοινωνήσῃ, ἕως οὗ καθαρὸς ἀποδειχθείη. Εἰ δὲ πρὸς σύμπασαν τὴν ἐτησίαν σύνοδον ἀπαντῆσαι μὴ βουληθείη, ἵνα κἂν ἐκεῖ τὸ πρᾶγμα αὐτοῦ περαιωθῇ, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὴν καταδίκης τὴν ψῆφον ἐκπεφωνηκέναι κριθήσεται. ἐν δὲ τῷ καιρῷ ᾧ οὐ κοινωνεῖ, μηδὲ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ, μηδὲ ἐν παροικίᾳ κοινωνήσῃ· ὁ δὲ τούτου κατήγορος, ἐὰν μηδαμοῦ ἀπολειφθείη ἐν αἷς ἡμέραις γυμνάζεται τὰ τοῦ πράγματος, μηδαμῶς κωλυθῇ ἀπὸ τῆς κοινωνίας· ἐὰν δέ ποτε ἐλλείψῃ ἑαυτὸν ὑποσύρας, ἀποκατασταθέντος τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, αὐτὸς ἀπὸ τῆς κοινωνίας ἐκβληθῇ ὁ κατήγορος· οὕτως μέν τοι, ὡς μὴ καὶ τὴν εὐχέρειαν αὐτῷ ἀφαιρεῖσθαι τῆς κατηγορίας τοῦ πράγματος, ἐὰν δυνηθῇ ἀποδεῖξαι κατὰ τὴν προθεσμίαν, οὐχὶ μὴ τεθεληκέναι, ἀλλὰ μὴ δεδυνῆσθαι ἀπαντῆσαι· ἐκείνου δήλου ὄντος, ὡς ἐν τῷ κινεῖσθαι τὰ τοῦ πράγματος ἐν τῷ τῶν ἐπισκόπων δικαστηρίῳ· ἐὰν διαβέβληται τὸ πρόσωπον τοῦ κατηγόρου, μὴ προσδεχθῇ εἰς

mandum eſt in hac ſancta Synodo, vt ſecundùm Nicæna ſtatuta, propter cauſas Eccleſiaſticas, quæ ad perniciem plebium ſæpe veteraſcunt, ſingulis quibuſque annis Concilium conuocetur, ad quod omnes prouinciæ, quæ primas ſedes habent, de Conciliis ſuis binos, aut quantos delegerint, Epiſcopos legatos mittant: vt congregato conuentu plena poſſit eſſe auctoritas.

Vt ſi quis Epiſcopus accuſatur, ad Primatem ipſius prouinciæ cauſa deferatur.

AVRELIVS Epiſcopus dixit. XIX. Quiſquis Epiſcoporum accuſatur, ad Primatem prouinciæ ipſius cauſam deferat accuſator, nec à communione ſuſpendatur, cui crimen intenditur: niſi ad cauſam ſuam dicendam electorum iudicum die ſtatuta literis euocatus minimè occurrerit, hoc eſt infra ſpatium menſis, ex ea die, qua cum literas accepiſſe conſtiterit: quòd ſi aliquas veras neceſſitatis cauſas probauerit, quibus eum occurrere non potuiſſe manifeſtum ſit, cauſæ dicendæ intra alterum menſem integram habeat facultatem: verùm tamdiu poſt menſem ſecundum non communicet, donec purgetur. Si autem ad Concilium vniuerſale anniuerſarium occurrere noluerit, vt vel ibi cauſa eius terminetur: ipſe in ſe damnationis ſententiam dixiſſe iudicetur, tempore ſanè, quo non communicat, nec in ſua Eccleſia, vel parœcia communicet. Accuſator autem eius, ſi nunquam diebus cauſæ dicendæ defuerit, à communione non remoueatur: ſi verò aliquando defuerit ſubtrahens ſe, reſtituto in communione Epiſcopo, ipſe remoueatur à communione accuſator: ita tamen, vt nec ipſi adimatur facultas cauſæ peragendæ, ſi ſe ad diem occurrere non noluiſſe, ſed non potuiſſe probauerit. Placuit illud verò, vt cùm agere cœperit in Epiſcoporum iudicio, ſi fuerit accuſatoris perſona culpabilis, ad arguendum non

admittatur, niſi proprias cauſas, non tamen Eccleſiaſticas, aſſerere voluerit.

De presbyteris, vel clericis accuſatis.

rentur, ſecundò vel tertiò requiſiti: propterea cenſuit ſanctum Concilium, vt literæ ad eundem ſenem Xantippum prærogentur; quo nouerit voluntati plebis memoratæ nullo modo iniuriam Epiſcopi ſuccumbendum. MAVRENTIVS Epiſcopus dixit. Quoniam requiſiti ſunt ſeniores à noua Germania ſecundò, ac tertiò, & non ſunt inuenti, quibus præceptum erat à Primate, vt occurrerent ad venerabile Concilium, quod nunc agitur Idibus Iuniis, ſui abſentiam procurarunt, iccirco decernat ex hac re aliquid ſanctitas veſtra, ne ſub moleſtia calumniæ ipſorum, innocens videar laborare. Concilium ſanctum ſtatuit, debuiſſe quidem ſecundùm cenſuram ſacerdotalem ex hoc Concilio aduerſus contumaces ferri ſententiam: ſed quia manſuetudo Eccleſiaſtica ſeruanda eſt in omnibus cauſis, promiſſæ ſunt literæ ad ſenem Xantippum, vt nouerit iudices de Concilio electos ſine dilatione conſiderare debere in ciuitate Thuburſicenſi, vt negotio congruum adhibeatur examen. MAVRENTIVS Epiſcopus dixit. Iudices peto ſanctum ſenem Xantippum, ſanctum Auguſtinum, Florentium, Theaſium, Sanſutium, Secundum, & Poſſidium, hos decerni mihi iubeatis. Sanctum Concilium conceſſit iudices poſtulatos, reliquos autem iudices ad complendum numerum neceſſarios, eligentibus ipſis ſenioribus à noua Germania ſenex Xantippus curauit decernere.

De pacificandis Eccleſiis Romana, & Alexandrina.

PLACVIT etiam, vt de diſſenſione Romanæ, atque Alexandrinæ Eccleſiæ ad ſanctum Papam Innocentium ſcribatur, quo vtraque Eccleſia intra ſe pacem, quam præcepit Dominus, teneat. CI.

De his qui vxores, aut quæ viros dimittunt, vt ſic maneant.

PLACVIT, vt ſecundùm Euangelicam, & Apoſtolicam diſci- CII.

Matth. 5. 1. Cor. 7. plinam, neque dimiſſus ab vxore, neque dimiſſa à marito, alteri coniungatur, ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur: quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur, in qua cauſa legem imperialem petendam promulgari.

De precibus ad altare dicendis.

CIII. PLACVIT etiam hoc, vt preces, quæ probatæ fuerint in Concilio, ſiue præfationes, ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones, ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino contra fidem præferantur, ſed quæcunque à prudentioribus fuerint collectæ, dicantur.

De his, qui publicorum iudiciorum cognitionem ab Imperatore popoſcerint.

CIV. PLACVIT, vt quicunque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur: ſi autem Epiſcopale iudicium ab Imperatore poſtularit, nihil ei obſit.

De his, qui cùm in Africa non communicant, voluerint trans mare ſubrepere.

CV. QVICVNQVE autem non communicans in Africa, in tranſmarinis ad communicandum obrepſerit, iacturam clericatus excipiat.

Vt pergentes ad comitatum cauſam ſuam, vel Carthaginenſi, vel Romano Pontifici inſinuare procurent.

CVI. PLACVIT, vt quicunque ad comitatum ire voluerit, in formata, quæ ad vrbis Romæ Eccleſiam mittitur, intimetur: vt inde etiam ad comitatum formatam accipiat. Quòd ſi accipiens ad Romanam tantummodo formatam, & tacens neceſſitatem, qua ad comitatum illi pergendum eſt, voluerit etiam ad comitatum pergere, à communione remoueatur.

μήτε ὁ ἀπὸ γυναικὸς ἐαθεὶς, μήτε ἡ ἀπὸ ἀνδρὸς καταλειφθεῖσα, ἑτέρῳ συζευχθῇ, ἀλλ' ἢ οὕτως μείνωσιν, ἢ ἑαυτοῖς καταλλαγῶσιν, ὅπερ ἐὰν καταφρονήσωσι, πρὸς μετάνοιαν καταναγκασθῶσιν. ἐν ᾧ πράγματι νόμον βασιλικὸν ἐκτεθῆναι χρεὼν αἰτῆσαι.

Περὶ τῶν πρὸς τὸ θυσιαστήριον ὀφειλουσῶν λέγεσθαι ἱκεσιῶν.

ΗΡΕΣΕΝ καὶ τοῦτο, ὥστε τὰς κεκυρωμένας ἐν τῇ συνόδῳ ἱκεσίας, εἴτε προοίμια, εἴτε παραθέσεις, εἴτε τὰς τῆς χειρὸς ἐπιθέσεις ἀπὸ πάντων ἐπιτελεῖσθαι, καὶ παντελῶς ἄλλας κατὰ τῆς πίστεως μηδέποτε προσφέρεσθαι· ἀλλ' αἵτινες δήποτε ἀπὸ τῶν συνετωτέρων συνηχθῆσαν, λεχθήσονται. ργ'.

Περὶ τῶν τὴν διάγνωσιν τῶν δημοσίων δικαστηρίων ἀπὸ τοῦ βασιλέως αἰτουμένων.

ΗΡΕΣΕΝ, ἵνα ὁστισδήποτε ἀπὸ τοῦ βασιλέως διάγνωσιν δημοσίων δικαστηρίων αἰτήσοι, τῆς ἰδίας τιμῆς στερηθείη· ἐὰν δὲ κρίσιν ἐπισκοπικὴν ἀπὸ τοῦ βασιλέως αἰτήσοι, μηδὲν αὐτῷ ἐμποδίσοι. ρδ'.

Περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ μὴ κοινωνούντων, καὶ θελόντων πέραν τῆς θαλάσσης ὑποσυρῆναι.

ΟΣΤΙΣΔΗΠΟΤΕ μὴ κοινωνῶν ἐν τῇ Ἀφρικῇ, εἰς τὰ περατικὰ πρὸς τὸ κοινωνεῖν ὑφαρπάσει, τὴν ζημίαν τῆς κληρώσεως ἀναδέξεται. ρε'.

Ἵνα οἱ ἐπὶ τὸ κομιτᾶτον πορευόμενοι, τὴν αἰτίαν ἑαυτῶν καὶ τῷ ἐν Καρχηδόνι, καὶ τῷ Ῥωμαϊκῷ ἱερεῖ σπουδάσωσιν ἐμφανίσαι.

ΗΡΕΣΕΝ, ἵνα ὁστισδήποτε πρὸς τὸ κομιτᾶτον πορευθῆναι θελήσοι, ἐν τῇ ἀπολυτικῇ τῇ ἐπὶ τῇ ἐκκλησίᾳ Ῥώμης πεμπομένῃ κατάδηλος γένηται, καὶ ἵνα ἐκεῖθεν ἔτι μίαν ἀπολυτικὴν λάβῃ ἐπὶ τὸ κομιτᾶτον. εἰ δὲ ἐὰν ὁ λαβὼν ἀπολυτικὴν πρὸς τὴν Ῥώμην μόνον, σιωπήσας τὴν ἀνάγκην, δι' ἣν εἰς τὸ κομιτᾶτον αὐτὸν χρὴ πορευθῆναι, θελήσῃ εὐθέως εἰς τὸ κομιτᾶτον βαδίσαι, ἀποκινηθῇ τῆς κοινωνίας. ρϛ'.

ἐὰν δὲ ἐκεῖσε ἐν τῇ Ῥώμῃ αἰφνιδία ἀνάγκη ἀναφυῇ τοῦ ἀπελθεῖν εἰς τὸ κομιτάτον, ἐμφανίσῃ αὐτὴν τὴν ἀνάγκην τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης, καὶ παρακομίσῃ ἀντίγραφον τοῦ αὐτοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου. αἱ ἀπολυτικαὶ δὲ αἱ ἀπὸ τῶν πρωτευόντων, ἢ τῶν οἱωνδήποτε ἐπισκόπων, τοῖς ἰδίοις κληρικοῖς διδόμεναι, ἔχωσι τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα· ἐὰν δὲ ἀκμὴν ἡμέρα τοῦ πάσχα τοῦ αὐτοῦ ἐνιαυτοῦ κατάδηλος οὐκ ἔστιν, ἡ τοῦ προηγησαμένου προσζευχθείη· ὃν τρόπον εἴωθε μετὰ τὴν ὑπατείαν γράφεσθαι ἐν τοῖς δημοσίοις πεπραγμένοις. Ηρεσεν κἀκεῖνο, ὥστε κατὰ τῶν Δονατιστῶν, καὶ τῶν ἑλλήνων, καὶ τῆς θρησκείας αὐτῶν, τοὺς πεμφθέντας τοποτηρητὰς ἐκ τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου πᾶν ὁτιοῦν χρήσιμον συνίδωσιν, ἐκ τῶν ἐνδοξοτάτων αἰτήσασθαι βασιλέων. Ηρεσεν ἔτι μὴν τῇ αἰτήσει πάντων τῶν ἐπισκόπων, ἵνα πάσαις ταῖς ὀφειλούσαις δοθῆναι ἐκ τῆς συνόδου ἐπιστολαῖς, ἡ σὴ ἁγιωσύνη μόνη ὑπογράφῃ. Καὶ ὑπέγραψαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, τῷ παρόντι ψηφίσματι συνήνεσα, καὶ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα.

Quòd ſi ibi Romæ ei repentina neceſſitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud Epiſcopum vrbis Romæ ipſam neceſſitatem, & de hoc reſcripta eiuſdem Romani Epiſcopi perferat. Formatæ autem, quæ à Primatibus, vel à quibuſcunque Epiſcopis clericis propriis dantur, habeant diem Paſchæ, quòd ſi adhue eiuſdem anni Paſchæ dies incertus eſt, ille præcedens adiungatur, quomodo ſolet poſt Conſulatum in publicis geſtis adſcribi. Placuit & illud: vt aduerſus Donatiſtas, & paganos, vel eorum ſuperſtitiones legati miſſi de hoc glorioſo Concilio quicquid vtile peruiderint, de glorioſiſſimis Principibus impetrent. Placuit etiam petitu omnium Epiſcoporum, vt epiſtolis omnibus de Concilio dandis ſanctitas tua ſola ſubſcribat. Et ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi: ſimiliter & cæteri Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Σύνοδος κατὰ τῶν ἑλλήνων καὶ τῶν αἱρετικῶν.

Concilium contra paganos, & hæreticos.

ΕΠΙ Βάσσου καὶ Φιλίππου, τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων, τῇ πρὸ ἓξ καὶ δεκάτῃ καλανδῶν ἰουλίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς ῥεστιτούτης ἐκκλησίας.

BAsso, & Philippo VV.CC. Coſſ. XVI. Kal. Iulias Carthagine, in ſecretario baſilicæ reſtitutæ, in hoc Concilio legationem iterum ſuſcepit Fortunatianus Epiſcopus contra paganos, & hæreticos. CONCILIUM CARTHAGINENSE. CCCCVIII.

* * * * *

* * * *

* * * * *

Εν ταύτῃ τῇ συνόδῳ πρεσβείαν ἀνεδέξαντο Ῥεστίτουτος καὶ Φλορέντιος οἱ ἐπίσκοποι, κατὰ τῶν ἑλλήνων καὶ τῶν αἱρετικῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, καθ' ὃν Σεβῆρος καὶ Μακάριος ἀνῃρέθησαν· καὶ διὰ τὴν τούτων αἰτίαν Εὐόδιος, Θεάσιος, καὶ Βίκτωρ, οἱ ἐπίσκοποι ἐσφράγησαν.

Item Concilium contra paganos, & hæreticos.

BAsso, & Philippo VV.CC. Coſſ. III. Idus Octobris Carthagine, in ſecretario baſilicæ reſtitutæ. In hoc Concilio ſuſceperunt legationem Reſtitutus, & Florentius Epiſcopi, contra paganos & hæreticos eo tempore, quo Seuerus & Macarius occiſi ſunt, & propter eorum cauſam Euodius, Theaſius, & Victor Epiſcopi cæſi ſunt. CONCILIUM CARTHAGINENSE. CCCCVIII.

Concilium de cognitione Epiſcopi.

CONCILIVM CARTHAGINENSE. CCCCIX. GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Honorio VII. & Theodoſio III. AA. Coſſ. XVII. Kal. Iulias Carthagine in baſilica regionis ſecundæ. In hoc Concilio placuit, vt non ſibi vnus Epiſcopus vindicet cognitionem. Geſta huius Concilij ideo non deſcripſi, quoniam prouinciale, non vniuerſale celebratum eſt.

Σύνοδος περὶ διαγνώσεως ἐπισκόπου.

ΕΠΙ τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ὁνωρίου τὸ ἕβδομον, καὶ Θεοδοσίου τὸ τρίτον, τῶν αὐγούστων ὑπάτων, τῇ πρὸ ἑπτακαιδεκάτῃ καλανδῶν ἰουλίων, εἰς Καρχηδόνα ἐν τῇ Σεκούνδου ἐκκλησίᾳ. Εἰς ταύτην τὴν σύνοδον ἤρεσεν, ὥστε ἕνα ἐπίσκοπον μὴ ἐκδικεῖν ἑαυτοῦ διάγνωσιν. Τὰ πεπραγμένα τῆς παρούσης συνόδου διὰ τοῦτο οὐκ ἐγράφη, ἐπειδὴ ἐπιχωρείως καὶ οὐ κατὰ κοινοῦ ἐπετελέσθη.

Concilium contra Donatiſtas.

CONCILIVM CARTHAGINENSE. CCCCX. POST Conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum Honorij VIII. & Theodoſij IV. AA. XVIII. Kal. Iulias Carthagine in baſilica regionis ſecundæ. In hoc Concilio legationem ſuſceperunt contra Donatiſtas Florentius, Poſſidius, Præſidius, & Benenatus Epiſcopi eo tempore, quo lex data eſt, vt libera voluntate quis cultum Chriſtianitatis exciperet.

Σύνοδος κατὰ τῶν Δονατιστῶν.

ΜΕΤΑ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ὁνωρίου τὸ ὄγδοον, καὶ Θεοδοσίου τὸ τέταρτον, τῶν αὐγούστων, πρὸ ὀκτωκαιδεκάτῃ καλανδῶν ἰουλίων, ἐν Καρχηδόνι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ κλήματος Σεκούνδης. Εν ταύτῃ τῇ συνόδῳ τοποτηρησίαν ἐδέξαντο κατὰ τῶν Δονατιστῶν, Φλωρέντιος, Ποσσίδιος, Πραισίδιος, καὶ Βενάντιος, οἱ ἐπίσκοποι. Εν τούτῳ τῷ καιρῷ νόμος ἐδόθη, ἵνα ἐλευθέρᾳ προαιρέσει ἕκαστος τῆς χριστιανότητος τὴν αὔξησιν ἀναδέξηται.

Concilium contra hæreſim Pelagij & Celeſtij.

CVIII. CONCILIVM CARTHAGINENSE. CCCCXVIII. GLORIOSISSIMIS Imperatoribus Honorio XII. & Theodoſio VIII. Coſſ. Kalend. Maias Carthagine in ſecretario baſilicæ Fauſti, cùm Aurelius Epiſcopus in Vniuerſali Concilio conſediſſet, adſtantibus diaconis: placuit omnibus Epiſcopis, quorum nomina, & ſubſcriptiones inditæ ſunt, in ſancta ſynodo Carthaginenſis Eccleſiæ conſtitutis.

Σύνοδος κατὰ τῆς αἱρέσεως Πελαγίου καὶ Κελεστίου.

ΕΠΙ τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάτων Ὁνωρίου τὸ δωδέκατον, καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον τῶν αὐγούστων, καλάνδαις μαΐαις, εἰς Καρχηδόνα ἐν τῷ σηκρήτῳ τῆς Φαύστου ἐκκλησίας, Αὐρηλίου τοῦ ἐπισκόπου συμπάσῃ τῇ συνόδῳ προκαθίσαντος, παρεστώτων τῶν διακόνων, ἤρεσεν πᾶσι τοῖς ἐπισκόποις τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, ἁγίᾳ συνόδῳ καθεστῶσιν, ὧν τὰ ὀνόματα καὶ αἱ ὑπογραφαὶ ἐνετέθησαν. ρη'.

Quòd Adam non ſit factus à Deo mortalis.

CIX. VT quicunque dixerit, Adam primum hominem mortalem factum ita, vt ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit.

Ὅτι Αδὰμ θνητὸς ἀπὸ τοῦ θεοῦ οὐκ ἐγένετο.

ΙΝΑ ὅστις λέγῃ τὸν Αδὰμ τὸν πρωτόπλαστον ἄνθρωπον, θνητὸν γενόμενον οὕτως, ὡς εἴτε ἁμαρτήσει, εἴτε μὴ ἁμαρτήσει, τεθνηξόμενον ἐν τῷ σώματι, τουτέστιν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ σώματος μὴ τῇ ἀξίᾳ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τῇ ἀνάγκῃ τῆς φύσεως, ἀνάθεμα ἔστω. ρθ'.

Quòd paruuli in peccatorum remiſſionem baptizentur.

CX. ITEM placuit, vt quicunque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in

Ὅτι τὰ μικρὰ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίζονται.

ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα ὅστισδήποτε τὰ μικρὰ καὶ νεογέννητα ἐκ τῶν γαστέρων τῶν μητέρων βαπτιζόμενα ἀρνεῖται, ἢ λέγει εἰς ρι'.

ἄφεσιν ἁμαρτιῶν αὐτὰ βαπτίζεσθαι, μηδὲν δὲ ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ἕλκειν προγονικῆς ἁμαρτίας τὸ ὀφεῖλον καθαρθῆναι τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας (ὅθεν γίνεται ἀκόλουθον, ὅτι ἐν τούτοις ὁ τύπος τοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίσματος οὐκ ἀληθὴς, ἀλλὰ πλαστὸν νοεῖται) ἀνάθεμα εἴη· ἐπεὶ οὐκ ἄλλως δεῖ νοῆσαι τὸ εἰρημένον τῷ ἀποστόλῳ· δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος· καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους διῆλθεν, τῷ πάντες ἥμαρτον· εἰ μὴ ὃν τρόπον ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, ἡ πανταχοῦ διακεχυμένη τε καὶ ἡ πλανωμένη ἀεὶ ἐνόησεν. διὰ γὰρ τὸν κανόνα τοῦτον τῆς πίστεως, καὶ οἱ μικροὶ ἔτι μὴν οἱ μηδὲν ἁμαρτημάτων εἰς ἑαυτοὺς ἔτι μὴν πλημμελεῖν δυνάμενοι, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἀληθινῶς βαπτίζονται, ἵνα καθαρθῇ ἐν αὐτοῖς διὰ τῆς παλιγγενεσίας, ὅπερ εἵλκυσαν ἐκ τῆς ἀρχαιογονίας.

Ὅτι ἡ τοῦ θεοῦ χάρις οὐ μόνον ἄφεσιν χαρίζεται ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ βοήθειαν παρέχει τοῦ μηκέτι ἁμαρτάνειν.

ρια'. ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα ὁστισδήποτε εἴποι τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, ᾗ τινι δικαιοῦται διὰ Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, πρὸς μόνην ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἰσχύειν τῶν ἤδη πεπλημμελημένων, καὶ μὴ παρέχειν ἔτι μὴν βοήθειαν πρὸς τὸ μὴ ἕτερα πλημμελεῖσθαι, ἀνάθεμα εἴη.

Ὅτι ἡ χάρις τοῦ θεοῦ οὐ μόνον γνῶσιν παρέχει, ὡς δεῖ πράττειν, ἀλλὰ καὶ ἀγάπην ἔτι μὴν ἐμπνέει ἡμῖν, ἵνα ὃ ἐπιγινώσκωμεν, καὶ πληρῶσαι ἰσχύσωμεν.

ριβ'. ΟΜΟΙΩΣ ὁστισδήποτε εἴποι τὴν αὐτὴν χάριν τοῦ θεοῦ τὴν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν εἰς τοῦτο μόνον ἡμῖν βοηθεῖν, πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, ὅτι δι' αὐτῆς ἡμῖν ἀποκαλύπτεται καὶ φανεροῦται ἡ γνῶσις τῶν ἁμαρτημάτων, ὥστε γινώσκειν ἃ δεῖ ἐπιζητεῖν, καὶ ἃ δεῖ ἐκκλίνειν, οὐ μὴν δι' αὐτῆς ἡμῖν παρέχεται, ἵνα ὅπερ γνῶμεν ποιητέον, καὶ ποιῆσαι ἔτι μὴν ἀγαπήσωμεν καὶ ἰσχύσωμεν, ἀνάθεμα εἴη. τοῦ γὰρ ἀποστόλου λέ-
» γοντος, ὅτι ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδο-
» μεῖ, ἀσεβὲς πάνυ ἐστὶ πιστεύειν, πρὸς μὲν τὸ

remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur, vnde ſit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum non vera, ſed falſa intelligatur, anathema ſit: quoniam non aliter intelligendum eſt, quod ait Apoſtolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt: niſi quemadmodum Eccleſia Catholica vbique diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam paruuli qui nihil peccatorum in ſeipſis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remiſſionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod genetatione traxerunt.

Quòd gratia Dei non ſolùm remiſſionem tribuit peccatorum, ſed etiam præſtat adiutorium, ne peccetur.

ITEM placuit, vt quicunque dixerit gratiam Dei, qua iuſtificatur homo per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema ſit. CXI.

Quòd gratia Chriſti non ſolùm ſcientiam tribuit quid agamus, ſed etiam dilectionem nobis inſpirat, vt quod ſcimus, implere valeamus.

ITEM quiſquis dixerit, eandem gratiam Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, propter hoc tantùm nos adiuuare ad non peccandum: quia per ipſam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus quid appetere, quid vitare debemus, etiam facere diligamus, non autem per illam nobis præſtari, vt quod faciendum cognouerimus, agere valeamus, anathema ſit. Cùm enim dicat Apoſtolus: Scientia inflat, caritas verò ædificat: valde impium 1. Cor. 8.
eſt, vt credamus ad eam, quæ in-

flar, nos habere gratiam Chriſti, & ad eam, quæ ædificat, non habere, cùm ſit vtrumque donum Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus, vt ædificante caritate ſcientia nos non poſſit inflare. Sicut autem de Deo
Pſal. 93.10. ſcriptum eſt, qui docet hominem ſcientiam, ita etiam ſcriptum eſt,
1. Ioan. 4. caritas ex Deo eſt.

Quòd ſine Dei gratia nihil boni poſſimus implere.

CXIII. ITEM placuit, vt quicunque dixerit ideo nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, faciliùs poſſimus implere per gratiam, tanquam & ſi gratia non daretur, non quidem facilè, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa implere diuina mandata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait: Sine me difficiliùs poteſtis facere: ſed ait: Sine me nihil poteſtis facere.

Quòd non ſolùm humilis, ſed & verax ſanctorum vox iſta eſt: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus.

CXIV. ITEM placuit, quod ait ſanctus
1. Ioan. 1. Ioannes Apoſtolus: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Quiſquis ſic accipiendum putauerit, vt dicat, propter humilitatem oportere dici, nos habere peccatum, non quia verè ita eſt, anathema ſit. Sequitur enim Apoſtolus, & adiungit: Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi ſatis apparet, hoc non tantùm humiliter, ſed etiam veraciter dici. Poterat enim Apoſtolus dicere; ſi dixerimus, non habemus peccatum, nos ipſos extollimus, & humilitas in nobis non eſt: ſed cùm ait, nos ipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt, ſatis oſtendit, eum, qui dixerit ſe non habere peccatum, non verum loqui, ſed falſum.

φυσιοῦν ἡμᾶς ἔχειν τὴν χάριν τοῦ Χριστοῦ, πρὸς δὲ οἰκοδομεῖν μὴ ἔχειν· ὁπότερον ἑκάτερον δῶρόν ἐστι τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ εἰδέναι τί ποιεῖν δεῖ, καὶ τὸ ἀγαπᾶν ὃ δεῖ ποιεῖν· ἵνα τῆς ἀγάπης οἰκοδομούσης, ἡ γνῶσις φυσιοῦν μὴ δυνηθῇ. ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ θεοῦ γέγραπται, ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν, οὕτως ἔτι μὴν γέγραπται· ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν.

Ὅτι ἄνευ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος, οὐδὲν ἀγαθὸν δυνάμεθα πληροῦν.

ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα ὁστισδήποτε εἴποι, διὰ τοῦτο τὴν χάριν ἡμῖν τῆς δικαιοσύνης δέδοσθαι, ἵνα ὅπερ ποιεῖν διὰ τοῦ αὐτεξουσίου δυνάμεθα, εὐχερεστέρως πληρῶμεν διὰ τῆς χάριτος. ὡσανεὶ καὶ ἡ χάρις εἰ μὴ ἐδίδοτο, οὐκ εὐχερῶς μὲν, ἀλλ' ὅμως ἠδυνάμεθα καὶ δίχα ἐκείνης ἔτι μὴν πληρῶσαι τὰς θείας ἐντολάς· ἀνάθεμα εἴη. περὶ γὰρ τῶν καρπῶν τῶν ἐντολῶν ὁ κύριος ἐλάλει, ὅπου οὐκ εἶπεν· χωρὶς ἐμοῦ δυσχερῶς δύνασθε ποιεῖν· ἀλλ' εἶπεν, χωρὶς ἐμοῦ οὐδὲν δύνασθε ποιεῖν. ριγ'.

Ὅτι οὐ μόνον ταπεινὴ, ἀλλὰ καὶ ἀληθινὴ ἡ φωνὴ τῶν ἁγίων ἐστὶν αὕτη, ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν.

ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα ὅπερ εἶπεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος· ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, καὶ ἀλήθεια ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν· ὁστισδήποτε οὕτως παραληπτέον νομίσει, ὡς εἰπεῖν διὰ ταπεινοφροσύνην μὴ ὀφείλειν λέγεσθαι ἡμᾶς μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν, οὐχ ὅτι ἀληθῶς οὕτως ἐστιν, ἀνάθεμα εἴη. ἐπακολουθεῖ γὰρ ὁ ἀπόστολος, καὶ προσζεύγνυσιν οὕτως· ἐὰν δὲ ὁμολογήσωμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ὅστις ἀφήσει ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας. ἔνθα πάνυ δεδήλωται τοῦτο μὴ μόνον ταπεινοφρόνως, ἀλλ' ἔτι μὴν ἀληθῶς λέγεσθαι. ἠδύνατο γὰρ ὁ ἀπόστολος εἰπεῖν, ἐὰν εἴπωμεν, οὐκ ἔχομεν ἁμαρτίαν, ἑαυτοὺς ἐξυψοῦμεν, καὶ ταπεινοφροσύνη ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν· ἀλλ' εἰπὼν, ὅτι ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, καὶ ἀλήθεια ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστι, πάνυ ἀπέδειξεν τὸν λέγοντα ἑαυτὸν μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν, μὴ ἀληθεύειν, ἀλλὰ ψεύδεσθαι. ριδ'.

Digitized by Google

Ὅτι ἐν τῇ δεσποτικῇ εὐχῇ οἱ ἅγιοι ὑπὲρ ἑαυτῶν λέγουσιν· ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν.

ριέ. ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα ὁστισδήποτε εἴποι, ἐν τῇ δεσποτικῇ εὐχῇ διὰ τοῦτο λέγειν τοὺς ἁγίους, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, οὐχ ὅτι ὑπὲρ ἑαυτῶν τοῦτο λέγουσιν, ἐπειδὴ αὐτοῖς λοιπὸν οὐκ ἔστιν ἀναγκαία αὕτη ἡ αἴτησις, ἀλλ' ὅτι ὑπὲρ ἄλλων τῶν ὄντων ἐν τῷ λαῷ αὐτῶν ἁμαρτωλῶν· καὶ μὴ λέγειν ἕνα ἕκαστον τῶν ἁγίων, ἄφες μοι τὰ ὀφειλήματά μου, ἀλλ' ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς ὑπὲρ ἄλλων τοῦτο μᾶλλον ἢ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τὸν δίκαιον αἰτοῦντα νοεῖσθαι· ἀνάθεμα εἴη. ἅγιος γὰρ καὶ δίκαιος ἦν Ἰάκωβος ὁ ἀπόστολος, ὅτε ἔλεγεν· ἐν πολλοῖς γὰρ ἁμαρτάνομεν πάντες. ἐπεὶ διὰ τί προσετέθηται τὸ πάντες, εἰ μὴ ἵνα ἡ ἔννοια αὕτη ἁρμοσθῇ καὶ τῷ ψαλμῷ ὅπου ἀναγινώσκεται, μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου, ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν, καὶ ἐν τῇ εὐχῇ τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος· οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐχ ἥμαρτεν· καὶ ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ ἁγίου Ἰώβ, τὸ ἐν χειρὶ παντὸς ἀνθρώπου σημαίνει, ὥστε εἰδέναι πάντα ἄνθρωπον τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ. ὅθεν ἔτι μὴν ὁ ἅγιος καὶ δίκαιος Δανιὴλ ὁ προφήτης, πληθυντικῶς λέγων, τὸ ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, καὶ τὰ λοιπὰ ἃ ἐκεῖ ταπεινοφρόνως καὶ ἀληθινῶς ὁμολογεῖ· ἵνα μὴ νομισθείη, ὥς τινες νοοῦσι, τοῦτο μὴ περὶ τῶν ἰδίων, ἀλλὰ περὶ τῶν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ μᾶλλον λέγειν ἁμαρτιῶν, μετὰ ταῦτα εἶπεν ὅτι εὐχόμενος καὶ ἐξομολογούμενος τὰς ἁμαρτίας μου καὶ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ μου κυρίῳ τῷ θεῷ μου· οὐκ ἠθέλησεν εἰπεῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἀλλὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ εἶπεν, καὶ ἑαυτοῦ· ἐπεὶ μέλλοντας τούτους οὕτω κακῶς νοεῖν ὥσπερεὶ προεῖδεν ὁ προφήτης.

Ὅτι ἀληθῶς ἀπὸ τῶν ἁγίων λέγεται, τό, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν.

ρις'. ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα οἵτινες δήποτε αὐτὰ τὰ ῥήματα τῆς δεσποτικῆς εὐχῆς, ὅπου λέγομεν, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, οὕτως βούλονται ἀπὸ τῶν ἁγίων λέγεσθαι, ὡς ταπεινοφρόνως καὶ οὐκ ἀληθῶς ταῦτα λεχθῆναι, ἀνάθεμα εἴη. τίς γὰρ

Quòd in oratione Dominica ſancti pro ſe dicant, dimitte nobis debita noſtra.

ITEM placuir, vt quicunque dixerit in oratione Dominica ideo dicere Sanctos, dimitte nobis debita noſtra, vt non pro ſe ipſis hoc dicant, quia non eſt eis iam neceſſaria iſta petitio, ſed pro aliis, qui ſunt in ſuo populo peccarores: & ideo non dicere vnumquemque Sanctorum, dimitte debita mea, ſed dimitte nobis debita noſtra, vt hoc pro aliis potiùs, quàm pto ſe iuſtus petere intelligatur, anathema ſit. Sanctus enim, & iuſtus erat Apoſtolus Iacobus, cùm dicebat, In mulris enim offendimus omnes. Nam quare additum eſt, omnes, niſi vt iſta ſententia conuenitet, & pſalmo, vbi legitur, Ne intres in iudicio cum ſeruo tuo, quoniam non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens: & in oratione ſapientiſſimi Salomonis: Non eſt homo, qui non peccauit: & in libro ſancti Iob, In manu omnis hominis ſignat, vt ſciat omnis homo infirmitatem ſuam. Vnde etiam Daniel ſanctus, & iuſtus cùm in oratione pluraliter diceret, peccauimus, iniquitatem fecimus, & cætera, quæ ibi veraciter, & humiliter confitetur: ne putaretur, quemadmodum quidam ſentiunt, hoc non de ſuis, ſed de populi ſui potiùs dixiſſe peccatis, poſtea dixit, cùm orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo meo, noluit dicere peccata noſtra, ſed peccata populi ſui dixit, & ſua: quoniam futuros iſtos, qui tam malè intelligerent, tanquam propheta, præuidit. CXV.

Quòd veraciter à Sanctis dicatur, dimitte nobis debita noſtra.

ITEM placuit, vt quicunque ipſa verba Dominicæ orationis, vbi dicimus, dimitte nobis debita noſtra, ita volunt à Sanctis dici, vt humilitet, non veracitet hoc dicatur, anathema ſit. Quis enim CXVI.

ferat orantem, & non hominibus, ſed ipſi Domino mentientem, qui labiis ſibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ ſibi dimittantur, debita non habere?

De plebibus conuerſis à Donatiſtis.

CXVII. ITEM placuit, quoniam quidem ante aliquot annos in Eccleſia plenario Concilio conſtitutum eſt, vt quæcunque Eccleſiæ in diœceſi conſtitutæ ante leges de Donatiſtis latas Catholicæ factæ ſunt, ad eas cathedras pertineant, per quarum Epiſcopos factum eſt, vt Catholicæ vnitati communicarent, poſt leges autem, quæcunque communicauerint, illuc pertineant, quò pertinebant, cùm eſſent in parte Donati. Sed quia multæ controuerſiæ poſtea inter Epiſcopos de diœceſibus ortæ ſunt, & oriuntur, quibus tunc minùs videtur eſſe proſpectum: nunc iſto Concilio ſancto placuit, vt vbicunque Catholica fuit, & pars Donati, & ad diuerſas cathedras pertinebant, quocunque tempore illic vnitas facta eſt, vel facta fuerit, ſiue ante leges, ſiue poſt leges, ad eam cathedram pertineant, ad quam Catholica, quæ iam ibi fuerat, pertinebat.

De diœceſibus, qualiter eas diuidant inter ſe Epiſcopi tam Catholici, quàm qui ex Donati parte conuerſi ſunt.

CXVIII. ITA ſanè, vt ſi Epiſcopus ex Donatiſtis ad Catholicam vnitatem conuerſus eſt, æqualiter inter ſe diuidant eas, quæ ſic fuerint inuentæ, vbi ambæ partes fuerunt, id eſt, vt alia loca ad illum, alia ad illum pertineant, ita vt ille diuidat, qui ampliùs temporis in Epiſcopatu habet, & minor eligat. Quòd ſi fortè vnus fuerit locus, ad eum pertineat cui vicinior inuenitur. Quòd ſi ambabus cathedris æqualiter vicinus eſt, ad eum pertineat, quem plebs elegerit. Quòd ſi fortè antiqui Catholici ſuum Epiſcopum voluerint, & illi ſuum, qui ex Donati

ὑπενέγκοι τὸν εὐχόμενον μὴ ἀνθρώποις, ἀλλ' αὐτῷ τῷ κυρίῳ ψευδόμενον, τὸν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ λέγοντα, θέλειν ἀφεθῆναι· τῇ δὲ καρδίᾳ λέγοντα, τὰς ὀφειλούσας ἀφεθῆναι ἁμαρτίας αὐτοῦ, μὴ ἔχειν;

Περὶ τῶν λαῶν τῶν ἀπὸ τῶν Δονατιστῶν ἐπιστρεφόντων.

ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἐπειδὴ πρό τινων ριζ'.
ἐνιαυτῶν ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ πεπληρωμένῃ τῇ συνόδῳ ὡρίσθη, ἵνα οἱαιδήποτε ἐκκλησίαι, ἐν διοικήσει καθεστῶσαι, πρὸ τῶν νόμων τῶν περὶ τῶν Δονατιστῶν ἐντεθέντων καθολικαὶ γένωνται, ἐκείνοις τοῖς θρόνοις ἀνήκωσιν, ὧντινων διὰ τῶν ἐπισκόπων προστραπεῖσαι τῇ καθολικῇ ἑνότητι ἐκοινώνησαν· μετὰ δὲ τοὺς νόμους οἱαιδήποτε ἐκοινώνησαν, ἐκείνοις ἀνήκωσιν, οἷς καὶ ὅτε ἦσαν εἰς τὸ μέρος τοῦ Δονάτου. καὶ ἐπειδὴ πολλαὶ φιλονεικίαι ὕστερον μεταξὺ τῶν ἐπισκόπων περὶ τῶν διοικήσεων ἀναφύησαν καὶ ἀναφύονται, οἷς τότε οὐ τελεία δοκεῖ γενέσθαι πρόνοια, νῦν ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἤρεσεν, ἵνα ὁπουδήποτε καθολικὴ ἐγένετο, καὶ τοῦ μέρους τοῦ Δονάτου καὶ διαφόροις θρόνοις ἀνήκουσαι ἦσαν, ἐν οἱῳδήποτε καιρῷ ἕνωσις ἐκεῖ ἐγένετο ἢ ἔσται, εἴτε πρὸ τῶν νόμων, εἴτε μετὰ τοὺς νόμους, ἐκείνῳ τῷ θρόνῳ ἀνήκωσιν, ᾧτινι ἡ ἔκπαλαι ἐκεῖ ὑπάρξασα καθολικὴ ἀνῆκεν.

Περὶ τοῦ, πῶς μεταξὺ ἀλλήλων μερίζονται τὰς διοικήσεις οἱ ἐπίσκοποι, τοῦτο μὲν οἱ καθολικοί, τοῦτο δὲ οἱ ἐκ τοῦ Δονάτου ἐπιστρέψαντες.

ΟΥΤΩ δηλαδή, ἵνα εἴ τινες ἐπίσκοποι ριή.
ἀπὸ τῶν Δονατιστῶν πρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα ἐπέστρεψαν, ἐξ ἴσου πρὸς ἀλλήλους διέλωσι τὰς οὕτως εὑρισκομένας διοικήσεις, ἔνθα ἦσαν ἀμφότερα τὰ μέρη· τοῦτ' ἔστιν, ἵνα ἄλλοι τόποι πρὸς ἐκεῖνον, καὶ ἄλλοι πρὸς ἐκεῖνον ἀνήκωσιν οὕτως, ἵνα ὁ παλαιότερος ἐν τῇ ἐπισκοπῇ μερίζῃ, καὶ ὁ ἥττων ἐπιλέγηται. εἰ δὲ τυχὸν εἷς ἔσται τόπος, προσχωρήσῃ ᾧτινι μᾶλλον γειτνιάζων εὑρίσκεται· ἐὰν δὲ ἀμφοτέροις τοῖς θρόνοις ἴσως γειτνιάζῃ, ἐκείνῳ παραχωρηθῇ, ὃν τὸ πλῆθος ἐπιλέξηται. εἰ δὲ τυχὸν οἱ ἀρχαῖοι καθολικοὶ τὸν ἴδιον θελήσωσι, καὶ οἱ ἐκ τοῦ μέρους τοῦ Δονάτου μετα-

μεταστρέψαντες τὸ ἴδιον, τῶν πλειόνων ἡ γνώμη προκριθῇ τῶν ὀλιγωτέρων. εἰ δὲ τὰ μέρη εἰσὶν ἴσα, τῷ παλαιοτέρῳ ἐπισκόπῳ καταλογισθείη. ἐὰν δὲ οὕτως πλεῖστοι οἱ τόποι εὑρεθῶσιν, ἐν οἷς ἀμφότερα τὰ μέρη εἰσὶν, ὡς μὴ δύνασθαι ἐξ ἴσου μερισθῆναι, τοῦ ἀριθμοῦ τῶν αὐτῶν τόπων ἀνίσου ὑπάρχοντος, πρῶτον μερισθῶσιν οἱ ἴσοι ἀριθμοὶ, καὶ τῷ ἀπομένοντι τόπῳ τοῦτο φυλαχθείη, ὅπερ ἀνωτέρω λέλεκται, ὅτε περὶ τοῦ ἑνὸς ἐξητεῖτο τόπου.

Περὶ τοῦ, ἐὰν τινα διοίκησιν ἐξ αἱρέσεως ἐλευθερώσῃ ἐπίσκοπος, καὶ περὶ τριετίαν κατάσχῃ, μηδένα ταύτην ἀναζητεῖν.

ριθ'. ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα ἐὰν τις μετὰ τοὺς νόμους τόπον τινὰ πρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα μεταστρέψῃ, καὶ τοῦτον ἐπὶ τριετίαν μηδενὸς ἀναζητοῦντος κατάσχοι, τὸ λοιπὸν παρ' αὐτοῦ μὴ ἀναζητηθῇ. ἐὰν μέντοι ἐντὸς τῆς αὐτῆς τριετίας ὑπῆρχεν ἐπίσκοπος ὁ ὀφείλων ἀναζητῆσαι, καὶ ἡσύχασεν. εἰ δὲ μὴ ἦν, μὴ προκριματισθῇ ἐν τῇ μάτρικι, ἀλλ' ὅτε ὁ χηρεύων τόπος λάβῃ ἐπίσκοπον, ἐξὸν εἴη αὐτῷ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἡμέρας ἐντὸς τριετίας ἀναζητῆσαι. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐὰν ἐπίσκοπος ἐκ τῶν τοῦ Δονάτου μερῶν πρὸς τὴν καθολικὴν ἐπιστρέψῃ, μὴ προκριματισθείη περὶ τοῦ ὁρισθέντος χρόνου, ἀλλ' ἐξ ἧς ἡμέρας ἐπέστρεψεν, ἐχέτω ἐξουσίαν ἀναζητεῖν ἐντὸς τριετίας τοὺς τόπους τῇ αὐτοῦ ἀνήκοντας καθέδρᾳ.

Περὶ τῶν τοῖς λαοῖς, οὓς νομίζουσιν αὐτοῖς ἀνήκειν, ἐπιβαινόντων παρὰ γνώμην τῶν αὐτοὺς κατεχόντων.

ρκ'. ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα οἱοιδήποτε ἐπίσκοποι τὰ πλήθη, ἃ νομίζουσιν τῷ θρόνῳ αὐτῶν ἀνήκειν, μὴ οὕτως ἀναζητῶσιν, ὥστε δικῶν ἐπισκόπων κρινόντων τοῦτο πράττειν· ἀλλ' ὑπὸ ἑτέρου κατεχομένοις ἐπέλθωσι τοῖς λαοῖς, εἴτε θέλουσιν, εἴτε μὴ θέλουσιν τοῦ ἰδίου πράγματος τὴν ζημίαν ὑπομείνωσιν. καὶ οἵτινες δήποτε τοῦτο ἐποίησαν, εἰ μὴ ἡ μεταξὺ τῶν ἐπισκόπων συνέλευσις ἐπερωτηθῇ, ἀλλ' ἀκμὴν περὶ τοῦ αὐτοῦ φιλονεικοῦσιν, ἐκεῖνος ἀποστῇ ἐκεῖθεν, περὶ οὗ δειχθείη, ὅτι παρεάσας τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς δικαστὰς ἔφοδον ἐποίησεν, καὶ μὴ ἑαυτόν τις κολακεύσῃ, εἰ ἐκ τοῦ πρωτεύοντος γράμματα περὶ τοῦ

parte conuerſi ſunt: plurimorum voluntas paucioribus præferatur. Si autem partes æquales ſunt, maioris temporis Epiſcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerunt: vt non poſſint æqualiter diuidi, velut ſi impari numero fuerint, diſtributis eis locis, qui parem habent numerum, quicunque locus remanſerit, hoc in eo ſeruetur, quod ſuperiùs dictum eſt, cùm de vno tractaretur loco.

Vt ſi quam diœceſim Epiſcopus, ab hæreſi liberans, triennio poſſederit, nullus eam repetat.

ITEM placuit, vt etiam, ſi quiſquam poſt leges aliquem locum ad Catholicam vnitatem conuerterit: ſi eum per triennium nemine repetente retinuit, vlteriùs ab eo non repetatur. Si tamen per ipſum triennium fuit Epiſcopus, qui poſſet repetere, & tacuit, præiudicium patietur. Si autem non fuit, non præiudicetur matrici, ſed liceat, cùm locus acceperit Epiſcopum, quem non habebat, ex ipſo die intra triennium repetere. Itémque ſi fuerit Epiſcopus ad Catholicam ex Donati parte conuerſus, non ei præiudicet præfinitum tempus, ſed ex quo die conuerſus eſt, habeat per triennium poteſtatem repetendi loca, quæ ad ipſam pertinebant cathedram. CXIX.

De his, qui in plebes, quas ad ſe putant pertinere, inconuentis his, à quibus tenentur, irruerint.

ITEM placuit, vt quicunque Epiſcopi plebes, quas ad ſuam cathedram exiſtiment pertinere, non ita repetunt, vt cauſas ſuas Epiſcopis iudicantibus agant, ſed alio retinente irruerint, ſiue volentibus, ſiue nolentibus plebibus cauſæ ſuæ detrimentum patiantur. Et quicunque i[illegible]n hoc fecerunt, ſi nondum eſt [illegible]er Epiſcopos finita contentio, ſed adhuc inde contendunt: ille inde diſcedat, quem conſtiterit prætermiſſis iudiciis Eccleſiaſticis inruiſſe, nec ſibi quiſque blandiatur, ſi à Primate, vt CXX.

retineat, literas impetrarit, ſed ſiue habeat literas, ſiue non habeat, conueniat eum, qui tenet, & eius literas accipiat, vt eum appareat pacificè tenuiſſe Eccleſiam ad ſe pertinentem. Si autem ille aliquam quæſtionem retulerit, per Epiſcopos iudices cauſa finiatur: ſiue quos eis Primates dederint: ſiue quos ipſi vicinos ex conſenſu delegerint.

κατέχειν ἔλαβεν· ἀλλ' εἴτε γράμματα ἔχει, εἴτε οὐκ ἔχει, συνέλθοι τῷ κατέχοντι, καὶ παρ' αὐτοῦ γράμματα λάβοι· ὥστε φανῆναι τοῦτον εἰρηνικῶς τὴν αὐτῷ ἀνήκουσαν κατασχεῖν ἐκκλησίαν. ἐὰν δὲ κἀκεῖνος ἵνα ζήτησιν ἀντεναγάγῃ, καὶ αὐτὴ περατωθῇ μεταξὺ ἐπισκόπων κρινόντων, εἴτε οὓς ὁ πρωτεύων αὐτοῖς δῷ, εἴτε οὓς γειτνιῶντες κατὰ συναίρεσιν ἐπιλέξωνται.

De his, qui plebes ad ſe pertinentes negligunt.

Περὶ τῶν ἀμελούντων τῶν αὐτοῖς ἀνηκόντων λαῶν.

CXXI. ITEM placuit, vt quicunque negligunt loca ad ſuam cathedram pertinentia, in Catholicam vnitatem lucrari, conueniantur à diligentibus vicinis Epiſcopis, vt id agere non morentur. Quòd ſi intra ſex menſes à die conuentionis non effecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipſum pertineant. Ita ſanè, vt ſi ille, ad quem pertinuiſſe videbantur, probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hæreticis, vt impunè ibi ſint, & ſuam diligentiam fuiſſe præuentam: vt eo modo eius cura ſolicitior vitaretur: cùm hoc iudices Epiſcopi cognouerint, ſuæ cathedræ loca reſtituant. Sanè ſi Epiſcopi, inter quos cauſa verſatur, diuerſarum prouinciarum ſunt, ille Primas det iudices, in cuius prouincia eſt locus, de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut vnus eligatur, aut tres: vt ſi tres elegerint, omnium ſententiam ſequantur, aut duorum.

ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα οἵτινες δήποτε ἀμελοῦσι τῶν τόπων τῶν ἀνηκόντων τῇ αὐτῶν καθέδρᾳ, πρὸς τούτους κερδῆσαι πρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα, ἐγκληθῶσιν ἀπὸ τῶν γειτνιώντων αὐτοῖς ἐπιμελῶν ἐπισκόπων, περὶ τοῦ, μὴ ἀναβάλλεσθαι τοῦτο πρᾶξαι. διὸ ἐὰν ἐντὸς προθεσμίας μηνῶν ἓξ ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς περὶ τούτου συνελεύσεως μηδὲν ἀνύσωσι, τῷ δυναμένῳ λοιπὸν τούτοις κερδῆσαι προσκυρωθῶσιν· οὕτως μέντοι, ἵνα ἐὰν ἐκεῖνος πρὸς ὃν δείκνυνται, ἀνήκῃ, οἱ τοιοῦτοι ἐξεπίτηδες διά τινα οἰκονομίαν ἔδοξεν ἀμελεῖν· τοῦτο τῶν αἱρετικῶν ἐπιλεξαμένων, ὥστε ἀθορύβως αὐτοὺς παραδέξασθαι· καὶ ἐν τοσούτῳ ἡ αὐτοῦ ἐπιμέλεια ἀπὸ ἑτέρου προεληφθῇ, ἢ τινι, εἰ κατεγνώσθη, τοὺς αὐτοὺς αἱρετικοὺς πλέον ἐνάκιζεν· τούτου μεταξὺ ἐπισκόπων κρινόντων διαγινωσκομένου, οἱ τόποι τῇ αὐτοῦ καθέδρᾳ ἀποκαταστάθωσιν· τῶν δὲ κρινόντων ἐπισκόπων, ἐκ διαφόρων ὄντων ἐπαρχιῶν ἐκεῖνος ὁ πρωτεύων τοὺς δικαστὰς δώσει, οὗτινος ἐν τῇ χώρᾳ ὁ αὐτὸς ὑπάρχει τόπος, περὶ οὗ φιλονεικεῖται. ἐὰν δὲ κατὰ κοινὴν συναίρεσιν γείτονας ἐπιλέξωνται κριτάς, ἢ εἷς ἐπιλεγῇ, ἢ τρεῖς· καὶ ἐὰν τρεῖς ἐπιλέξωνται καὶ ἀρεστῶσι, ἢ τῇ τῶν ὅλων ψήφῳ ἐξακολουθήσωσιν, ἢ τῇ τῶν δύο. ρκα'.

Quòd electorum iudicum ſententia ſperni non debeat.

Ὅτι οὐκ ὀφείλει τῶν ἐπιλεγομένων δικαστῶν ἡ γνώμη ἐξουθενεῖσθαι.

CXXII. A iudicibus autem, quos communis conſenſus elegerit, non liceat prouocare. Et quiſquis prouocatus repertus fuerit per contumaciam nolle obtempe[illegible]e iudicibus, cùm hoc primæ ſedis Epiſcopo fuerit probatum, det literas: vt nullus ei communicet Epiſcopo, donec obtemperet.

ΑΠΟ δὲ τῶν δικαστῶν τῶν κατὰ κοινὴν συναίρεσιν ἐπιλεχθέντων, μὴ ἐξεῖναι ἐκκαλεῖσθαι. ὅστις δὲ δήποτε ἀποδειχθείη διὰ μονοτονίαν μὴ θέλειν τοῖς δικασταῖς πειθαρχῆσαι, τοῦτο γινώσκων ὁ τῆς πρώτης καθέδρας ἐπίσκοπος δώσει γράμματα, ὥστε μηδένα τῶν ἐπισκόπων αὐτῷ κοινωνῆσαι, ἕως οὗ πειθαρχήσῃ. ρκβ'.

Ὥστε τὸν καταφρονοῦντα τῆς ἰδίας διοικήσεως ἐπίσκοπον στερεῖσθαι τῆς κοινωνίας.

ρκγʹ. ΕΑΝ ἐν τοῖς ματρικίοις, ἤγουν ἐν ταῖς καθέδραις ἐπίσκοπος ἀμελὴς γένηται κατὰ τῶν αἱρετικῶν, ὑπομνησθείη ἀπὸ τῶν γειτνιώντων ἐπισκόπων ἐπιμελῶν, καὶ ἀποδειχθείη αὐτῷ ἡ ἰδία περιφρόνησις πρὸς τὸ μὴ ἔχειν ἀπολογίαν. ἐὰν δὲ ἀφ' ἧς ἡμέρας ὑπομνησθῇ ἐντὸς μηνῶν ἓξ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ διάγων, μὴ τῶν ὀφειλόντων πρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα ἐπιστραφῆναι τὴν φροντίδα ποιήσηται· τῷ τοιούτῳ μὴ συγκοινωνηθῇ, ἕως οὗ τοῦτο πληρώσῃ. εἰ δὲ ὁ ἐπεξεργαστὴς εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους μὴ παραγένηται, τῷ ἐπισκόπῳ μὴ ἐπιγραφῇ.

Vt ſi Epiſcopus negligat ſuam diœceſim, communione priuetur.

SI in matricibus cathedris Epiſcopus negligens fuerit aduerſus hæreticos, conueniatur à vicinis Epiſcopis diligentibus, & ei ſua negligentia demonſtretur, vt ſe excuſare non poſſit. Quòd ſi ex die, quo conuenitur, intra ſex menſes, ſi in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatem Catholicam conuertendos curàuerit: non ei communicetur, donec adimpleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adſcribatur Epiſcopo. CXXIII.

Περὶ τῶν τοὺς Δονατιστὰς κοινωνῆσαι ψευσαμένων ἐπισκόπων.

ρκδʹ. ΕΑΝ δὲ ἀποδειχθῇ τὸν τοιοῦτον ψευσάμενον περὶ τῆς ἐκείνων κοινωνίας, ἐν τῷ λέγειν, αὐτοὺς κεκοινωνηκέναι, οὓς δείκνυται, συνειδήσει αὐτοῦ μὴ κοινωνῆσαι, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν ἔτι μὴν ἀπολέσει.

De Epiſcopis, qui Donatiſtas communicaſſe mentiti fuerint.

SI autem probatum fuerit, cum de communione illorum fuiſſe mentitum, dicendo eos communicaſſe, quos eo ſciente non communicaſſe conſtiterit, etiam Epiſcopatum amittat. CXXIV.

Περὶ πρεσβυτέρων καὶ κληρικῶν, ἵνα μὴ ἐκκαλῶνται, εἰ μὴ πρὸς τὰς τῆς Ἀφρικῆς συνόδους.

ρκεʹ. ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα πρεσβύτεροι, διάκονοι, καὶ οἱ λοιποὶ κατώτεροι κληρικοὶ, ἐν αἷς ἔχωσιν αἰτίαις, ἐὰν περὶ τῆς ψήφου τοὺς ἰδίους ἐπισκόπους μέμφωνται, οἱ γειτνιῶντες ἐπίσκοποι τούτων ἀκροάσονται, καὶ τὰ μεταξὺ τούτων περατώσωσιν οἱ παρ' αὐτῶν κατὰ συναίνεσιν τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων προσλαμβανόμενοι. ἐὰν δὲ καὶ ἀπ' αὐτῶν ἐκκαλέσασθαι θελήσωσιν, μὴ ἐκκαλέσωνται, εἰ μὴ πρὸς τὰς τῆς Ἀφρικῆς συνόδους, ἢ πρὸς τοὺς πρωτεύοντας τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπαρχιῶν· πρὸς δὲ τὰ πέραν τῆς θαλάσσης ὁ βουλόμενος ἐκκαλεῖσθαι, ἀπὸ μηδενὸς ἐν Ἀφρικῇ δεχθείη εἰς κοινωνίαν.

De presbyteris, & clericis, vt non appellent, niſi ad Africana Concilia.

ITEM placuit, vt presbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores clerici, in cauſis, quas habuerint, ſi de iudiciis Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini Epiſcopi eos audiant, & inter eos quicquid eſt, finiant adhibiti ab eis ex conſenſu Epiſcoporum ſuorum. Quòd ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent niſi ad Africana Concilia, vel ad Primates prouinciarum ſuarum: ad transmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam in communionem ſuſcipiatur. CXXV.

Περὶ παρθένων μικρῶν, ἔτι μὴν καλυπτέων.

ρκϛʹ. ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα ὁστισδήποτε τῶν ἐπισκόπων δι' ἀνάγκην τῆς παρθενικῆς σωφροσύνης κινδυνευούσης, ὅτε ἢ ἐραστὴς δυνατὸς, ἢ ἅρπαξ τὶς ἐστιν ἐν ὑποψίᾳ, ἢ ἔτι μὴν ὑπό τινος θανατηφόρου κινδύνου αὕτη ἔσονται

De virginibus etiam minoribus velandis.

ITEM placuit, vt quicunque Epiſcoporum neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis, cùm vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur: vel ſi etiam aliquo mortis periculoſo ſcrupulo com- CXXVI.

puncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his, ad quorum curam pertinet, velauerit virginem, ſeu velauit intra viginti quinque annos ætatis, non ei obſit Concilium, quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt.

Ne diutius Epiſcopi teneantur in Concilio, ternos ex ſe ſingularum prouinciarum iudices eligant.

CXXVII. ITEM placuit, ne diutiùs vniuerſi Epiſcopi, qui ad Concilium congregati ſunt, tenerentur, ab vniuerſo Concilio iudices ternos de ſingulis prouinciis eligi: & electi ſunt de prouincia Carthaginenſi Vincentius, Fortunatianus, & Clarus: de prouincia Numidia, Alypius, Auguſtinus, & Reſtitutus: de prouincia Byzacena, cum ſancto ſene Donatiano Primate, Creſconius, Iocundus, & Æmilianus: de Mauritania Sitifenſi, Seuerianus, Aſiaticus, & Donatus: de prouincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus vnus eſt miſſus: qui omnes cum ſancto ſene Aurelio vniuerſa cognoſcant, à quo petiit vniuerſum Concilium, vt cunctis ſiue geſtis, quæ confecta iam ſunt, ſeu epiſtolis ipſe ſubſcribat. Et ſubſcripſerunt. Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & prælecto ſubſcripſi. ſimiliter & cæteri ſubſcripſerunt.

Item huic Concilio interfuit Eccleſiæ Romanæ legatio.

CONCILIVM CARTHAGINENSE. CCCCXIX. POST Conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum Honorij XII. & Theodoſij VIII. AA. III. Kal. Iunias Carthagine in ſecretario baſilicæ reſtitutæ, cùm Aurelius Epiſcopus vnà cum Fauſtino Eccleſiæ Potentinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legato Romanæ Eccleſiæ, Vincentio Culuſitano, Fortunatiano Neapolitano, Mariano Vzipparenſi, Adeodato Simidico, Pentadio Carpitano, Rufiniano Muzucenſi, Prætextato Sicilibenſi, Quodvultdeo Verenſi, Candidò Abbiritano, Galloniano Vticenſi,

νυμφευθεῖσα, παρακαλούντων ἢ τῶν γονέων αὐτῆς, ἢ ὧν τῇ φροντίδι ἀνάκειται, διὰ τὸ μὴ χωρὶς τοῦ σχήματος τελειωθῆναι, καλύψῃ παρθένον, ἢ ἐκάλυψεν ἐντὸς χρόνου ἐνιαυτῶν εἰκοσιπέντε, μηδὲν τὸ τοιοῦτον βλάψῃ περὶ τούτου τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἐνιαυτῶν καταςαθεῖσα σύνοδος.

Διὰ τὸ, μὴ τοὺς ἐπισκόπους ἐπιπολὺ ἐν τῇ συνόδῳ κατέχεσθαι, ἐξ ἑκάστης ἐπαρχίας ἀνὰ τρεῖς ἐπιλέξωνται δικαστάς.

ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν πάσῃ τῇ συνόδῳ, διὰ ρκζ.
τὸ μὴ ἐπιπολὺ τοὺς πρὸς τὴν σύνοδον συναχθέντας ἐπισκόπους σύμπαντας κατέχεσθαι, ἐξ ἑκάστης ἐπαρχίας ἀνὰ τρεῖς ἐπιλεγῆναι δικαστάς. Καὶ ἐπελέγησαν, ἐκ τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας, Βικέντιος, Φουρτουνατιανὸς, καὶ Κλάρος· ἐκ τῆς Νουμηδικῆς ἐπαρχίας, Αλύπιος, Αὐγουστῖνος, καὶ Ρεστιτοῦτος· ἐκ τῆς Βυζακινῆς ἐπαρχίας, μετὰ τοῦ ἁγιωτάτου γέροντος Δονατιανοῦ τοῦ πρωτεύοντος, Κρεσκώνιος, Ιουκοῦνδος, καὶ Αἰμιλιανὸς· ἐκ τῆς Μαυριτανίας Σιτιφένσης, Σεβηριανὸς, Ασιατικὸς, καὶ Δονᾶτος· ἐκ τῆς Τριπολιτάνης ἐπαρχίας, Πλαύτιος, ὁ κατὰ τὸ ἔθος εἰς τοποτηρησίαν πεμφθείς· οἵτινες πάντες μετὰ τοῦ ἁγιωτάτου γέροντος Αὐρηλίου σύμπαντα σκοπήσουσιν· ἀφ' οὗ ἤτησεν σύμπασα ἡ σύνοδος, ἵνα πᾶσιν εἴτε πεπραγμένοις τοῖς ἤδη ἐκτελεσθεῖσιν, εἴτε ἐπιστολαῖς, αὐτὸς ὑπογράψῃ. Καὶ ὑπέγραψαν. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Καρχηδόνι ἐκκλησίας τῷ παρόντι ψηφίσματι συνῄνεσα, καὶ ἀναγνωσθέντι ὑπέγραψα. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.

Πάλιν ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ παρῆν τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἡ τοποτηρησία.

ΜΕΤΑ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων, Ονωρίου τὸ δωδέκατον, καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον, τῶν αὐγούστων, τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν Ιουνίων ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς ρεστιτούτης ἐκκλησίας, Αὐρηλίου τοῦ ἐπισκόπου ἅμα Φαυστίνῳ Πικένου τῆς Ποτεντινῆς ἐκκλησίας τῆς Ιταλῶν χώρας, τοποτηρητῇ τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας, Βικεντίῳ Κουλουσιτάνῳ, Φουρτουνατιανῷ Νεαπολίτῃ, Μαυριανῷ Οὐζιππαρενσιώτῃ, Αδεοδάτῳ Σιμιδικίτῃ, Πενταδίῳ καρπιτανῷ, Ρουφινιανῷ μουζουκενσιανῷ, Πραιτεξτάτῳ Σικηλιβενσιώτῃ, Κουοδβουλτδέῳ Οὐερενσιανῷ, Καντίδῳ Αββιριτανῷ, Γαλλωνίῳ Οὐτικενσιώτῃ,

τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς ἀνθυπατιανῆς χώρας· Ἀλυπίῳ Θαγαβενσινῷ, Αὐγουστίνῳ Ἱππωνηρεγιανῷ, Ποσσιδίῳ Καλαμηνσινῷ, τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς Νουμηδικῆς χώρας· Μαξιμιανῷ Ἀκυρεγλυσιώτῃ, Ἰουκούνδῳ Συφφετουλενσιανῷ, Μαξιμιανῷ ἐκ τοῦ αὐτοῦ, καὶ Ἱλαριανῷ τῷ ἀπὸ Ὀρρεοκελλίων, τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς Βυζακινῆς χώρας· Νοβάτῳ Σιτηφενσιώτῃ, καὶ Λέοντι Ὀπλενσιανῷ, τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς Μαυριτανῶν χώρας τῆς Σιτηφένσης· Νινέλλῳ Ρουσουρπενσιανῷ, Λαυρεντίῳ Ἰκοσιτανῷ, καὶ Νουμεριανῷ Ρουσουγουνιώτῃ, τοῖς τοποτηρηταῖς τῆς Καισαρειανῆς Μαυριτανῶν χώρας, ἐκ πάσης τῆς συνόδου κριταῖς ἐπιλεγεῖσιν, παρεστώτων τῶν διακόνων, προκαθίσαντος· καὶ τινῶν ἐξανυσθέντων, πολλῶν δὲ ἐπισκόπων ἐπὶ τοῖς λοιποῖς ἐξανυσθησομένοις παρέλκειν ὀδυρομένων καὶ ὑποφέρειν μὴ δυναμένων, διὰ τὸ πρὸς τὰς ἰδίας ἐπείγεσθαι ἐκκλησίας, ἤρεσεν συμπάσῃ τῇ συνόδῳ, ὥστε ἀπὸ πάντων ἐπιλεγῆναι ἐκ μιᾶς ἑκάστης ἐπαρχίας τοὺς ὀφείλοντας ἀποκαθίσαι χάριν τοῦ τὰ λοιπὰ περατῶσαι. καὶ ἐγένετο, ὥστε παρεῖναι, ὧν ὑπογραφαὶ τὴν αὐτῶν παρουσίαν μαρτύρονται.

Ὅτι οἱ ἀπὸ κοινωνίας ὄντες, εἰς κατηγορίαν οὐκ ὀφείλουσιν προσδεχθῆναι.

ρκη΄. ΗΡΕΣΕΝ τοίνυν πᾶσιν, ἐπειδὴ τοῖς ἀνωτέροις τῶν συνόδων ψηφίσμασι περὶ προσώπων κληρικῶν, τῶν ὀφειλόντων εἰς κατηγορίαν προσδεχθῆναι, ὡρίσθη, καὶ οὐκ ἐπεξειργάσθη, ποῖα πρόσωπα μὴ προσδεχθῶσιν, διὰ τοῦτο ὁρίζομεν τοῦτον ὀρθῶς πρὸς κατηγορίαν μὴ εἰσδέχεσθαι, ὅστις μετὰ τὸ ἀπὸ κοινωνίας γενέσθαι, ἐν αὐτῷ ἔτι τῷ ἀφορισμῷ ὑπάρχει, εἴτε κληρικὸς εἴη, εἴτε λαϊκὸς, ὁ κατηγορῆσαι βουλόμενος.

Ὅτι δοῦλοι, καὶ ἀπελεύθεροι, καὶ πάντα τὰ ἠτιμωμένα πρόσωπα, κατηγορεῖν οὐκ ὀφείλουσιν.

ρκθ΄. ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα πάντες οἱ δοῦλοι καὶ οἱ ἴδιοι ἀπελεύθεροι, εἰς κατηγορίαν μὴ δεχθῶσιν· καὶ πάντες, οὓς πρὸς κατηγορητέα ἐγκλήματα οἱ δημόσιοι νόμοι οὐ προσδέχονται, πάντες ἔτι μὴν οἱ τοῖς τῆς ἀτιμίας σπίλοις ἐρραντισμένοι, τοῦτ᾽ ἔστιν μῖμοι, καὶ ὅσα ταῖς αἰσχρότησιν ὑποβέβληνται πρόσωπα, αἱρε-

legatis prouinciæ Proconſularis: Alypio Thagaſtenſi, Auguſtino Hipponenſium Reg. & Poſſidio Calamenſi, legatis prouinciæ Numidiæ: Maximiano Aquenſi, Iocundo Suffetulenſi, & Hilariano Horreocellorum, legatis prouinciæ Byzacenæ: Nouato Sitifenſi, & Leone Moctenſi, legatis prouinciæ Mauritaniæ Sitifenſis: Nicello Ruſurrenſi, Laurentio Icoſitano, & Numeriano Ruſgunienſi legatis prouinciæ Mauritaniæ Cæſarienſis: ab vniuerſali Concilio iudicibus delectis, adſtantibus diaconis, conſediſſet: & quibuſdam peractis, multi Epiſcopi cæterorum peragendorum memoraſſe conquererentur ſuſtinere non poſſe, & ad proprias Eccleſias feſtinarent, placuit vniuerſo Concilio, vt ab omnibus eligerentur de ſingulis quibuſque prouinciis, qui propter alia peragenda reſiderent. Et factum eſt, vt hi adeſſent, quorum ſubſcriptiones eos affuiſſe teſtantur.

Quòd excommunicati ad accuſationem admitti non debeant.

PLACVITQVE omnibus, quoniam ſuperioribus Conciliorum decretis de perſonis, quæ admittendæ ſunt ad accuſationem clericorum iam conſtitutum eſt, & quæ perſonæ non admitterentur, non expreſſum eſt, idcirco definimus eum rite ad accuſationem non admitti, qui poſteaquam excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc excommunicatione conſtitutus, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, accuſare voluerit. CXXVIII

Quòd ſerui, & liberti, omnéſque infames perſonæ non debeant accuſare.

ITEM placuit, vt omnes ſerui, vel proprij liberti ad accuſationem non admittantur; vel omnes, quos ad accuſanda publica crimina leges publicæ non admittunt; omnes etiam infamiæ maculis aſperſi, id eſt hiſtriones, ac turpitudinibus ſubiectæ perſonæ, hæ- CXXIX.

retici etiam, ſiue pagani, ſeu Iudæi: ſed tamen omnibus, quibus accuſatio denegatur, in cauſis propriis accuſandi licentia non neganda.

ικοὶ ἔτι μὴν εἴτε ἕλληνες, εἴτε Ἰουδαῖοι· πλὴν ὅμως πᾶσιν οἷς ἡ τοιαύτη κατηγορία ἀρνεῖται, ἐν ταῖς ἰδίαις αἰτίαις τὴν τοῦ κατηγορεῖν ἄδειαν μὴ ὀφείλειν ἀρνεῖσθαι.

Vt qui vnum crimen non probauerit, ad alterum admitti non debeat.

Ἵνα ὁ περὶ ἑνὸς ἐγκλήματος ἀποδεῖξαι μὴ δυνάμενος, πρὸς ἕτερον μὴ εἰσδεχθῇ.

cxxx. ITEM placuit, quotieſcunque clericis ab accuſatoribus multa crimina obiiciuntur, & vnum ex ipſis, de quo priùs egerit, probare non valuerit: ad cætera iam non admittantur.

ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα ὁσακισδήποτε κληρικοῖς ἀπὸ κατηγόρων πολλὰ ἐγκλήματα ὑποβληθῶνται, καὶ ἐὰν ἐξ αὐτῶν περὶ οὗ πρῶτον ἐπράχθη, ἀποδειχθῆναι οὐκ ἠδυνήθη, πρὸς τὰ λοιπὰ μετὰ ταῦτα μὴ προσδεχθῶσιν. ρλ'.

Qui ad teſtimonium admittendi ſint.

Τίνας δεῖ προσδέχεσθαι εἰς μαρτυρίαν.

cxxxi. TESTES autem ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti, præcepti ſunt, vel etiam quos ipſe accuſator de ſua domo produxerit. Ad teſtimonium autem intra annos XIV. ætatis ſuæ non admittantur.

ΜΑΡΤΥΡΑΣ δὲ εἰς μαρτυρίαν μὴ εἰσδέχεσθαι, τοὺς μηδὲ πρὸς κατηγορίαν εἰσδεχθῆναι παραγγελθέντας, ἢ ἔτι μὴν οὓς αὐτὸς ὁ κατήγορος ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου προσκομίσει· μαρτυρία δὲ ἐντὸς χρόνους ἐνιαυτῶν δεκατεσσάρων μὴ προσδεχθείη. ρλα'.

De Epiſcopo, qui excommunicat eum, qui ſibi ſoli crimen dicit eſſe confeſſum.

Περὶ ἐπισκόπου τοῦ ἀπὸ κοινωνίας ποιοῦντος τὸν αὐτῷ μόνῳ τὸ ἴδιον ἔγκλημα ὁμολογήσαντα.

cxxxii. ITEM placuit, vt ſiquando Epiſcopus dicit aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget, & pœnitere noluerit: non putet ad iniuriam ſuam Epiſcopus pertinere, quòd illi ſoli non creditur, etſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare.

ΟΜΟΙΩΣ ἤρεσεν, ἵνα ἐάν ποτε ἐπίσκοπος λέγῃ τινὰ αὐτῷ μόνῳ τὸ ἴδιον ἔγκλημα ὁμολογῆσαι, καὶ ἐκεῖνος ἀρνεῖται, μὴ λογίσηται ὁ ἐπίσκοπος εἰς ἰδίαν ὕβριν συντείνειν, ὅτι αὐτὸς μόνος οὐ πιστεύεται· εἰ καὶ τῷ σκανδαλισμῷ τῆς ἰδίας συνειδήσεως λέγει μὴ θέλειν ἑαυτὸν κοινωνεῖν τῷ ἀρνουμένῳ. ρλβ'.

Vt non temere quemquam communione priuet Epiſcopus.

Ἵνα μὴ ὡς ἔτυχεν τινὰ στερήσῃ τῆς κοινωνίας ὁ ἐπίσκοπος.

cxxxiii QVAMDIV excommunicato non communicauerit ſuus Epiſcopus, eidem Epiſcopo ab aliis non communicetur Epiſcopis: vt magis caueat Epiſcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis conuincere non poteſt.

AVRELIVS Epiſcopus dixit. Iuxta ſtatuta totius Concilij congregati, & meæ mediocritatis ſententiam placet facere rerum om-

ΑΦ' ὅσον τῷ ἀφωρισμένῳ μὴ κοινωνεῖ ὁ ἴδιος ἐπίσκοπος, τῷ αὐτῷ ἐπισκόπῳ ἄλλοι μὴ συγκοινωνήσωσιν ἐπίσκοποι· ὥστε μᾶλλον παραφυλάττεσθαι τὸν ἐπίσκοπον μὴ λέγειν κατά τινος, ὅπερ ἀποδείξεσιν ἐλέγξαι παρ' ἑτέροις οὐ δύναται. ρλγ'.

ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος εἶπεν. κατὰ τὰ ὁρισθέντα τῇ γνώμῃ πάσης τῆς συναθροισθείσης συνόδου, καὶ τῆς ἐμῆς μετριότητος ἀρέσκει, πάντων τῶν πραγμάτων τῶν

προδηλωθέντος ὁλοτελῶς τίτλου ποιῆσαι τὸ συμπέρασμα, καὶ τὴν συζήτησιν τῆς διατυπώσεως, τῆς παρούσης ἡμέρας τὰ ἐκκλησιαστικὰ πεπραγμένα ἀναδέξονται· ἅτινα δὲ ἀκμὴν οὐκ ἐπεξειργάσθησαν, τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ διὰ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν Φαυστίνου τοῦ ἐπισκόπου, Φιλίππου καὶ Ἀσέλλου τῶν πρεσβυτέρων, τῷ προσκυνητῷ ἀδελφῷ καὶ συνεπισκόπῳ ἡμῶν Βονιφατίῳ ἀντιγράψωμεν. Καὶ ὑπέγραψαν.

ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἐπίσκοπος τοῖς παροῦσι τῶν ὅρων πεπραγμένοις τοῖς παρ' ἡμῖν ἐχομένοις ὑπέγραψα.

ΒΑΛΕΝΤΙΝΟΣ τῆς πρώτης καθέδρας ἐπίσκοπος τῆς Νουμιδικῆς χώρας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΦΑΥΣΤΙΝΟΣ ἐπίσκοπος τῆς Ποτενζινῆς ἐκκλησίας, ἐπαρχίας Πικένου, τοποτηρητὴς τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΑΛΥΠΙΟΣ ἐπίσκοπος Θυγατένσης, τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς χώρας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΑΥΓΟΥΣΤΙΝΟΣ ἐπίσκοπος Ἱππώνης, τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΠΟΣΣΕΙΔΙΟΣ ἐπίσκοπος Καλαμένσης, τοποτηρητὴς τῆς Νουμιδικῆς ἐπαρχίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΒΙΚΕΝΤΙΟΣ Κουλουσίτανος, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΦΟΥΡΤΟΥΝΑΤΙΑΝΟΣ Νεαπολίτης, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΠΕΝΤΑΔΙΟΣ Καρπιτανός, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΡΟΥΦΙΑΝΟΣ Μουζουενσιανὸς, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΠΡΑΙΤΕΞΤΑΤΟΣ Σικκλιβένσης, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΚΟΥΟΔΒΟΥΛΤΔΕΟΣ Βερένσης, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΚΑΝΔΙΔΟΣ Γερμανίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΓΑΛΛΩΝΙΟΣ Οὐτικένσης, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΣ Ακυρεγλυσιώτης, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΙΟΥΚΟΥΝΔΟΣ Συφφετουλένσης, ὁ-

nium concluſionem. Vniuerſi tituli deſignati, & digeſti huius diei tractatum, Eccleſiæ geſta ſuſcipiant: quæ verò adhuc expreſſa non ſunt, die ſequenti per fratres noſtros Fauſtinum Epiſcopum, Philippum, & Aſellum presbyteros venerabili fratri & Coëpiſcopo noſtro Bonifacio reſcribemus, & ſubſcripſerunt.

Avrelivs Epiſcopus his geſtis ſtatutorum apud nos habitis, ſubſcripſi.

Valentinvs primæ ſedis Epiſcopus prouinciæ Numidiæ, his geſtis ſubſcripſi.

Favstinvs Epiſcopus Eccleſiæ Potentinæ prouinciæ Piceni, legatus Eccleſiæ Romanæ, his geſtis ſubſcripſi.

Alypivs Epiſcopus Thagaſtenſis legatus prouinciæ Numidiæ, his geſtis ſubſcripſi.

Avgvstinvs Epiſcopus Hipponenſis, legatus prouinciæ Numidiæ, his geſtis ſubſcripſi.

Possidivs Epiſcopus Calamenſis, legatus prouinciæ Numidiæ, his geſtis ſubſcripſi.

Vincentivs Culuſitanus, his geſtis ſubſcripſi.

Fortvnatianvs Neapolitanus, his geſtis ſubſcripſi.

Pentadivs Carpetanus, his geſtis ſubſcripſi.

Rvfianvs Maxenſis, his geſtis ſubſcripſi.

Prætextatvs Sicilibenſis, his geſtis ſubſcripſi.

Qvodvvltdevs Verenſis, his geſtis ſubſcripſi.

Candidvs Germaniæ, his geſtis ſubſcripſi.

Callonivs Vticenſis, his geſtis ſubſcripſi.

Maximianvs Aquenſis, his geſtis ſubſcripſi.

Iocvndvs Suffetulenſis, le-

gatus prouinciæ Byzacenæ, his geſtis ſubſcripſi.

MAXIMVS, legatus prouinciæ Byzacenæ, his geſtis ſubſcripſi.

HILARIANVS Horreocellenſis, legatus prouinciæ Byzacenæ, his geſtis ſubſcripſi.

NOVATVS Sitifenſis, legatus prouinciæ eiuſdem, his geſtis ſubſcripſi.

NINELLVS Ruſurrianenſis, legatus prouinciæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.

LAVRENTIVS Icoſitanus, legatus prouinciæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.

NVMERIANVS Ruſgurienſis, legatus prouinciæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.

LEO Moctenſis, legatus prouinciæ Cæſarienſis, his geſtis ſubſcripſi.

Alius LEO, legatus prouinciæ Sitifenſis, his geſtis ſubſcripſi.

Et cæteri Epiſcopi CCXVII. ſubſcripſerunt.

PHILIPPVS presbyter, legatus Eccleſiæ Romanæ, his geſtis à nobis recollectis ſubſcripſi.

ASELLVS presbyter, legatus Eccleſiæ Romanæ, his geſtis ſubſcripſi, quæ per nos directa ſunt.

Incipit epiſtola ab omni Concilio Africano ad Bonifacium, vrbis Romæ Epiſcopum, per Fauſtinum Epiſcopum, Philippum, & Aſellum presbyteros, legatos Eccleſiæ Romanæ, directa.

CXXXIV. DOMINO beatiſſimo & honorabili fratri Bonifacio, Aurelius, Valentinus primæ ſedis prouinciæ Numidiæ, & cæteri, qui præſentes adfuimus, numero CCXVII. ex omni Concilio Africæ.

ποτηρητὴς τῆς Βυζακινῆς ἐπαρχίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΣ τοποτηρητὴς τῆς Βυζακινῆς ἐπαρχίας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

ΙΛΑΡΙΑΝΟΣ Ὀῤῥεοκίλης, τοποτηρητὴς τῆς Βυζακινῆς χώρας, τοῖς παροῦσι πεπραγμένοις ὑπέγραψα.

21. περὶ τοῦ τὰς ἐπαρχίας ἐπισκέπτεσθαι C. P. περὶ τοῦ τὰς ἐπαρχίας ἐπισκέπτεσθαι, Ονωράτος καὶ Οὐρβανὸς ἐπίσκοποι εἶπον.
24. ὀφείλομεν C. P. ὀφείλει.
36. ἑαυτὸν C. R. ἑαυτῶν.
354. 24. βεβαιωθῇ C. R. βεβαιωθήτω.
355. 5. ἀπολύει C. P. ἀπολλύει.
6. στερῆσαι C. P. & R. στερεῖσθαι.
17. συνέσεως C. R. συναινέσεως.
35. γνωσθῇ C. R. γνωσθείη ἐμοί.
356. 16. τοῦ ζητουμένου C. P. συζητουμένου.
33. ἐχειροτονήθη C. P. & R. ἐχειροτονεῖ.
ibid. Επίγονος C. P. Αντίγονος.
34. μεσάζει C. R. μεσάζει.
37. ἔχει C. P. & R. ἔχεις.
357. 31. Επίγονος C. P. Επιγόνιος.
358. 3. στιχῇ C. P. & R. στοιχῇ.
ibid. πάντα C. P. ταῦτα R. ταῦτα ἅπαντες.
12. ἀπολυτικῆς C. P. ἀπολυτικῆς τοῦ προστεύοντος.
15. Ιουλίων C. P. Ιουλίων Χαρχηδόνι.
26. ἀνεδέξαν C. R. ἀνεδέξαντο.
29. ἐγκελβισμένων C. P. ἐγκεκυλισμένων.
359. 8. ἀποδέξασθαι C. R. ἀπολέξασθαι.
21. ἐκωλύθη C. R. ἐκωλύθην.
361. 31. ἐπιγνῶντες C. R. ἐπιγνόντες.
38. ἐθνικῆς C. R. ἡγεμονικῆς.
362. 2. πλημμεληήματα C. P. πλημμελεῖν. R. πλημμήματα.
6. οἰκοδεσποινῶν C R. οἰκοδεσποτῶν.
11. τῇ κυριακῇ C. R. ταῖς κυριακαῖς.
363. 2. ἀπλαέδων C. R. ἀπλῶν.
11 ὑμετέρα C. P. ἡμετέρα.
364. 3. ὑπομιμήσκοντα C. P. ὑπομιμνήσκοντα.
11. ἑτέρων C. P. ἑταίρων.
36. ἀνησυχάστω διχονοίᾳ C. R. ἀνησύχω διανοίᾳ.
40. κατεδέθησαν C. P. κατεδικάσθησαν.
365. 1. τοῖς ἀρχαίοις C. R. τοῖς ἀρχαίοις τῆς Αφρικῆς.
41. περὶ C. R. παρά.
366. 25. χρηματικῶν C. P. χρισματικῶν R. ἀποχιστῶν.
36. τῆς ἐκκλησίας C. R. τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως.
40. ἀναδεχθέντων C. R. ἀναχθέντων.
368. 24. συνεχθῆναι C. P. συναχθῆναι.

31. ἐπιλέγωσι C. R. ἐκλέγωσι.
39. Βιλλαρεκεντίου C. R. Βιλλαρεκενζιτίου.
369. 1. ἐμφανείη C. P. & R. ἐμφανισθείη.
13. καταδέχονται C. P. κατέχονται.
ibid. ἄτοπον C. R. ἄτυπον.
28. ἐκκλησίας C. R. ἐν Ιππῶνι ἐκκλησίας.
38. ἀβλαβείας C. R. εὐλαβείας.
370. 21. ἐπειδὴ γενόμενος C. R. ἐπεὶ ὁ μετ' αὐτὸν γενόμενος.
371. 1. παραδιδῶνται C. P. παραδίδοται. R. παραδίδονται.
ibid. γὰρ C. P. καί.
10. τρόπῳ C. R. τόπῳ.
33. σήκρετον C. P. σηκρῆτον.
372. 23. γραφῇ C. P. ὑπογραφῇ.
39. πρᾶξιν C. P. τάξιν.
373. 15. Διατίμιος C. P. Δατίμιος.
26. περὶ τοῦ C. P. ἐκ τοῦ.
33. Κυοδβυλτδέου C. P. & R. Κυοδβυλτδαίου.
374. 3. Βαγγυσίου C. R. Μαγγυσίου.
18. ἀναγνόντας C. P. ἀναγνώστας.
23. καταδέχηται C. P. κατέχηται.
26. ἀναγνωσθέντι C. P. παραγνωσθέντι.
34. Σεκουώδου C. P. Σεκουώδης.
40. γραφείσης C. R. λεχθείσης.
375. 7. ἐκβεβαιῶσθαι C. P. & R. ἐμβεβαιῶσαι.
23. τούτων ὧν C. R. ὄντων τῶν.
39. πάντες C. R. πάντως.
376. 2. ἐπίσκοπος C. P. ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας.
7. Τιρωνάτου C. R. Τηρωνάτου.
12. καταρτηθεῖσα C. R. καταρτισθεῖσα.
20. τῆς συνόδου C. R. συνόδῳ.
27. Δουλκίτιον C. P. Δουλκιτίων.
33. συμβοῦλαι C. R. γενέσθαι.
377. 3. ἕνα C. R. ἵνα.
5. ἑαυτὸν C. R. ἑαυτοῦ.
21. ἐπίσκοπος C. R. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος.

27. εἶπεν C. P. εἰπάτω.
43. ἀληθείας C. R. ἀληθές.
44. ἀμφιβάλλητε C. R. ἀμφιβάλλητε.
378. 10. ἄπειροι C. R. ἄποροι.
24. ἕκτῳ ὑπάτῳ C. P. ἕκτῃ ὑπατίᾳ.
26. Σεκουώδου C. P. Σεκουώδης.
379. 35. ἀνὰ ἑκάστην πόλιν C. P. & R. ἀνὰ ἑκάστην πόλιν καὶ ἀνὰ διαφόρους τόπους τῶν γειτνιώντων.
380. 10. τί C. P. & R. τί, εἴτε καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια ἀφέληται τῶν τῇ μανίᾳ.
19. πρὸς τὴν καθολικὴν C. R. πρὸς τὰ καθολικά.
38. καὶ ὑπέγραψαν C. R. καὶ ὑπέγραψαν οὕτως.
44. ὑποστρέψαι C. R. ἐπιστρέψαι.
381. 1. μὴ C. P. ἤ.
2. ἐξωθηθῇ C. R. ἐξωθῇ.
21. συνέσεις C. P. συνθέσεις.
382. 32. καθ' οὗ C. R. καθ' ὅν.
383. 15. ἱερεῖς C. P. & R. ἱερεῖς.
18. ἀπαιτήσῃ C. P. ἀπατήσῃ.
28. ὅτι προμαρτυρούμενος C. R. ἐστι προμαρτυρούμενος.
384. 11. ἐκείνων C. P. & R. κἀκεῖνοι.
31. τὴν αἴσθησιν C. P. τινα λυσίν. R. τινες λυσίν.
37. Πλακέντιος C. P. Πλακεντῖνος.
38. Νυμηδιῶν C. R. Νυμηδιανῶν.
40. Πλακεντίου C. P. Πλακεντίνου.
385. 19. πράγμασι C. R. γράμμασι.
386. 11. εἴτε παραθέσεις C. R. εἴτε ὑποθέσεις εἴτε παραθέσεις.
26. πρατικὰ πρὸ C. R. πραγματικὰ πρός.
31. ἱερεῖς C. P. ἱερεῖς.
38. εἰς C. P. ἐπί.
387. 23. ὑπέγραψα C. P. ὑπέγραψα· ὁμοίως καὶ οἱ ἄλλοι ἐπίσκοποι ὑπέγραψαν.
26. πρὸ ἓξ καὶ δεκάτη C. P. πρὸ δεκαέξ.
388. 20. αὔξησιν C. R. ἄσκησιν.
23. δωδέκατον C. P. δεκάτῳ.
389. 6. ἀληθὴς C. R. ἀληθῶς.

ibid.

Digitized by Google

ibid. πλαστὸν C. P. & R. πλαστῶς.
12. πλασωμθήν C.P.& R. πλωμθήν.
28. θεοῦ C. P. Χριστοῦ.
38. περιέχεται C.P. & R. περιέχεσθαι.
390. 13. αὐτεξίου C. R. αὐτεξουσίου.
14. πληρούμθυ C. P. πληρουμθύ.
391. 26. Δανιὴλ ὁ προφήτης C. P. & R. Δανιὴλ ἐν τῇ προσευχῇ αὐτοῦ.
393. 5. δυνάσθαι C.R. δέξασθαι.
10. ἐζητεῖτο τόπου C. R. ἐζήτει τὸ τόπου.
25. ὁρισθέντος C. P. & R. προορισθέντος.
39. ἐπερωτηθῇ C. P. ἐπερατώθη.
40. φιλονεικοῦσιν C. R. φιλονεικούντων.
394. 5. ἀντεπαγάγη C. R. ἀντεπαγάγη.
7. γίνεσθαι C. R. γίνεσθαι.
13. πρὸς C. R. πρὸς τό.
ibid. πρὸς τὴν C. P. & R. εἰς τὴν.
18. τῶν δυναμένων C. P. τῶν δυναμένων.
20. ἐνδείκνυται C. P. & R. ἐνδείκνυται.
396. 1. ἔσονται νυχθεῖσα C. R. ἀλαθηται.
397. 28. Εἰς κατηγορίαν C R. Εἰς κατηγορίαν κληρικῶν.
33. Εἴτε λαϊκὸς C. R. Εἴτε λαϊκὸς, Εἴτε κατηγορηθεὶς ἦ.
398. 2. ὅμως C. R. ὁμοίως.
9. ἐὰν C. R. ἐν.
31. ἀφ' C. P. ἐφ'.
399. 4. ἐξεργάσασθαι C. P. & R. ἐξεργάσασθαι.
34. Μουζουενσιανὸς C. P. Μαξένσης.
402. 17. Εἰς Ῥώμην C. R. ἐν Ῥώμῃ.
18. ὅτι C. R. ἵνα.
406. 2. τὸ ἔννατον C. R. τὸ ὄγδοον.
407. 10 καθαρισμοῦ C. R. καθαρισμοῦ.
14. προσηγησαμένη C. R. προσηγησάμενος.
18. ὁ C. R. πρό.
409. 3. πιστεύσει C. P. πιστεύει.
10. δύναται C. R. δύνανται.
25. ὑμᾶς C. R. ὑμῶν.



CHRISTOPHORI IVSTELLI
IN CODICEM CANONVM
Eccleſiæ Africanæ
OBSERVATIONES ET NOTÆ.

IN hac editione illud potiſſimum nobis propoſitum fuit, vt inter plura variáque nec contemnendæ vetuſtatis exemplaria, vnius ſcripturam curaremus exprimi. Itaque textum ipſum ex vetuſtiſſimo codice MS. Nicolai Fabri viri clariſſimi ouper cum dolore literarum defuncti, qui melioris notæ & ſcripturæ purioris erat, bonâ fide edidimus, ne mutatis quidem quæ facilè emendari poterant. Vſi etiam ſumus duobus aliis venerandæ antiquitatis codicibus MSS. qui planè inter ſe conueniebant, altero Bibliothecæ illuſtriſſimi viri Iacobi Auguſti Thuani: altero, eóque literis maiuſculis ſcripto, ampliſſimi viri Ioannis Bochardi ſacri Conſiſtorij Conſiliarij, & Regis Chriſtianiſſimi Enrici Magni ad Rempublicam Venetam èlegati. Qui quidem duo codices acta tantùm & Canones Concilij Carthaginenſis A. D. CCCCXIX. celebrari continebant, in quibus nonnulla deprehendimus quæ in Codice Fabri deerant, & in notationes quoque retulimus. Græci etiam interpretis tranſlationem adiunximus ex Codice Canon. Eccleſiæ Orientalis, quem V. C. Io. Tilius anno M. D. XL. Græcè primum euulgauit. Simul & χωρὰς διαφόρους ſubiunximus, ex duobus codd. MSS. à nobis excerptas: altero Bibliothecæ Regis Chriſtianiſſimi, quem nobis magnus Caſaubonus pro veteri amicitiæ noſtræ iure, & ſingulari humanitate qua præditus eſt, aliquando communicauit: altero Bibliothecæ ſereniſſimi Principis Electoris Palatini, cuius vſum ampliſſimi viri Caroli Pauli Conſiliarij Archi-Palatini beneficio acceptum referre par eſt. Notas denique & obſeruationes quaſdam viſum eſt adiicere, quæ potiſſimum ad Africanæ Eccleſiæ hiſtoriam & antiquitatis Canonicæ memoriam pertinent, plura equidem notaturus, ſi per temporis & otij anguſtias licuiſſet. Superſunt molta quibus illuſtrandis feliciora ingenia non deerunt.

Pag. 328. PROVINCIARVM AFRICANARVM, ID EST, NVMIDIARVM DVARVM] Diœceſeos Africæ ſex tantùm prouincias primùm fuiſſe teſtatur Rufus Feſtus in breuiario: *Per omnem Africam ſex prouincia facta, ipſa vbi Carthago eſt, Proconſularis, Numidia, Byzacium, Tripolis, & dua Mauritania, hoc eſt Sitifenſis & Caſarienſis.* Eaſdem recenſet Notitia Imperij, & Collatio Carthaginenſis cognit. 1. cap. 1. *Praſtò ſunt vniuerſi de omnibus ſcilicet prouinciis Africanis, id eſt de prouincia Proconſulari, de prouincia Burcenſi,* (legendum *Byzacenſi*) *de Numidia, de Mauritaniis Sitifenſi & Caſarienſi, ſed & de Tripolitana prouincia.* Sex illæ etiam prouinciæ numerantur can. 127. huius codicis. Epiſtola ſynodica Concilij Cabarſuſſenſis apud Auguſtinum enarrat. in Pſal. 36. non niſi quinque enumerat: *Sanctiſſimis fratribus atque collegis per vniuerſam Africam, hoc eſt per prouinciam Proconſularem, Numidiam, Mauritaniam, Byzacenam & Tripolim conſtitutis; Victorinus, Fortunatus, & cateri qui in Concilio apud Cauernam ſuſis fuimus,* &c. vbi pro *Cauernam ſuſis* legendum puto *Cabarſuſſim,* vt apud Auguſtinum ipſum lib. 4. contra Creſconium cap. 6. cuius verba ſuperiùs in præfatione retulimus. Eámque lectionem confirmat hæc ſubſcriptio Collationis Carthag. cognit. 1. cap. 207. *Marcianus Epiſcopus Cebarſuſſenſis.* Poſtea Numidia in duas prouincias diuiſa eſt. Hinc *duarum Numidiarum* mentio hîc & in Concilio Carthaginenſi, Cæſario & Attico Coſſ. celebrato, *Creſcentiani prima ſedis Numidiarum:* Græcus interpres habet τῶν δύο Νουμιδιῶν. In geſtis purgationis Cæciliani & Felicis: *Ad Mauritania ſitum non niſi per Numidias pergitur.* & in epiſtola Conſtantini Imp. ad Ablauium, *Sed & de Byzacena, Tripolitana, Numidiarum, & Mauritaniarum & prouinciis ſingulis,* &c. Gelaſius Cyzicenus lib. 2. cap. 27. τοὺς Νουμιδίους dixit, & Matthæus Blaſtares in ſyntagmate Iuris Canonici Græcorum nondum edito, Νουμιδίαι εἰσὶ δύο μεγάλη τε καὶ νέα.

EPISCOPIS PROVINCIÆ PROCONSVLARIS] Sic in ſynodo Carthaginenſi, Arcadio III. & Honorio II. Coſſ. habita, *Epiſcopi Proconſulares.* & in Chronico Victoris Tununenſis, *Proconſularis Concilij prouincia Africana ſacerdotes.* Et ſtatim, *Concilij Numidia Epiſcopi ad inſtar Proconſularium ſacerdotum collecti.* & in ſubſcriptionibus Concilij Conſtantinopolitani œcumenici V. collat. 8. *Sextilianus Eccleſia Tunienſis agens vices Primoſi Archiepiſcopi Carthaginenſis, totiúſque Concilij prouincia Proconſularis.* Sic l. vlt. de tyronibus Cod. Theod. *Sacerdotales prouincia Proconſularis.* Victor Vticenſis lib. 1. de perſecut. Vandal. *Factum eſt vt poſt obitum Epiſcopi Carthaginenſis Zengitana & Proconſulari prouincia Epiſcopos interdiceret ordinandos.* Proconſularis autem prouinciæ nomine, Africanam ſeu Car- 329.

thaginenſem prouinciam ſignificari planum eſt, atque ita ſæpe nominatur in Impp. conſtitutionibus. l. 1. §. 2. C. de offic. Præf. præt. Afr. & l. 11. de erogat. milit. ann. l. 13. de indulg. debit. l. 186. de decurionibus Cod. Th. & in Collatione Carthaginenſi cognit. 1. cap. 18. *Noſtrorum Epiſcoporum & clericorum atque laïcorum longe maior numerus eſt, & maxime in Proconſulari prouincia.* Sola enim in Occidente Africa Proconſularis nominatur in Notitia Imperij, quod etiam Saluianus ſcripſit lib. 7. de prouidentia cùm de Carthagine loquitur: *Illic honor Proconſularis, illic quotidianus iudex & rector, quantum ad nomen quidem Proconſul, ſed quantum ad potentiam Conſul.* Africanæ Proconſularis prouinciæ meminit Tiberius Imp. in pragmat. de fil. colon. Hæc ſimpliciter Africana & Carthaginenſis ſæpe nominatur in ſubſcript. Concilij Arelatenſis I. *Ex prouincia Africa, ciuitate Carthagine, Cæcilianus preſbyter. Sperantius diaconus.* Conſtantinopol. V. œcumen. col. 1. *Reſtitutus Epiſcopus Mileon Africanæ prouinciæ.* Nicæn. I. *Prouincia Carthaginenſis Cæcilianus Carthaginenſis.* & can. 127. huius codicis, *Electi ſunt de prouincia Carthaginenſi Vincentius Fortunatianus, &c.* Sic in epiſtola ſynodica Concilij Mileuitani ad Innocentium P. R. quæ inter Auguſtini Epiſtolas extat 92. *Hæc ad ſanctitatem tuam de Concilio Numidiæ ſcripta direximus, imitantes Carthaginenſem Eccleſiam & Carthaginenſis prouinciæ Coëpiſcopos.* Suidas Καρχηδών. ὁ Ἀφρικῆ.

Pag. 329. Τινα ἴσχατων] Cod. MS. Bibl. Palat. addit τινα ἢ ἢ ἀχάρως.

Τραχτευσια] Scholium ad hunc locum in cod. Pal. βακτευσια, σκοπεια, ἐξέτασις, διαιρεσια Gloſſæ Baſilic. à Carolo Labbæo clariſſimo viro editæ, βακτευσις, σκοπευσις, ἐξέτασις, βακτευτὴν γὰρ οἱ λατινοι τὸν σκόπον, τὸ ἐνέδρευμα καὶ τὸ ἐξέτασμα λέγουσι. Menander de legationibus ἐβακτεύσαν τὸν ἐν λόγῳ πεντήκοντα ἐνιαυτῶν. vide eruditiſſimi Meurſij gloſſarium Græco-barbarum verbo βακτεύζειν.

Pag. 330. COMMONITORIVM] Suidas Κομμονιτώριον, ὑπόμνημα πρεσβευτικὴ ἀποστελλομένη ἐν χάρτῃ. Gloſ. Baſilic. Κομμονιτώριον, ὑπομνῆμα ἀποστελλομένη μετ' ἐντολῆς. Ita hoc verbum accipiendum eſt can. 93. huius codicis, & apud Auguſtinum epiſt. 129. & 158. Eodem verbo ea notione vtitur Theodorus Romanæ Eccleſiæ diaconus apud Palladium in Dialog. de vita Chryſoſtomi. *Accepimus Imp. Honorij, & Papæ Innocentij & Italiæ Epiſcoporum Chromatij Aquileienſis & Venerij Mediolanenſis, ac reliquorum Epiſcoporum epiſtolis, vnà cum commonitorio Concilij totius Occidentis, conditionibus publicis Conſtantinopolim conceſſere.* Sic l. 10. C. Th. de curioſis, *Commonitoriis competentibus atque mandatis inſtructi.* Ammianus Marcellinus lib. 28. *Commonitorium repertum eſt, manu inſcriptum Hymetij.* Item, *Commonitorium cum Auguſti literis tradidit.* Symmachus epiſt. 20. lib. 5. *Commonitorium quo ſummatim muneri praeparanda reſcripſi.* & epiſt. 21. *Quia longum viſum eſt literarum ſerie agenda complecti, non grauerus commonitorio ſtrictim ſignata percurrere.* & epiſt. 24. *Multa Octaeno & literis & commonitoriis implenda mandauimus.* Commonitorij formulam vide apud Caſſiodorum lib. 7. variarum 22.

Ὅτι ἐὰν ὁ ἐπίσκοπος κατηγορηθῇ] Scholium ad hunc locum in C. P. οὐκ ἔστι τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου κανών, ἀλλὰ τῆς ἐν Σαρδικῇ ὄντι, ὅθεν καὶ οἱ τῆς παρούσης συνόδου ἐπίσκοποι αὐτὸν ἀγνοεῖν ἔλεγον δηλοῦσιν αἱ περὶ τούτου αὐτῶν ἀποφάσεις. *Non eſt hic canon ſynodi Nicænæ ſed Sardicenſis, vnde & qui ſynodo Carthaginenſi interfuerunt Epiſcopi dixerunt ſe illum ignorare, vt declarant illorum de eo ſententia.* *Pag.* 330.

VT DE LATERE SVO PRESBYTERVM MITTAT] Poſſidonius in vita Auguſtini cap. 13. de vnitate & pace Eccleſiæ Africanæ loquens, *Et id maxime factum eſt*, inquit, *poſt collationem, quæ ab vniuerſis Epiſcopis facta eſt, adiuuante glorioſiſſimo Imp. Honorio, propter quod perficiendum etiam à ſuo latere Tribunum & Notarium Marcellinum ad Africam iudicem miſerat.* Gregorius Turonenſis lib. 4. cap. 13. *Miſit Rex Imnachanum & Scaptarium primos de latere ſuo.* Marculphus lib. 1. formul. cap. 40. *Preſente miſſo noſtro, inluſtri viro illo quem ex noſtro latere illuc pro hoc direximus.* Leo I. P. R. epiſt. 14. ad Fauſtum & Martianum, *Cùm propter cauſam fidei, quam Eutyches perturbare tentauit, de latere meo mitterem, qui defenſioni veritatis aſſiſterent.* & in Concilio Matiſconenſi II. can. 14. *Hi qui lateri Regis adhærent.* *Pag.* 330.

DE HOC IAM SVPERIORIBVS ETIAM LITERIS CONCILII NOSTRI RESCRIPSIMVS] Concilium Carthaginenſe intelligit, Honorio XII. & Theodoſio VIII. Coſſ. hoc eſt anno 418. celebratum. Id confirmat epiſtola ad Bonifacium ſcripta his verbis, *Iam priore anno etiam literis noſtris ad eundem venerabilis memoriæ Zoſimum Epiſcopum datis, inſinuare curauimus.* Hæ autem literæ ad Zoſimum ſcriptæ non extant. *Pag.* 330.

Εὐφετουλας] Sic etiam mendosè habet cod. Pal legendum Συφφετουλας, vt infrà in ſubſcriptionibus huius Concilij, Ἰουκοῦνδος Συφετουλίτης ἐπίσκοπος τῆς Βυζακίνης ἐπαρχίας. & Collat. Carthag. cap. 125. *Iocundus Epiſcopus plebis Sufetulenſis.* Apud Cyprianum quoque *Suficula* vel *Hyphetula*, pro *Suffetula* legitur. *Pag.* 332.

STATVTA NICÆNÆ SYNODI AD NOSTRVM CONCILIVM PER CÆCILIANVM, QVI INTERFVIT AOLATA] Hinc planum eſt Cæcilianum Eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopum, Aurelij prædeceſſorem, Concilio Nicæno interfuiſſe. Id etiam teſtantur ſubſcriptiones Concilij Nicæni tom. 1 Concil. *Prouincia Africa, Cæcilianus Carthaginenſis.* & Gelaſius Cyzicenus lib. 2. cap. 27. vbi Epiſcopos enumerat, per quos decreta Nicæna omnibus Eccleſiis tranſmiſſa ſunt: Καικιλιανὸς Καρχηδόνος τῆς κατὰ πάσας τὰς ἐπαρχίας τῆς τε Ἀφρικῆς, καὶ τῆς Νουμιδίας, καὶ Μαυριτανίας ἀμφοτέρας ταῖς ἁγίαις τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις. *Cæcilianus Carthaginenſis ſanctis Dei Eccleſiis in prouinciis Africa, Numidia atque Mauritania vtriuſque.* Concilium Conſtantinopolitanum V. œcumenicum collat. 5. *Cæcilianus Epiſcopus Carthaginenſis, ſolus ex tota Africa peruenit ad Nicænum Concilium.* Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus, in opere non edito contra Hinc- *Pag.* 333.

marum Laudunenſem c. 21. *Nam quia Cæcilianus Nicenæ ſynodo interfuerit & ſubſcriptio illius teſtatur, & hiſtoria ac chronica Eccleſiaſtica adſtruunt.*

Pag. 333. Ἐπεψήφισαν τὰ μέρη] Hic Græcus interpres perperam pro *patres* legit *partes*. Ita ergo vertiſſe debuerat, ἐπεψήφισαν οἱ πατέρες.

Pag. 334. PROFESSIO FIDEI NICÆNI CONCILII] Hoc ſymbolum inter cæteros Chriſtianæ fidei articulos non ponit Chriſti deſcenſum ad inferos. Neque occurrit apud Eccleſiaſticos Africanæ Eccleſiæ reſcriptores, Tertullianum lib de præſcript. cap. 13. lib. 2. contra Praxeam, & lib. de veland. virg. vbi explicat regulam fidei ab Apoſtolis traditam; Optatum Mileuitanum lib. 1. Nec apud Auguſtinum lib. 5. de Trinit. cap. 6. lib. de fide & ſymbolo, & ſerm. de temp. 123 & 125.

Pag. 334. STATVTA QVOQVE NICÆNI CONCILII IN XX CAPITVLIS SIMILITER RECITATA SVNT] In epitome canonum quam Hadrianus P. R. ad diſpoſitionem Eccleſiarum Occidentalium, Carolo Magno Regi Francorum & Longobardorum, ac Patritio Romanorum dedit anno DCCLXXIII. ita legitur, *Deinde etiam* XX. *capitulis Nicæni Concilij recitatis communi decreto ſtatuerunt capita* XXXVII. (legendum XXXIX.) *quæ ſubſequuntur.* Theodoretus lib. 1. Hiſt. Eccl. cap. 8. de Nicæno Concilio loquens: αὖθις δὲ συνελθόντες εἰς τὸ συνέδριον, τῆς ἐκκλησιαστικῆς πολιτείας νόμους ἔγραψαν εἴκοσι. *Rurſus in Concilium conuenientes, de adminiſtratione Eccleſiaſtica leges viginti conſcripſere.* Gelaſius Cyzicenus Act. Concil. Nicæni lib. 2. Ἐξέθεντο δὲ καὶ ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας εἴκοσι ἐν αὐτῇ τῇ ἐν Νικαίᾳ. *Ediderunt & Eccleſiaſticos canones viginti in Nicæna ſynodo.* Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus in opere nondum edito aduerſus Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum cap. 21. *Quòd nonniſi* XX. *capitula quæ habemus in Nicæno Concilio fuerint conſtituta. Dicam*, inquit, *ex verbis veterum quæ didicimus de capitulis Nicænæ ſynodi. Hiſtoria ſiquidem tripertita Athanaſium dixiſſe ſcribit ita: In Nicænum Concilium venientes Epiſcopi viginti conſcripſerunt de conuerſatione Eccleſiaſtica ſanctiones. Et decimus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ liber Rufini, qui in catalogo Apoſtolicæ Sedis inter recipiendos libros deſcribitur, apertè oſtendit poſt confeſſionem fidei viginti duo tantùm capitula canonum in eodem Concilio & de Paſchali ſolemnitate fuiſſe decreta. Duo autem, quæ ſuper viginti ſunt illic conſtituta, in viginti aliis capitulis apud nos habentur concluſa. Vnde & in eodem libro ita ſcriptum habetur: De ſingulis quibuſque Eccleſiaſticis obſeruationibus certa ſtatuta figentibus, Concilium diremptum eſt. Et poſt capitula ex ordine & numero conſtituta: Igitur cùm de his, inquit, prout diuinarum legum reuerentia popoſcerat, decreuiſſent, ſed & de obſeruatione Paſchæ antiquum canonem, per quem nulla de reliquo varietas oriretur Eccleſiis, tradidiſſent, omnibus ritè diſpoſitis, Eccleſiarum pax & fides in Orientis atque Occidentis partibus vna atque eadem ſeruabatur; cuius Hiſtoriographi dictis & Carthaginenſe aſtipulatur Concilium, quod dicit; Exemplaria fidei, & ſtatuta Nicænæ ſynodi, quæ ad noſtrum Concilium per beatæ recordationis Cæcilianum Carthaginenſem Epiſcopum, qui interfuit, allata ſunt: ſed & quæ patres exemplaria ſequentes hic conſtituerunt, vel nunc communi tractatu ſtatuimus, his geſtis Eccleſiaſticis inſerta manebunt. Sed & epiſtola Cyrilli Alexandrini Epiſcopi, cuius prædeceſſor Alexander cum legatis Apoſtolicæ Sedis, Oſio videlicet Cordubenſe Epiſcopo, & Vincentio ac Victore Romanis presbyteris, mediante Conſtantino Imperatore præſedit, cum integritate ipſius Concilij per Innocentium presbyterum miſſa. Itémque epiſtola Attici Conſtantinopolitani Epiſcopi cum integritate nihilominus ipſius Concilij per Marcellum ſubdiaconum Carthaginenſi ſynodo directa, & verba Fauſtini Epiſcopi ac legati Sedis Apoſtolicæ prolata in ſynodo Carthaginenſi. Epiſtola quoque ipſius Concilij ad Cæleſtinum Papam honorabiliter, vt par eſt, deſtinata. Sed & actio* XII. *Calchedonenſis Concilij, in qua ſcriptum habetur: Regula nonageſima quinta, de vacante Epiſcopo; & paulo pòſt, Leontius ex eodem codice legit regulam nonageſimam ſextam de his qui ad Epiſcopatum vocati euitant. Quas regulas connumeratis à capite* XX. *capitulis Nicæni Concilij, ſiquis per ſingula conſequentia Concilia ex ordine numerauerit, in Antiocheno Concilio loca præfatorum numerorum tenere inueniet. Vnde manifeſtum eſt, non niſi tantùm viginti quæ habemus capitula fuiſſe in Nicæno Concilio conſtituta.*

PRÆTERITO CONCILIO] Carthaginenſi videlicet, quod Vincentio & Flauito Coſſ. hoc eſt A. D. CCCCI. celebratum eſt. vide can. 25. & 70. huius codicis. Pag. 335. Can. 3.

MAIORES NATV VEL EPISCOPOS] Iulius I. P R. in epiſtola ad Epiſcopos Orientales pro Athanaſio ſcripta cap. 20. *Criminationes maiorum natu per alios ne fiant niſi per ipſos, qui crimina intendunt, ſi tamen ipſi digni & irreprehenſibiles apparuerint, & actis publicis docuerint, omni ſe carere ſuſpicione atque inimicitia, & irreprehenſibilem fidem atque conuerſationem ducere.* Concilium Carthaginenſe ſub Grato celebratum anno CCCXLVII. vel CCCXLIX. can. 11. *Si quis tumidus vel contumelioſus extiterit in maiorem natu, vel aliquam cauſam habuerit, à tribus vicinis Epiſcopis, ſi diaconus eſt, arguatur: presbyter à ſex: ſi Epiſcopus à duodecim conſacerdotibus audiatur.* Hîc autem maiorum natu appellatione presbyteri ſignificantur, vt apud Cyprianum ad Quirinum cap. 76. *Maiorem natu non temerè accuſandum: Ad Timoth.* 1. *Aduerſum maiorem natu accuſationem ne receperis.* Erant & maiores natu extra Eccleſiam, Gregorius Turonenſis lib 4. Hiſtor. ſect. 38. de Vigilio quodam Archidiacono loquens: *Pro quo*, inquit, *nunquam obtinere potuerunt, nec Epiſcopus, nec ciues, nec vllus maior natu, nec ipſa vox totius populi adclamantis*, &c. & lib. 5. ſect. 32. *Erant autem maiores natu & primi apud Chilpericum Regem.* & lib. 7. ſect. 32. *Aiunt ipſum quoque Regem ab omnibus maioribus natu Childeberti Regis expetitum eſſe.* & libro 8. ſect. 30. *Poſtea verò quatuor conuocatis Epiſcopis, nec non & maioribus natu laïcorum.* Maiores ſimpliciter vocantur lib. 6. ſect. 24. *Epiſtolam manu* Pag. 337. Can. 8.

Chronicon Reichesſpergenſe p. 36.

maiorum Childeberti Regis ſubſcriptam protulit. & meliores natu lib. 7. ſect.. 19. *Secuti ſunt ea omnes meliores natu regni Chilperici Regis.* Sic in literis preſbyterorum Romanorum ad Honorium Imp. pro Bonifacio apud Baronium an. 419. num. 7. *Venerabilem virum Bonifacium veterem presbyterum, bonis moribus comprobatum, & (quod eum magis ornabat) inuitum, acclamatione totius populi ac conſenſu meliorum ciuitatis aſſerimus, diuinæ inſtitutionis ordine conſecratum.* In relatione Symmachi ad Conſtantium de rebus per Eulalium Romæ geſtis, *Maiores regionum.* Et in relatione eiuſdem ad Honorium: *Admonui, & corporatos officij quoque interminatus ſum, ac maiores deterrui regionis, ne quis quietem vrbis veſtræ turbare tentaret. Primates, & priores regionum* in reſcripto Honorij ad Symmachum, cuius exemplum extat apud Baronium an. 418. & 419. *Monemus ſanè, vt regionum primatibus euocatis diſciplinæ publicæ quietique proſpicias.* & paulò pòſt, *Ne quis vllum tumultum, neque ſeditionem audeat commouere, quam ſi quis inſana perſuaſione conquiret, non in eos tantùm qui in perturbatione fuerint deprehenſi, ſed in regionum quoque priores nouerit vindicandum.* Priores etiam dixit Gregorius Turonenſis lib. 7. ſect. 33. *Nonnulli de prioribus Regis Childeberti.*

Pag. 337. Can. 10. TVMORE VEL SVPERBIA INFLATVS] Arnobio lib. 2. *Arrogantia ſupercilio tumidus,* & *typho & arrogantia ſubleuatus.* Iulio Firmico lib. 3. Matheſ. cap. 3. *Inflatus ac ſuperbiæ ſpiritu ſubleuatus.*

Pag. 338. Can. 12. PRESBYTER A SEX EPISCOPIS CVM PROPRIO EPISCOPO AVDIATVR] vide can. 14. & 20. huius Codicis, & Auguſtinum epiſt. 236. *Sex Epiſcopos,* inquit, *cauſam presbyteri terminare à Concilio ſtatutum eſt.* vide can. 11. Concil. Carthag. ſub Grato celebrati, cuius verba ſuprà relata ſunt.

Can. 13. INCONSVLTO PRIMATE CVIVSLIBET PROVINCIÆ NON PRÆSVMANT EPISCOPI EPISCOPVM ORDINARE] Nicæna ſynodus can. 4. ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι. εἰ δὲ δυσχερὲς τὸ τοιοῦτο, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξάπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι, τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ, hoc eſt, interprete Dionyſio Exiguo, *Epiſcopum conuenit maximè quidem ab omnibus, qui ſunt in prouincia Epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter inſtantem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in idipſum conuenientibus, & abſentibus quoque pari modo decernentibus & per ſcripta conſentientibus, tunc ordinatio celebretur; firmitas autem eorum quæ geruntur per vnamquamque prouinciam Metropolitano tribuatur Epiſcopo.* & can. 6. εἴ τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. *Si quis præter ſententiam Metropolitani fuerit factus Epiſcopus, hunc magna ſynodus definiuit Epiſcopum eſſe non oportere.* Theodoretus lib. 5. Hiſt. Eccl. cap. 23. κανόνες πάντας συγκαλεῖσθαι τῆς ἐπαρχίας τοὺς ἐπισκόπους κελεύουσι. καὶ αὖ πάλιν δίχα τριῶν ἐπισκόπων ἐπιτελεῖν χειροτονίαν ἀπαγορεύουσι γίνεσθαι. *Canones cunctos prouinciæ iubent conuocari Epiſcopos, ordinarique vetant vllum, niſi tribus præſentibus Epiſcopis.* Epiſtola ſynodica Concilij prouinciæ Cretæ ad Leonem Imp. tom. 2. Concil. *Timotheus vero ſi viduata ſanctiſſima Eccleſia Epiſcopus ordinatus eſt, decreto ciuium vniuerſorum & religioſiſſimorum Epiſcoporum vniuerſæ prouinciæ, aut omnium aut plurimorum conuenientium vnà, & reliquis aut propter ſenectutem, aut propter ægritudinem, aut quamcumque neceſſariam cauſam abſentibus, à tribus tamen vt parùm Epiſcopis inculpabilibus & communicatoribus, regulariter ordinatus atque conſtitutus eſt, firmitatem eum ſedis habere decernimus.* vid. can. 18. Concil. Antioch. & can. 28. Concil. Calchedon.

ITEM PLACVIT VT QVISQVIS EPISCOPORVM, &c.] Hic canon extat in Concilio Carthaginenſi, quod Conciliorum collectores tertium vocant, & apud Gratianum 11. q. 1. can. placuit. vbi poſt verba, *Si locum ſuum obtinere maluerit,* hæc reperiuntur à collectore fortè ad marginem adſcripta, & deinceps à librariis contextui inſerta. *Cui enim ad eligendos iudices vndique patet authoritas, ipſe ſe indignum fraterno conſortio indicat, qui de vniuerſa Eccleſiâ malè ſentiendo, de iudicio ſæculari poſcit auxilium, cùm priuatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolus ad Eccleſiam deferri atque ibi determinari præcipiat.* Quæ quidem verba in omnibus Latinis Græciſque codd. editis & MSS. quibus in hac editione vſi ſumus, non habentur, nec in collectione Dionyſij Exigui Moguntiæ edita an. 1525. Hic autem canon clericorum leuitatem & procacitatem coërcet, qui poſt cauſam in Eccleſia tractari cœptam, ſpretis & relictis iudicibus Eccleſiaſticis, ſæculari ſe arbitrio iudicióque committunt. Refert Sozomenus lib. 4. Hiſt. Eccl. cap. 24. Sophronium Pompeiopolis Epiſcopum exauthoratum fuiſſe, quòd exteros iudices τοὺς ἔξωθεν δικαστὰς elegiſſet. Pag. 339. Can. 15.

VT A QVIBVSCVNQVE IVDICIBVS ECCLES. AD ALIOS IVDICES ECCLES. VBI EST MAIOR AVTHORITAS FVERIT PROVOCATVM] Planum eſt, res controuerſas à minore conuentu ad ampliorem referri ſolitas, & à ſynodo prouinciæ ad maiorem ſynodum prouocari, hoc eſt ad vniuerſale ſeu plenarium Concilium vniuſcuiuſque Diœceſeωs. vide infrà ad can. 18. 19. & 28. Ibid.

SI EX CONSENSV PARTIVM ELECTI FVERINT IVDICES NON LICEAT PROVOCARI] can. 96. 121. & 122. huius Codicis. Synodus Calchedonenſis in Cod. Can. Eccl. Vniu. can. 187. εἴ τις κληρικὸς πρὸς κληρικὸν πρᾶγμα ἔχοι, πρότερον τὴν ὑπόθεσιν γυμναζέτω παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ, ἤγουν γνώμῃ αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου παρ' οἷς ἂν τὰ ἀμφότερα μέρη βούλωνται τὰ τῆς δίκης συγκροτείσθω. εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσει, κανονικοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκείσθω. *Si quis clericus aduerſus clericum habet negotium, prius actio ventiletur apud Epiſcopum proprium,* Pag. 339. Can. 15.

vel certè conſilio eiuſdem Epiſcopi, apud eos quos vtraque pars voluerit, iudicium agitetur. Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis correptionibus ſubiacebit. Sic in legibus ab arbitri ſententia prouocare non licet. Vlpianus l. 27. §. 2. D. de recept. arb. *Stari autem debet ſententiæ arbitri, quam de re dixerit, ſiue æqua, ſiue iniqua ſit: & ſibi imputet qui compromiſit. Nam & D. Pij reſcripto adiicitur: vel minùs probabilem ſententiam æquo animo ferre debet.* Antoninus Imp. l. 1. cod. eod. *Ex ſententia arbitri & compromiſſo iure perfecto aditi, appellari non poſſe, ſæpe reſcriptum eſt.*

Pag. 340. Can. 16. Προκουράτορες] Verbum iuris quod paſſim occurrit apud Græcos Iuriſconſultos. Gloſ. Baſil. προκουράτωρ ἐστὶν ὁ φροντιστὴς ἢ ἐντολεὺς ὁ πρᾶγμα ἕτερον κατ' ἐντολὴν αὐτοῦ διοικῶν. Sic paſſim in hac tranſlatione Græcâ, pleraque verba nouiſſimæ antiquitatis, barbarè ſcripta & μιξοβάρβαρα reperiuntur.

Pag. 340. Can. 16. NVLLVS MILITANS DEO IMPLICET SE NEGOTIIS SÆCVLARIBVS] Epiſt. 2. ad Timoth. cap. 2. οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις. Appoſitè ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις dixit Apoſtolus (ſic in Euangelio Ioannis cap. 17. βασιλεία ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, & epiſt. 1. ad Corinth. cap. 6. βιωτικὰ κριτήρια.) Synodus Calchedonenſis in Codice Canonum Eccleſiæ Vniuerſæ can. 181. τὰ κοσμικὰ πράγματα, *ſecularia negotia* vocat, atque Epiſcopos & clericos vetat πράγμασιν ἐπεισάγειν κοσμικαῖς διοικήσεσι, *negotiis ſecularibus ſe miſcere*, & can. 185. eiuſdem codicis, ſtatuit eos qui ſemel in clero cooptati ſunt μήτε ἐπὶ στρατείαν, μήτε ἐπὶ ἀξίαν κοσμικὴν ἔρχεσθαι, *Neque ad militiam neque ad dignitatem aliquam venire ſecularem.* & can. 190. coërcet Epiſcopos προσδεχομένους δυναστείας, *Poteſtates affectantes.* Synodus quoque Sardicenſis can. 8. damnat quoſdam Epiſcopos, maximè Afros, qui *dignitates ſeculares & adminiſtrationes* quibuſdam poſtulabant. Id etiam prohibent vetuſti canones qui dicuntur Apoſtolorum, can. 6. ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κοσμικὰς φροντίδας μὴ ἀναλαμβανέτω. εἰ δὲ μή, καθαιρείσθω. *Epiſcopus aut presbyter aut diaconus ſeculares curas non adſumat: alioqui deponatur.* & can. 81. οὐ χρὴ ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον καθιέναι ἑαυτὸν εἰς δημοσίας διοικήσεις, *Non oportet Epiſcopum vel presbyterum deiicere ſe in publicas adminiſtrationes.* & can. 83. ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος στρατείᾳ σχολάζων, καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, Ῥωμαϊκὴν ἀρχήν, καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. τὰ γὰρ Καίσαρος, Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ. *Epiſcopus aut presbyter aut diaconus operam dans militiæ, & ſimul vtrumque retinere volens, Romanam præfecturam & ſacram functionem, deponatur. Quæ ſunt enim Cæſaris Cæſari, & quæ Dei, Deo.* Hic autem canon, & ſynodus Calchedonenſis στρατείαν vocant non militiam armatam aut militum præfecturam, ſed ciuilem militiam, hoc eſt magiſtratum, vel dignitatem ἀρχήν, ἀξίαν. Militare enim etiam dicuntur qui munus aliquod, officiumve, in palatio, aut comitatu Principis gerunt, & aliqua dignitate aut adminiſtratione funguntur l. 1. C. de tabul. l. 1. 7. 9. & 12. C. de prox. ſcrin. Ambroſius ſerm. 7. *Non enim tantùm de iis militantibus ſcriptura loquitur, qui armata militia detinentur, ſed quiſquis militiæ cingulo vtitur, dignitatis ſuæ miles adſcribitur.* Cicero pro Murena, *Nec ſolos noſtro imperio militare credimus illos qui gladiis, clypeis & thoracibus nituntur: militant cauſarum patroni, qui glorioſa vocis confiſi munimine laborantium ſpem, vitam & poſteros defendunt.* Lucanus in Panegyrico Piſonis *-- tamen etſi bella quieſcunt, Non periit virtus, licet exercere togatæ Munera militiæ.* Manilius lib. 2. Aſtronomic. *Hoc quoque militiæ genus eſt ciuilibus actis Compoſitum.*

PLACVIT VT MAVRITANIA SITIFENSIS] In Codd MSS. T. & B. hic canon paulò aliter ſic legitur. Pag. 340. Can. 17. *De Primatu Mauritaniæ Sitifenſis. Primatem verò proprium cùm Mauritaniæ Sitifenſis Epiſcopi poſtularent, omne Concilium Epiſcoporum Numidiæ, conſentientibus omnibus Primatibus vel vniuerſis Epiſcopis prouinciarum Africanarum, propter longi itineris nouitatem habere permiſſa eſt. cum conſilio Carthaginenſis Eccleſiæ factum eſt.* Mendoſus ſanè locus, ſed cuius ope Africana Geographia lucem quandam accipere poteſt. Hinc enim apparet Mauritaniam Sitifenſem cum Numidia primùm coniunctam, ab illâ poſtea ſeparatam, à proprio Primate & ſynodo prouinciæ adminiſtratam fuiſſe. Sitifenſis autem prouincia à Sitifi eius Metropoli nominata eſt, cuius meminit Antoninus in itinerario, & Author hiſtoriæ miſcellæ in Iuſtiniano lib. 16. *Mauritaniam*, inquit, *& Sitiphim metropolim ſub tributo Romanis effecit. Alterius enim Mauritaniæ Cæſarea prima Metropolis eſt.* Procopius de bello Vandalico lib. 2. *Maurusij poſtquam è Numidia ſuperati, refugientes Zeben regionem petierunt, quæ ſupra montem Auraſium eſt, ad Mauritaniam pertinens, Sitiphim Metropolim habens Romanorum Imperio tributariam, Mauritaniæ verò alterius Cæſarea caput eſt.* Matthæus Blaſtares in ſynopſi Iuris Canonici Græcorum nondum edita, tres Mauritanias facit, Cæſarienſem, Sitifenſem, & Tigitanam: Μαυριτανίαι εἰσὶ γ΄. ἤτοι ἡ Καισαρειανὴ καλουμένη, ἀπὸ τῆς μητροπόλεως αὐτῆς Καισαρείας. Σιτιφηνσία, ἧς ἡ μητρόπολις Σιτιφαίνα, καὶ Τιγγιτανὴ ἡ μητρόπολιν ἔχουσα Τίγγιν.

ITEM PLACVIT VT ORDINATIS] Hic canon paulo aliter in Cod. MS. T. ſic legitur: Pag. 340. Can. 18. *Item placuit vt in ordinatione Epiſcoporum vel clericorum prius placita Concilij inſinuentur eorum auribus à ſuis ordinatoribus, vt ſi aliquid contra ſtatuta Concilij fecerint, pœniteant.* Hunc canonem ex ſuggeſtione Auguſtini editum fuiſſe teſtatur Poſſidonius in eius vita cap. 8. vbi loquitur de illius ordinatione contra morem Eccleſiæ & ſtatuta Conciliorum factâ. *Quod in ſe ipſo poſtea fieri non debuiſſe, vt viuo ſuo Epiſcopo ordinaretur, & dixit, & ſcripſit, propter Concilij vniuerſalis* Nicæni I. *vetitum, quod iam ordinatus didicit: nec quod ſibi factum eſſe doluit, aliis fieri voluit. Vnde etiam ſategit, vt Conciliis conſtitueretur Epiſcoporum, ab ordinatoribus deberi*

ordinandis vel ordinatis omnium ſtatuta ſacerdotum in notitiam eſſe deferenda. Iuſtinianus Imp. Nouel. 6. cap. 1 §. 8. ſtatuit, vt Epiſcopi ordinandi in mediis ordinationis ſolemnibus publicè promitterent ſe canones Conciliorum ſeruaturos. Cæleſtinus I. P. R. epiſtola ad Epiſcopos per Apuliam & Calabriam conſtitutos, quæ in Codicem Canonum Eccleſiæ Romanæ relata eſt, & apud Gratianum can. nulli ſacerdotum diſt. 38. *Nulli ſacerdotum ſuos liceat canones ignorare, nec quiquam facere quod Patrum poſſit regulis obuiare.* Refert Sozomenus lib. 4. cap. 23. Neonem Seleuciæ vrbis Iſauriæ Epiſcopum abdicatum fuiſſe, ὡς ἀπείρους ἱερῶν γραφῶν καὶ θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπισκόπους καταστήσαντα, *Quòd nonnullos ſacrarum literarum legúmque Eccleſiæ ignaros Epiſcopos conſtituiſſet.*

Pag. 341. Can. 18. SINGVLIS QVIBVSQVE ANNIS CONCILIVM CONVOCETVR, AD QVOD OMNES PROVINCIÆ DE CONCILIIS SVIS LEGATOS MITTANT] Quatuor ſunt genera Conciliorum; vnum Epiſcopi cum pleriſque aliis finitimis ſeu vicinis ſuæ parochiæ Epiſcopis, cuius veſtigia extant non obſcura can. 11. 12. 14. 20. 26. 28. & 125. huius codicis, & can. 17. Concilij Sardicenſis: *Habeat poteſtatem is qui abiectus eſt, vt Epiſcopos finitimos interpellet, & cauſa eius audiatur.* Alterum Metropolitæ, ſeu Primatis, aut Epiſcopi primæ ſedis, cum omnibus prouinciæ Epiſcopis, quod idcirco *plenarium Concilium vniuſcuiuſque prouinciæ & Primatis* dicitur can. 98. huius codicis. Antiochena ſynodus perfectam ſynodum vocat in Codice Canonum Eccleſ. Vniuerſæ can. 95. & 96. τελείαν σύνοδον τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἐπισκόπων εἰς ἣν συμπάρεστι καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως. *Perfectam ſynodum Epiſcoporum prouinciæ, cui & intereſt Metropolitanus.* Tertium Exarchi ſeu Patriarchæ cum Metropolitanis & Epiſcopis totius Diœceſeωs. μείζονα σύνοδον ἐπισκόπων *maiorem ſynodum Epiſcoporum* vocat eadem Antiochena ſynodus can. 91. eiuſdem codicis, & Conſtantinopolitana I. can. 169. μείζονα σύνοδον τῶν τῆς διοικήσεως ἐπισκόπων ἐκείνης, *maiorem ſynodum Epiſcoporum vniuſcuiuſque Diœceſeωs.* Synodi Diœceſeωs fit mentio l. 23. de Epiſcop. & cler. C. Th. *Si qua ſunt ex quibuſdam diſſenſionibus, leuibúſque delictis ad religionis obſeruantiam pertinentia, locis ſuis & à ſuæ Diœceſeωs ſynodis audiantur.* & in actis Concilij Epheſini, ἡ ἁγία σύνοδος τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως, *ſancta Synodus Diœceſeωs Orientalis.* & ἡ συναχθεῖσα σύνοδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, *Synodus ex Diœceſi Ægyptiaca Alexandriæ congregata.* Hoc genus Concilij vniuerſale vel plenarium totius Diœceſeωs aut Patriarchiæ vocatur, cuius videlicet plena erat authoritas & αὐθεντία, vt ait hic canon 18 adeò vt ab illo ne quidem Epiſcopis prouocare liceret. Huius generis plurima reperiuntur Concilia in tomis Concil. Antiochenſia videlicet ex Diœceſi Orientis, Romana ex Diœceſi vrbis Romæ, Aquileienſe ex Diœceſi Italiæ, Gallicana ex Diœceſi Galliarum, Toletana ex Diœceſi Hiſpaniarum, Africana ſeu Carthaginenſia ex Diœceſi Africæ, quæ paſſim hoc codice vniuerſalia & plenaria Africæ vocantur can. 19. 20. 77. 95. 107. 109. & in epiſtola ad Cæleſtinum P. R. Sic Poſſidonio in vita Auguſtini cap. 8. Hipponenſe *plenarium totius Africæ* dicitur. & Iuſtinianus Nouel. de Afric. Eccleſ. ad A. Salomonem P. P. Africæ. *Separatus ſanctiſſimus ſacerdos Carthaginis Iuſtiniana qui venerando Concilio totius Africæ ſanctiſſimus Eccleſiis præeſſe dignoſcitur.* Ea notione Concilium vniuerſale pro ſynodo Diœceſeωs Galliarum accipitur can. 10. Concil. Matiſconenſis II. ſub Patriarcha Lugdunenſi celebrati. Simili locutione Concilia Toletana vniuerſalia & generalia vocantur Concil. Tolet. III. can. 18. *Præcipit hæc ſancta & vniuerſalis ſynodus.* Tolet. IV. in exordio, *Quoniam Concilium generale agimus.* & can. 3. *Si fidei cauſa eſt, aut qualibet alia Eccleſiæ communis, generalis totius Hiſpaniæ & Galliciæ ſynodus conuocetur. Si verò nec de fide, nec de communi Eccleſiæ vtilitate tractabitur, ſpeciale erit Concilium vniuſcuiuſque prouinciæ, vbi Metropolitanus elegerit peragendum.* & Tolet. V. can. 2. 3. & 6. Concilium Toletanum quartum *vniuerſalis ſynodus* nominatur, & can. 7. *Vt in omni Concilio Epiſcoporum Hiſpaniæ vniuerſalis Concilij decretum, quod propter principum noſtrorum ſalutem eſt conſtitutum, in ſynodo publica voce debeat pronuntiari.* Leo I. P. R. epiſt. 93. ad Turibium Epiſcopum Aſturicenſem cap. 17. *Habeatur ergo apud vos Epiſcopale Concilium, & ad eum locum qui omnibus opportunus ſit, vicinarum prouinciarum conueniant ſacerdotes.* & paulò pòſt, *Dedimus literas ad fratres & Coëpiſcopos noſtros Tarraconenſes, Carthaginenſes, Luſitanos, atque Gallæcos, eiſque Concilium ſynodi generalis indiximus. Si autem aliquid obſtiterit, quo minus poſſit celebrari generale Concilium Gallæciæ, ſaltem in vnum conueniant ſacerdotes, quò citiùs vel prouinciali conuentu remedium tantis vulneribus afferatur.* Quartum Conciliorum genus eſt totius orbis, ex omnibus videlicet prouinciis & Diœceſibus Imperij tam Orientis quàm Occidentis, quod idcirco Græco vocabulo οἰκουμενικὸν vocatur. οἰκουμένη enim vniuerſum terrarum orbem ſignificat, quo etiam nomine Romanum Imperium apud Græcos Latinóſque ſcriptores ſignificari planum eſt. Sic B. Lucas cap. 2. de deſcriptione Imperij Romani ab Auguſto imperatâ loquens, Ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, *Prodiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.* & Caſſiodorus lib. 3. var. cap. 52. *Auguſti temporibus*, inquit, *orbis Romanus agris diuiſus, cenſúque deſcriptus eſt.* Æthicus in Coſmographia: *Omnis orbis terra intra annos triginta duos à dimenſoribus peragratus eſt.* Eadem notione κόσμος dicitur Gelaſio Cyziceno in exordio lib. 1. Act. Concil. Nicæn. vbi ait ſynodum Nicænam coactam fuiſſe ἐκ πασῶν τῶν τοῦ Ῥωμαίων κόσμου ἐπαρχιῶν, *Ex omnibus mundi Romani prouinciis.* Oecumenicæ autem ſynodi non niſi in grauiſſimis hæreſibus, quæ orbis maximam partem peruaſiſſent, ab Impp. conuocabantur, vt in tot ſæculis

Digitized by Google

Chriſtiani nominis plura non extent in Oriente, quàm octo œcumenica Concilia.

Pag. 341. Qvisqvis Episcoporvm accvsatvr, ad Primatem provinciæ ipsivs cavsam deferat accvsator] Concilium Conſtantinopol. I. œcumenicum II. in Cod Can. Eccleſiæ vniuerſæ can. 169. εἰ μέν τινες λέγοιεν ἔχειν τινὰ ἐκκλησιαστικὴν κατὰ τοῦ ἐπισκόπου κατηγορίαν, τούτους κελεύει ἡ ἁγία σύνοδος πρότερον μὲν ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας πάντων ἐπισκόπων ἐνίστασθαι τὰς κατηγορίας, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἐλέγχειν τὰ ἐγκλήματα τοῦ ἐν αἰτίαις τινὶ ἐπισκόπου. *Si nonnulli dicant ſe habere aliquam aduerſus Epiſcopum criminationem, eos iubet ſancta ſynodus primùm quidem apud omnes prouinciæ Epiſcopos accuſationes inſtituere, & apud eos probare crimina rei Epiſcopo obiecta.* & can. 187. eiuſdem cod. εἰ δὲ κληρικὸς πρᾶγμα ἔχοι πρὸς τὸν ἴδιον ἢ καὶ πρὸς ἕτερον ἐπίσκοπον, παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας δικαζέσθω. *Si clericus cum ſuo vel etiam alieno Epiſcopo litem habuerit, à prouinciæ ſynodo iudicetur.* Iuſtinianus Imp. Nouel. 123. cap. 22. εἰ δὲ καὶ παρὰ κληρικοῦ ἢ οἱουδήποτε προσέλευσις κατὰ ἐπισκόπου γένηται, διὰ οἱανδήποτε αἰτίαν, πρῶτον ὁ ὁσιώτατος αὐτοῦ μητροπολίτης κατὰ τοὺς ἁγίους κανόνας καὶ τοὺς ἡμετέρους νόμους τὸ πρᾶγμα διακρινέτω. hoc eſt, interprete Iuliano anteceſſore cap. 463. *Si clericus vel quiuis alius contra Epiſcopum propter qualemcumque cauſam audiri malueril: prius Metropolitanus eorum ſecundùm ſanctas regulas & noſtras leges negotium diſcernat.* Stephanus I. P. R. epiſt. 2. *Accuſationes Epiſcoporum ad Primates debent ab accuſatoribus deferri.*

Pag. 341. Ad Concilivm vniversale, vt ibi cavsa terminetvr] Hinc apparet Eccleſiam Africanam in diiudicandis inferiorum clericorum, diaconorum, preſbyterorum, Epiſcoporum, & Primatum ſeu Metropolitanorum controuerſiis Eccleſiaſticis eo iure vſam eſſe, vt appellationum extra Diœceſim Africæ vſus omnino ignoraretur. Hæc enim erat appellationum ratio in veteri Eccleſia Catholica, vt à preſbyterio vnius Eccleſiæ ſeu parochiæ ad plurium Epiſcoporum conſeſſum, hoc eſt, ad ſynodum finitimorum ſeu vicinorum Epiſcoporum, prouocaretur: inde ad ſynodum omnium Epiſcopor. prouinciæ, & ab illa ad Concilium totius Diœceſeos, à quo ne quidem ad ſynodum œcumenicam vlla prouocatio erat. Id ſtatuit ſynodus Conſtantinopolitana I. œcumenica II. in Cod. Can. Eccl. vn. can. 169. εἰ δὲ συμβαίη ἀδυνατῆσαι τοὺς ἐπαρχιώτας πρὸς διόρθωσιν τῶν ἐπιφερομένων ἐγκλημάτων τῷ ἐπισκόπῳ, τότε αὐτοὺς κελεύει ἡ ἁγία σύνοδος προσιέναι μείζονι συνόδῳ τῶν τῆς διοικήσεως ἐπισκόπων ἐκείνης ὑπὲρ τῆς αἰτίας ταύτης συγκαλουμένων. εἰ δέ τις καταφρονήσας τῶν κατὰ τὰ προδηλωθέντα δεδογμένων, τολμήσειεν, ἢ βασιλικὰς ἐνοχλεῖν ἀκοὰς, ἢ κοσμικῶν ἀρχόντων δικαστήρια, ἢ οἰκουμενικὴν σύνοδον ταράσσειν, πάντας ἀτιμάσας τοὺς τῆς διοικήσεως ἐπισκόπους· τὸν τοιοῦτον τὸ παράπαν εἰς κατηγορίαν μὴ εἶναι δεκτὸν, ὡς καθυβρίσαντα τοὺς κανόνας, καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν λυμηνάμενον εὐταξίαν. *Si euenerit, vt prouinciales Epiſcopi crimina, quæ Epiſcopo intentata ſunt, corrigere non poſſint, tunc ipſos iubet ſancta ſynodus accedere ad maiorem ſynodum Epiſcoporum illius Diœceſeos, pro hac cauſa conuocatorum. Siquis autem iis quæ, vt prius declaratum eſt, decreta fuerunt, contemptis, auſus fuerit vel Imperatoris aures moleſtia afficere, vel ſæcularium Principum iudicia, vel vniuerſalem ſynodum perturbare, neglectis Diœceſeos Epiſcopis; eum nullo modo eſſe ad accuſationem admittendum, vt qui canonibus iniuriam fecerit, & Eccleſiaſticum ordinem euerterit.* Synodus Calchedonenſis can. 187. & 195. eiuſdem Cod Eccl. Vn. εἰ δὲ καὶ κληρικὸς πρᾶγμα ἔχοι πρὸς τὸν ἴδιον ἢ καὶ πρὸς ἕτερον ἐπίσκοπον, παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας δικαζέσθω. εἰ δὲ πρὸς τὸν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας μητροπολίτην, ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ἀμφισβητοίη, καταλαμβανέτω ἢ τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, ἢ τὸν τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, καὶ ἐπ' αὐτῷ δικαζέσθω. *Si clericus cum proprio vel etiam alio Epiſcopo litem habuerit, à prouinciæ ſynodo iudicetur. Si autem cum ipſius prouinciæ Metropolitano Epiſcopus vel clericus controuerſiam habuerit, Diœceſeos Exarchum adeat, aut regiæ vrbis Conſtantinopoleos ſedem, & apud ipſum iudicetur.* Hunc etiam Calchedonenſis Concilij canonem confirmat Iuſtinianus Imperator, illiúſque mentem exprimit Nouel. conſtit. 123. cap. 22. cuius verba in capitulare legum Imperialium à Gregorio primo P. R. Ioanni cuidam defenſori pro immunitate clericorum, dato, relata ſunt, lib. 11. epiſt. 56. *Si à clerico aut laïco quocunque aditio contra Epiſcopum fiat, propter quamlibet cauſam, apud ſanctiſſimum eius Metropolitam ſecundùm ſanctas regulas & noſtras leges cauſa iudicetur. Et ſi quis iudicatis contradixerit, ad beatiſſimum Archiepiſcopum & Patriarcham Diœceſeos illius referatur cauſa, & ille ſecundùm canones & leges huic præbeat finem.* Addit Græcus textus: οὐδετέρου μέρους κατὰ τῆς ψήφου αὐτοῦ ἀντιλέγειν δυναμένου. *Ita vt neutra pars ſententiæ Patriarchæ poſſit contradicere.* & l. διατάζομεν 29. C. de Epiſcop. aud. καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ κρινομένοις πάντως ἐμμένειν. κατὰ γὰρ δὴ τῶν τοιούτων ἐπισκόπων ἀποφάσεων οὐκ εἶναι χώραν ἐκκλήτῳ τοῖς πρὸ ἡμῶν νενομοθέτηται. *Atque iis quæ ipſe* Patriarcha *iudicauerit, omnino pareat. Nam contra horum Epiſcoporum ſententias non eſſe locum appellationi à maioribus noſtris conſtitutum eſt.* Impp. Leo & Conſtantinus in Eclog. legum tit. 10. cap. 6. τὸ τοῦ πατριάρχου κριτήριον ἔκκλητον οὐχ ὑπόκειται, οὐδὲ ἀναψηλαφᾶται ὑφ' ἑτέρου, ὡς ἀρχὴ καὶ αὐτὸ τῶν ἐκκλησιαστικῶν κριτηρίων. *Patriarchæ ſententia appellationi non ſubiacet, neque retractatur ab alio, vtpote Eccleſiaſtici iudicij princeps.* Photius in Nomocanone lib. 9. cap. 5. ὅτι ἐκκαλοῦνται αἱ τῶν πατριαρχῶν ψῆφοι, *à Patriarcharum ſententia non appellatur.*

In sa damnationis sententiam dixisse] Sic infrà can. 29. huius codicis cautum eſt vt communione motus, ſi antequam audiatur auſus ſit ad communionem accedere, *Ipſe in ſe damnationis iudicetur protuliſſe ſententiam.* Loquendi formula non tantùm ab Africanis ſcriptoribus, ſed à iuris authoribus & pleriſque etiam aliis frequenter vſurpata, *De ſe ſententiam ferre*, &, *ſua ſententia damnari.* Tertullianus in Apologetico aduerſus gentes: *Nonne*, inquit, *& ipſius Lycurgi leges à Lacedæmoniis emen-* Pag. 341.

Digitized by Google

emendata tantùm auctori ſuo doloris incuſſeruat, vt in receſſu inedia de ſemetipſo iudicaris. Apuleius lib. 8. metam. de adultero excæcato ſibi vim afferre cogitante: *Inedia*, inquit, *ſtatuit elidere ſua ſententia damnatum ſpiritum.* vide Fornet. lib. 6. rer. quot. cap. 21.

Pag. 341. Can. 19. PERSONA CVLPABILIS AD ARGVENDVM NON ADMITTATVR NISI PROPRIAS CAVSAS ASSERERE VOLVERIT] Sic can. 129. huius Codicis: *Omnibus, quibus accuſatio denegatur, in cauſis propriis accuſandi licentia non neganda.* Synodus Conſtantinopol. in Cod. Can. Eccl. Vniu. can. 169. εἰ μὲν τις οἰκείαν τινὰ μέμψιν, τουτέστιν, ἰδιωτικὴν ἐπαγάγοι τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς πλεονεκτηθεὶς, ἢ ἄλλο τι παρὰ τὸ δίκαιον παρ' αὐτοῦ πεπονθώς, ἐπὶ τῶν τοιούτων κατηγοριῶν μὴ ἐξετάζεσθαι, μήτε πρόσωπον τοῦ κατηγόρου, μήτε τὴν θρησκείαν. χρὴ γὰρ παντὶ τρόπῳ τό τε συνειδὸς τοῦ ἐπισκόπου ἐλεύθερον εἶναι, καὶ τὸν ἀδικεῖσθαι λέγοντα, οἵας ἂν ᾖ θρησκείας, τῶν δικαίων τυγχάνειν. *Si quis propriam quidem querelam, id eſt priuatam imendat Epiſcopo, vt detrimento aliquo, vel iniuria aliqua ab ipſo affectus, in eiuſmodi accuſationibus nec accuſatoris perſonam nec religionem examinari. Oportet enim Epiſcopi conſcientiam eſſe omnibus modis liberam, & eum, qui ſibi iniuriam factam eſſe dicit, cuiuſcunque ſit religionis, ius ſuum conſequi.*

Pag. 342. Can. 22. IN EOS QVI CATHOLICI CHRISTIANI NON SVNT] vide can. 81. huius Codicis infrà.

Pag. 342. Can. 23. VT EPISCOPI TRANS MARE NON PROFICISCANTVR] Sic can. 94. & 105. huius Codicis, *In tranſmarinis obrepere*, & *ad tranſmarina pergere*; hoc eſt, ad tranſmarinas Italiæ partes ſeu regiones. Et paſſim apud Africanos ſcriptores, tranſmarini Epiſcopi, tranſmarinæ Eccleſiæ, tranſmarina Concilia, & tranſmarina iudicia. vide infrà ad can. 28.

Ibid. FORMATAM VEL COMMENDATIONEM] Cod. MS. B. *Formatam vel commendatitias epiſtolas.* Græcus interpres, vim verbi ſecutus, formatam τετυπωμένην vertit, ſed ἀπολυτικὴν perperam exponit. Nec enim hîc ſermo de dimiſſoriis, ſed de puris commendatitiis, quæ Græcis συστατικαὶ dicuntur, vt ſcitè obſeruauit I. Sirmondus in notis ad Sidonium Apollinarem.

Pag. 343. Can. 24. MACHABÆORVM LIBRI II.] Hic canon Carthaginenſis Concilij extat in collectione canonum Creſconij Africani Epiſcopi nondum edita, ſed ibi Machabæorum libri non recenſentur, nec in omnibus Græcis Codd. editis & MSS.

Pag. 343. Can. 25. DIACONI, PRESBYTERI, SED ET EPISCOPI AB VXORIBVS SE CONTINEANT] vide can. 3. 4. 16. & 70. huius Codicis, & can. 46. Cod. Eccl. Vniu.

VT REM ECCLES. NEMO VENDAT] vide can. 33. huius Cod. infrà.

Pag. 344. Can. 27. MANVS TANQVAM POENITENTIBVS, VEL TANQVAM FIDELIBVS LAICIS IMPONATVR] Hic & can. 57. huius Codicis, manuum impoſitio ſumitur pro benedictione, non pro ordinatione, & apud Cyprianum lib. 3. epiſt. 14. *In minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam iuſto tempore, & ſecundùm diſciplinæ ordinem ad exomologeſim veniant, & per manus impoſitionem Epiſcopi & cleri ius communicationis accipiant.* & epiſt. 73. ad Iubaianum. *Quod nunc quoque apud nos geritur, vt qui in Eccleſia baptizantur, per præpoſitos Eccleſiæ offerantur, & per noſtram orationem ac manus impoſitionem Spiritum ſanctum conſequantur.* vide quæ de duplici χειροθεσίᾳ diximus in Cod. Can. Eccl. Vniu. & infrà ad can. 48 huius Cod.

VT REBAPTIZATI AD CLERICATVS ORDINEM NON PROMOVEANTVR] Felix III. P. R. in ſynodo Romana Fl. Boëtio Coſ. hoc eſt, A. D. 487. celebrata, cuius acta extant in Cod. Can. Eccl. Rom. & tom. II. Concil. *Communis dolor*, inquit, *& generalis eſt gemitus, quòd intra Africam rebaptizatos etiam Epiſcopos, preſbyteros, diaconéſque cognouimus.* & in epiſtolâ ſynodicâ ad vniuerſos Epiſcopos: *Ne ex his vnquam, qui in qualibet ætate alibi quàm in Eccleſia Catholica aut baptizati aut rebaptizati ſunt, ad Eccleſiaſticam militiam prorſus permittantur accedere.* Ibid.

NON PROVOCENT AD TRANSMARINA IVDICIA] Sic *Ad tranſmarina legati*, infrà Pag. 344. Can. 28.
in Concilio Carthag. Theodoſio A. & Rumorido Coſſ. celebrato, id eſt, ad Eccleſiam Romanam, ſeu, vt habet epiſtola ſynodica ad Bonifacium P. R. *ad Romanæ Eccleſiæ ſacerdotem.* Balſamo hîc, *Tranſmarina omnino iudicia appellantur Romana.* & ad can. 108. huius Cod. *Eos qui ab Eccleſiis in Afr[illegible] clanculùm defecerunt, & in tranſmarinis Eccleſiis [illegible]u Romæ, ſacrificant, deponi iubet canon.* Eo ſenſu Auguſtino *Tranſmarinum iudicium* dicitur, & *Tranſmarina Eccleſia* pro Romana, epiſt. 162. *Epiſcopum alium plebi Carthaginenſi ordinabimus, cùm à tota Eccleſia iſti fuerint ſeparati: ne fortè cùm alius modò fuerit ordinatus, non ei communicetur ab Eccleſia tranſmarina.* Ibidem tranſmarinæ Eccleſiæ, & tranſmarini Epiſcopi, pro Italiæ, atque etiam Occidentis Eccleſiis & Epiſcopis. *An fortè*, inquit, *non debuit Romanæ Eccleſiæ Melchiades Epiſcopus cum collegis tranſmarinis Epiſcopis, illud ſibi vſurpare iudicium, quod ab Afris LXX. vbi Primas Tigiſitanus præſedit, fuerat terminatum.* Item, *Pergant*. Donatiſtæ, *ad fratres & collegas noſtros tranſmarinarum Eccleſiarum Epiſcopos, & ibi priùs de iſtorum factis & contumacia conquerantur, quòd ad iudicium collegarum Afrorum malè ſibi conſcij venire noluerunt.* & epiſt. 64. *Cùm verò & per Italiæ maximam partem, & in aliis omnibus aut propè omnibus tranſmarinis Eccleſiis.* Sic apud Poſſidonium in vita Auguſtini cap. 8. & in Col. Carthag. cognit. 1. cap. 160. & 163. & apud Optatum lib. 2. *Etenim cùm Africanos populos, & Orientales & cæteros tranſmarinos pax vna coniungeret.* Auguſtinus d. epiſt. 162. de Donatiſtis loquens, *Experti ſunt cum Cæciliano permanere communionem orbis terrarum, & ad eum à tranſmarinis Eccleſiis communicatorias literas mitti.* Eâdem notione *tranſmarinum Concilium*, & *tranſmarinæ Italiæ partes* dicuntur can. 35. huius Codicis, & *tranſma-*

vina regicnes. Nouel. Theodoſij tit. 23. & apud Auguſtioum d. epiſt. 162. *Erat Eccleſia* (Carthaginenſis) *etiam tranſmarinis vicina regionibus.*

Pag. 344. Avt ao vniversala Concilivm] Hæc verba, quæ io cod. F. deerant ex codd. MSS. T. & B. reſtituimus. Hanc reſtitutionis rationem confirmat epiſtola ſynodica ad Cæleſtioom P. R. *Vnicuique conceſſum eſt ſi iudicio offenſus fuerit cognitorum ad Concilia ſua prouincia vel etiam vniuerſale prouocare.* & Concilium Carthagioenſe A. D. ccccxviii. celebratum can. 120. huius Cod. *Si prouocandum putauerint, non prouocent niſi ad Africana Concilia, vel ad Primates prouinciarum ſuarum.* Africanorum enim Conciliorum nomine, Concilia vniuerſalia totius Diœceſeωs Africæ ibi ſignificari dubium non eſt.

Ibid. Sicvt et de Episcopis sæpe constitvtvm est] Vt videlicet à Primate & ſynodo prouinciæ, ad vniuerſale Coocilium Diœceſeωs prouocarent. Qua de re cùm ſuprà ſatis ſupérque dictum ſit, nunc nihil repetam. Adiiciam modò hoc canone 28. & can. 125. huius Cod. noo tantùm agi de prouocationibus preſbyterorum & diaconorum, vel cæterorum inferiorum clericorum, ſed & de Epiſcoporum appellationibus, quarum etiam ex veteri iure Eccleſiæ vniuerſæ, nullum extra Diœceſim vſum fuiſſe, præter Conciliorum œcumenicorum acta & canones, ſcriptores Eccleſiaſtici paſſim teſtantur. Refert Sozomeous lib. 3. cap. 7 Epiſcopos Orientales Iulio I. P. R. ſcripſiſſe, fas ei non eſſe quod ab ipſis actum fuerat, irritum facere. ἐν ἐγκλήματι δὲ, inquit, προφέροντες Ἰουλίῳ τὸ κοινωνῆσαι τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀθανάσιον, ἐχαλέπαινον, ὡς ὑβρισμένης αὐτῶν τῆς συνόδου, καὶ τῆς ἀποφάσεως ἀναιρεθείσης. καὶ τὸ γεγενημένον ὡς ἄδικον καὶ ἐκκλησιαστικοῦ θεσμοῦ ἀπᾷδον, διέβαλλον. *Iulium accuſabant, quòd eos qui cum Athanaſio erant, ad communionem admiſiſſet, moleſtéque ferebant quòd ſynodum ipſorum contumelia affeciſſet, & ſententiam illius abrogaſſet. Quod factum quaſi iniquum & ab Eccleſiaſtica lege diſſonum arguebant.*

Pag. 345. Can. 32. Item placvit vt Episcopi, &c.] Concil. Agathenſe cao. 48. *Epiſcopi de rebus propriis, vel acquiſitis, vel quicquid de proprio habent, heredibus ſuis, ſi voluerint relinquant. Quicquid verò de prouiſione ſua Eccleſiæ fuerit, ſiue de agris, ſiue de fructibus, ſiue de oblationibus, omnia in iure Eccleſiæ ſeruari cenſuimus.* Gregorius I. P. R. lib. 9. epiſt. 14. *Sacris canonum legibus eſſe noſcitur definitum, vt in his quæ Antiſtes Epiſcopatus tempore acquiſiuerit, non alius, niſi ſola ſuccedat Eccleſia.* Capitul. Caroli Magni lib. 1. cap. 156. *Vt vnuſquiſque preſbyter res, quas poſt diem conſecrationis adquiſierit, proprias Eccleſiæ relinquat.* vide can. 40. Apoſt. & 103. Cod. Can. Eccl. Vo. Nouel. Iuſtiniani Imp. 131. cap. 13. & tit. de bonis clericor. Cod. Th.

Pag. 345. Can. 33. Vt presbyteri non venoant rem Ecclesiæ] Can. 26. huius Codicis ſuprà.

Pag. 346. Ignorante Concilio vel presbyteris svis] Codd. MSS. T. & B. *Inconſulto Concilio, vel cuncto preſbyterio.*

Ibid. Matricia Ecclesiæ] Fulgent. Ferrandus in Breuiario Canonum tit. 11. ex Concil Septimunicenſi & Macrianenſi, *Vt ad eligendum Epiſcopum ſufficiat matricis arbitrium.* & tit. 38. *Vt Epiſcopus matricis non vſurpet quicquid fuerit donatum Eccleſiis quæ in Diœceſi conſtituta ſunt.* Concil. Hippon. tit. 9. vid. can. 56. *Epiſcopus qui matricem tenuit.* & can. 123. *matrices cathedra.* Græcus interpres τῆς ἐκκλησιαστικῆς ματρικος vertit. Sic can. 119. *Non praiudicetur matrici*, id eſt, vt ex Zonara interpretatur magnus Cuiacius ad tit. de præſcript. lib. 2. decret. matriculæ, ſiue apographæ & deſcriptioni numeróve locorum, quæ illi Diœceſi reſpondent. Scholium ad hunc can. in cod. Pal. ματρικος, ἤτοι ἀπογραφῆς. πίναξ δὲ ἡ ἀπογραφὴ λέγεται καὶ ἡ αἰτία. Taetzes Chiliad. 12. ἐν ματρικίοις ἔγραφον. Sic can. 86. huius Cod. *Matricula & archiuus Numidia*, Græco ioterpreti ματρίκιον dicitur καὶ ἀρχεῖον & χαρτοθέσιον, vbi ſcilicet chartæ deponuntur, *chartarium* Hieroo.

Cæsario et Attico Coss.] Cæſarij & Attici Conſulatus anno III Impp. Arcadij & Honorij adſcribitur, hoc eſt. A. D. cccxcvi. Quo tempore celebrata eſt hæc ſynodus, quæ Conciliorum collectoribus Carthaginenſis tertia dicitur. Eius meminit author Synodici cap. 78. Θεοδοσίου καὶ Νεκταρίου μεταχωρησάντων πρὸς τὰ οὐράνια, τὴν μὲν τοῦ βασιλείαν ὁ υἱὸς Ἀρκάδιος διαδέχεται, Γρατιανοῦ δὲ ὁ ἀδελφὸς Ἀρκαδίου Ὁνώριος. ἐν οἷς χρόνοις ἐν Καρθαγένῃ συναθροίζεται, πατέρων ἑκατὸν εἴκοσι καὶ ἑπτὰ συνέλευσις φέρουσα κατὰ εἰδώλων, Δονατιστῶν, καὶ ἄλλης ἁπάσης αἱρέσεως, καὶ τῶν ἐν τόποις ἐκείνοις ἀτόπων σφαλμάτων, καὶ πράξεις ποιοῦσα. ἧς ἡγεῖτο Αὐρήλιος ὁ Καρθαγένης ἐπίσκοπος, καὶ κανόνας ἱεροὺς ἐκθεμένη καὶ θείους, οἳ ἕως κρατῶν τοῦ μικροῦ Θεοδοσίου διέμειναν. *Theodoſio igitur & Nectario ad celeſtia tranſlatis, in illius quidem imperium filius Arcadius ſucceſſit, vt in Gratiani Honorius, Arcadij frater. Quo tempore Carthagine ſynodus congregata fuit Patrum* cxxvii. *conuentum pra ſe ferens, qua contra idololatras, Donatiſtas, & aliam quamcumque hareſim, & alia illorum locorum errata, acta instituit: cui præfuit Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus. Canones ſacri & diuini, qnos illa edidit ad Theodoſij vſque minoris tempora obtinuerunt.* Pag. 346.

Literæ fratrvm nostrorvm Byzacenorvm, seo et breviarivm, qvod eioem epistolæ aoivnxervnt] Hæc Concilij Byzaceni ſynodica epiſtola extat tom. 1. Concil. cuius exemplar ad pleniorem elucidationem hîc deſcribeodum putauimus. *Dilectiſſimis fratribus & Coëpiſcopis diuerſarum prouinciarum, Numidiæ, Mauritaniæ vtriuſque, Tripolis, & prouinciæ Proconſularis, Aurelius, Muzonius & cæteri Epiſcopi. Eccleſiaſtica vtilitatis cauſa, dum in Carthaginenſi vrbe conueniremus in vnum à pleriſque ſuggeſtum eſt, ea quæ in Concilio Hipponenſi iamdudum maturata ſunt, & legitimè ad corrigendam diſciplinam ſalubriter geſta & ſtatuta noſcuntur, effrenata temeritate quoſdam minimè cuſtodire. Ad huiuſmodi verò excuſandos exceſſus, illud ab aliquibus pratendi, quòd ea, quæ iamdudum legibus ſtatuta ſunt ignorantes prætermiſerint. Ob quam rem hac communi Concilio per vniuerſam prouinciam Byzacenam, in notitiam cunctis deducenda cenſuimus.* Pag. 347.

vt in his, quiſquis de cætero temerator extiterit, ſciat ſe ſtatus ſui operatum fuiſſe iacturam. Breuem verò ſtatutorum (in quo omnia videntur eſſe complexa, & quadam diligentiùs cuſtodita) huic epiſtolæ ſubdi fecimus, vt compendio, quæ decreta ſunt, recenſentes, ſolicitiùs obſeruare curemus. Optamus vos fratres, in Deo ſemper bene valere, & noſtri memores eſſe. & manu ſenis Muzonij: Optamus vos fratres, beatos ſemper in Deo gaudere, & noſtri memores. Huic epiſtolæ ſubiungitur Breuiarium Concilij Hipponenſis, quod ſuperfluum eſſet hîc deſcribere.

Pag. 347. Can. 34. VT DIES SANCTÆ PASCHÆ TEMPORE CONCILII INNOTESCAT] Can. 51. & 73. huius Codicis infrà.

Pag. 348. Can. 35. FILIOS A SVA POTESTATE PER EMANCIPATIONEM EXIRE] Iuſtinianus Imp. lib. 1. Inſtit. tit. 12. quib. mod. ius patr. pot. ſolu. *Emancipatione deſinunt liberi in poteſtate parentum eſſe.* De cuius antiquis ſolemnibus vide Gaium Inſtit. tit. 6. quib. mod. filij exeunt de poteſt. pat. Vlpianum lib. ſingul. regul. tit. qui in poteſt. mancipiove ſunt, & Theophilum Græcum paraphraſtem lib. 1. Inſtit.

Ibid. ἐμαγκιπατίων] Gloſ. Baſilic. ἐμμαγκιπατίων. ἐξαδέλφωσις.

Pag. 348. Can. 37. PANIS ET VINVM AQVA MIXTVM] Iuſtinus Martyr Apolog. 2. pro Chriſtianis ad Anton. Imp. προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος, καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος. *Ei qui præpoſitus eſt fratribus, panis offertur, & poculum aqua & vino temperatum.* & paulò pòſt, εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι, διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι. καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία. *Poſteaquàm is qui præeſt, gratias egit, & populus omnis benedixit, ij qui apud nos diaconi dicuntur, dant vnicuique eorum qui adſunt, percipiendum panem, vinum & aquam quæ cum gratiarum actione conſecrata ſunt, & ad eos qui abſunt, perferunt; atque cibus hic apud nos Euchariſtia nominatur.*

Pag. 349. Can. 39. VT PRINCEPS SACERDOTVM NON APPELLETVR EPISCOPVS] In Breuiario Conc. Hippon. c. 27. & apud Fulgentium Ferrandum cap. 82. ſic legitur, *Vt primæ ſedis Epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum.* Græcus interpres vertit περὶ τοῦ τὸν πρώτης ἐπίσκοπον μὴ προσαγορεύεσθαι ἔξαρχον τῶν ἱερέων. Olim Epiſcopi in Africa, principes ſacerdotum & ſummi ſacerdotes vocabantur. Optatus Mileuitanus lib. 1. contra Parmen. *Quid commemorem laïcos qui tunc in Eccleſia nulla fuerant dignitate ſuffulti? Quid miniſtros plurimos? Quid diaconos in tertio? Quid presbyteros in ſecundo ſacerdotio conſtitutos? Ipſi apices & principes omnium Epiſcopi*, &c. Tertullianus lib. de baptiſmo, *Dandi quidem baptiſmi ius habet ſummus ſacerdos, qui eſt Epiſcopus.* Auguſtinus lib. quæſt. ex vtroque teſtam. mix. q. 100. *Quid eſt Epiſcopus, niſi primus presbyter, hoc eſt ſummus ſacerdos.* Quia verò ad fouendam ſuam ambitionem eas appellationes quidam trahebant, & ſuperbum aliquid ac τυφώδες eæ voces ſignificabant, ab Africanis damnatæ ſunt, illáque principis ſacerdotum & ſummi ſacerdotis appellatio, antea communis omnibus Epiſcopis & Metropolitanis, immutata eſt & omnino ſublata, atque in eius locum primæ ſedis Epiſcopi ſeu Primatis appellatio ſubſtituta, quo nomine paſſim in Concilijs Africanis Metropolitani ſignificantur. ἔξαρχου autem vox in actis Conciliorum ſæpius & vulgò vſurpata eſt. Concil. Antioch. II. inter acta Concilij Calchedonenſis act. 14. πάλιν ὑπὸ τοῦ τῆς ἐξάρχου τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως κληθεὶς, καὶ τῆς ἀθροισθείσης ἁγίας συνόδου. *Rurſus ab Exarcho Orientalis Diœceſeus euocatus, & à congregato ſancto Concilio.* Et ipſa ſynodus Calchedonenſis in Cod. Can. Eccl. Vniu. can. 187. καταλαμβανέτω τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, *Petat Exarchum Diœceſeos.* & can. 195. παρὰ τῷ ἐξάρχῳ τῆς διοικήσεως δικαζέσθω. *Apud Exarchum Diœceſeus iudicetur.* Zonaras ad hunc canonem, τινὲς μὲν, inquit, οὖν ἐξάρχους τῶν διοικήσεων τοὺς πατριάρχας εἶναι φασιν, ἄλλοι δὲ τοὺς μητροπολίτας. *Quidam dicunt Exarchos diœceſeωn eſſe Patriarchas, alij verò Metropolitanos.* Et Balſamo, *Exarchus eſt, vt mihi videtur, non vniuſcuiuſque prouinciæ Metropolitanus, ſed Metropolitanus Diœceſeos.* Iuſtinianus Imp. mentem Concilij Calchedonenſis exprimit l. διατάζομεν 29. C. de Epiſc. aud. & Nouel. 6 7. & 123. vbi quos ipſa ſynodus ἐξάρχους vocat, πατριάρχας διοικήσεων exponit. Et Socrates lib. 5. Hiſt. Eccl. cap. 8. Diœceſes πατριαρχίας nominat, iiſque πατριάρχας conſtitutos fuiſſe tradit. Hoc etiam verbo, quod Patriarchis Diœceſeωn proprium erat, nonnumquam Metropolitani deſignantur, vt in Concilio Sardicenſi can. 6. ἐπίσκοπον ὑπομιμνήσκεσθαι διὰ γραμμάτων τοῦ ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας, λέγω δὲ τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως. *Epiſcopum admoneri per literas Exarchi prouinciæ, nempe Epiſcopi Metropolitani.* & apud Euagrium Hiſtor. Eccleſ. lib. 4. cap. 11. ὑποτέθεικε, inquit, τοὺς ἑκάστης διοικήσεως πατριάρχας ἀλλήλοις συμβαίνειν, τοὺς δὲ τῶν πόλεων ἐπισκόπους τοῖς ἰδίοις ἐξάρχοις ἕπεσθαι. *Statuit vt Patriarchæ cuiuſque Diœceſeus vna mente conſentirent: ſingularum verò ciuitatum Epiſcopi ſuis parerent Exarchis*, id eſt, Metropolitanis. & in actis Concilij Conſtantinopolitani, œcumenici VIII. Tyri Metropolitanus ἔξαρχος appellatur act. 1. ὅρος Θωμᾶ μητροπολίτου Τύρου πρωτοθρόνου καὶ ἐξάρχου. *Definitio Thomæ Metropolitæ Tyri Primatis & Exarchi.* Id verò more antiquo receptum erat, vt quandiu Diœceſis Orientis ſuo Patriarcha Antiocheno carebat, tandiu Tyrenſis Metropolitanus πρωτόθρονος appellaretur, vt ex Wielhmo Tyrio obſeruauit Ph. Betterius antiquitatis Eccleſiaſticæ peritiſſimus Pithanῶν Diatriba 2. Atque tunc diem ſuum obiiſſe Antiochenum Patriarcham ſynodi illius actio 1. teſtatur. ὁ Τύρου Θωμᾶς, ὁ τὸν τόπον ἐπέχων τοῦ θρόνου Ἀντιοχείας διὰ τὸ χηρεύειν τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν. *Thomas Metropolita locum tenens ſedis Antiochenæ, eo quòd illa ſedes tunc vacaret.* Codinus in Notitia Metropoleωn quæ Patriarchæ Conſtantinopolitano, ſub Andronico Palæologo parebant, duos Metropolitanorum ordines facit, quorum prior honoratior

erat, & ἔξαρχοι καὶ ὑπέρτιμοι dicebantur : alter non ita, & ὑπέρτιμοι tantùm. περὶ τάξεως τῶν θρόνων τῶν μητροπολιτῶν, τίνες αὐτῶν λέγονται ἔξαρχοι καὶ ὑπέρτιμοι, τίνες ὑπέρτιμοι μόνον. *De ordine ſedium Metropolitanorum, quinam dicantur Exarchi & honoratiſſimi., quinam ſolùm honoratiſſimi.* Et poſt ſubiunctam illorum enumerationem, μέχρι τούτων οἱ ἔχοντες τὰς ἐξαρχίας· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες μητροπολῖται ὑπέρτιμοι μόνον χρηματίζουσι, καὶ οὐκ ἔξαρχοι. *Hactenus qui Exarchias habent: reliqui verò omnes Metropolitani honoratiſſimi tantùm inſcribuntur, & non Exarchi.* In eadem notitia Metropolitanus Cæſareæ Cappadociæ, quæ Metropolis erat Diœceſeως Ponti, dicitur ὑπέρτιμος τῶν ὑπερτίμων καὶ ἔξαρχος πάσης Πόντου (ſic ſcribo, non vt in vulgatis ἀνατολῆς.) & Metropolitanus Epheſi Diœceſeως Aſianæ Metropolis, ὑπέρτιμος καὶ ἔξαρχος πάσης Ἀσίας. Photius in libello de ſeptem ſynodis œcumenicis coryphæos è Patribus Conſtantinopolitanis ἐξάρχους vocat.

Pag. 349. Can. 39. AVT ALIQVID HVIVSMODI] Cyprianus lib. 3. de baptiſmo cap. 3. *Neque quiſquam noſtrum Epiſcopum ſe Epiſcoporum conſtituit.*

Pag. 349. Can. 40. BIBENDI CAVSA TABERNAS NON INGREDIANTVR] Id olim Iulianus Imp. in ethniciſmo ſacrificulis prohibuit in epiſtola ad Arſacium Galatiæ ſacerdotem apud Sozomenum lib. 5. cap. 15. παραίνεσον ἱερέα μήτε θεάτρῳ προσβάλλειν, μήτε ἐν καπηλείῳ πίνειν. *Sacerdotem hortare ne accedat ad ſpectacula, neve in taberna bibat.*

Pag. 349. Can. 41. SACRAMENTA NON NISI A IEIVNIS CELEBRENTVR] Id olim Chryſoſtomo obiectum, quòd ad communionem non ieiunos recepiſſet, ipſemet tradit ad Cyriacum Epiſcopum ſcribens: *Multa quidem aduerſum me confinxerunt & dixerunt, quod ad communionem non ieiunos receperim. Et ſi quidem hoc feci, expungatur nomen meum ex albo Epiſcoporum, & non ſcribatur in libro orthodoxæ fidei. Quoniam ecce ſi tale quid admiſi, abiiciat me etiam Chriſtus à regno ſuo. Sin autem pergunt hoc mihi obiicere & contendere, deponant & Paulum, qui poſtquam cœnauit, totam domum baptizauit: deponant & Chriſtum ipſum, qui poſtquam cœnatum eſt, Apoſtolis communionem dedit.*

Pag. 349. Can. 41. DEFVNCTORVM SIVE EPISCOPORVM SIVE CÆTERORVM COMMENDATIO] Auguſtinus de verb. Apoſt. ſerm. 32. vel 34. *Hoc à Patribus traditum vniuerſa obſeruat Eccleſia, vt pro eis qui in corporis & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, cùm ad ipſum ſacrificium ſuo loco commemorantur, oretur.* & ſtatim, *Cùm verò eorum commendandorum cauſa opera miſericordiæ celebrantur,* &c.

Pag. 350. Can. 47. VT CONSVLAMVS SIRICIVM ET SIMPLICIANVM] Sic Galliarum Epiſcopi, in cauſa communicationis Felicis ab Ithacianæ factionis conſortibus Epiſcopis ordinati, Eccleſiæ Romanæ & Mediolanenſis Epiſcopos conſuluerunt, quorum literæ in Concilio Taurinenſi recitatæ ſunt, vt teſtatur eiuſdem ſynodi canon 5. *Illud decreuit ſancta ſynodus vt (quoniam legatos Epiſcopi Galliarum, qui Felici non communicant, deſtinârunt) ſi quis ab eius communione ſe voluerit ſequeſtrare, in noſtræ ſanctæ pacis conſortium ſuſcipiatur, iuxta literas venerabilis memoriæ Ambroſij Epiſcopi, vel Romanæ Eccleſiæ ſacerdotis, dudum latas, quæ in Concilio, legatis præſentibus, recitatæ ſunt.* Et Hiſpaniarum Epiſcopi, in cauſa Priſcillianiſtarum, profitentur ſe non communicaturos lapſis pœnitentibus ad Eccleſias ſuas reuocatis, niſi id reſcriberet Epiſcopus Romanus & Simplicianus Mediolanenſis. Concil. Tolet. I. *Expectantes pari exemplo quid Papa, qui nunc eſt, quid ſanctus Simplicianus Mediolanenſis Epiſcopus, reliquique Eccleſiarum reſcribant ſacerdotes.*

VERVM ET DE SACRIFICIIS INHIBENDIS POST PRANDIVM] vide can. 41. ſuprà. Pag. 351.

IN CAPVENSI PLENARIA SYNODO] Capuenſis ſynodi meminit Ambroſius epiſt. 78. & author epiſtolæ 79. ad Theophilum & Anyſium, quæ Ambroſij non eſt, ſed vt opinor, Siricij P. R. ſub quo celebrata eſt circa annum CCCXXCIX. Pag. 351. Can. 48.

NON LICEAT FIERI REBAPTIZATIONES, REORDINATIONES] Optatus Mileuit. lib. 1. *In Donatum,* inquit, *ſunt hæ ſententiæ latæ: quòd confeſſus ſit ſe rebaptizaſſe, & Epiſcopis lapſis manum impoſuiſſe, quod ab Eccleſia alienum eſt.* Ibid. Hîc impoſitio manuum pro χειροτονίᾳ ſumitur, quæ ad ordinationem Epiſcoporum pertinebat, quam non magis quàm baptiſmum repeti & iterari debere veteres iudicarunt. Sic apud eundem Optatum ibidem: *Exeat huc quaſi imponatur illi manus in Epiſcopatu.* Et apud Auguſtinum lib. 3. de baptiſ. contra Donatiſt. cap. 16. *Manuum,* inquit, *impoſitio non ſicuti baptiſmus repeti non poteſt.* Duplex olim fuit χειροθεσία ſeu impoſitio manuum. Imponebantur manus baptizatis, & lapſis pœnitentibus, ἐπ' εὐλογίας, Epiſcopis verò ἐπὶ χειροτονίας. Id verò quia latiùs expoſui in Cod. Can. Eccl. Vniu. eò lectorem nunc remittam. vide can. 27. & 57. huius Cod.

TRANSLATIONES EPISCOPORVM] Concil. Nicæn. can. 15. ἔδοξε παντάπασι περιαιρεθῆναι τὴν συνήθειαν τὴν παρὰ τὸν κανόνα εὑρεθεῖσαν ἔν τισι μέρεσιν, ὥστε, ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον. *Placuit conſuetudinem omnimodis amputari, quæ præter regulam in quibuſdam partibus videtur admiſſa; ita vt de ciuitate ad ciuitatem non Epiſcopus, non presbyter, non diaconus transferatur.* Adde can. 20. Concil. Antioch. & Concil Calched. can. 5. & 10. Iulius I. P. R. in epiſtola ad Euſebianos, quæ apud Athanaſ. extat Apol. 2. εἰ οὖν ἀληθῶς ἴσην καὶ τὴν αὐτὴν ὑμεῖς ἡγεῖσθε τιμὴν τῶν ἐπισκόπων, καὶ μὴ ἐκ τῶν μεγέθους τῶν πόλεων κρίνετε τοὺς ἐπισκόπους, ἔδει τὸν πεπιστευμένον μικρὰν, μένειν ἐν τῇ πιστευθείσῃ, καὶ μὴ ἐξουθενεῖν μὲν τὴν πεπιστευμένην, μεταβαίνειν δὲ εἰς τὴν μὴ ἐγχειρισθεῖσαν, ἵνα τῆς μὲν παρὰ θεοῦ δοθείσης καταφρονῇ, τὴν δὲ τῶν ἀνθρώπων κενοδοξίαν ἀγαπήσῃ. *Si igitur verè parem eun-* Pag. 351. Can. 48.

Digitized by Google

démque honorem in omnibus Epiſcopis cenſetis eſſe, neque ex magnitudine ciuitatum de Epiſcopis iudicatis, oportuit enim, cui concredita eſt parua ciuitas, in ea quæ credita eſt permanere, & nequaquam reiectâ concreditâ, ad eam quæ concredita non eſt, tranſuolare: ne eam quæ à Deo data eſt, aſpernari, illam verò quæ hominum ambitu conceſſa eſt, magni facere videatur. Concil. Sardic. can. 1. *Ne cui liceat Epiſcopo, de ciuitate ſua ad aliam tranſire ciuitatem. manifeſta eſt enim cauſa, quâ hoc facere tentat: cùm nullus in hac re inuentus ſit Epiſcopus, qui de maiore ciuitate ad minorem tranſiret, vnde apparet, auaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni ſeruire, & vt dominationem agant.* Damaſus P.R. in confeſſione fidei ad Paulinum Epiſcopum Theſſalonicenſem apud Theodoretum lib. 5. cap. 11. τοὺς δὲ ἀπὸ ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας ἐκκλησίας μεταβάντας, ἄχρι τοσούτου ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἀλλοτρίους ἔχομεν, ἄχρι δὲ πρὸς αὐτὰς ἐπανέλθωσι. ἐὰν δὲ τις ἄλλου ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μεταβάντος, ἐν τόπῳ τοῦ ζῶντος ἐχειροτονήθη, ἄχρι τοσούτου σχολάσει ἀπὸ τοῦ ἱερατικοῦ ἀξιώματος ὁ τὴν ἰδίαν πόλιν καταλείψας, ἄχρις οὗ ὁ διαδεξάμενος αὐτὸν ἀναπαύσηται ἐν κυρίῳ. *Eos autem, qui ab Eccleſiis, in quibus vixerunt, ad alias ſe tranſtulerint, vſque eò ſint à noſtra communione alieni, quoad ipſas ad vrbes redierint, in quibus erant primùm ad aliquem honoris Eccleſiaſtici gradum elati. Quòd ſi quis in alterius locum, qui ſedem mutauit, cooptatus ſit, tantiſper à dignitate ſacerdotali vacare illum qui ciuitatem propriam deſeruerit, dum qui ei ſucceſſerit obdormierit in Domino.* Refert tamen Socrates lib. 7. Hiſt. Eccl. cap. 25. apud veteres indifferens fuiſſe quoties Eccleſiæ vſus & neceſſitas poſcebat, Epiſcopos ab aliis ad alias ciuitates transferre. ἐπεὶ μὲν οὖν, loquit, παρὰ τοῖς παλαιοτέροις ἦν ἀδιάφορον ἦν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μετάγειν ἐπισκόπους, ὁπότε χρεία ἐκάλει. vid. can. Apoſt. 14. & ibi Zonaram.

Pag. 353. Can. 52. VICINÆ BARBARICO] *Barbari* paſſim in Impp. conſtitut. vocantur, quicunque Romano Imperio non parebant. Sic l. 26. C. de Epiſc. & cler. l. 6. §. vlt. D. de bon. damn. l. 2. C. quæ res vendi non poſ. & *Barbara gentes* can. 49. huius Cod. Inde *Barbaricum* & *Barbaria*, pro ſolo barbarorum. Eutropius lib. 7. *Albis in barbarico longè vltra Rhenum eſt.* & lib. 9. de Deciis, *Cùm biennio ipſe & filius eius imperaſſent, vterque in barbarico interfecti ſunt.* Eâ notione Barbaricum ſumitur in l. 1. C. quæ res export. non deb. Barbarum ſolum l. vlt. C. de Eunuch. *Romana gentis homines ſiue in Barbaro, ſiue in Romano ſolo Eunuchos factos*, &c. Et Barbariæ vox apud Auguſtinum epiſt. 178. Paulinum epiſt. 26. ad Victricium Rothomagenſem Epiſcopum: *Vbi quondam deſerta ſyluarum, ac littorum pariter in tota aduena Barbaria.* & apud Lampridium, *Rura vicina Barbariæ.*

Pag. 354. Ἀγωνίσωνται] Adde ex Codice MS. Zonaræ Bibliothecæ Regiæ, μὴ μόνον τὰς τοιαύτας διοικήσεις μὴ φυλάττεσθαι. Cod. Palat. τούτοις μὴ μόνον, &c.

CLERICVM ALIENVM NVLLVS SIBI PRÆRIPIAT EPISCOPVS PRÆTER EIVS ARBITRIVM, CVIVS FVERIT CLERICVS] Excipe Conſtantinopolitanum & Carthaginenſem, ὅτι γὰρ μόνοι δύνανται, vt ait Balſamo ad can. 17. Concilij VI. ἀλλοτρίους κληρικοὺς δέχεσθαι παρὰ γνώμην τῶν χειροτονησάντων αὐτούς. *Ij enim poſſunt alienos clericos ſuſcipere præter voluntatem eorum qui ipſos ordinarunt.* & ad Nomoc. Photij, quem breui publico dabimus, tit. 1. cap. 26. ἐκδόθη τῷ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχῃ καὶ μόνῳ ἑτέρας ἐνορίας καὶ δίχα γνώμης τοῦ ἐπισκόπου αὐτῶν. ἔχει δὲ τοῦτο προνόμιον καὶ ὁ Καρθαγένης ἐπίσκοπος, ἀπὸ ἑτέρων ἐκκλησιῶν δέχεσθαι κληρικούς, καὶ τῷ ἰδίῳ κλήρῳ ἐγκαταλέγειν, ἢ καὶ ἐπισκόπους ποιεῖν. *Datum eſt Conſtantinopolitano Patriarchæ, clericos ex aliena prouincia ſuſcipere, etiam ſine ſententia Epiſcopi eorum. Habet autem hoc priuilegium etiam Carthaginenſis Epiſcopus ex aliis Eccleſiis clericos ſuſcipere, ſuóque clero accenſere, aut etiam Epiſcopos efficere.* Pag. 355. Can. 54.

ÆTATE PATER] Græcus interpres, ὁ κατὰ καιρὸν πατήρ. καιρὸς eſt ἡλικία. Heſychius ita interpretatur, καιρὸς, ὥρα, ἡ ἡλικία. Pag. 356. Can. 54.

FVIT HÆC LICENTIA HVIC SEDI, VT VNDE VELLET, PRO DESIDERIO CVIVSQVE ECCLESIÆ, ORDINARE EPISCOPVM] Leo IX. P.R. epiſtol. 3. ad Thomam Epiſcopum Africanum, priſtina iura Carthaginenſis Epiſcopi explicat his verbis. *Noueris ergo proculdubio quia totius Africæ maximus Metropolitanus eſt Carthaginenſis Epiſcopus: nec quicunque ſit ille Gummitanus Epiſcopus, aliquam licentiam conſecrandi Epiſcopos vel deponendi, ſeu prouinciale Concilium conuocandi habet ſine conſenſu Carthaginenſis Archiepiſcopi, cuiuſlibet dignitatis aut poteſtatis ſit, exceptis his, quæ ad propriam parochiam pertinent: cætera autem, ſicut & alij Africani Epiſcopi, conſilio Carthaginenſis Archiepiſcopi aget.* & epiſt. 4. *Vnde & Epiſcopos conſecrandi principale & antiquum ius retinet, ſicut ex verbis Aurelij in Concilio Carthaginenſi capitulo 39.* (legendum 49.) *poteſt intelligi, cùm dicit: In Eccleſia, ad quam dignata eſt veſtra « ſanctitas conuenire, crebrò ac penè per diem Do- « minicam Epiſcopos ordinandos habemus,* &c. In « ordinationibus Epiſcoporum paria fuerunt τὰ πρεσβεῖα Carthaginenſis Epiſcopi, atque Alexandrini, cùm petentibus daret, quos vellet, & vnde vellet Epiſcopos. Nulla enim electio Epiſcoporum ſine decreto Alexandrini Epiſcopi in prouinciis Diœceſeos Ægypti fiebat. Epiſtola ſynodica Concilij Nicæni I. apud Theodoretum lib. 1. Hiſt. Eccl. cap. 9. εἰ δέ ποτε συμβαίη ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· τηνικαῦτα προσαναβαίνειν εἰς τὴν τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος, τοὺς ἄρτι προσληφθέντας, μόνον εἰ ἄξιοι φαίνοιντο, καὶ ὁ λαὸς αἱροῖτο, συνεπιψηφίζοντος αὐτοῖς καὶ ἐπισφραγίζοντος τοῦ τῆς καθολικῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. *Si quis fortè eorum, qui Eccleſiæ fungantur muneribus, diem ſuum obibit, tum illi qui nuper in Eccleſiam aſciti ſunt, in locum demortui ſuccedant, ſi modò & mereri videbuntur, & populus elegerit: ſic tamen vt ſuffragium accedat & confirmatio Epiſcopi Eccleſiæ Catholicæ Alexandri-*

ne. Syneſius epiſt. 97. ad Theophilum Alexandrinum Epiſcopum de Palæbiſcæ quodam Epiſcopo, τοῦτον οὖν, inquit, ἵνα καὶ μόνον ἀποδειχθῇ Παλαιβίσκης ἐπίσκοπον, ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο εὐθέσμως, ἀνθέσμως μὲν οὖν, ὅσα γε τῶν γερόντων ἠκούσαμεν, εἰ μήτε ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατέστη, μήτε παρὰ τριῶν ἐνταῦθα, καὶ εἰ τὸ σύνθημα τῆς χειροτονίας ἐκεῖθεν ἐδέδοτο. *Ille vnus & ſolus appellatus eſt Palebiſca Epiſcopus. Sed nec vt fas eſt declaratus fuit, immo verò contra fas, quantum quidem à ſenibus audiuimus, ſi nec Alexandria conſtitutus eſt, nec à tribus Epiſcopis hic, etiamſi electionis teſſera illinc data eſt.* Et epiſt. 76. Antonium quendam ab Olbiatis Epiſcopum electum ab eodem Theophilo confirmari petit, ἐπὶ τοῦτον ἡ πάνδημος ψῆφος ἀνέχθη. ἑνὸς οὖν ἔτι δεῖ, τοῦ κυριωτάτου μέν τοι, τῆς ἱερᾶς σου χειρός. *In eum vniuerſa populi ſuffragia delata ſunt. Vno igitur adhuc opus eſt, qui tamen præcipuus eſt, ſcilicet ſacra tua manu.* Sed de his pluribus, Deo dante, in noſtra Geographia ſacro-politica.

Pag. 357. Can. 56. Vt Dioeceses non mereantvr Episcopos accipere, &c.] Diœceſis in Notitia Imperij & paſſim in Impp. conſtit. accipitur pro adminiſtratione multarum ſimul prouinciarum, quæ in vnum coactæ per Præfectos Prætorio, & eorum Vicarios regebantur. l. 14. C. de fund. patrim. *Omnes qui in quacunque Diœceſi, aut quâcunque prouincia vel ciuitate.* & l. 9. de legat. & decret. legat. C. Th. *Siue integra Diœceſis in commune conſuluerit, ſiue ſingulæ inter ſe voluerint prouinciæ conuenire.* Sic etiam in actis Concil. Conſtantinopol. I. can. 2. & in actis Concilij Epheſini, ἐπίσκοποι ἐκ διαφόρων διοικήσεων καὶ ἐπαρχιῶν συναχθέντες. *Epiſcopi ex diuerſis Diœceſibus ac prouinciis congregati.* & can. 8. eiuſdem ſynodi, τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων διοικήσεων καὶ τῶν ἁπανταχοῦ ἐπαρχιῶν παραφυλαχθήσεται. *Illud autem & in aliis Diœceſibus, & quæ ſunt vbique prouinciis ſeruabitur.* & in Calchedonenſi can. 9. & 17. & ibi Balſamo, διοίκησις ἐστὶν ἡ πολλὰς ἐπαρχίας ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ. *Diœceſis eſt, quæ multas ſub ſe habet prouincias.* Ionocentius I. P. R. in epiſtola ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum, quæ ioter illius decreta extat in Codice Canooum Eccleſ. Rom. cap. 45. *Reuoluentes authoritatem Nicænæ ſynodi, quæ cenſuit de Antiochena Eccleſia cunctis fidelibus, ne dixerim ſacerdotibus, eſſe neceſſarium cuſtodire, quæ ſuper Diœceſim ſuam prædictam Eccleſiam non ſuper aliquam prouinciam recognoſcimus conſtitutum.* l. 34. C. de Epiſc. aud. τῆς Ἀφρων περιεστῶτες διοικήσεως. Africanæ etiam Diœceſeωs meminit Iuſtioianus Nouel. de Africana Eccleſia ad A. Solomonem PP. Africæ, & l. vnic. §. 5. & 7. C. de offic. Præf. Præt. Afr & de omni eiuſd. Diœceſeωs ſtato, & Wielhmus Tyrius lib. 13. bel. ſac. cap. 1. Hincmarus Epiſcopis Rhemenſis Diœceſit cap. 4. *Sancta Romana Eccleſia, plures Metropolitanos in ſpeciali ſua Diœceſi habet. Similiter & Alexandrina Eccleſia in ſua Diœceſi. Sed & Antiochena ſedes nonnullos Metropolitanos in ſua Diœceſi habet.* Interdum tamen Diœceſis vox pro prouincia vſurpata eſt, vt apud Hincmarum epiſt. 5. *Dilectis fratribus & venerabilibus Epiſcopis Rhemorum Diœceſeωs.* & epiſt. ad Nicolaum P. R. *Non ſolùm Diœceſis. verùm etiam parochia mea inter duo regna ſub duobus regibus habetur diuiſa.* Nonnumquam etiam eâ ootione, quâ hodie ſumitur, pro Epiſcopatu ſeu territorio Epiſcopi, vt apud Sidonium Apollinarem lib. 7. epiſt. 6. *Ita populos exceſſu Pontificum orbatos, triſtis interciſa fidei deſperatio premit, nulla in deſolatis cura Diœceſibus, parochiiſque.* & paſſim io Collat. Carthag. cap. 65. 117. & 125. Interdum & pro parochiis, quæ multæ in Diœceſi, vt hîc, & can. 53. huius Cod. ſuprà. Vide I. Sirmondum in not. ad Sidon. & Io. Fileſac. lib. de parœciarum origine.

Δικρέτῳ] Gloſ. Baſil. δίκρετον, δόγμα ἢ ψῆφος, ψήφισμα, ἀπόφασις βασιλική. Pag. 358.

Vt pro confvgientibvs ad Ecclesiam legem ob gloriosiss. principibvs, &c.] Hoc ſpectat Honorij Imp. reſcriptum ad Sapidianum vicarium Africæ pro Eccleſia Africana, l. 34. C. Th. de Epiſc. & cler. *Si Eccleſiæ venerabilis priuilegia cuiuſquam fuerint vel temeritate violata, vel diſſimulatione neglecta; commiſſum quinque librarum auri (ſicut etiam priùs conſtitutum eſt) condemnatione plectatur. Si quid igitur contra Eccleſias vel clericos per obreptionem, vel ab hæreticis, vel ab huiuſcemodi hominibus fuerit contra leges impetratum; huius ſanctionis auctoritate vacuamus.* Dat. VII. Kal. Iul. Brixiæ Theodoro V. C. conſule. Pag. 358.

Ἐν ταύτῃ συνόδῳ πρεσβεία ἀποστέλλεται] Hæc inſcriptio oon extat apud Zooaram in cod. MS. Biblioth. Regiæ. Pag. 358.

Venerio sacerdoti Mediolanensi] Venerij illios Mediolanenſis Epiſcopi meminit Anaſtaſius P. R. io epiſtola ad Ioannem Hieroſolymorum Epiſcopum: *Noſce*, inquit, *qualem epiſtolam ad fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Venerium diligentiori cura perſcriptam paruitas noſtra tranſmiſerit.* Paulinus in vita Ambroſij, & Hieronymus Apolog. 2. contra Ruffioum. Pag. 359.

Svperiori Concilio] Carthagineoſi ſcilicet, Cæſario & Attico Coſſ. celebrato, hoc eſt A. D. CCCCXCVII. vbi legatio deſtinata eſt ad Siricium & Simplicianum de paruulis qui apud Donatiſtas baptizati ſunt. vide can. 47. huius Codicis ſuprà. Pag. 359. Can. 57.

Ordine antiqvo per manvs impositionem recepti] Euſebius lib. 7. Hiſt. Eccleſ. cap. 2. Pag. 360.

Iterari non liceat, qvod semel dari oportet] Optatus Mileuit. lib. 1. *Non debet iterari, quod ſemel iuſſum eſt fieri.* & lib. 5. *Iam lotum non reuocamus ad fontem. Abſit vt iteremus quod ſemel eſt: aut duplicemus quod vnum eſt.* Extat tit. Cod. *Ne ſanctum baptiſma iteretur.* Pag. 360.

Templa qvæ in agris constitvta nvllo ornamento svnt ivbeantvr destrvi] Huc ſpectat reſcriptum Arcadij Imp. ad Eutychianum PP. l. 16. de paganis C. Th. *Si qua in agris templa ſunt, ſine turba ac tumultu diruantur. His enim deiectis atque ſublatis, omnis ſuperſtitionis materia conſumetur.* Auguſti- Pag. 361. Can. 58.

nus de ciuit. Dei lib. 18. cap. vlt. *In ciuitate notiſſima & eminentiſſima Carthagine Africa, Gaudentius & Iouius Comites Imp. Honorij XIV. Kal. Aprilis, falſorum deorum templa euerterunt, & ſimulacra fregerunt.* Cùm verò populus conferto agmine impetum faceret in cella & auguſta quæque templorum ædificia, non ſine vrbium immenſa deformitate, ab eorum demolitione vetiti ſunt Chriſtiani. Qua de re extat eiuſdem Honorij reſcriptum ad Macrobium PP. Hiſpaniarum, & Proclianum Vicarium quinque prouinciarum, l. 3. C. de paganis. *Sicut ſacrificia prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta ſeruari.* & ad Apollodorum Proconſulem Africæ, l. 18. eod. tit. C. Th. *Ædes, inlicitis rebus vacuas noſtrarum beneficio ſanctionum, ne quis conetur euertere. Decernimus enim, vt ædificiorum quidem ſit integer ſtatus.*

Pag. 361. Can. 59. CAVSAM IVRE APOSTOLICO AGERE] Eadem loquendi formula in Collat. Carthag cognit. 3. cap. 190. *Iure publico agere.*

Pag. 362. Can. 61. MAXIME QVIA IN HIS EXERCENDIS] Hæc, & quæ ſequuntur vſque ad finem canonis omiſit Græcus interpres.

Pag. 363. Can. 64. DE MANVMISSIONIBVS IN ECCLESIA DICENDIS] Can. 82. huius codicis, *De manumiſſionibus in Eccleſia celebrandis.* Vt olim in templo Feroniæ deæ ſerui manumittebantur, ita poſtea, ex Conſtantini Imp. conſtitutione, in Eccleſia cum libertate ciuitatem Romanam conſequuti ſunt. Sozomenus lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 9. de Conſtantino loquens, *καὶ κῶον τ᾽ ἀμείνονος ψηφισάμενος πάντας τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐλευθερωθέντας ὑπὸ μαρτυρίᾳ τοῖς ἱερεῦσι πολιτείας Ῥωμαϊκῆς τυγχάνειν*, hoc eſt, Epiphanio ſcholaſtico interprete apud Caſſiodorum lib. 1. Hiſt. trip. cap. 9. *Circa dationem melioris libertatis, quam ciuitatem Romanam vocant, tres poſuit leges, decernens omnes in Eccleſia manumiſſos ſub teſtimonio ſacerdotum ciuitate Romana frui.* & Nicephorus lib. 7. Hiſtor. Eccl. cap. 16. *Libertatem quoque Eccleſia lege lata conceſſit, & vt libertate ſacerdotibus teſtibus donati, ciuium Romanorum numero adſcriberentur.* Conſtantini hac de re leges duæ modò extant tit. Cod. de iis qui in Eccleſ. manumit. Prima ad Protogenem Sardicenſem Epiſcopum his verbis: *Iamdudum placuit, vt in Eccleſia Catholica libertatem Domini ſuis famulis preſtare poſſint, ſi ſub aſpectu plebis, adſiſtentibus Chriſtianorum antiſtitibus id faciant. Vt propter facti memoriam vice actorum interponatur qualiſcunque ſcriptura, in qua ipſi vice teſtium ſignent.* Altera ad Oſium Cordubenſem Epiſcopum. *Qui religioſa mente in Eccleſia gremio ſeruis ſuis meritam conceſſerint libertatem, eandem eo iure donaſſe videantur, quo ciuitas Romana ſolemnitatibus decurſis dari conſueuit. Sed hoc duntaxat his qui ſub aſpectu Antiſtitum dederint, placuit relaxari.* Eius moris præclarum exemplum extat apud Ennodium Ticinenſem Epiſcopum in Gerontio ſeruo, quem dominus apud Epiſcopum manumittit, his verbis: *Gerontium cuius à me experta fides, pudor, integritas, & exigit libertatem, & ſuis dotibus innoteſcit, per præſens petitorium à beatitudine veſtra Romana deprecor ciuitatis gaudere conſortio. Cuius ego abſolutionis non tam largitor, quàm teſtis exiſto.* & poſt pauca, *Remiſſo ergo ab eo, quod mihi debebatur, obſequio, quam ſuam eſſe conuerſatione docuit, eidem reſtituo libertatem: ſupplicans corona veſtra, vt geſtis Eccleſiaſticis ex omni obnoxietate ſoluatur; vt perpetuo Romana vrbis poſſit exultare collegio, omni peculio ſuo ſine aliqua imminutione conceſſo.* Extant etiam acta manumiſſionis in Eccleſia celebratæ, inter veteres formulas à doctiſſimo Bignonio nuper editas. *Quod ſecundum legem Romanam actum eſt, nullatenus reuocetur. Itaque ſub die illo, anno illo regni Domini noſtri illius Regis, indictione illa, ille vir venerabilis, ille diaconus teſtatur eis qui tabulis ſubſcriptis manumittere in Eccleſia illa vindictáque liberare famulum ſuum bene ſibi meritum cupiunt, ſecundùm conſtitutionem bona memoria Conſtantini faciant, legiſque qua dicitur, omnes qui ſub oculis Epiſcoporum, presbyterorum, ſeu diaconorum in Eccleſia manumittuntur, ad ciuitatem pertinere Romanam,* &c. & in formula ingenuitatis: *Ego ille minimus ſeruorum Dei famulus Eccleſia Senonica Archiepiſcopus tanta ſereniſſimi Hludouici Auguſti auctoritate que Senonis in arcibo Eccleſia epiſcopij ſeruatur, fultus, per hunc libellum manumiſſionis, te fratrem noſtrum, quem ſeruilis conditio hactenus addictum tenuit, inter huius Eccleſia familiam, quia fratrum teſtimonio inter quos enutritus es, dignus ad ſacerdotalem honorem ſuſcipiendum prædicaris, cenſeo te atque ſtatuo, ante ſacri altaris cornu, in reſpectu ſacerdotum & cleri & populi adſtantis, à præſenti die & deinceps ab omni iugo ſeruitutis humana abſolutum fore, ciuémque Romanum appellari.* vide etiam G. Fornerium lib. ſelect. cap. 4.

RECITATIS EPISTOLIS ANASTASII] Hæ epiſtolæ non extant. Pag. 364.

IN SVIS HONORIBVS SVSCIPIANTVR SICVT PRIORIBVS EIVSDEM DIVISIONIS TEMPORIBVS FACTVM EST] Auguſt. in epiſt. 162. narrat, cùm Melchiades P. R. ea ſententia ſuorum collegarum damnaret Donatum, Donatiſtis qui reſipiſcere vellent, ita pepercisse, *Sanitatis recuperanda*, inquit, *optionem liberam fecit, cateris paratus communicatorias literas mittere, etiam iis quos à Maiorino ordinatos eſſe conſtaret: ita vt quibuſcunque locis duo eſſent Epiſcopi, quos diſſenſio geminaſſet, eum confirmari velles qui fuiſſet ordinatus prior, alteri autem eorum plebs alia regenda prouideretur.* & epiſt. 50. de Donatiſtis loquens, *Hoc erga iſtos ab initio ſeruauit Africana Catholica ex Epiſcoporum ſententia, qui in Eccleſia Romana inter Cæcilianum & partem Donati iudicauerunt, damnatóque vno quodam Donato, qui author ſchiſmatis fuiſſe manifeſtatus eſt, cateros correctos etiamſi extra Eccleſiam ordinati eſſent in ſuis honoribus ſuſcipiendos eſſe cenſuerunt: non quò etiam foris ab vnitate corporis Chriſti poſſent habere Spiritum ſanctum, ſed maximè propter eos quos foris poſiti poſſent decipere, & à ſuſceptione illius muneris impedire. Deinde vt etiam ipſorum infirmitas leniùs excepta intus ſanabilis fieret.* Hic Pag. 365. Can. 68.

autem & paſſim in Africaois, & plctiſque aliis Conciliis cùm Græcis, tum Latiois, *honos*, pro adminiſtratione ſeu dignitate Eccleſiaſtica accipitur. Sic Auguſtino epiſt. 50. *Spe honoris Eccleſiaſtici animus intumeſcent*, &, *affectata honorum potentia.* & Iuriſconſultis, *Honor eſt adminiſtratio reipnblica cum dignitatis gradu*, l. 14. D. de munerib. & honor.

Pag. 366. *Can.* 69. Maximianistas qvos plenarii Concilii svi avthoritate damnaverant in svis honoribvs recepervnt] Auguſtinus epiſt. 50. *Qnid autem alind etiam ipſi cogitauerunt*, Donatiſtæ, *quando Maximianiſtas quos in ſacrilego, ſicut oorum Concilium indicat, ſchiſmate damnauerant, & in quorum iam locum alios ordinanerant, poſteà qnàm viderunt ab eis popnlos non recedere, no omnes perderent, in ſuis honoribus receperunt, & de baptiſmo quem foris ab eis damnati dedorant, nullam contradictionem quaſtionémque mouerunt? Qnare ergo mirantnr, aut queruntur, aut calumniantnr, quòd eos ſic ſuſcepimus pro vera pace Chriſti, & non recordantur quid ipſi fecerint pro vana qna contra Chriſtum eſt pace Donati? Qnod eorum factum ſi contra eos teneatur & intelligentes aſſeratur, quid omnino reſpondeant non habebunt.* & lib. 3. contra literas Petiliani Donatiſtæ cap. 39. *Vos autem cùm obiiciuntur vobis Maximianiſta trecentorum & decem Concily ſententia damnati, eodem Concilio tot preconſulibns & tot geſtis mnnicipalibns allegato, oppngnati, de baſilicis quas tenebant per iuſſa iudicum & ciuitatum auxilia perturbati, rurſns à vobis cum eis qnos extra communionem veſtram baptizauerant, ſine vlla baptiſmi quaſtione ſuſcepti & honorati. Quid reſpondeatis non inuenitis.* & lib. de hæreſibus, *Apnd Carthaginem Maximiauns contra Primiannm ab eiuſdem erroris centnm fermè Epiſcopis ordinatus, & à reliquis* cccx. *cum eis* x i i. *qui ordinationi eius etiam preſentia corporali interfuer ͘ ͘ ͘ e, atrociſſima criminatione damnatus, compulit eos noſſe etiam extra Eccleſiam dari poſſe baptiſmum Chriſti. Nam qnoſdam ex eis, cum eis quos extra eorum Eccleſiam baptizauerant, in ſuis honoribus ſine vlla in qnoquam repetitione baptiſmatis receperunt*, &c.

Pag. 367. *Can.* 72. Placvit de infantibvs] Synodica Lucæ Patriarchæ CP. cap. 12. Νηπίων γὰρ ἀπὸ χριστιανικῆς χώρας αἰχμαλωτισθέντων παρὰ Σκυθῶν καὶ Ἀγαρηνῶν, καὶ διαπραθέντων πρὸς Ῥωμαίους, ἀμφιβολία γέγονεν, εἰ χρὴ τοὺς τοιούτους βαπτισθῆναι. ἔλεγον γάρ τινες ὡς ἐπεὶ ἀπὸ χριστιανικῆς χώρας αἰχμαλωτίσθησαν, πρόληψίς ἐστι βαπτισθῆναι κατὰ χώραν ἐν νηπιότητι, καὶ οὐ χρὴ αὖθις ἀναβαπτισθῆναι. ἤρεσε δὲ μᾶλλον ὀφείλειν βαπτισθῆναι, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τούτους εἰ ἐν νηπιότητι ἐβαπτίσθησαν, μήτε τινὰς δὲ εὑρίσκεσθαι διαβεβαιουμένους τὸ βάπτισμα. περὶ δὲ τῶν ἀπὸ χώρας ἀπίστων αἰχμαλωτιζομένων, ὡρίσθη, ἀδιακρίτως αὐτοὺς βαπτίζεσθαι, εἰ μὴ μάρτυρες ὁμολογοῦσι βαπτισθῆναι τούτους μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν. *Cùm enim infantes ex Chriſtianorum regione à Scythis & Agarenis bello capti eſſent, & empti à Romanis, dnbitatum eſt, an oporteat vennndatos rebaptizari. Dicebant enim nonnulli, quoniam ex Chriſtiana regione capti ſnnt, preſumptio eſt, eos fuiſſe baptiſatos in patria ætate infantili, nec demno rebaptiſandos eſſe. Magis tamen placuit, eos debere baptizari, qnòd neſciant, an in infantia fuerint baptizati, nec vlli inneniuntur qni baptiſmum affirment. Eos autem, qni ex infidelium regione capinntur, indiſtinctè baptizandos ſtatutum eſt: niſi teſtes profiteantur, eos poſt captiuitatem fuiſſe baptizatos.* Leo I. P. R. in epiſtola ad Ruſticum Epiſcopum Naibonenſem in Cod. Can. Eccl. Rom. cap. 28. *Si nulla extant indicia inter propinquos aut familiares, nulla inter clericos, aut vicinos, qnibus hi de qnibus qnæritur, baptizati fniſſe doceantur, agendum eſt, vt renaſcantur, ne manifeſtè pereant, in qnibus quod non oſtenditur geſtnm, ratio non ſinit, vt videatur iteratum: nec temeritas interuenis præſumptionis, vbi eſt diligentia pietatis.*

Vniversali Africano Concilio] Sic cao. 19. 28. 77. 95. 107. 108. huius Codicis, & in epiſtola ſynodica ad Cæleſtinum P. R. & in Collatione Carthagiocnſi cognir. 1. cap. 5. *Clementia principalis Concilinm fieri intra Africam vniuerſale decreuit.* & cap. 89. *Nos recti numero adſumus electi vniuerſali Catholico Concilio.* *Pag.* 369. *Can.* 77.

Hipponensivm Diaretorvm Eccleſiæ] Sic cao. 93. huius Codicis, *Hipponenſis Diaretorum Diœceſis.* & in Collatione Carthaginenſi cognit. 1. cap. 179. *Victor Epiſcopus Hipponenſis Diarritorenſis.* & cap. 139. *Florentius Epiſcopns Eccleſia Catholica Hyppenſis* (legendom *Hipponenſis*) *Zaritorenſis.* Apud Victorem Vticeoſem eſt Hipzaoritus pro Hippozaritus. Itémque io Collat. Carthag. Hippozaritorenſis. Zarrhytum, vel Zaritum Antonino & Æthico, pro Diarthytum dicitur, more Græcorum, qui δια io ζα ſæpe commutant. οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὸ δια, ζα φασὶ, καὶ τὸ διάπεδον ζάπεδον, inquiunt Grammatici. ζαβάλλειν pro διαβάλλειν, & ζάκορος pro διάκορος, ὁ περὶ τὸν ναὸν διακονῶν, æditnus. Simili ratione *Zabulus* pro *Diabolus* Cypriano, Paulino, Hilario & Ambroſio, & *Zaconns* pro *Diaconns.* Sic Euſebio in chronico. Seuerus *Azabeniens* pro *Adiabenicus*, & apnd Paulum IC. lib. 3. ſent. tit. 6. *Zetarij ſerui* dicuntur iidem qui *Dietarij*, l. 12. §. idem reſpondir D. de inſtruct. leg. Sic Iſidoro *Zanium* pro *Dianium*, quod oppidum eſt Hiſpaniæ. Sunt autem duæ vrbes hoc nomioe io Africa, quarum altera in Numidia Hippo regius: altera in prouincia Procooſulari, quæ propriè Africa dicitur, quam *Hipponom dilutnm vocant, Diarıhytum Gracis dictum propter aquarum irrigua*, vt ait Plinius lib. 4. Hiſt. nat. cap. 4. qui & Hipponis Diarrhyti meminit lib. 9. cap. 8. & alter Plinius lib. 9. epiſt. ad Canioium. *Eſt in Africa Hipponenſis colonia, mari proxima, adiacet ei nanigabile ſtagnnm, ex quo in modum fluminis aſtuarium emergit, quod vice alterna, prout aſtus aut repreſſit, aut impnlit, nnnc infertnr mari, nunc redditnr ſtagno.* Mela lib. 1. cap. 6. *Hipponenſem ſinnm vocant proximum ab Hippone Diarrhyto quod littori eius appoſitum eſt.* Solinus cap. 30. *Hipponem regium poſteà dictum, item Hipponem alterum, de interfluente freto Diarrython nnncupatnm, nobiliſſima oppida equites Graci condiderunt.* *Pag.* 369. *Can.* 78.

Vtriuſque

Vtriuſque etiam Hipponis regij, & Diarrhyti meminit tabula itineraria beneficio M. Velſeri V. C. edita.

Pag. 369. Can. 78. CVM OMNIVM VOTO EPISCOPVS ORDINETVR] Leo I. P. R. epiſtola 87. vel 89. ad Epiſcopos Viennenſis prouinciæ: *Vota ciuium, teſtimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum, in ordinationibus ſacerdotum expectantur, per pacem & quietem ſacerdotes qui præfuturi ſunt poſtulentur, teneatur ſubſcriptio clericorum, honoratorum teſtimonium, ordinis conſenſus & plebis.* Cæleſtinus I. P. R epiſt. 2. ad Epiſcopos Galliæ: *Cleri, plebis & ordinis conſenſus & deſiderium requiratur in ordinatione ſacerdotum.* Formulam conſenſus ciuium pro Epiſcopatu vide apud Marculphum lib. 1. cap. 7.

Pag. 370. Can. 81. VT SI QVIS EPISCOPVS HÆREDES EXTRANEOS A CONSANGVINITATE VEL HÆRETICOS ECCLESIÆ PRÆTVLERIT] Can. 22. huius Codicis ſuprà. Concilium Conſtantinopolitanum II. quod quintum œcumenicum dicitur, Collat. 5. *Sextilianus reuerendiſſimus Epiſcopus de Africana prouincia, vices agens Primoſi religioſiſſimi Epiſcopi Carthaginenſis, & in medio ſtans, hæc dixit: Quoniam propoſita ſunt ſancta Euangelia, & oportet vnumquemque ea quæ ſunt ſua ſcientia, ad propoſitam quæſtionem pertinentia, facere manifeſta, doceo ſanctum veſtrum Concilium, quod anterioribus temporibus in noſtra prouincia multi Epiſcopi congregati, & quædam de diuerſis cauſis ad Eccleſiaſticum ſtatum pertinentibus diſponentes, ſtatuerunt de Epiſcopis defunctis, qui hæreticis ſuas facultates relinquunt, ita vt poſt mortem anathemati ſubiiciantur.*

Pag. 370. Can. 81. EIVS NOMEN INTER DEI SACERDOTES NVLLO MODO RECITETVR] Cyprianus lib. 1. epiſt. 9. *Neque enim ad altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros auocare voluit.* Auguſtinus ep. 137. *Nomen autem preſbyteri propterea non auſus ſum de numero collegarum eius vel ſupprimere vel delere.* Et paulò pòſt: *Et nunc ſi vobis placet, vt nomen eius non recitetur.* Illius etiam recitationis meminit Gelaſius I. P. R. epiſtol. 8. ad Anaſtaſium Imp. de Acacio loquens, *Quo in ſua perfidia*, inquit, *& damnatione moriente, tam eius in Eccleſiaſtica recitatione non poteſt nomen adſcribi, quàm externa contagium non debet communicationis admitti.* Epiphanius lib. 3. hæreſi 75. ἔπειτα δὲ περὶ τῶν ὀνόματα λέγειν τῶν τελευτησάντων, τί ἂν εἴη τούτου προυργιαίτερον; τί τούτου καιριώτερον καὶ θαυμασιώτερον, πιστεύειν μὲν τοὺς παρόντας, ὅτι οἱ ἀπελθόντες ζῶσι, καὶ ἐν ἀνυπαρξίᾳ οὐκ εἰσίν, ἀλλ' εἰσὶ καὶ ζῶσι παρὰ τῷ δεσπότῃ. *Poſtea verò de eo, quod proferantur nomina vita defunctorum, quid hoc magis fuerit vtile? Quid hoc commodius aut magis admiratione dignum? Quòd credant præſentes, quòd hi qui deceſſerunt viuunt & non ſunt nulli, ſed ſunt & viuunt apud Dominum.*

Pag. 371. Can. 84. LVCIS VEL ARBORIBVS] Auguſtinus ſerm. de tempore 241. *Quicunque in agro ſuo aut villa, aut iuxta villam aliquam arbores aut aras vel qualibet fana habuerit, vbi miſeri homines ſolent aliqua vota reddere, ſi non eas deſtruxerit vel ſucciderit, in illis ſacrilegiis quæ ibi facta fuerint, ſine dubio particeps erit.* Concilium Arelatenſe II. can. 23. *Si in alicuius Epiſcopi territorio infideles aut faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel ſaxa venerentur, ſi hoc eruere neglexerit, ſacrilegij ſe eſſe reum cognoſcat.* Concilium Autiſiodorenſe can. 3. *Non licet inter fontes aut arbores ſacriuas, vel ad fontes vota exſoluere.* Huius ſuperſtitionis veſtigia paſſim extant apud profanos ſcriptores. Plinius lib. 12. cap. 1. *Arbores fuere numinum templa, priſcóque ritu ſimplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant.* Curtius de Indis lib. 8. *Deos putant quicquid colere cœperunt, arbores maximè, quas violare capitale eſt.* Tacitus de Germanis: *Lucos ac nemora conſecrant, Deorúmque nominibus appellant.* Maximus Tyrius ſerm. 38. Κελτοὶ σέβουσι μὲν Δία, ἄγαλμα δὲ Διὸς Κελτικὸν ὑψηλὴ δρῦς. *Iouem Celtæ colunt, Iouis autem apud eos ſimulacrum alta quercus eſt.* Liuius: *Et hæc*, inquit, *ſacrata quercus & quicquid Deorum eſt audiunt.* Quintil. lib. 10. *quaſi ſacras vetuſtate quercus adoramus.*

IMPP. ARCADIO ET HONORIO V. COSS. IN CIVITATE MILEVITANA V. KAL. SEPTEMB.] Hoc eſt A. D. CCCCII. Hæc autem nota diei & Conſulis, à Conciliorum collectoribus falsò præfixa eſt Concilio Mileuitano II. ex prouinciæ Numidiæ Epiſcopis ſub Syluano Primate contra Pelagium & Celeſtium coacto, Honorio VII. & Palladio Coſſ. hoc eſt, A. D. CCCCXVI. Siquidem eo tempore in Africanis Eccleſiis nulla erat Pelagij vel Celeſtij mentio, quorum hæreſim anno duntaxat CCCCXII. innotuiſſe, atque in Concilio quodam prouinciæ Carthaginenſis, cuius nulla acta extant, eodem anno primùm damnatam fuiſſe planum eſt ex epiſtola ſynodica Concilij Mileuitani II. quæ inter epiſtolas Auguſtini extat 92. Sed & canones XXVII. quos illi Concilio adſcribunt, ex tribus aliis Africanis Conciliis (nulli enim canones in Concilio Mileuitano II. editi) collecti & conſarcinati ſunt, ex Mileuitano videlicet I. de quo hîc agitur, & duobus Carthaginenſibus, A. D. CCCCVII. & CCCCXVIII. celebratis, quorum acta & canones hoc Codice continentur. Pag. 371.

POSTMODVM CONCILIO APVD CARTHAGINEM DEFINITA] Concilium Carthaginenſe intelligit Cæſario & Attico Coſſ. V. Kal. Septemb. hoc eſt anno CCCXCVII. celebratum. Pag. 372.

Περὶ τάξεως ἐπισκόπων] In Cod. Til. corruptè legebatur περὶ πράξεως. Itaque hanc inſcriptionem emendauimus ex Cod. Palat. quam emendationem confirmat Photius in Nomocanone tit. 8. cap. vlt. περὶ ἐν τῷ χρόνου τάξεως. Erat inter Epiſcopos quædam ex tempore prærogatiua, quâ, vt quiſque priùs Eccleſiæ, honoriue Eccleſiaſtico fungendo allectus eſſet, ita cæteros collegas, ſedendi, ſententiæque dicendæ ordine præcederet. Hinc apud Iuſtinianum l. θεσπίζομεν 29. C. de Epiſc. aud. ἐπισκόποις κατὰ τὴν τάξιν τῆς χειροτονίας προτιμωμένοις. & can. 54. huius Codicis, *Ætate pater* Pag. 372. Can. 86.

& ipſa promotione antiquiſſimus Victor. Ab initio cùm clerici cooptantur in Eccleſiam, non temporis antiquitas, ſed eruditio, doctrina, probitas & morum integritas inſpicitur: cùm verò iam in aliorum cœtum adſciti fuerint, ne perturbatè miſceantur omnia, ætatis & temporis ordo attenditur, id eſt ἐκ τῆ χρόνου τάξις, quæ ex ordinationis tempore ſeruatur. Concil. Bracar. I. can. 24. *Conſeruato Metropolitani Epiſcopi Primatu, cæteri Epiſcoporum, ſecundùm ſuæ ordinationis tempus, alius alio ſedendi deferat locum.* Toletan. IV. can. 3. de ſynodo prouinciali loquens, *Epiſcopi ſecundum ordinationis ſuæ tempora reſideant.* Gregorius I. P. R. lib. 7. epiſt. 114 ad Siagrium Epiſcopum Auguſtodunenſem: *Epiſcopos ſecundùm ordinationis ſuæ tempus, ſiue ad conſidendum in Concilio, ſiue ad ſubſcribendum, vel in qualibet alia re ſua attendere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam ordinum vindicare.* Hincmarus epiſt. 6. cap. 16. *Inter Epiſcopos hæc conditio regularis ſeruatur, vt qui priùs fuerit ordinatus, prior habeatur.* Ac ne qua altercatio de poſterioribus vel anterioribus oriretur, ſtatutum eſt vt Epiſcopi ordinati literas acciperent ab ordinatoribus ſuis, manu eorum ſcriptas, continentes Conſulem & diem, can. 89. huius Codicis. Addo etiam hunc ordinem Epiſcoporum in ſcribendis tractoriis ſeu ſynodicis epiſtolis ſeruatum eſſe. Auguſtinus epiſtola ad Victorinum: *Quòd ſi & ex eis, Mauritaniis prouinciis, ad Numidiam conuocandum eſſet Concilium, oportuit vtique vt aliquorum Maurorum Epiſcoporum, qui illic priores ſunt, nomina in tractoria ponerentur. Quod in iſta tractoria non reperiens miratus ſum. Deinde ad ipſos Numidas ita perturbato & neglecto ordine ſcriptum, vt nomen meum tertio loco inuenerim, qui noui quàm poſt multos Epiſcopos factus ſum. Quæ res & aliis iniurioſa eſt ſatis, & mihi inuidioſa.*

Pag. 373. Posteriores anterioribus offerant] Syneſius epiſt. 72. ἰταμὸν γὰρ ἀντιχεῖν ἕνα πολλοῖς, νεώτερον πρεσβυτέροις, προσδεδαπανηκόσι τὸν βίον ἱερωσύνῃ τῷ ὑπὸ πέρυσι ἡμμένον τοῦ πράγματος. *Inuerecundum eſt vnum reſiſtere multis, iuniorem ſenioribus, qui conſumpſerunt totam vitam in ſacerdotio, eum qui nondum anno ſuperiore rem attigerat.* Leo I. P. R. epiſt. 89. *Æquum eſt, nec vlli de fratribus videtur fieri iniuria, ſi his qui vetuſtate præcedunt, pro ætatis ſuæ merito, in ſuis prouinciis à ſacerdotibus cæteris deferatur.*

Pag. 373. Apvd primam sedem et in Metropoli, id est, Constantina] Numidiâ in duas prouincias diuiſâ, de illius Primatus ordine in hoc Mileuitano Concilio controuerſia oborta eſt, inter Xantippum Epiſcopum Conſtantinæ Numidiæque Primatem, & Victorinum Tigiſitanæ, vt opinor, ciuitatis Epiſcopum, Primatum eiuſdem vniuerſæ prouinciæ ſibi vindicantem. Huius controuerſiæ meminit Auguſtinus in epiſtola ad eundem Victorinum, cùm ab ipſo ad ſynodum per tractorias vocaretur. *Venerabilis frater*, inquit, *& collega noſter Xantippus Tagonenſis* (legendum *Conſtantienſis*) *dicit, quòd eum Primatus ipſe contingat, & erga plurimos ſic habetur, & tales miſit epiſtolas. Qui etiam error ſi facilè inter veſtram ſanctitatem cognoſci & corrigi poteſt; non debuit tamen in tractoria, quam miſit venerabilitas tua, nomen eius prætermitti. Quòd ſi in mediis locis conſcriberetur, & non in primo poneretur, multum mirarer. Quantò magis mirandum eſt, quòd nulla tibi eius admemoratio facta eſt, qui maximè ad Concilium venire debuit, vt de ipſo Primatus ordine cauſa omnium Numidarum Epiſcopis Eccleſiarum primitus ageretur*, &c. Hæc verò duarum ſedium altercatio definita eſt à Mileuitanis Patribus, & Primatus Conſtantinæ ciuitati adiudicatus, quæ ab initio prima ſedes & Metropolis fuerat totius Numidiæ.

Adimi Episcopatvm antequam cavsæ eivs exitvs appareret, &c.] Sic Pag. 373. Can. 87. can. 19. huius Codicis à communione non ſuſpenditur cui crimen intenditur, niſi ad cauſam ſuam dicendam euocatus minimè occurrerit. Huc ſpectat quod ſcribit Auguſtinus de Bonifacio presbytero epiſt. 137. *Nomen presbyteri propterea non auſus ſum de numero collegarum eius vel ſupprimere vel delere, ne diuinæ poteſtati ſub cuius examine cauſa adhuc pendet, facere viderer iniuriam, ſi illius iudicium meo vellem iudicio præuenire: quod nec in negotiis ſæcularibus iudices faciunt, quando cauſæ dubitatio ad maiorem poteſtatem refertur, vt pendente relatione aliquid audeant commutare. Et in Epiſcoporum Concilio conſtitutum eſt, nullum clericum, qui nondum conuictus ſit, ſuſpendi à communione debere, niſi ad cauſam ſuam examinandam ſe non præſentauerit.* Leo I. P. R. epiſt. 87. *Cauſam quoque Lupicini Epiſcopi illic iubemus audiri, cui multùm & ſæpius poſtulanti communionem hac ratione reddidimus: quoniam cùm ad noſtrum iudicium prouocaſſet, immeritò eum, pendente negotio, à communione videbamus fuiſſe ſuſpenſum. Adiectum etiam illud eſt, quòd huic temerè ſuperordinatus eſſe cognoſcitur, qui non debuit ordinari, antequam Lupicinus in præſenti poſitus, aut conſutatus, aut certè confeſſus, iuſtæ poſſet ſubiacere ſententiæ, vt vacantem locum, quemadmodum diſciplina Eccleſiaſtica exigit, is qui conſecrabatur, exciperet.*

Vt ipse ab Episcopatv discedat] Pag. 374. Can. 88. Maximianus Bagaienſis Epiſcopus (cuius etiam meminit Auguſtinus lib. 3. contra Creſconium cap. 43.) ex Donatiſtarum ſchiſmate ad Eccleſiam Catholicam conuerſus, cùm pacificè à populo haud reciperetur, bono pacis conſulens, ipſe Epiſcopatu cedendum exiſtimauit, déque ea re literas ad ſynodum miſit, quibus annuentes Mileuitani Patres ſpontaneam illius abdicationem admiſerunt, atque in eius locum alium, Caſtorium fratrem ipſius ſubrogarunt, ad quem extat epiſtola Auguſtini & Alypij 238. quæ laudes continet abdicantis ſe Maximiani his verbis: *Longè eſt glorioſius Epiſcopatus ſarcinam propter Eccleſiæ vitanda pericula depoſuiſſe, quàm propter regenda gubernacula ſuſcepiſſe. Ille quippe ſe honorem ſi pacis ratio pateretur, dignè accipere potuiſſe demonſtrat, qui acceptum non defendit indignè. Voluit ergo Deus etiam per fratrem tuum filium noſtrum Maxi-*

mianum oſtendere inimicis Eccleſiæ, eſſe in viſceribus Chriſti eius, qui non ſua quærunt, ſed quæ ſunt Chriſti. Neque enim illud miniſterium diſpenſationis myſteriorum Dei victus aliquâ ſæculari cupiditate deſeruit, ſed pacificâ permotus pietate depoſuit, ne propter eius honorem fœda & periculoſa, aut fortaſſe etiam pernicioſa in membris Chriſti diſſenſio naſceretur. & poſt pauca, *Te verò, fili cariſſime, qui nulla tali neceſſitate à ſuſcipiendo Epiſcopatu impediris, obſecramus, vt in Epiſcopatu Vaginenſis* (legendum *Bugaienſis*) *Eccleſiæ fratri tuo non ignominioſè cadenti vel glorioſè cedenti ſuccedas.* Extat ſpontaneæ abdicationis non abſimile exemplum in actis Epheſinæ ſynodi III. œcumenicæ, de Euſtathio Pamphiliæ prouinciæ Metropolitano, qui curas moleſtiáſque, quas Epiſcopale munus adferebat, non ferens, libello quo abdicationis cauſæ continebantur, oblato ab Epiſcopatu vltrò ſe abdicauit, & vt ait epiſtola ſynodica Concilij Pamphiliæ, πεδηφυλακώμενος δὲ παρά τινων, καὶ ἀδοκήτοις περιστάσεσιν ἐμβεβηκὼς, εἶτα ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀπραγμοσύνης ἀπαρεσκὼν τὴν αὐτίκα τῶν ἐπιλωβημένων αὐτῷ φροντίδων, καὶ διαχειρίσασθαι τὰς παρὰ τῶν ἐπηρεαζόντων αὐτῷ δυσφημίας δυνάμενος παραιτήσεως προσεκόμισε βιβλίον. *Vbi à quibuſdam turbatus eſt, & in ſolicitudines inexpectatas incidit; & cùm præ multo otio, pondus curarum ſibi impendentium ferre non eſſet aſſuetus, nec valeret conuitia inſidiantium repellere, ceſſionis ſuæ obtulit libellum.* Quâ quidem abdicatione admiſsâ, Epiſcopi prouinciæ alium in eius locum ordinarunt. Refert etiam Theodorus Lector Martyrium Antiochenum Epiſcopum Eccleſiæ ſuæ vltro renunciaſſe, ἤδη δὲ, inquit, ὡς Ἀντιόχειαν, καὶ ἰδὼν Ἀντιοχεῖς ταραχαῖς καὶ στάσεσι χαίροντας ἀπετάξατο τῇ ἐπισκοπῇ ἐν ἐκκλησίᾳ εἰπὼν, κλήρῳ ἀνυποτάκτῳ, καὶ λαῷ ἀπειθεῖ, καὶ ἐκκλησίᾳ ἐρρυπωμένῃ ἀποτάσσομαι, φυλάττων ἐμαυτῷ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα: *Antiochiam verò reuerſus, cùm Antiochenos tumultuationibus & ſeditionibus delectari cerneret Epiſcopatui renunciauit, dicens in Eccleſia: Clero immorigero, & populo rebelli, & Eccleſiæ contaminatæ renuncio, ſeruata interim mihi ſacerdotij dignitate.*

Pag. 374. Can. 89. CONTINENTES CONSVLEM ET DIEM] Id ipſum in conſtitutionibus & edictis obſeruari ſtatuit Conſtantinus Imp. l. 1. de conſtit. Princip. C. Th. *Si quæ poſthac edicta, ſiue conſtitutiones, ſine die & Conſule fuerint deprehenſa, auctoritate careant.* & l. 4. C. de diuerſ. reſcript. *Si qua beneficia perſonalia ſine die & Conſule fuerint deprehenſa, auctoritate careant.*

Pag. 374. HABITO CONCILIO DESTINAVIMVS FRATRES NOSTROS AD TRANSMARINA LEGATOS] Concilium Carthaginenſe intelligit Vincentio & Flauito Coſſ. hoc eſt A. D. ccccv. vt indicat can. 68. huius Codicis.

Pag. 376. TVMVLTV TIRONVM] Huc ſpectant quatuor reſcripta ad Hadrianum PP. Theodoſio & Rumorido Coſſ. data. l. 11. 12. 13. & 14. & 22. C. Th. de tironib.

Pag. 376. TRACTORIAM SANCTITATIS TVÆ, VT CONCILIVM INDICERETVR] Tractoriarum frequens mentio in Impp. conſtitut. & in edicto Conſtantini ad Ablauium PP. quo aduentantibus ad Concilium Arelatenſe Epiſcopis literas tractorias dari iubet. *Iniungendum tuæ ſolertiæ duxi, vt mox has literas meas acciperes, tam Cæcilianum ſuprà dictum cum aliquibus ex his quos ipſe delegerit; ſed & de Byzacena, Tripolitana, Numidiarum, & Mauritaniarum, & prouinciis ſingulis, qui & ipſe aliquantos ex ſuis perducere debebunt, quos ipſi putauerint eligendos, ſed etiam & aliquos ex his qui contra eundem Cæcilianum diſſentiunt, data euectione publica per Africam & Mauritaniam, inde ad Hiſpanias breui tractu facias nauigare; & inde nihilominus huiuſmodi his ſingulis Epiſcopis ſingulas tractorias tribuas, vt ipſi ad ſupradictum locum intra diem Kal. Auguſtarum poſſint peruenire.* Erant autem tractoriæ diplomata, quæ dabantur à Præfectis Prætorio miſſis vel euocatis à Principe, quibus publicæ concederentur vecturæ, atque omnia neceſſaria ad commeatum impenderentur. Euſtathius anteceſſor lib. de tempor. interual. τρακτωρίας ἔλεγον τὰς κελεύσεις αἱ παρὰ τῶν ἐπάρχων προσφόρου ζώων δρομικῶν γινόμεναι. *Tractoriæ dicebantur mandata quæ curſu publico iter facientibus dabantur à Præfectis Prætorio.* Formula tractoriæ legatorum apud Marculphum extat lib. 1. Primates etiam, cùm Epiſcopos ad ſynodum vocarent, tractorias dare ſolebant, quibus in ſingulis Eccleſiis iuberentur excipi, & Chriſtiana charitate foueri: quarum fit mentio hîc & can. 76. huius Codicis, vbi Græcus interpres *tractoriam*, συνοδικὴν vertit. & in epiſtola Auguſtini ad Victorinum, *Tractoria ad me x. Idus Nouembris venit.* & in libro poſt Collat. contra Donatiſt. capite 24. *A Primate ſuo per tractoriam ſunt euocati.* Tractoriæ etiam vocantur epiſtolæ ab Epiſcopis priuatim ſcriptæ, quibus excuſant, dum Concilio adeſſe non poterant, vt d. can. 76. Interdum & ſynodales epiſtolæ, tractoriæ dictæ, vt in Concilio Teleptenſi tom. 1. Concil. *Exemplum tractoriæ Epiſcopi vrbis Romæ.* Auguſtinus enarrat. in Pſal. 39. ſynodicam epiſtolam Concilij Cabarſuſſitani *tractoriam* vocat.

RESCRIPTIS PROPRIIS EXCVSAVIT] Can. 76. huius Codicis ſuprà. *Si non potuerint occurrere, excuſationes ſuas in tractoria conſcribunt.* Id fecit Auguſtinus apud Victorinum Tigiſitanum Numidiæ Primatem, à quo per tractoriam ad Concilium euocatus, cùm occurrere non poſſet, excuſationis cauſas conſcripſit, in epiſt. ad eundem Victorinum, quæ in append. epiſt. extat 15. Pag. 376.

MAGISTRATVS VEL SENIORES LOCORVM] Nouel. Leonis & Maioriani ad Baſilium PP. tit. 1. *Illuſtris ſanè & præcelſa magnificentia tua omnium prouinciarum rectores ſuis auctoritatibus admonebit, vt principales vel ſeniores vrbium ſingularum tam curiarum quàm reliquorum corporum,* &c. Collat. Carthagin. cognit. 1. cap. 5. *Vniuerſos etiam cunctarum prouinciarum curatores, magiſtratus, & ordinis viros, nec non & actores, procuratores, vel ſeniores ſingulorum locorum pari admonitione conuenio, quatenus in ciuitati-* Pag. 377. Can. 91.

bus locisque in quibus conſiſtunt, vtriuſque partis Epiſcopos conuenire, vel ſub geſtorum confectione, vel ſub cuiuſlibet ſcripturæ documento exſtante, feſtinent. Gregorius Turonenſis de Theodoro Maſſilienſi Epiſcopo loquens: *Ille epiſtolam, vt aiunt manu maiorum Childeberti Regis ſubſcriptam, protulit dicens. nihil per me feci, niſi quæ mihi à dominis noſtris & ſenioribus imperata ſunt.* & lib. 7. ſect. 33. *Adſtrebant etiam conſtanter hanc cauſam omnibus ſenioribus in regno Childeberti Regis eſſe cognitam.* vide can. 100. huius Codicis infrà.

Pag. 372. Can. 92. CONVENIMVS VOS EX CONCILII NOSTRI CATHOLICI AVTHORITATE] Huius Concilij & decreti in eo de conueniendis Donatiſtis ſtatuti, meminit Auguſtinus lib. 3. contra Creſconium cap. 45. *In Carthaginenſi totius Africæ Concilio nobis placuit, vt adhibitâ etiam publicorum teſtificatione geſtorum. quò poſſemus eis qui hoc flagitabant, probare deſiderio eorum nos minimè defuiſſe; veſtri pacificè conuenirentur Epiſcopi, quiſquis ab eo noſtrûm, qui eodem loco, in quo ille, conſiſteret: vt per collationem noſtram errore ſublato, Chriſtiana & fraterna ſocietate, vnitate, charitate, pace frueremur.*

Pag. 378. Can. 93. SVPERIORIS ANNI CONCILIVM] Carthaginenſe videlicet Theodoſio Imp. & Rumorido Coſſ. celebratum, hoc eſt A. D. CCCCIV.

Pag. 379. RELIGIOSISS. SVPRA PRINCIPVM SANCTIONIBVS CONDEMNATA] Huc ſpectare videtur reſcriptum Impp. Arcadij & Honorij ad Theodorum PP. Honorio IV. & Eutychiano Coſſ. datum, hoc eſt A. D. CCCXCVIII. quo iudicibus Africanis præſidium armatæ apparitionis tribuunt aduerſus eos qui vi irruebant in Eccleſias & in earum clericos graſſabantur.

Pag. 379. [illegible]] Adde ex Codd. MSS. Bibl. Reg. & Pal. [illegible], &c.

Pag. 379. FACTIOSORVM CONSPIRATIONEM MILITARI SVBMOVIT AVXILIO] Optatus Mileuitanus lib. 3. Donatus Bagaienſis *inſanam collegerat multitudinem, à qua ne Macarius violentiam pateretur, ad ſe & ad ea, quæ ferebat tuenda, armati militis poſtulauit auxilium.* & paulo pòſt, *Hoc metu deterriti illi qui propè theſauros ferrent, quos pauperibus erogarent, inuenerunt in tanta neceſſitate conſilium, vt à Sylueſtro Comite armatum militem poſtularent: non per quem alicui vim facerent, ſed vt vim, à Donato diſpoſitam, prohiberent.*

Pag. 379. LEGEM QVÆ A THEODOSIO DE AVRI LIBRIS DECEM IN ORDINATORES VEL ORDINATOS HÆRETICOS] Huius legis meminit Auguſtinus lib. 3. contra Creſconium cap. 47. *Exhibitus igitur Criſpinus, & quod ſe eſſe Proconſuli quærenti negauerat, facillimè conuictus hæreticus, decem tamen libras auri, quam mulctam in omnes hæreticos Imp. maior Theodoſius conſtituerat, intercedente Poſſidio, non eſt compulſus exoluere.* Poſſidonius in vita Auguſtini cap. 12. de eodem Criſpino Donatiſta loquens, *Proconſulari*, inquit, *& libellari ſententia eſt pronunciatus hæreticus. Próque illo apud cognitorem Catholicus Epiſcopus interceſſit ne auraria mulcta exigeretur: ei eſt beneficium impetratum. Vnde cùm ingratus ad piiſſimum Imp. prouocaſſet, ab Imp. relationi debitum eſt reſponſum ſolutum, & conſecutum præceptum, nullo prorſus loco Donatiſtas hæreticos eſſe debere, & ad iura legum omnium contra hæreticos latarum vbique teneri debere. Ex quo & iudex propter officium, & idem Criſpinus, quod minimè fuerat exactus; præcepti ſunt denas libras auri fiſci iuribus inferre*, &c. Hæc autem lex Theodoſij de mulcta decem librarum auri in ordinatores vel ordinatos hæreticos, ſeu etiam poſſeſſores, promulgata extat in C. Th. l. 21. de hæreticis. *In hæreticis erroribus, quoſcunque conſtiterit vel ordinaſſe clericos, vel ſuſcepiſſe officium clericorum, denis libris auri viritim multandos eſſe cenſemus. Locum ſanè in quo vetita temptantur, ſi conhibentia domini patuerit, fiſci noſtri iuribus adgregari. Quòd ſi id poſſeſſorem (quippe clanculum geſtum) ignoraſſe conſtiterit, conductorem eius fundi, ſi ingenuus eſt, decem auri libras fiſco noſtro inferre præcipimus. Verùm ſi quos talibus repertos obſecundare myſteriis, ac ſibi vſurpare nomina clericorum iam nunc proditum fuerit, denas libras auri exigi ſingulos & inferre præcipimus.* Dat. XVII. Kal. Iul. Conſtantinop. Arcad. II & Ruffino Coſſ. hoc eſt, A. D. 392.

ITA DEINCEPS CONFIRMARI PRÆCIPIANT, VT IN EOS VALEAT, &c] Auguſtinus epiſt. 50. ad Bonifacium, *Antequam iſtæ leges quibus ad conuiuium ſanctum intrare coguntur, in Africam mitterentur, nonnullis fratribus videbatur, in quibus & ego eram, quamuis Donatiſtarum rabies vſquequaque ſæuiret, non eſſe petendum ab Impp. vt ipſam hæreſim iuberent omnino non eſſe, pœnam conſtituendo eis qui in illa eſſe voluiſſent: ſed hoc potiùs conſtituerent, vt eorum furioſas violentias non paterentur, qui veritatem Catholicam vel prædicarent loquendo vel legerent conſtituendo. Quod eo modo fieri aliquatenus poſſe arbitrabamur, ſi legem piiſſimæ memoriæ Theodoſij quam generaliter in omnes hæreticos promulgauit, vt quiſquis eorum Epiſcopus vel clericus vbilibet eſſet inuentus, decem libris auri mulctaretur, expreſſiùs in Donatiſtas, qui ſe negabant hæreticos, ita confirmarent, vt non omnes ea mulcta ferirentur, ſed in quorum regionibus aliquas violentias à clericis vel Circumcellionibus, vel populis eorum Eccleſia Catholica pateretur.* & epiſt. 68. *Ex Concilio autem noſtri Epiſcopi legatos ad comitatum miſerunt, qui impetrarent, vt non omnes Epiſcopi & clerici partis veſtræ ad eamdem condemnationem decem librarum auri, quæ in omnes hæreticos conſtituta eſt, tenerentur; ſed hi ſoli in quorum locis aliquas à veſtris violentias Eccleſia Catholica pateretur. Sed cùm legati Romam venerunt, iam cicatrices Epiſcopi Catholici Bagaitani horrenda ac recentiſſima Imperatorem commouerant, vt leges tales mitteret, quales & miſſæ ſunt.* Diuerſæ autem ſanctiones eodem anno Stilicone II. & Anthemio Coſſ. hoc eſt A. D. CCCCV. ab Honorio Imp. editæ ſunt contra Donatiſtas, quæ in C. Th. reperiuntur l. 4. tit. ne ſanct. bapt. iter. l. 38. & 39. de hæret. Pag. 379.

Pag. 380. LEX QVÆ HÆRETICIS VEL EX DONATIONIBVS] Duæ de ea re extant Theodoſij leges: prima ad Eutropium PP. Eucherio & Siagrio Coſſ. hoc eſt an. CCCXXCI. contra Manichæos lata l. 7. C. Th. de hæret. *Si quis Manichæus Manichæá-ve ex die lata dudum legis ac primitus à noſtris parentibus in quamlibet perſonam condito teſtamento vel cuiuſlibet titulo liberalitatis, atque ſpecie donationis tranſmiſis proprias facultates, vel quiſquam ex his adita per quamlibet ſucceſſionis formam conlatione ditatus eſt, quoniam iiſdem ſub perpetua iuſta infamia nota teſtandi ac viuendi iure Romano omnem protinus eripimus facultatem, neque eos relinquenda aut capiendæ alicuius hæreditatis habere ſinimus poteſtatem, totum fiſci noſtri viribus imminentis indagatione ſocietur.* Altera ad Flauianum PP. Titiano & Symmacho Coſſ. hoc eſt, A. D. CCCXCI. l. 3. C. de Apoſt. *Hi qui ſanctam fidem prodiderunt, & ſanctum baptiſma hæreticâ ſuperſtitione profanarunt: à conſortio omnium ſegregati ſint, à teſtimoniis alieni, teſtamenti (vt iam antè ſancimus) non habeant factionem, nulli in hæreditate ſuccedant, à nemine ſcribantur hæredes.* Rurſus ad petitionem Eccleſiæ Africanæ hæ Theodoſij ſanctiones ab Honorio repetitæ & confirmatæ ſunt, l. 4. C. Th. de ſanct. baptiſ. iter. *Sciant ij qui iterare baptiſma non timuerint, aut qui conſentiendo hoc facinus propriâ huius ſocietatis permixtione non damnauerint, non ſolùm teſtandi ſibi, verùm adipiſcendi aliquid ſub ſpecie donationis vel agitandorum contractuum in perpetuum copiam denegatam.* Dat. pridie Idus Februar. Stilicone II. & Anthemio Coſſ. hoc eſt A. D. CCCCV.

Pag. 380. Καταλιμπάνειν n] Adde ex Codd. MSS. Biblioth. Reg. & Palat. ὅτι λαμβάνειν τὰ δίκαια ἀπολιπὼν τῆς τε αυτῆς τοῦ ἰδίου, &c.

Pag. 380. ORDINES CIVITATVM] L. 4. de luſtr. col. l. 34. & 37. de operib. publ. C. Th. l. 1. D. de decret. ab ord. fac. Plures erant ciuitatum ordines, Decurionum videlicet, ſiue Curialium, Honoratorum, id eſt eorum qui municipalibus honoribus perfuncti ſunt, & populi. Ordini Decurionum, qui ſenatus ciuitatis erat, vnde & *ampliſſimus ordo* vocatur in veteri inſcriptione apud Gruterum, præerant magiſtratus municipales, iudices ſcilicet ciuitatis, qui *magiſtratus & ordinis viri* appellantur in actis Collat. Carthag. cognit. 1. cap. 5. & cognit. 3. cap. vlt. & paſſim in conſtit. Impp. Principales, Primi, & Primates ciuitatum & ordinum. l. 189. de Decur. l. 3. de his qui cond. propt. relig. C. Th. l. 27. D. de pœn. & apud Auguſtinum epiſt. 44. *Decuriones & Primates ciuitatis.* Seniores etiam vrbium & locorum appellati in edicto Marcellini qui Collationi Carthaginenſi præfuit, & Nouel. Maior. de Curial. & can. 91. huius Codicis ſuprà. Populus in clerum, poſſeſſores, & plebem diuiditur. Atque ij ordines rempublicam ſub magiſtratibus municipalibus, & Eccleſiam ſub Epiſcopo efficiunt, de quibus intelligendus eſt Cæleſtinus I P. R. in epiſt. ad Epiſcopos Galliæ, cùm ait, cleri, plebis, & ordinis conſenſum requiri in ordinatione ſacerdotum. & Gregorius I in inſcriptione epiſt. 21. lib. 4. Clero, ordini, & plebi Rauennæ. In ordinandis enim Epiſcopis ſententiam de ſingulis, qui proponebantur cooptandi, ordines ciuitatum dicebant, ſed prima erat ſententia ordinis Magiſtratuum & Decurionum qui Principis perſonam ſuſtinebant, qui per eos eligebat ordinandos.

LITERÆ ETIAM AD EPISCOPVM ROM. ECCLES. VEL AD ALIOS VBI FVERIT IMP.] Pag. 381.
Can. 106. huius Codicis infrà. & can. 9. Concilij Sardicenſis. *Vt vnuſquiſque qui preces habuerit, eas ad fratres & Coëpiſcopos noſtros qui in maxima ciuitate, id eſt qui in metropoli conſiſtunt, mittat, & illi per ſuos diaconos deſtinent, tribuendo commendatitias epiſtolas pari ratione ad fratres & Coepiſcopos noſtros, qui illo tempore in his regionibus & vrbibus morantur, in quibus felix & beatus Auguſtus Rempublicam gubernat. Qui verò Romam venerit, ſanctiſſimo fratri & Coepiſcopo noſtro Romanæ Eccleſiæ preces, quas habet, tradat, vt & ipſe priùs examinet, ſi honeſta & iuſta ſunt, & præſtet diligentiam atque ſollicitudinem, vt ad comitatum perferantur.* Refert Hormiſda P. R. in commonitorio Ennodio & Fortunato Epiſcopis Conſtantinopolim legatis dato Rom. tom. II. Concil. conſuetudinem fuiſſe, *Per Epiſcopum Conſtantinopolitanum omnes Imperatori Epiſcopos præſentari.*

CONTRAHERETVR CONCILIVM] Eâdem loquendi formulâ, contrahere preſbyterium dixit Cyprianus lib. 3. epiſt. 11. *Omni actu ad me perlato placuit contrahi preſbyterium.* Pag. 382.

DEFENSORES SCHOLASTICOS] Id eſt aduocatos. Sardic. Concil. can. 10. vel 13. *Si ſcholaſticus de foro Epiſcopus fuerit poſtulatus.* Græcus interpres, σχολαστικὸς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς. & l. 2. Cod. Th. de concuſſ. aduocat. *Præter ſolemnes & canonicas penſitationes multa à prouincialibus Afris indigniſſimè poſtulantur ab officialibus & ſcholaſticis. Nec latet manſuetudinem noſtram ſæpiſſime ſcholaſticos vltra modum acceptis honorariis in defenſione cauſarum omnium & annonas & ſumptus accipere conſueſſe.* Pag. 383. Can. 97.

MORE SACERDOTVM PROVINCIÆ.] Impp. Conſtantius & Conſtans l. 46. C. Th. de Decurionibus. *A ſolis præcipimus aduocatis eorúmque conſortio dari prouinciæ ſacerdotem. Nec aliquis arbitretur ita eſſe aduocationis neceſſitatem impoſitam ſacerdotio, vt & ab eo munerum oppidaneorum functio ſecernatur: cùm nulla vnquam iura patronis forenſium quæſtionum vacationem ciuilium munerum præſtiterint*, &c. *Apud alios etiam iudices operam dantes negotiis perorandis, obnoxios eſſe decernimus ſacerdotio: ſic videlicet, vt intra eam prouinciam huiuſmodi honoribus mancipentur, vbi eos neceſſitas curialis detinet obligatos.* Nouel. Valent. de matrim. Senat. *Ne ſacerdoti prouinciæ habere liceret vxorem ancillam.* & l. 149. Cod. Th. de Decurionibus, *Cùm ſuper ordinando ſacerdote prouinciæ publicus eſſet ex more tractatus*, &c. Hinc *ſacerdotium prouinciæ* l. 75. & 174. Cod. eod. *Qui ad ſacerdotium prouinciæ & Principalis hono-* Pag. 383. Can. 97.

rem gradatim & per ordinem muneribus expeditis, non gratiâ emendicatiſque ſuffragiis, & labore peruenerint, probatis actibus, ſi conſona eſt ciuium fama, & publicè ab vniuerſo ordine comprobantur, habeantur immunes, otio fruituri, quod continui laboris teſtimonio promerentur. & ſacerdotales prouinciarum l. 77. 145. & 176. Cod.eod. & l. 2. Quemadm. mun. ciuil. *Sacerdotales pagana ſuperſtitionis* l. 20. De paganis ſacrific. & templ. Ammianus Marcellinus lib. 28. *Lepitano agro & Oënſi internecina populatione tranſcurſis, expleti prædarum aceruis ingentibus abſceſſerunt, occiſis decurionibus multis, inter quos Ruſticanus ſacerdotalis, & Nicaſius enitebat ædilis.* Acta martyrij Tharacij, Probi & Andronici, *Numerius Maximus Proconſul Ciliciæ aduocans Terentianum ſacerdotalem Ciliciæ, iuſſit ei ſequenti die munera edenda curare.*

Pag. 383. PRINCIPALES CIVITATIS THIOANENSIS] Principales ciuitatum Nouel. Theod. & Valent. 2. de his qui ſponte munus. l. 40. de hæreticis. l. 4. de extr. ſiue ſord. mun. l. 2. de actor. proc & cod rei priuatæ. l. vnic de priuil. dom. Aug. Cod. Th Ita vocantur Decurionum principes, quorum in curiis ſumma dignitas atque authoritas eſt, & *à quibus diſtributionum omnium forma procedit.* L omnis de iis quæ adminiſtr. vel off. publ. ger. Cod.eod. Iſidorus lib. 9. Etymolog. cap. 4. *Principales & magiſtratus & Duumuirales curialium officiorum ordines ſunt Principales dicti, quòd præſint magiſtratibus.* Saluianus lib. 5. de vero Dei iudicio, *Quis verò locus eſt, vbi Principalibus ciuitatum, viduarum, pupillorum viſcera deuorentur?* Iulius Firmicus lib. 5 Matheſeωs cap. 2. *Curatores vel Principales ciuitatum publicis rationibus præpoſitos.* l. 2. C. de excuſ. muner. lib. 10. *Inductis Firmino & Apollinario & cæteris Principalibus Antiochenſium.* & l 188. de Decurionibus Cod. Th. *Alexandrinis Principalibus etſi aduocatione fungantur, nihilominus onus peregrinationis incumbat, nec cura publica, niſi in ſua tantùm ciuitate committatur,* Auguſtinus epiſt 158. *Ruſinus Circenſis Principalis.* & vetus inſcriptio apud Gruterum, L. ARADIO. VALERIO. PROCVLO. V. C. VIRI. PERFECTISSIMI. ET. PRINCIPALES. ET SPLENDIDISSIMVS. ORDO. ET. POPVLVS. PVTEOLANORVM. PATRONO. DIGNISSIMO.

Pag. 384. Can. 99. LEGEM IMPP. DE VNITATE LATAM] Huc ſpectat reſcriptum Impp. Arcadij, Honorij & Theodoſij ad Diotimium Proconſulem Africæ l. 2. C. Th. de relig. *Edictum quod de vnitate per Africanas regiones clementia noſtra direxit, per diuerſa proponi volumus, vt omnibus innoteſcat Dei omnipotentis vnam & veram fidem Catholicam quam recta credulitas confitetur eſſe retinendam.* Dat. III. Non. Mart. Rau. Stilicone II. & Anthemio Coſſ. hoc eſt, A. D. CCCCV.

Pag. 384. Can. 99. A LEGE VNITATIS OPORTEAT VNIVERSAS ECCLESIAS VINDICARE SIBI EPISCOPOS CATHOLICOS] Auguſtinus epiſt. 50. *Quicquid nomine Eccleſiarum partis Donati poſſidebatur, Chriſtiani Impp. legibus religioſis ad Catholicam tranſire iuſſerunt.* & tract. 6. in Ioannem: *Leguntur leges manifeſtæ, vbi præceperunt Impp. eos qui propter Eccleſiæ Catholicæ communionem vſurpant ſibi nomen Chriſtianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine Eccleſiæ audeant poſſidere.* Marcellinus in edicto ſiue ſententia contra Donatiſtas inter acta Concilij Carthaginenſis. *Vniuerſos ordinis viros, ſenioréſque omnium locorum huius edicti auctoritate commoneo, quatenus memores legum, dignitatum, æſtimationiſque ſalutiſque propriæ, Donatiſtarum conuenticula in omnibus ciuitatibus & locis prohibere contendant, ita vt Eccleſias, quas eis humanitate mea abſque Imperiali præcepto vſque ad diem ſententiæ conſtat indultas, Catholicis tradere ſine vlla dilatione feſtinent.* Hanc ſententiam cognitoris Marcellini conſecutum eſt reſcriptum Honorij ad Seleucum P. P. quo laïcos pecuniariis pœnis puniuit, clericis verò exilium irrogauit, illorúmque Eccleſias poteſtati Catholicæ vindicauit. l. 52. C. Th. de hæreticis, *Clerici miniſtrique eorum, ac pernicioſiſſimi ſacerdotales ablati de Africano ſolo, quod ritu ſacrilego polluerunt, in exilium viritim ad ſingulas quaſque regiones ſub idonea proſecutione mittantur: Eccleſiis eorum, vel conuenticulis, prædiiſque, ſi qua in eorum Eccleſias hæreticorum largitas praua retulit, proprietati poteſtatique Catholicæ (ſicut iamdudum ſtatuimus) vindicatis.* Dat. III. Kal. Febr. Rauen. Honor. IX. & Theod. V. AA. Coſſ.

SENIORES] Erant ſeniores laïci extra Eccleſiam, de quibus ſuprà ad can. 91. Erant & ſeniores Eccleſiaſtici, in actis Purgationis Cæciliani & Felicis poſt Collat. Carthag. *Epiſcopi, presbyteri, diacones, ſeniores.* & paulò pòſt, *Adhibete conclericos & ſeniores plebis Eccleſiaſticos viros.* Item, *Clerici & ſeniores Cirtenſium.* Ibidem, *Maximus dixit, loquor nomine ſeniorum Chriſtiani populi, Catholicæ legis.* Auguſtinus lib. 3. contra Creſconium cap. 56. *Peregrinus presbyter, & ſeniores Eccleſiæ Muſticanæ regionis.* & epiſt. 136. *Dilectiſſimis fratribus clero, ſenioribus, & vniuerſæ plebi Eccleſiæ Hipponenſis.* & ſerm. 19. de verb. Dom. *Cùm ob errorem aliquem à ſenioribus arguuntur, & imputatur alicui de illis, Cur ebrius fuerit? Cur res alienas peruaſerit? Cædem cur turbulentus admiſerit? Statim reſpondet, quid habeo facere, homo ſæcularis aut miles. Nunquid monachum ſum profeſſus aut clericum?* Epiſtola ſynodalis Concilij Cabarſuſſitani apud eundem Auguſtinum enarrat. in Pſal. 36. *Neceſſe nos fuerat Primiani cauſam, quem plebs ſancta Carthaginenſis Eccleſiæ Epiſcopum fuerat in ouile Dei ſortita, ſeniorum literis eiuſdem Eccleſiæ poſtulantibus audire atque diſcutere.* Optatus lib. 1. *Erant Eccleſiæ ex auro & argento quamplurima ornamenta, quæ nec defodere terræ, nec ſecum portare poterat, quæ fidelibus ſenioribus commendauit.* & paulò pòſt, *Conuocantur ſuprà memorati ſeniores, qui faucibus auaritiæ commendatam ebiberant prædam. Cùm reddere cogerentur, ſubduxerunt communioni plebem.* Ambroſius in 1. ad Timoth. 5. *Synagoga, & poſtea Eccleſia ſe-* Pag. 384. Can. 100.

Digitized by Google

niores habuit, quorum ſine Concilio nihil agebatur in Eccleſia. Quod qua negligentia obſoleuerit, neſcio; niſi forte doctorum deſidia, aut magis ſuperbia, dum ſoli volunt aliquid videri. Tertullianus in Apologetico. *Præſident probati quique ſeniores, honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti.* Gregorius I. P. R. lib. 11. epiſt. 19. *Si quid de quocunque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuſtè poſſit offendere, facilè non credas; ſed præſentibus Eccleſiæ tuæ ſenioribus diligenter eſt perſcrutanda veritas, & tunc, ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis.* Epiſtola ſynodalis Concilij Pictauienſis, apud Gregorium Turonenſem lib. 10. cap. 16. *De ſponſalibus quoque ait, coram Pontifice, clero vel ſenioribus pro nepte ſua orphanula arrhas accepiſſe.*

Pag. 385. Can. 101. VT DE DISSENSIONE ROMANÆ ATQVE ALEXANDRINÆ ECCLESIÆ, &c.] Hæc veterum Patrum præcipua ſemper cura fuit, vt pacem inter Eccleſias retinerent. Sic Baſilius epiſt. 52. ad Athanaſium, πάντα γὰρ δεῖ σπουδάσαι ὑπὲρ τῆς εἰρήνης. καὶ πρὸ πάντων τῆς κατ᾽ Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας ἐπιμεληθῆναι, ὡς μὴ ἀσθενεῖν ἐν αὐτῇ τὴν ὀρθὴν μερίδα περὶ τὰ πρόσωπα σχιζομένην. *Curandum eſt vt paci poſthabeantur omnia: & cum primum Antiochenæ Eccleſiæ medeatur, ne illa ſincera pars imbecillis facta, perſonarum reſpectu ſcindatur.*

Pag. 386. Can. 106. AD COMITATVM] πρὸς τὴν βασιλείαν Nouel. 6. cap. 3. χρήματα τὰ οἰκεῖα μεθιστάντου πρὸς τὴν βασιλείαν. Sic *Comitatus Principum* l. 43. D. de teſtam milit Conſtantinus Imp. l. 6. C. de maleſic. & mathem. *In comitatu meo vel Cæſaris.* Poſſidonius in vita Auguſtini: *Apud Mediolanum vbi tunc temporis Imp. Valentiniani iunioris comitatus erat* In Concilio Sardicenſi can. 9. *aula Palatij.* Vide Gloſſ. Græcobarb. Meurſij in verbo κομιτάτον.

Pag. 388. Can. 107. VT NON SIBI VNVS EPISCOPVS VINDICET COGNITIONEM] Vide can. 11. 12. 14. & 20. huius Codicis ſuprà.

Pag. 388. LEX DATA, VT LIBERA VOLVNTATE QVIS CVLTVM CHRISTIANITATIS EXCIPERET] Nicephorus lib. 12. cap 29. ait Theodoſium Imp. permiſiſſe vt hæreſis quælibet loco ſuo, pro eo atque ei viſum eſſet, conuentus agere, atque etiam de fide in Chriſtum pro cuiuſque captu ſentire atque opinari poſſet. Ammianus Marcel. l. 30. de Valentiniano ſcribit: *Hoc moderamine principatus inclaruit, quòd inter religionum diuerſitates medius ſtetit, nec quemquam inquietauit, neque vt hoc coleretur imperauit, aut illud: nec interdictis minacibus ſubiectorum ceruicem ad id quod ipſe coluit inclinabat, ſed intemeratas reliquit has partes vt reperit.* De hac religionis libertate plures à ſe promulgatas fuiſſe leges ipſe Imp Valentinian. ait l. 9. Cod. Th. de malef. & mathem. *Teſtes ſunt leges à me in exordio imperij mei datæ, quibus vnicuique quod antè imbibiſſet, colendi libera facultas tributa eſt.* Arnobius lib. 2. *Quid eſt tam iniuſtum, quàm inuitis extorquere in contrarium voluntates, inculcare quod nolint, & quod refugiunt animis, prius nocere quàm prodeſſe; & priore detracto, in alienum habitum ſententiamque traducere?* Caſſiodorus lib. 2. Var. *Principes Chriſtiani*, ait, *ſi Iudæis potuiſſent imperare Chriſtianam religionem, vtique imperaſſent. Sed religio imperari non poteſt, quia nemo cogitur vt credat inuitus.* Lactantius: *Nihil eſſe tam voluntarium quàm religionem, in qua ſi animus auerſus eſt, iam ſublata, iam nulla eſt.* Gregorius I. P. R. lib. 1. epiſt. 45. *Adhibendus eſt ſermo Iudæis conuertendis, qui errorum in ipſis ſpinas vrere debet, & prædicando, quod in his tenebreſcit, illuminet.* Bernard. ſerm. 66. in Cant. *Fides ſuadenda eſt non imperanda.* & ſerm. 64. *Hæretici capiantur potiùs quàm effugentur: capiantur dico, non armis, ſed argumentis quibus refellantur errores eorum.* Auguſt. epiſt. 48. ait, *neminem ad vnitatem Chriſti eſſe cogendum, verbo eſſe agendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendum; ne fictos Catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus.* Athanaſius apolog 2. σφαγαὶ δὲ καὶ δεσμοὶ τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν ἀλλότρια. *Cædes & vincula aliena ſunt à noſtra Eccleſia.* Refert Socrates lib. 3. Hiſtor. Eccl. cap. 21. Iouianum Imp. laudari ὡς τὸ ἑαυτοῦ θρησκεύειν, ὡς ἕκαστοι βούλονται, *Quòd cuique pro arbitrio religionem profiteri permiſerit.*

GLORIOSISS. IMPP. HONORIO XII. ET THEODOSIO COSS.] Legendum *& Theodoſio* VIII. Coſſ. Quibus Conſulibus, inquit Proſper in Chronico, *Concilio apud Carthaginem habito* CCXVII. *Epiſcoporum, ad Papam Zoſimum ſynodalia decreta perlata, quibus probatis per totum mundum hæreſis Pelagiana damnata eſt.* Sed rectè monet Baronius mendum eſſe in numero, ac pro CCXVII. legendum eſſe CCXIV. cùm idem Proſper lib. aduerſus Collatorem totidem numeret, nec plures. Nam CCXVII. Epiſcopi anno demùm ſequenti congregati ſunt. Simili errore CCIII. Epiſcopi pro CCXIV. numerantur in vetuſtiſſimo Codice Gandauenſi, in Cod MS. Biblioth. Thuanæ num. 229. cuius fragmentum extat tom. 1. Concil. *Honorio Auguſto duodecies Conſule, Kalendis Maiis, Carthagine in baſilica Fauſti, cum Aurelius Epiſcopus ſimul cum Donatiano Teleptenſi primæ ſedis Epiſcopo prouinciæ Byzacenæ, & aliis ducentis tribus Coepiſcopis ſuis, tam ex prouincia Byzacena, quàm Mauritania Sitiphenſi, Tripolitana Numidia, Mauritania Cæſarienſi, &c.* & apud Photium in Biblioth. cap. 52. σιδ´. pro σιδ´. Σύνοδος inquit, κατὰ Πελαγίου καὶ Κελεστίου ἐν Καρθαγένῃ συστᾶσα, ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Φαύστου, Ὀνωρίου τὸ ιβ´ ὑπατείας βασιλείας φέροντος ἀξίωμα. Ἦρχε δὲ ταύτης τῆς συνόδου Αὐρήλιος ἐπίσκοπος καὶ Δονατιανὸς τῆς Τελεπτισίου (legendum Δονατιανὸς Τελεπτένσης) τοῦ πρώτου θρόνου Βυζακηνῆς ἐπαρχίας. οἱ συνέδρευον ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν ἄνδρες διαπρέποντες ἱερωσύνῃ, τὸν ἀριθμὸν σιδ´. αὕτη ἡ σύνοδος τοὺς θνητὸν πλασθῆναι τὸν Ἀδὰμ λέγοντας, ἀλλὰ μὴ ἐκ παραβάσεως τοῦτον καταδικασθῆναι, ἀναθεματίζει. ὡσαύτως τοὺς τὰ βρέφη τὰ ἀρτίτοκα μὴ χρείαν ἔχειν βαπτίσματος, &c. *Synodus aduerſus Pelagium & Celeſtium Carthagine in magna Eccleſia Fauſti habita Honorio Occidentis imperij clauum tenente: præſedit in ea Aurelius Epiſcopus & Donatianus Teleptenſis prima* Pag. 388. Can. 108.

ſedis Byzacenæ prouinciæ: Quibus adfuerunt variis i prouinciis ſacerdotio praſtantes viri numero CCXXV. *Damnat hæc ſynodus anathemate eos, qui aſſererent Adamum mortalem eſſe editum, non autem præuaricationis cauſa, morte multatum. Similiter & eos qui recens natos infantes baptiſmo minimè indigere dicerent*, &c.

Pag. 388. Can. 109. VT QVICVNQVE DIXERIT] Octo canones qui ſequuntur contra Pelagianos, in Concilio Carthaginenſi ſub anathemate ſtatutos teſtatur etiam epitome canonum ab Hadriano P. R. Carolo Magno Imp. data an. 773. tom. III. Concil.

Pag. 389. Can. 110. REGVLAM FIDEI] Tertul. lib. de vel. virg. *Regula quidem fidei vna omnino eſt, ſola immobilis & irreformabilis credendi ſcilicet in vnicum Deum omnipotentem*, &c. & lib. de præſcript. aduerſ. hæret. cap. 13.

Pag. 390. Can. ριδ'. Ἡμῶν οὐκ ἐστι] Adde ex Cod. MS. Bibl. Reg. ἀλλ' εἴπον ὅτι ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, καὶ ἀλήθεια ἐν ἡμῖν, &c.

Pag. 391. Can. ρια'. Τοῦ δούλου σου] Addidimus ex Codd. MSS. Bibl. Reg. & Palat. ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν.

Pag. 391. Δανιὴλ ὁ προφήτης] Adde ex MSS. Codd. Bibl. Reg. & Palat. ἐν τῇ προσευχῇ.

Pag. 392. Can. 117. ANTE ALIQVOT ANNOS PLENARIO CONCILIO CONSTITVTVM] In Concilio Carthaginenſi videlicet Honorio VII. & Theodoſio II. Coſſ. celebrato, hoc eſt A. D. CCCCVII. vide can. 99. huius Codicis ſuprà.

Pag. 394. Can. 122. A IVDICIBVS QVOS COMMVNIS CONSENSVS ELEGERIT] Hincmarus in epiſtola ad Ioannem VIII. P. R. cap. 18. *A iudicibus autem, ſiue quos, iuxta Africanos canones, Primates dederint, ſiue quos ipſi vicinos ex conſenſu delegerint, cauſa finienda regulariter prouocari non poteſt.*

Pag. 396. Can. 127. DONATIANO PRIMATE] Collatio Carthaginenſis cognit. 1. cap. 121. *Donatianus Epiſcopus Eccleſiæ Teleptenſis.* Photius in Biblioth. cap. 12. Δονατιανὸς Τελεπτίνων (vt ſuprà emendauimus) τῆς πρώτου θρόνου Βυζακηνῆς ἐπαρχίας, *Donatianus Teleptenſis primæ ſedis Byzacenæ prouinciæ.* Sic in Concilio Teleptenſi, quod hactenus mendosè Telenſe nominatum eſt tom. 1. Concil. *Poſt Conſulatum glorioſiſſ. Honorij* XI. *& Conſtantini* II. V. *Kal. Martias, congregato, in Eccleſia Apoſtolorum, Concilio plebis Teleptenſis beatus pater primæ ſedis Epiſcopus Donatianus ciuitatis Telepsenſis*, *&c.* & in ſubſcript. Concilij quod falsò Mileuitani II. nomine pro Carthaginenſi vulgò circumfertur, *Donatianus Telepienſis*, legendum *Teleptenſis.* Telepte vrbs Africæ Antonino, Auguſtino & Cypriano. In Concilio Carthaginenſi de rebaptizandis hæreticis *Iulianus à Telepte* ſententiam tuliſſe traditur. Eratque Metropolis & prima ſedes prouinciæ Byzacenæ.

Pag. 397. Can. 128. EXCOMMVNICATVS] Concilium Conſtantinopol. I. œcumenicum II. in Cod. Can. Eccl. Vniu. can. 169. εἴ τινες τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ αἰτίαις τισὶ προκατεγνωσμένοι εἶεν καὶ ἀποβεβλημένοι, ἢ ἀκοινώνητοι εἴτε ἀπὸ κλήρου, εἴτε ἀπὸ λαϊκοῦ τάγματος, μηδὲ τούτοις ἐξεῖναι κατηγορεῖν ἐπισκόπου, πρὶν ἂν τὸ οἰκεῖον ἔγκλημα πρότερον ἀποδύσωνται. *Si qui ab Eccleſia ob aliquas cauſas antè condemnati fuerint, & abdicati vel excommunicati fuerint, ſiue clerici, ſiue laïci ordinis ſint, ne his quidem liceat accuſare Epiſcopum, priuſquam de proprio crimine ſatisfecerint.*

HÆRETICI ETIAM, SIVE PAGANI, SEV IVDÆI] Concilium Conſtantinopolitanum primum, II. œcumenicum can. 6. αἱρετικοῖς μὴ ἐξεῖναι κατηγορεῖν κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων ὑπὲρ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ποιεῖσθαι. *Hæreticis non liceat orthodoxos Epiſcopos pro rebus Eccleſiaſticis accuſare.* Athanaſius Apolog. 2. Μελιτιανοὶ μὲν γάρ εἰσιν οἱ κατηγοροῦντες, καθόλου πιστεύεσθαι μὴ ὀφείλοντες. σχισματικοὶ γὰρ καὶ ἐχθροὶ τῆς ἐκκλησίας γεγόνασι. *Meletiani ſcilicet ſunt qui hic ſe accuſatores præbent, homines prorſus fide indigni, vt & ſchiſmatici, & hoſtes Eccleſiæ.* Iuſtinianus legem edidit, ne aduerſus orthodoxos, hæreticis teſtimonij dictio eſſet, l. 21. Cod. de Hæret. & Manich. *Sancimus contra orthodoxos quidem litigantes nomini hæretico, vel his etiam, qui Iudaïcam ſuperſtitionem colunt, eſſe in teſtimonia communionem: ſiue vtraque pars orthodoxa ſit, ſiue altera.* Canon 75. qui dicitur Apoſtol. εἰς μαρτυρίαν δὲ κατὰ ἐπισκόπου αἱρετικὸν μὴ προσδέχεσθαι. *Hæreticum ne recipias in teſtimonium contra Epiſcopum.* & ibi Zonaras, οὐ μόνον εἰς κατηγορίαν αἱρετικὸς οὐκ ἔστι δεκτὸς, ἀλλ' οὐδὲ εἰς μαρτυρίαν. *Hæreticus non ſolum ad accuſationem, ſed nec ad teſtimonium venit admittendus.* Photius Patriarcha CP. in Nomocan. tit. 9. cap. 2. αἱρετικὸς τοῦ καθόλου οὐ καταμαρτυρεῖ ὀρθοδόξου. *Hæreticus aduerſus orthodoxum nullo modo teſtificetur.* Auguſtinus in append. epiſt. 10. de presbytero quodam ab hæreticis criminis inſimulato loquens: *Nullo modo*, inquit, *nos poſſumus contemnere quod presbytero videntur obiicere, tantùm ſi Catholici ſunt qui obiiciunt. Nam hæreticorum accuſationes contra Catholicum presbyterum admittere, nec poſſumus nec debemus.* Pag. 398. Can. 129.

TESTES QVOS ACCVSATOR DE SVA DOMO PRODVXERIT] Impp. Valerianus & Galienus l. 3. C. de teſtib. *Etiam iure ciuili domeſtici teſtimonij fides improbatur.* Paulus lib. 5. ſent. *Teſtes eos quos accuſator de domo produxerit interrogari non placuit.* & l. 24. D. eod. Pag. 398. Can. 131.

ET CÆTERI QVI PRÆSENTES ADFVIMVS CCXVII.] Sic ſuprà in exordio & in ſubſcript. huius Concilij. Mendosè in Cod. MS. B CCXLI. & in Cod. T. CCXIX. & in epitome Canonum Hadriani I. P. R. CCX. & CCVII. pro CCXVII. Similis error irrepſit in epiſtolam Leonis IX. P. R. ad Thomam Epiſcopum Africanum: *Cùm ex venerabilium Canonum auctoritate recolimus* CCV. (legendum CCXVII.) *Epiſcopos Concilio interfuiſſe Carthaginenſi.* Pag. 400. Can. 134.

VT SICCENSI ECCLESIA RETENTO HONORE GRADVS SVI, PRESBYTER REMOVERETVR APIARIVS] Auguſtinus epiſt. 261. ed. Plant. cùm agit de Antonij Fuſſalenſis Epiſcopi damnatione, pluribus exemplis oſtendit quoſdam Epiſcopos ita in Africa eſſe punitos, vt tamen honor & nomen Epiſcopatus eiſdem relictus fuerit. *Res ad tantum ſcandalum venit, vt cùm* Pag. 401. Can. 134.

Digitized by Google

apud nos cauſas dicerent qui de illius, Antonij, *Epiſcopatu ſuſcipiendo, tanquam bene ſibi conſulentibus obtemperauerant nobis: in quibus cauſis cùm ſtuprorum crimina capitalia, quæ non ab ipſis quibus Epiſcopus erat, ſed ab aliis quibuſdam obiecta fuerant, probari minimè potuiſſent, atque ab eis quæ inuidioſiſſimè iactabantur videretur eſſe purgatus: tam miſerandus factus eſt & nobis & aliis, vt quicquid à caſtellanis & illius regionis hominibus de intolerabili dominatione, de rapinis & diuerſis oppreſſionibus & conſtrictionibus obiiciebantur, nequaquam nobis tale videretur, vt propter hoc vel ſimul cuncta congeſta, Epiſcopatu putaremus eſſe priuandum, ſed reſtituenda quæ viderentur ablata. Denique ſententias noſtras ſic temperauimus, vt ſaluo Epiſcopatu, non tamen omnino impunita relinquerentur, quæ non deberent vel eidem ipſi deinceps iterumque facienda, vel cæteris imitanda proponi. Honorem itaque integrum ſeruauimus iuueni corrigendo, ſed corripiendo, minuimus poteſtatem, ne ſcilicet eis præeſſet vlteriùs, cum quibus ſic egerat, vt dolore iuſto eum ſibi præeſſe ferre omnino non poſſent, & cùm ſuo illiuſque periculo in aliquod ſcelus forſitan erupturam patientiam ſui doloris oſtenderent. Sed ille quod à nobis aut benignè aut remiſsè factum eſt, in præſcriptionem vertere ac vſurpare conatur. Clamat: Aut in mea cathedra ſedere debui, aut Epiſcopus eſſe non debui. Quaſi nunc ſedeat niſi in ſua: propter hoc enim loca illa eidem dimiſſa atque permiſſa ſunt, in quibus priùs Epiſcopus erat, ne in aliena cathedra contra ſtatuta Patrum tranſlatus illicitè diceretur. Aut verò quiſquam ita eſſe debet ſiue ſeueritatis ſiue lenitatis exactor, vt qui non niſi fuerint Epiſcopatus honore priuandi, nullo modo in eis aliquid vindicetur: aut in quibus aliquid viſum fuerit vindicandum, Epiſcopatus honore priuentur?* His enarratis ſic pergit Auguſtinus: *Exiſtat exemplo quoſdam pro culpis quibuſdam nec Epiſcopali ſpoliatos honore, nec relictos omnimodis impunitos: quæ, vt à noſtris temporibus remotiſſima non requiram, recentia memorabo. Clamet Priſcus prouinciæ Cæſarienſis Epiſcopus: Aut ad Primatum locus, ſicut cæteris, & mihi patere debuit, aut Epiſcopatus mihi remanere non debuit. Clamet alius eiuſdem prouinciæ Victor Epiſcopus, cui relicto in eadem pœna, in qua & Priſcus fuit, nuſquam niſi in diœceſi eius ab alio communicabatur Epiſcopo: clamet, inquam: Aut vbique communicare debui, aut etiam in meis locis communicare non debui. Clamet tertius eiuſdem prouinciæ Laurentius Epiſcopus, & prorſus huius vocibus clamet: Aut in cathedra, cui ordinatus ſum, ſedere debui, aut Epiſcopus eſſe non debui. Sed quis iſta vituperet, niſi qui parum attendit, nec inulta omnia relinquenda, nec vno modo omnia vindicanda?* Concilium Ancyranum de preſbyteris & diaconis perſecutionis tempore lapſis ad Eccleſiam redeuntibus ſic ſtatuit can. 1. τούτους τῆς μὲν τιμῆς τῆς κατὰ τὴν καθέδραν μετέχειν, προσφέρειν δὲ αὐτοὺς ἢ ὁμιλεῖν, ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν μὴ ἐξεῖναι. *Honorem quidem ſedis eos retinere, offerre autem illis & ſermonem ad populum facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officiis fungi non liceat.* & can. 2. διακόνους ὁμοίως θύσαντας, τὴν μὲν ἄλλην τιμὴν ἔχειν, πεπαῦσθαι δὲ αὐτοὺς πάσης τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, τῆς τε τὸν ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ κηρύσσειν. *Diaconi ſimiliter qui immolauerunt, honorem quidem habeant: ceſſent verò ab omni ſacro miniſterio, ſiue à pane ſiue à calice offerendo vel prædicando.* Concilium Nicænum I. œcumenicum can. 8. ὁ δὲ ὀνομαζόμενος παρὰ τοῖς καθαροῖς ἐπίσκοπος τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἕξει, πλὴν εἰ μὴ ἄρα δοκοίη τῷ ἐπισκόπῳ τῆς τιμῆς τοῦ ὀνόματος αὐτὸν μετέχειν. *Qui à Catharis vocatur Epiſcopus, preſbyteri honorem habebit, niſi fortè placuerit Epiſcopo, nominis eum honore cenſeri.* & in epiſtolâ ſynodicâ quæ apud Theodoretum extat lib. 1. c. 9. ἔδοξεν οὖν Μελίτιον μὲν ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ μένειν, καὶ μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχειν, μήτε προχειρίζειν, μήτε χειροθετεῖν. ψιλὸν δὲ τὸ ὄνομα τῆς τιμῆς κεκτῆσθαι. *Placuit ſynodo Meletium in ſua ciuitate manere, poteſtatem autem nullam habere vel quemquam ordinandi vel cuiquam manus imponendi: ſolum verò honoris nomen retinere.* Id etiam de Euſtathio prouinciæ Pamphiliæ Metropolitano, qui nullo crimini obooxius ſua ſponte Epiſcopatu ſe abdicauerat, in Concilio Epheſino œcumenico III. ſtatutum, teſtatur illius epiſtola ſynodica ad ſynodum Pamphiliæ in Codice Canonum Eccleſ. Orient. his verbis: κελεύομεν ἔχειν αὐτὸν, τό τε τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα, καὶ τὴν τιμὴν καὶ κοινωνίαν, οὕτω μέντοι, ὥστε μὴ χειροτονεῖν αὐτόν. *Statuimus vt habeat Epiſcopi nomen & honorem ac communionem, ſic quidem vt ipſe non ordinet.*

Accepto epistolio] Epiſtola ſynodica Concilij Sardicenſis ad Iulium P. R cuius exemplum extat inter fragmenta Hilarij à Nicolao Fabro Viro clariſſimo edita: *Tua excellens prudentia diſponere debet, vt per tua ſcripta qui in Sicilia, qui in Sardinia, in Italia ſunt fratres noſtri quæ acta ſunt & quæ definita cognoſcant, & ne ignorantes eorum accipiant literas communicatorias, id eſt epiſtolia, quos iuſta ſententia degradauit.* & poſt pauca: *Omnes fratres & Coëpiſcopos noſtros literis tuis admonere digneris, ne epiſtolia, id eſt literas communicatorias eorum accipiant.* Coocilium Toronenſe II. cao. 6. *Nullus clericorum vel laicorum, præter Epiſcopum, epiſtolia facere præſumat.* Pag. 401.

Rescripta ao Concilivm Africanvm Cyrilli Alxxandrini] Hæ Cyrilli vt & Attici epiſtolæ ad Africanos deſiderantur in Codd. MSS. T & B. In iis verò epiſtola ſeu fragmentum epiſtolæ Attici ad Bonifacium legitur his verbis. *Incipit epiſtola Attici Epiſcopi Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ad Bonifacium vrbis Romæ Epiſcopum data cum exemplariis Nicæni Concilij, de Græco in Latinum tranſlatis, à beatiſſimis Cyrillo & Attico, Epiſcopis Alexandrinæ & Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ directis, per Innocentium preſbyterum ſuum, & Aſellum* (legendum *Marcellum*) *ſubdiaconum Eccleſiæ Carthaginenſis, vt ſuperiùs recitatum eſt.* Fides *Nicæni Concilij cum titulis xx.* Epiſtola verò ita continetur. Atticvs *Epiſcopus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſancto fratri Bonifacio vrbis Romæ Epiſcopo ſalutem. Edidi canones ſanctorum fratrum olographa manu & ſubſcriptos à me. Amen.* Huic etiam epiſtolæ Attici ad Bonifacium, ſubiungitur formula ſcribendarum formatarum ad hunc Pag. 404.

Kkk

modum: *Græca elementa, literarum numeros exprimere nullus qui tenuiter vel Græci ſermonis notitiam habet ignorat, ne igitur in faciendis epiſtolis canonicis, quas mos Latinus formatas appellat, aliqua fraus falſitatis temerè præſumeretur, hoc à Patribus* CCCXVIII. *Nicæam congregatis ſaluberrimè inuentum eſt & conſtitutum, vt formata epiſtola hanc calculationis ſeu ſupputationis habeant rationem, id eſt vt adſumantur in ſupputationem prima Græca elementa Patris, Filij, & Spiritus ſancti, id eſt* Π. Υ. Π. Α. (mendosè habent Codd. MSS. Π. Ο. C. Α.) *quæ elementa* LXXX. LXX. CC. *& primum ſignificant. Numerus quoque Petri Apoſtoli prima litera id eſt* Π, *qui numerus octoginta ſignificat. Eius qui ſcribit Epiſcopi prima litera: cui ſcribitur ſecunda: accipientis tertia litera: ciuitatis quoque de qua ſcribitur quarta: & indictionis, quæcunque fuerit; idem temporis eorumdem qui fuerit numerus adſumatur. Quæ ita his omnibus Græcis literis, quæ vt diximus numeros exprimant, in vnum ductis, vnámque, cùm collecta fuerit ſummam epiſtola teneat, qui accipit hanc omni cum cautela requirat, & expreſſè addat* ϞΘ. *Præterea ſeparatim in epiſtola etiam* XCIX. *numerum, qui ſecundùm Græca elementa ſignificat* ΑΜΗΝ. I. XL. VIII. L.

Pag. 404. EPISTOLÆ CVM 200. CONCIL. NICÆNO BONIFACIO EPISC. ECCL. ROMANÆ SVB DIE VI. KAL. DECEMB. DIRECTÆ] Epiſtola ſynodalis Concilij Carthaginenſis ad Bonifacium P.R. per Fauſtinum, Philippum & Aſellum Legatos Eccleſiæ Romanæ miſſa, ſcripta eſt II. Kal. Iun. poſt Conſulatum Honorij XII. & Theodoſij VIII. vt indicat can. 133. huius Codicis. Eodem anno authentica exemplaria Nicæni Concilij à Cyrillo & Attico miſſa, ab ipſis Africanis per Innocentium presbyterum, & Marcellum diaconum eidem Bonifacio directa ſunt ſub die VI. Kal. Decembr. vt teſtatur hæc inſcriptio & quæ poſtea ſymbolo fidei præfixa eſt. Sed & ipſi Africani Patres in epiſtola ad Cæleſtinum P.R Bonifacij ſucceſſorem ſcripta anno CCCCXXIV. qui primus numeratur Cæleſtini. *Quia illud, quod pridem per eundem Coëpiſcopum noſtrum Fauſtinum, tanquam ex parte Nicæni Concilij exinde tranſmiſiſtis, in Conciliis verioribus quæ accipiuntur Nicæni, à ſancto Cyrillo Coëpiſcopo noſtro Alexandrinæ Eccleſiæ, & à venerabili Attico Conſtantinopolitano antiſtite, ex authentico miſſis, quæ etiam ante hoc per Innocentium presbyterum, & Marcellum diaconum, per quos ad nos ab eis directa ſunt, venerabilis memoriæ Bonifacio Epiſcopo deceſſori veſtro à nobis tranſmiſſa ſunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire.* & Epitome canonum Hadriani: *Quòd exemplaria Nicæni Concilij poſt Conſulatum Honorij, & Theodoſij AA.* VI. *Kal. Decemb. ad Bonifacium Papam ſub* XX. *cap. peruenerint.*

Pag. 405. σκευΐου] σκευΐσον can. 33. huius Codicis ſupra ἀρχείων & χαρτοθέσιον. chartarium Hieronymo Apolog. 3. aduerſ. Ruffinum, *Si à me fictam epiſtolam ſuſpicaris, cur eam in Romanæ Eccleſiæ chartario non requiris.*

Pag. 405. IN ECCLESIASTICA HISTORIA] Ruffini videlicet lib. 10. cap. 20. cuius hiſtoriam, quâ res geſtas à tempore Nicæni Concilij vſque ad obitum Theodoſij proſecutus eſt, in Græcum idioma tranſlatam fuiſſe teſtatur hæc Cyrilli epiſtola, & Nicænum Concilium II. act. 1. Vbi cùm ageretur de Epiſcopis ab hæreſi redeuntibus in priſtinum ſtatum recipiendis, locus citatur ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Ῥουφίνου πρεσβυτέρου Ῥώμης, ex libro videlicet 10. cap. 28.

DE PASCHA NVNCIAMVS VOBIS, XVII. KAL. MAIAS, NOS FVTVRA INDICTIONE CELEBRARE] Hinc apparet Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum, vt olim Theophilus, annis ſingulis ſingulas ſcripſiſſe Paſchales epiſtolas, quibus futurus Paſchalis dies Eccleſiis denunciari ac ſignificari ſolebat. Cùm autem hæc Cyrilli epiſtola ſcripta ſit ſub finem anni CCCCXIX. denunciétque celebrationem Paſchatis in proximè ſequentem annum, mirum qui fiat, vt in omnibus, quos quidem mihi videre licuit, Latinis & Græcis Codd. editis & MSS. aſſignetur Paſcha XVII. Kal. Maij πρὸ δεκαεπτὰ καλανδῶν μαΐων, cùm planum ſit anno CCCCXX. Paſcha celebratum à Chriſtianis XIV. Kal. Maij ſiue mauis XVIII. Aprilis. Quod & agnoſcit Io. Mariana in tabulis Paſchalibus, quas ſubiunxit ſuæ de die mortis Chriſti diatribæ. Quod autem ibidem Mariana Paſcha Iudæorum aſſignat XVII. Kal. Maij feria V. videri poteſt vtcunque cum litteris Cyrilli conuenire. Sed quorſum Alexandrinus Epiſcopus dicat ſe Paſcha celebraturum eo die quo non Chriſtiani ſed Iudæi Paſcha ſuum erant celebraturi? Præterea, fallitur Mariana, nec ſibi nec rationi conſentanea dicens. Anno CCCCXX. tribuit epactas treis. Eidem anno Paſcha Iudæorum aſſignat XVII. Kal. Maij, ſiue mauis, Aprilis XV. feria V. Sunt hæc ἀσύστατα. Si tres Epactæ conuenirent anno CCCCXX. Paſcha Iudæorum conueniret Aprilis X. Sabbato. Reuera conueniebant A. D. CCCCXX. Epactæ XXIX. vel XXX. ſiue mauis nullæ. Neomenia Niſan incidit in Aprilis XXX. cuius character erat III. XVII. Paſcha Iudaïcum Aprilis XIII. feriâ III. Chriſtianum Aprilis XVIII. feriâ primâ. Aprilis verò XV. Chriſtiani Paſcha celebrarunt anno demum CCCCXXIII. Itaque dubium non eſt quin pro XVII. *Kal. Maias* legendum ſit XIV. *Kal. Maias* πρὸ δεκατεσσάρων καλανδῶν Μαΐων, vt hæc epiſtola ſcripta ſit anno CCCCXIX. Paſcha verò celebratum anno ſequenti CCCCXX. In iſta verò temporis notatione mendum eſſe monuit me vir clariſſimus cariſſimúſque Iacobus Capellus, harum rerum peritiſſimus, emendationiſque rationem mihi indicauit, quam illi acceptam refer.

QVASI ECCLESIÆ ROMANÆ ASSERANS PRIVILEGIA] Sic in l. 13. C. Th. de Epiſc. & cleric. *vrbis Romæ priuilegia.* & τὰ πρεσβεῖα τοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης in Concilio Calch. can. 28. τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα. *Sedi ſenioris Romæ quòd vrbs illa imperaret, patres priuilegia tribuerunt.* πρεσβεῖα Eccleſiæ Antiochenæ & Conſtantinopolit. can. 6. Concilij Pag. 407.

Digitized by Google

Nicæni I. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις, hoc eſt, Dionyſio Exiguo interprete, in Cod. Can. Eccleſ. Rom. *Similiter & apud Antiochiam cæteráſque prouincias priuilegia ſeruentur Eccleſiis.* & can. 2 Concilij Conſtantinopolitani I. œcumenici II. φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νίκαιαν πρεσβείων τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ. *Seruatis priuilegiis quæ Nicænis canonibus Eccleſiæ Antiochenæ tributa ſunt.* & can. 3. τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, vbi Dionyſius Exiguus, τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς, vertit *Primatum honoris.* & in Concilio Calchedonenſi can. 28. οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ῥώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκείνην μεγαλύνεσθαι πράγμασι. *Centum quinquaginta Dei amantiſſimi Epiſcopi ſanctiſſimæ nouæ Romæ ſedi æqualia priuilegia tribuerunt, rectè indicantes, vrbem, quæ & Imperio & ſenatu honorata ſit, & æqualibus priuilegiis cum veteri regia Roma fruatur, etiam in rebus Eccleſiaſticis, non ſecùs ac illa magnificeri.* Sunt autem τὰ πρεσβεῖα, iura iam inde ab initio, ex veteri conſuetudine & vetuſtatis priuilegio, Eccleſiis tributa, δίκαια προσόντα ἐξ ἀρχῆς ἄνωθεν κατὰ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος, can. 8. Concilij Epheſini œcumenici III. Leo I. P. R. epiſt. 82. vel 84. ad Anaſtaſium cap. 2. *Secundùm ſanctorum Patrum canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia conſecratos, Metropolitanos ſingularum prouinciarum Epiſcopos ius traditæ ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decreuimus.* & epiſt. 52. vel 54. ad Marcianum Auguſtum, *Priuilegia Eccleſiarum ſanctorum Patrum canonibus inſtituta, & venerabilis Nicænæ ſynodi fixa decretis, nullâ poſſunt improbitate conuelli, nullâ nouitate mutari.* Symmachus P. R. ad Cæſarium Arelatenſem Epiſcopum, *Rationabile eſt, vt ſancta Arelatenſis Eccleſia propriis priuilegiis perfruatur, & quod vetuſtas præſtitit, & Patrum auctoritas roborauit, noua non debet violare præſumptio.* Sunt & προνόμια, priuilegia ab Impp. Eccleſiis præſtita, de quibus meminit Nouel. 131. de Eccleſiaſticis titulis & priuilegiis §. πάντα τὰ προνόμια. & l. 12. C. de ſacroſ. Eccl. *Priuilegia quæ generalibus conſtitutionibus vniuerſis ſacroſanctis Eccleſiis orthodoxæ religionis retrò principes præſtiterint firma & illibata in perpetuum decernimus cuſtodiri.* & l. 1. C. de hæret. Sed de veteri Eccleſiarum iure, & priuilegiis, varióque πρεσβείων genere, pluribus dicemus in noſtra Geographia ſacro-politica.

Pag. 408. PRÆFATO ITAQVE DEBITÆ SALVTATIONIS OFFICIO, DEPRECAMVR VT DEINCEPS AD VESTRAS AVRES, &c.] Eadem loquendi formula vſurpata eſt ab Orientalibus Epiſcopis in epiſt. ad Iulium P. R. tom. 1. Concil. *Præfato itaque debitæ ſalutationis officio, propter beati Petri honorem impenſo, poſtulauimus, vt deinceps ad veſtras hinc venientes aures, non eam facilè admittatis, neque à nobis excommunicatos vltrà velitis excipere, ne canonum tranſgreſſores inueniamini, ſed magis ſalua fraterna caritate, erratum hoc in poſterum minimè patiamini.*

HOC ETIAM NICÆNO CONCILIO DEFINITVM] Can. 5. περὶ τῶν ἀκοινωνήτων γενομένων, εἴτε τῶν ἐν κλήρῳ, εἴτε τῶν ἐν λαϊκῷ τάγματι, ὑπὸ τῶν καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπων, κρατείτω ἡ γνώμη κατὰ τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα, τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀποβληθέντας, ὑφ' ἑτέρων μὴ προσίεσθαι. *De his qui communione priuantur, ſeu ex clero, ſeu ex laico ordine, ab Epiſcopis per vnamquamque prouinciam: ſententia regularis obtineat, vt hi, qui abiiciuntur ab aliis non recipiantur.* Epiſt. Epiſcoporum Orientalium ad Iulium I. P. R. tom. 1. Concil. *Nec crimine carere poteſt, qui alterius excommunicatum, abſque eius licentia, à quo communione eſt priuatus, in communionem ſuſceperit, canonibus ſcilicet iubentibus, vt excommunicatus, ab aliis non ſuſcipiatur, viuentibus illis, à quibus communione priuatus eſſe dignoſcitur.* Pag. 408.


CLERICORVM IMPROBA REFVGIA] Cyprianus lib. 1. epiſt. 4. ad Cornelium P. R. queritur de Feliciſſimo quodam pſeudoepiſcopo, qui ab Africanis de ſacerdotio deiectus Romam confugerat: *Nauigare audent*, inquit, *& ad Petri cathedram atque Eccleſiam principalem vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt, à ſchiſmaticis & profanis literas ferre, nec cogitare eos eſſe Romanos, quorum fides, Apoſtolo prædicante, laudata eſt, ad quos perfidia non poſſit habere acceſſum.* & paulo pòſt: *Quia conſcientiam ſuam norunt, nec nos audent adire, aut ad Eccleſiæ limen accedere, ſed foris per prouinciam circumueniendis fratribus, & ſpoliandis pererrant, & omnibus iam ſatis noti, atque vndique pro ſuis facinoribus excluſi, illuc etiam ad vos nauigant.* Pag. 408.

QVÆCVNQVE NEGOTIA, IN SVIS LOCIS, VBI ORTA SVNT FINIENDA] Epiſtola quæ Damaſo P. R tribuitur ad Stephanum Archiepiſc. Concilij Mauritaniæ & vniuerſos Epiſcopos Africanæ prouinciæ: *Criminum, inquiunt ſtatuta imperialia, diſcuſſio ibi agenda eſt, vbi crimen admiſſum eſt. Nam alibi criminum reus prohibetur audiri. Et alibi in canonibus præcipitur: quæcunque negotia in ſuis locis, vbi orta ſunt, finienda.* Innocentius P. R. epiſt. 27. ad Auguſtinum, Alypium, alióſque Africanos Epiſcopos de Pelagio ſcribens: *Si adhuc taliter ſentit, cùm ſciat ſe damnandum eſſe, quibus acceptis literis, aut quando ſe noſtro iudicio committet? Quòd ſi accerſendus eſſet, id ab illis meliùs fieret, qui magis proximi & non longo terrarum ſpatio videntur eſſe disiuncti.* Cyprianus lib. 1. epiſt. 3. ad Cornelium P. R. *Cùm ſtatutum ſit omnibus nobis, & æquum ſit pariter & iuſtum, vt vniuſcuiuſque cauſa illic audiatur, vbi admiſſum eſt crimen, & ſingulis paſtoribus portio gregis ſit adſcripta, quam regat vnuſquiſque & gubernet, rationem ſui actus Domino redditurus; oportet vtique eos quibus præſumus, non circumcurſare, nec Epiſcoporum concordiam cohærentem ſuâ ſubdolâ & fallaci temeritate collidere, ſed agere illic cauſam* Pag. 408.

ſuam, vbi & accuſatores habere, & teſtes ſui criminis poſſint, niſi paucis deſperatis & perditis, minor eſſe videtur authoritas Epiſcoporum in Africa conſtitutorum qui iam de illis iudicauerunt.

Pag. 409. TYPHVM SÆCVLI IN ECCLESIAM CHRISTI INDVCERE] Epheſini Patres, τῦφον κοσμικῆς ἐξουσίας vocant. Quum enim in Concilio œcumenico III. relatum eſſet, Antiochenum Epiſcopum ordinationes Epiſcoporum prouinciæ Cypri, præter Eccleſiaſticas conſtitutiones & antiquam conſuetudinem ad ſe trahere, typhum illius coërcent, μηδὲ ἱερουργίας προσχήματι ἐξουσίας κοσμικῆς τῦφος παρεισδύηται, μηδὲ λάθωμεν τὴν ἐλευθερίαν κατὰ μικρὸν ἀπολέσαντες, ἣν ἡμῖν ἐδωρήσατο τῷ ἰδίῳ αἵματι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ πάντων ἀνθρώπων ἐλευθερωτής. *Ne fortè ſub ſpecie adminiſtrationis rerum ſacrarum, potentiæ ſæcularis typhus irrepat, ſenſimque imprudentes libertatem eam amittamus, quam nobis proprio ſanguine Dominus noſter Ieſus Chriſtus, omnium hominum liberator, nobis largitus eſt.* Hæc autem vox (typhus) frequens eſt apud illius ſæculi ſcriptores, pro faſtu, ambitione, & ſuperbia. Sic apud Auguſtinum de ciuit. Dei lib 11. cap. 23. epiſt. 48. 57. & 162. & lib. 2. de baptiſmo cap. 3. *Typhus ſuperbiæ.*

FINIS.



Digitized by Google

FVLGENTII FERRANDI

CARTHAGINENSIS ECCLESIÆ DIACONI

BREVIATIO CANONVM:

E T

CRISCONII

EPISCOPI AFRICANI

BREVIARIVM CANONICVM.

Cum duobus Indiculis: Quorum alter materiam, alter verò conſonantiam Capitulorum vtriuſque auctoris oſtendit.

Nunc primùm editis ex MS. Codice Bibliotheca C. V. GVLIELMI BLVETI *in Senatu Pariſienſi Aduocati.*

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI.

FERRANDVS *Diaconus à Sigeberto inter Eccleſiaſticos ſcriptores relatus, libello Regularum ad Reginum Comitem meminit Fulgentij Ruſpenſis Epiſcopi vt nuper vita functi: quod vtrumque circa Anaſtaſij Imp. tempora vixiſſe arguit. Et fortaſsis eiuſdem Ferrandi non immeritò alicui videatur narratio illa de vita Ruſpenſis Fulgentij, quæ inter Sanctorum hiſtorias edita eſt. Sed & hic Canonum indiculus, quem ex inſignis Eccleſiæ Tricaſsinorum noſtrorum codice nunc primùm edimus, omnium, quantum quidem opinamur, eius inſtituti antiquiſsimum: cui ſaltem debebit Gra-* distinct. LXIII. *tianus reſtitutionem loci ſui, hactenus vel in Romana illa recognitione grauiter laborantis, quem ex vno Ferrando tandem aliquando ita ſanandum didicimus:* Sed, ſicut in Breuiatione Canonum Fulgentij Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconi inuenitur, in Septimunicenſi Concilio & in Macrianenſi ſtatutum eſt, vt ad eligendum Epiſcopum ſufficiat matricis arbitrium. *Subiunximus & ex Criſconij repetitione Breuiarij Canonici ad Liberinum, vel, vt quædam exemplaria noſtra habuerunt, Liberium Pontificem Capitula tantùm, aut potiùs indicem Capitulorum, omiſsis Canonum Decretorúmque integris capitibus, quæ ex vetere collectione ante annos* LXIII. *Maguntiæ fideliter edita, facile cuiuis fuerit repetere: illud hic admonuiſſe contenti, illa eadem, vſque ad Gelaſij tempora, v-* dist. XIX. XX. *ſum videri Criſconium. Et verò ipſa illa eſt quæ Corpus Canonum dicitur, non à Gratiano tantùm, ſed & à ſummis Pontificibus Nicolao I. & Leone IV. cuius etiam antiqua exemplaria apud nos plura extant, quæ ab Hadriano Papa ad Carolum Magnum Imp. & Regem noſtrum miſſa fuiſſe, præfixa verſuum politicorum acroſtichis teſtatur. Continet autem is Codex eoſdem omnino Conciliorum Canones, quos Græcorum collectio anno* CIↃ. IↃ. XL. *à Io. Tilio V. C. hic edita ex antiquiſsimo Eccleſiæ S. Hilarij Pictauenſis Codice, qui etiam Africæ Latinas Synodas complectitur. Pontificum Romanorum adiectas Epiſtolas à Siricio ad Gregorium iuniorem Latinus codex habet. Græcos ſuorum Decretalibus eum locum apud ſe ſeruaſſe Photij & Theodori Balſamonis Conſtantinopolitanorum Patriarcharum Nomocanones indicant. Cæterum quæ in noſtro Corpore Canonum extat interpretatio, planè diuerſa eſt ab illa Dionyſij Scythæ monachi (qui & Abba, & Exiguus) ad Stephanum Salonitanum Epiſcopum, cuius ille hortatu priſcæ, vt ait, tranſlationis confuſione offenſi nouam faciendam ſuſcepit, exceptis tamen qui Apoſtolorum dicuntur, Canonibus* L. *nam tot ab Eccleſia Rom. ſynodali Stephani decreto receptos Anaſtaſius in præfatione Nicænæ II. ad Hadrianum auctor eſt. Eos hoc numero antiqua, quas videre nobis contigit, collectiones etiam Gallicanæ ex Dionyſij interpretatione retinent, vt non immeritò vulgaris ea tranſlatio dici poſsit. Reliquorum verò Græcorum Canonum interpretatio varia diuerſáque occurrit; vt non facilè pronunties quæ tum Latinarum Eccleſiarum communis habenda ſit. quamquam eam quæ in illo Corpore Canonum extat, apud nos quidem in vſu magis fuiſſe veriſimile eſt. Sed hæc ampliorem tractationem deſiderant, cui dabit Deus, cùm volet, locum tempúſque. Interim beneficio hoc noſtro fruere ac vale.*

INCIPIT BREVIATIO CANONVM FVLGENTII FERRANDI

ECCLESIÆ CARTHAGINENSIS DIACONI.

1. VT neophyti non ordinentur. Concilio Nicæno titulo 2. Concilio Sardicenſi tit. 14. Concil. Laodicenſi tit. 3.

2. Vt quicumque laicus ad Epiſcopatum eligitur, priùs annum in miniſterio Eccleſiaſtico per omnes gradus tranſeat. Concil. Suffetulenſi.

3. Vt qui poſt baptiſmum ſeculari militiæ nomen dederit, ab ordinatione arceatur. Concil. Cellenſi.

4. Vt Epiſcopus à tribus ordinetur, conſentientibus aliis per ſcripta, cum confirmatione Metropolitani vel Primatis. Concil. Nicæn. tit. 4. item tit. 6. Concil. Antioch. rir. 19. Concil. Laod. tit. 12. Concil. Carthag. ſub Antiſtite Genetlio, tit. 10. Concil. vniuerſali Carthag. tit. 49. Concil. Zellenſi. ex epiſtola Papæ Sirici.

5. Vt in ordinando Epiſcopo alij quoque Epiſcopi ſuper tres addantur, ſi ab aliquo fuerit contradictum. Concil. Carthag. tit. 50.

6. Vt vnus Epiſcopus Epiſcopum non ordinet, excepta Eccleſia Romana. Concil. Zellen. ex epiſtola Papæ Sirici.

7. Vt Epiſcopus qui ſuſceptâ manus impoſitione miniſterium recuſauerit, excommunicatus maneat donec conſentiat. Concil. Antioch. tit. 17. Si autem volens à plebe non ſuſcipitur ad plenariam Synodum ſaluo ſuo honote ſuſtinere debebit. Concil. Antioch. tit. 18.

8. Vt Epiſcopus qui ordinatus non ſuſcipitur, aliam Eccleſiam non occupet, ſed in Eccleſia vbi preſbyter fuerat, tanquam preſbyter ſedeat. Concil. Anquiritano tit. 18.

9. Vt Epiſcopo ordinato ſtatuta Conciliorum primitus inculcentur. Concil. Carthag. tit. 10.

10. Vt Epiſcopus ordinatus ab ordinatore ſuo literas ſubſctiptas accipiat, ordinationis eius diem ſimul & Conſulem continentes. Concil. Mileuitano tit. 4.

11. Vt ad eligendum Epiſcopum ſufficiat matricis arbitrium. Concil. Septimunicenſi. Concil. Macrianenſi.

12. Vt Epiſcopus in villa vel vico non ordinetur. Concil. Laodicenſi tit. 55.

13. Vt Epiſcopus non ordinetur in diœceſi quæ Epiſcopum nunquam habuit, niſi cum voluntate Epiſcopi ad quem ipſa diœceſis pertinet, ex Concilio tamen plenario & Primatis auctotitate. Concil. Carthag. tit. 52. Item quinquageſimo quarto Concil. Carthag. In Baſilica, tit. 5.

14. Vt Epiſcopus in diœceſim ordinatus ipſam ſolam teneat. Concil. Carthag. tit. 54.

15. Vt Epiſcopi & preſbyteti & diaconi non ordinentur, niſi omnes ſuos Chriſtianos fecerint. Concil. Carthag. tir. 3.

16. Vt Epiſcopi, preſbyteri & diaconi ab vxoribus abſtineant. Concil. Carthag tit. 1. Concil. Zellenſi.

17. Vt nullus Epiſcopus dimiſſa matrice in diœceſi * conſtituat. Concil. Carthag. tit. 6.

* *Ex fide vett. Codd. addendum* conſtituat cathedram.

18. Vt Epiſcopi vel clerici de ciuitate ad ciuitatem non tranſeant, neque de prouincia ad prouinciam. Concil. Nicæn. tit. 11. Concilio Sardicenſi tit. 2. item 3. Concilio Antiocheno tit. 3. item tit 21. Concilio Conſtantinopolitano tit. 2. item tit. 3.

19. Vt Epiſcopi in aliena ciuitate tres tantummodo faciant ſeptimanas. Concil Sardicen. tit 15.

20. Vt qui metu perſecutionis in aliena

na

na ciuitate demorari voluerint, non prohibeantur. Concil. Sardic. tit. 22.

21. Vt nullus Epiſcopus etiamſi à plebe eligatur vacantem Eccleſiam obtineat, niſi ex auctoritate plenarij Concilij. Concil. Antiocheno tit. 16.

22. Vt nullus Epiſcopus cathedram cui datus fuerit interuentor, pluſquam annum teneat, ſed ipſe eis Epiſcopum petat. Concil. Carth. tit. 9.

23. Vt interuentores Epiſcopi conueniant plebes quæ Epiſcopum non habent, vt Epiſcopum accipiant: quòd ſi accipere neglexerint, remoto interuentore ſic remaneant, quamdiu ſibi Epiſcopum quærant. Concil. Macrianenſi.

24 Vt nullus Epiſcopus plebem alienam vſurpet. Concil. Carthag. ſub ſancto Grato tit. 9. Concil. Carthag. ſub Antiſtite Genethlio tit. 9. Item Concil. Carthag tit 5.

25. Vt Epiſcopus qui ſine Epiſcoporum iudicio plebem aliquam, quam ad ſuam cathedram exiſtimat pertinere, tenuerit, cauſam amittat. Concil. Carthag tit. 12.

26. Vt in plebe aliena nullus ſibi Epiſcopus audeat vindicare. Conc. Iuncenſi.

27. Vt Epiſcopus alienum clericum non ſuſcipiat, neque ordinet. Concil. Nicæn. tit. 12. Concil. Sardic. tit. 19. item 20. Concil. Antioch. tit. 22. Concil. Carthag. ſub S. Grato tit. 4. Item Concil. Carthag. tit. 28. item 53.

28. Vt nullus Epiſcopus alienum monachum vel in Eccleſia ordinet, vel in monaſterio ſuo præpoſitum faciat. Concil. Carthag. tit. 14.

29. Vt Epiſcopus præſentibus catechumenis ordinationem non faciat. Concil. Laodicen. tit 4.

30. Vt Epiſcopus qui neceſſitate compellente ante viginti quinque annos virginem velauerit, nihil ei obſit Concilium quod de iſto numero annorum conſtitutum eſt. Concil. Carthag. tit. 18.

31. Vt res Epiſcopi non ſint obnoxiæ rebus Eccleſiaſticis, ſed de his ipſe quod voluerit ordinet. Concilio Antiocheno tit. 24.

32. Vt nullus Epiſcopus hæredes extraneos vel hæreticos etiam conſanguineos faciat. Concil. Carthag tit. 15

33. Vt Epiſcopi vel clerici his qui Catholici non ſunt, nihil per donationes conferant. Concil. Carthag. tit. 23.

34. Vt Epiſcopi ſiue preſbyteri ea quæ ſunt in locis vbi ordinantur, ad alia loca non transferant niſi cauſas antè reddiderint. Concil Hipponiregienſi tit 5.

35. Vt Epiſcopi quidquid nomine ſuo comparauerint, cogantur Eccleſiæ refundere: quidquid autem eis donatur, cui voluerint conferant. Concil. Hipponiregienſi tit. 8.

36. Vt rebus Eccleſiaſticis diſpenſandis Epiſcopus poteſtatem habeat. Concil. Antioch tit. 25.

37. Vt præter conſcientiam Epiſcopi oblationes fructuum Eccleſiæ debitas nullus vel dare vel accipere audeat. Concil. Gangrenſi. tit. 7. & 8.

38. Vt Epiſcopus matricis non vſurpet quidquid fuerit donatum Eccleſiis quæ in diœceſi conſtitutæ ſunt. Concil. Hipponiregien. tit. 9.

39. Vt filij Epiſcoporum gentilibus vel hæreticis aut ſchiſmaticis matrimonio non coniungantur. Concil. Carthag. tit. 21.

40. Vt filij Epiſcoporum aut clericorum ſpectacula non exhibeant, nec ſpectent. Concil. Carthag. tit. 20.

41. Vt Epiſcopi filios ſuos non emancipent, niſi iam probatos. Concil. Carthag. tit. 22.

42. Vt Epiſcopi non paſſim ad comitatum pergant. Concil. Sardic. tit 9. item tit. 10. item tit. 11. Concil. Antioch. tit. 11.

43. Vt quicumque Epiſcopus ab Imperatore publicum iudicium poſtulauerit, honore proprio priuetur. Concil. Carthag. tit. 9.

44. Vt liceat vnicuique Epiſcopo preces conſtituere, quando de iudiciis publicis contra hæreticos aliquid eſt petendum Concil. Marazanenſi.

45. Vt Epiſcopus ſine Metropolitani conſilio nihil agat, niſi ea tantùm quæ ad gubernationem Eccleſiæ ſuæ pertinent. Concil. Antioch. tit 9.

46. Vt Epiſcopi ſine formata Primatis non nauigent. Concilio Carthaginenſi tit. 36.

47 Vt Epiſcopi rem Eccleſiæ ſine Primatis conſilio non vendant. Concil. Carthag tit. 5. Concil. Hippon. tit. 9.

48. Vt Epiſcopi prouidentiâ virginibus quæ pupillæ fuerint, vbi habitent eligatur. Concil. Carthag. tit. 40. * [* mal. Trec. tit. 11.]

49. Vt Epiſcoporum iudicio pœnitentiæ tempora pœnitentibus decernantur. Concil. Carthag. tit. 39.

50. Vt Epiſcopi iudicio, Donatiſtæ qui apud ſuos actâ pœnitentiâ conuertitur, tempus pœnitentiæ vel reconciliationis

decernatur. Concil. Carthag tit. 2.

51. Vt Epiſcopus accuſatos preſbyteros conuocatis quinque Epiſcopis audiat: diaconorum cum tribus, reliquorum verò cauſas ipſe ſolus diſcutiat. Concil. Carthag. tit. 17.

52. Vt autem vnus Epiſcopus cognitionem ſibi non vindicet, hoc in alio Concilio Carthaginenſi actum eſt.

53. Vt nullus Epiſcopus, vel preſbyter, vel diaconus excommunicatus communicet. Concil. Nicæn. tit. 5. Concil.
* Cod. Corb. tit. 9. Sardic. tit. 17. Concil. Carth. tit. 8. * Concil. Antioch. tit. 2.

54. Vt ſi quis Epiſcopus à Synodo fuerit excommunicatus, communicare non audeat; & ſi fecerit, ſpem reſtitutionis non habeat. Concil. Antioch. tit. 4. Concil. Hipponiregien. tit. 3.

55. Vt Epiſcopus ſi cauſam habuerit, à duodecim Epiſcopis audiatur. Concil. Carthag. ſub ſancto Genethlio tit. 8.

56. Vt Epiſcopi qui in cauſa iudices dantur, definito temporis die cognoſcant. Concil. Septimunicenſi.

57. Vt ſi duo Epiſcopi in vna prouincia contentionem habuerint, ex alia prouincia non aduocent Epiſcopos ad iudicium. Concil. Sardic. tit. 4.

58. Vt ſi de accuſato Epiſcopo multæ ſententiæ fuerint Epiſcoporum, Metropolitanus alterius prouinciæ conuocetur. Concil. Antioch. tit. 14. Quid in accuſationibus Epiſcoporum obſeruari debeat. Concil. Carthag. tit. 15.

59. Vt adiudicatus Epiſcopus, ad Apoſtolicam Sedem, ſi voluerit, appellet. Concil. Sardic. tit. 5.

* videtur hic deeſſe alius
60. Vt ſi appellauerit, * in cathedra ipſius non ordinetur. Concil. Sardic. tit. 6.

61. Vt ſi à iudicibus quos Primas dederit, appellauerit, alij iudices amplioris numeri decernantur. vt ſi & ab ipſis appellauerit, ad ſententiam Concilij differatur. Concil. Thenitano.

62. Vt Epiſcopis iudicantibus condemnatus Epiſcopus, ſi fuerit apud potiores Epiſcopos abſolutus, nihil eis noceat ſi bono animo iudicauerint. Concil. Carth. tit. 19.

63. Vt Epiſcopus qui ab omnibus Epiſcopis prouinciæ fuerit condemnatus, facultatem iudicij repetendi non habeat. Concil. Antioch. tit. 15.

64. Vt Epiſcopus ab eis Epiſcopis quos elegerit iudices, condemnatus, appellare alibi non audeat. Concil. Carth. tit. 3. Item Concilio Carthaginenſi tit. 15.

65. Vt Epiſcopi qui in aliqua cauſa iudices dantur, ipſi locum audientiæ deligant. Concil. Zellenſi.

66. Vt depoſitus Epiſcopus ad Imperatorem cauſam ſuam non deferat. Concil. Antioch. tit. 12.

67. Vt accuſatus Epiſcopus, vel quicumque ex clero fuerit apud Eccleſiam accuſatus, ad iudicia publica non tranſeat. Concil. Carthag. tit. 18.

68. Vt Epiſcopus qui ſecunda vel tertia auctoritate conuentus fuerit, & venire contempſerit, ab Epiſcoporum conſortio ſuſpendatur. Concil. Zellen.

69. Vt nullus Epiſcopus, vel preſbyter, vel diaconus cum Iudæis Paſcha celebret. Concil. Antioch. tit. 1.

70. Vt Epiſcopi, preſbyteri, vel diaconi non ſint conductores aut procuratores. Concil. Carth. tit. 24.

71. Vt Epiſcopi, ſiue clerici in Eccleſia non conuiuentur niſi tranſeuntes. Concil. Carthag. tit. 38.

72. Vt Epiſcopi & preſbyteri in domo ſua oblationes non faciant. Concil. Laodic. tit. 56.

73. Vt Epiſcopus à communione non ſuſpendat eum, quem aſſerit de peccato aliquo ſibi ſoli fuiſſe confeſſum. Concil. Carth. tit. 2.

74. Vt Epiſcopos ſibi ſucceſſorem non eligat. Concil. Antioch. tit. 23. * * leg. tit. 6.

75. Vt Epiſcopi ad Concilium occurrant, aut non occurrentes in tractoria vel apud Primatem excuſationes ſuas allegent. Concil. Laodic. tit 38 Concil. Carthag. tit. 11.

76 Vt exceptis ſenibus qui loco moueri non poſſunt, & infirmis Epiſcopis, qui admonitus ad Concilium non occurrerit, communione priuetur. Concil. Marazanenſi. Concil. Thuſdritano. Item Concil. Thenitano. Concil. Septimunicenſi.

77. Vt Epiſcopus, qui non ſuſcepta legatione vniuerſali Concilio intereſſe præſumpſerit, ab eis Epiſcopis qui legationem ſuſcipiunt ad ipſum Concilium non admittatur. Concil. Thuſdritano.

78. Vt nullus Epiſcopus prioribus ſuis ſe audeat anteponere. Concil. Mileuitano tit. 2.

79. Vt Chorepiſcopi, id eſt vicarij Epiſcoporum, nec preſbyteros nec diaconos ordinent, niſi tantùm ſubdiaconos. Concil. Anquiritano tit. 13. Concil. Antioch. tit. 10.

80. Vt vicariis Epiſcoporum liceat for-

matas facere. Concil. Antioch. tit. 8.

81. Vt primæ ſedis Epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum, vel ſummus ſacerdos. Concil. Carthag. tit. 34.

82. Vt Primatem proprium Mauritania Sitifenſis habeat. Conc. Carth. tit. 6.

83. Vt primæ ſedis Epiſcopi ex Concilio Carthag. Epiſcopi conſtituantur quando fuerit oborta contentio. Concil. Carthag. tit. 7.

84. Vt Primates diuerſarum prouinciarum nomina Epiſcoporum ad Eccleſiam Carthaginenſem mittant. Concil. Carthag. tit. 3.

85. Vt presbyter ante triginta annorum ætatem, quamuis ſit dignus, non ordinetur. Concil. Nouacæſar. tit. 10.

86. Vt qui in ægritudine fuerit baptizatus non ordinetur presbyter, niſi fortè propter vitam bonam aut hominum raritatem. Concil. Nouacæſar. tit. 11.

87. Vt presbyter ordinatus ſi de aliquo crimine confeſſus fuerit, aut de his qui lapſi ſunt, non ſuſcipiatur. Concil. Nicæn. tit. 8. Concil. Nouacæſar. tit. 9.

88. Vt presbyter in conuiuio ſecundarum nuptiarum non interſit. Conc. Nouacæſ. tit. 7.

89. Vt de oblatione presbyteri coniugati nullus audeat non communicare. Concil. Gangrenſi tit. 4.

90. Vt presbyter inconſulto Epiſcopo in quolibet loco agenda non audeat celebrare. Concil. Carth. tit. 7.

91. Vt presbyter inconſulto Epiſcopo virgines non conſecret, chriſma verò nunquam conficiat. Concil. Carthag. tit. 43.

92. Vt presbyteri ciuitatis ſine iuſſu Epiſcopi nihil iubeant, nec in vnaquaque parœcia aliquid agant. Concil. Anquiritano tit. 13.

93. Vt presbyteri abſtinentes à carnibus tangant eas: ita vt etiam olera quæ cum carnibus coquuntur, comedant. Concil. Anquirit. tit. 14.

94. Vt presbyteris formatas d[illegible]e non liceat. Concil. Antioch. tit. 8.

95. Vt presbyteri rem Eccleſiæ ſine conſcientia Epiſcopi non vendant. Concil. Anquiritano tit. 15. Concil. Hipponiregienſi tit. 9.

96. Vt presbyter qui reatum incurrerit, à ſex vel à ſeptem Epiſcopis audiatur. Concil. Carthag. ſub antiſtite Genethlio. tit. 8. *

*Trec. 9. 97. Vt presbyter qui immolauit idolis, & poſtea pro fide conflixit, honore quidem non priuetur, tamen nec ſacrificet nec ſermonem faciat. *

98. Vt presbyter ſi vxorem duxerit, deponatur: ſi autem fornicatus fuerit, etiam pœnitentiam agere compellatur. Concil. Nouacæſar. tit. 1. *Sumptus eſt canon ex Concilio Anquiritan. tit. 1.

99. Vt presbyter vel diaconus qui, deſertâ Eccleſiâ ſuâ, ad aliam tranſierit, ſi poſt euocationem Epiſcopi ſui reuerſus non fuerit, deponatur. Concil. Antioch. tit. 3.

100. Vt presbyter vel diaconus, ſi à proprio Epiſcopo exauctoratus ſancti miniſterij quippiam præſumpſerit, ſpem reſtitutionis non habeat. Concil. Antioch. tit. 4.

101. Vt presbyter vel diaconus qui ſe ab Eccleſia ſequeſtrauerit, in domo ſua altare erexerit, deponatur. Concil. Antioch. tit. 5. Concil. Carthag. tit. 7.

102. Vt liceat ſiue presbyteris, ſiue diaconibus, ſi iniuſtè excommunicati fuerint, finitimos Epiſcopos interpellare. Concil. Sardic. tit. 18.

103. Vt presbyteri alterius regionis, præſentibus presbyteris, non ſacrificent. Concil. Nouacæſ. tit. 12.

104. Vt diaconi ſeptem eſſe debeant. Concil. Nouacæſ. tit. 13.

105. Vt diaconi indicio populi non eligantur. Concilio Laodic. tit. 13.

106. Vt diaconi ante presbyterum non communicent. Concilio Nicæn. tit. 14.

107. Vt diaconus præſente presbytero non ſedeat niſi iuſſus. Concil. Laodic. tit. 19.

108. Vt ſubdiaconus panem non eroget, nec calicem benedicat. Concil. Laod. tit. 24.

109. Vt diaconus vel quilibet clericus ad agapem vocatus, partem non tollat. Concil. Laodic. tit. 26.

110. Vt diaconus aut clericus magus & incantator non ſit, neque phylacteria faciat. Concil. Laod. tit. 34.

111. Vt diaconus vel etiam laïcus ſine formata alicubi non proficiſcantur. Concil. Laodic. tit. 39.

112. Vt diaconi vel quilibet clerici præter iuſſionem Epiſcopi ad peregrina non proficiſcantur. Conc. Laodic. tit. 40. * *Trec. 11. Corb. 10. emendandus vterque.

113. Vt diaconi vel clerici ſpectaculis quæ in nuptiis exhibentur, non interſint. Concil. Laod. tit. 52.

114. Vt diaconi vel quilibet clerici aut etiam laici Chriſtiani ex ſymbolis con-

uiuium non celebrent. Concil. Laod. tit. 53.

115. Vt diaconi vel quicumque in ſacerdotali miniſterio conſtituti vſuras & lucra, id eſt ſeſcupla non exigant. Concil. Laodic. tit. 5.

116. Vt diaconi qui immolauerunt, & poſtea reluctati ſunt, in honore quidem ſuo permaneant, ſed ab omni altaris miniſterio repellantur. *

* Sumptus eſt canon ex Concilio Ancyritan. tit. 2.

117. Vt diaconus qui in corporale peccatum incidit, ab ordine miniſterij abſtineatur. Concil. Nouacæſar. tit. 9.

118. Vt diaconi vel preſbyteri ſi à miniſterio remoti fuerint, non eis manus vel tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponantur. Concil. Carthag. tit. 12.

119. Vt diaconi non ordinentur qui procuratores, & actores, & tutores, & curatores pupillorum fuerunt, niſi poſt depoſita vniuerſa & reddita ratiocinia. Concilio Carthag. tit. 8.

120. Vt diaconis ſolis liceat ad altare ingredi & communicare. Concil. Laod. tit. 18.

121. Vt ante viginti quinque annos nec clerici ordinentur, nec virgines conſecrentur. Concil. Carthag. tit. 9.

122. Vt clerici cum mulieribus extraneis non habitent. Concil. Nicæn. tit. 3. Concil. Carthag. ſub ſancto Grato tit. 3. Concil. vniuerſal. Carthag.

123. Vt nullus clericus fœneret. Concil. Nicæ. tit. 14. Concil. Carthag. ſub ſancto Grato * tit. 12.

* legendum titulo 13.

124. Vt lectores orario non vtantur, ſiue legant, ſiue pſallant. Concil. Laodic. tit. 22.

125. Vt clericis non liceat adminiſtrationem aut procurationem domorum ſuſcipere. Concil. Carthag. ſub ſancto Grato tit. 5.

126. Vt clericus vel laïcus non communicet in alia plebe. Concil. Carthag. ſub ſancto Grato tit. 6.

127. Vt clerici, ſine formata & conſcientia Epiſcopi, per alienas plebes non vagentur. Concil. Marazanenſi.

128. Vt ſuperbi clerici coërceantur. Concil. Carthag ſub ſancto Grato tit. 10.

129. Vt lectores dum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri. Concil. Carthag. tit. 27.

130. Vt mulierem clericus non ducat vxorem: & vt is qui laïcus viduam duxerit, non admittatur ad clerum. Concil. Zellenſ. ex epiſtola Papæ Sirici.

131. Vt non liceat præter canonicos pſaltas qui pulpitum aſcendunt & de codice legunt, alium quemlibet in Eccleſia pſallere. *

* Eſt ex Concilio Laodicenſi tit. 15.

132. Vt clerici vel continentes, ad viduas vel virgines, ſine iuſſu, vel permiſſu Epiſcopi vel preſbyteri non accedant. Concil. Carthag. tit. 33.

133. Vt clerici apothecarij vel ratiocinatores non ordinentur. Concilio Carthag. ſub ſancto Grato, tit. 8.

134. Vt clerici edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſſitas coëgerit. Concil. Laodic. tit. 7. item 24. & 25. Concil. Carthag. tit. 35.

135. Vt clerici in aliena ciuitate non immorentur, niſi cauſas eorum iuſtas Epiſcopus loci, vel presbyteri locorum peruiderint. Concil. Carthag. tit. 44.

136. Vt accuſatus clericus intra annum cauſam ſuam agere debeat. Concil. Carthag. tit. 13.

137. Vt clericus non fiat, cuius vxor, cùm adhuc eſſet laicus, adulterata eſt: & vt clericus vxorem adulteram deſerat. Concil. Nouacæſ. tit. 8.

138. Vt abiectum clericum alia Eccleſia non admittat. Concil. Zellen. ex epiſtola Papæ Sirici.

139. Vt non liceat clericum à populo excommunicari, ſiue præſente, ſiue abſente Epiſcopo. Concil. Septimunicenſi.

140. Vt miniſtri non habeant licentiam in ſecretario ingredi. Concil. Laodic. tit. 21.

141. Vt miniſtri orario non vtantur, nec relinquant oſtia. Concil. Laodic. tit. 21. item 41.

142. Vt non exorcizent illi qui necdum ab Epiſcopo ſunt prouecti. Concil. Laodic. tit. 25.

143. Vt bis in anno per ſingulas prouincias Concilia fiant. Concil. Nicæn. tit. 5. Concil. Antioch. tit. 20. Concil. Carthag. tit. 3.

144. Vt Concilium vniuerſale non fiat niſi cauſa communis, id eſt totius Africæ coëgerit: vt Synodus plenaria tunc dicatur, cùm Epiſcopus Metropolitanus adfuerit. Concil. Antioch. tit. 16.

145. Vt hi qui ſe abſciderunt, de clero eximantur. Concil. Nicæn. tit. 1.

146. Quæ ſint pœnitentiæ tempora iis qui præuaricauerunt decernenda. Con-

Digitized by Google

cil. Nicæno tit. 9. Concil. Anquiritano tit. 3. item 4. 5. 6. 7. 8. & 9.

147. Vt ſponſatæ puellæ, ſi ab aliis raptæ fuerint, ſponſo priori reddantur. Concil. Anquirit. tit. 11.

148. Quemadmodum hi qui irrationabiliter vixerint, ſuſcipi debeant. Concil. Anquiric. tit. 16.

149. Vt hi qui ſicut muta animalia vixerunt, inter energumenos orent. Concil. Anquirit. tit. 17.

150. Vt quicumque virginitatem profitentes, propoſitum violant, digamorum conſtitutum impleant gradum. Concil. Anquirit. tit. 19.

151. Vt qui adulterium commiſerit, ſeptem annos pœnitentiam agat. Concil. Anquirit tit. 20.

152. Vt mulieres fornicantes, quæ parvulos ſuos necant, aut aborſu *, decem annis pœnitentiam agant. Concil. Anquirit. tit. 21.

* *deeſt excutiunt aut aliud vocabulum eiuſdem poteſtatis.*

153. Vt qui voluntariè homicidium fecerint, in nouiſſimo vitæ reconcilientur. Concil. Anquirit. tit. 22.

154. Vt qui caſu homicidium fecerit, quinque annis pœnitentiam agat. Concil. Anquirit. tit. 23.

155. Vt qui ariolantur, vel in domo ſua huius artis alios introducunt, quinque annis pœnitentiam agant. Concil. Anquirit. tit. 24.

156. Vt mulier quæ duobus fratribus nupſerit, in extremis ſuis reconcilietur. Concil. Nouacæſ. tit. 2.

157. Vt quicumque concupiſcentiam non conſummat, per diuinam iudicetur gratiam liberatus. Concil. Nouacæſ. tit. 4.

158. Vt catechumeni peccantes, niſi ſe correxerint, abiiciantur. Concil. Nouacæſ. tit. 5.

159. Vt qui manducantem carnes ex fide condemnandum crediderit, anathema ſit. Concil. Gangrenſi tit. 2.

160. Vt qui domum Dei contemptibilem duxerit, anathema ſit. Concil. Gangr. tit. 5.

161. Vt qui nuptias condemnat, anathema ſit. Concil. Gangr. tit. 9. & 10.

162. Vt ſiqua mulier virilem habitum adſumpſerit, anathema ſit. Concil. Gangr. tit. 13.

163. Vt hi qui vxores aut viros dimittunt, alteri non nubant, ſed aut continentes maneant, aut ſibi reconcilientur. Concil. Carthag. tit. 7.

164. Vt ſiqua mulier, quaſi religionis causâ virum dimiſerit, anathema ſit. Concil. Gangr. tit. 14.

165. Vt quicumque continentiæ causâ die Dominico ieiunauerit, anathema ſit. Concil. Gangr. tit. 18.

166. Vt quicumque ſanus corpore ieiunia communia diſſoluerit, anathema ſit. Concil. Gangr. tit. 2. *

* *videtur legendum 19.*

167. Vt quicumque Martyrum memorias contempſerit, anathema ſit. Concil. Gangr. tit. 21.

168. Vt quicumque non communicantes, nec orationem facientes, ſcripturas tantùm diuinas in Eccleſia audire voluerint, abiiciantur. Concil. Antioch. tit. 2.

169. Vt quicumque poſt diuerſa peccata pœnitentiam fideliter geſſerit, ad communionem reuocetur. Concil. Laodic. tit. 2.

170. Vt ſcenicis atque hiſtrionibus reconciliatio non negetur. Concil. Carthag. tit. 42.

171. Vt ad falſas memorias Martyrum nullus accedat. Concil. Carthag. tit. 17.

172. Vt hi qui nominantur Cathari, accedentes ad Eccleſiam, ſi ordinati ſunt, ſic maneant in clero. Concil. Nicæn. tit. 7.

173. Vt Pauliani * baptizentur. Conc. Nic. tit. 15.

* *rebaptizentur.*

174 Vt venientes à Nouatianis vel Montenſibus, per manus impoſitionem ſuſcipiantur. Concil. Zellenſi. ex epiſtola Papæ Sirici.

175. Vt non liceat hæreticum rebaptizari, baptizatum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Concil. Carthag. ſub ſancto Grato tit. 1. Item Carthaginenſi tit. 48.

176. Vt hæretici in hæreſi permanentes domum Dei non ingrediantur. Concil. Laod. tit. 6.

177. Vt Nouatiani vel etiam Quartadecimani non recipiantur, niſi priùs hæreſim ſuam condemnauerint, ita vt ſymbolum fidei doceantur, & chriſmate vngantur. Concil. Laodic. tit. 7.

178. Vt quicumque conuertuntur ab hæreſi, qui dicuntur ſecundùm Phrygas, baptizentur. Concil. Laodic. tit. 8.

179. Vt non liceat in hæreticorum cœmeteria ad orationem faciendam Catholicis introire. Concil. Laodic. tit. 9.

180. Vt nullus ad Eccleſiam pertinens filios ſuos hæreticorum nuptiis ſociet.

Concil. Laodicen. tit. 30.

181. Vt Chriſtiani non iudaïzent, nec in ſabbato vacent. Concil. Laodic. tit. 28.

182. Vt nullus cum hæreticis connubia miſceat. Concil. Laod. tit. 30.

183. Vt nullus cum hæreticis aut ſchiſmaticis oret, aut ad falſos Martyres eat Concil. Laod. tit. 32 Concil. Carthag. tit. 2.

184. Vt nullus ad Angelos congregationem faciat. Concilio Laod tit. 33.

185. Vt nullus à Iudæis vel hæreticis feriatica accipiat. Concil. Laod. tit. 35.

186. Vt nullus à Iudæis azyma accipiat. Concil. Laodic. tit. 36.

187. Vt nullus cum paganis feſta celebret. Concil. Laodic. tit. 37.

188. Vt nullus Chriſtianus ballare vel cantare in nuptiis audeat. Concil. Laod. tit. 41.

189. Vt Donatiſtarum clerici in ſuis honoribus ſuſcipiantur. Concil. Carthag. tit. 2.

190. Vt quæcumque Eccleſiæ Donatiſtarum Catholicæ factæ ſunt, ad eam cathedram pertineant, ad quam Catholica quæ iam ibi fuerat, pertinebat. Concil. Carth. tit. 10.

191. Vt quicumque Epiſcopus ex Donatiſtis conuerſus fuerit, plebes quæ vtraſque Eccleſias habent cum Epiſcopo Catholico æqualiter diuidant. Concil. Carthag. tit. 11.

192. Vt hæreticorum benedictiones nullus accipiat. Concil. Laodic. tit. 31.

193. Vt qui paruuli apud Donatiſtas baptizantur, ab ordinatione non prohibeantur, ſi conuerſi fuerint. Concil. Carthag. tit. 1.

194. Vt qui aliquibus ſceleribus irretitus eſt, vocem accuſandi non habeat. Concil. Carth. ſub ſancto Genethlio tit. 6. * Hoc & in Concilio Thenitano ſtatutum eſt.

* Trec. tit. 4.

195. Vt excommunicatis, ſiue clericis, ſiue laicis accuſare non liceat. Concil. Carth. tit. 2.

196. Vt omnes ſerui, vel proprij liberti, vel omnes quos ad accuſanda publica crimina leges publicæ non admittunt, hiſtriones etiam, hæretici, pagani & Iudæi ad accuſationem non admittantur. Concil. Carthag. tit. 3.

197. Vt qui vnum crimen non probauerit, ad aliud non admittatur. Concil. Carthag. tit. 4.

198. Vt accuſator, ſi in loco vbi eſt ille qui accuſatur, violentiam timuerit, locum ſibi proximum eligat. Concil. Hipponiregienſi tit. 5.

199. Vt baptizandi ſymbolum fidei diſcant. Concil. Laod. tit. 44.

200. Vt qui in ægritudine baptizantur, ſani facti ſymbolum doceantur. Concil. Laod. tit. 45.

201. Vt baptizati poſt baptiſmum chriſmate vngantur. Concil. Laodic. tit. 46.

202. Vt ægrotantibus, quando ipſi loqui non poſſunt, ſi pro eis alij teſtimonium dixerint, baptiſmum non negetur. Concil. Carthag. tit. 41.

203. Vt quando de infantibus ignoratur vtrum baptizati ſint, ſine vlla dubitatione baptizentur. Concil. Carthag. tit. 7.

204. Vt prægnantes mulieres baptizentur quando voluerint. Concil. Nouacæſ. tit. 6.

205. Vt Chriſtiani cum mulieribus lauacra non habeant. Concil. Laod. tit. 29.

206. Vt poſt duas hebdomadas Quadrageſimæ, ad baptiſmum nullus ſuſcipiatur. Concil. Laodic. tit. 42.

207. Vt in Quadrageſima, ſabbato tantùm & Dominico offeratur. Concil. Laod. tit. 47.

208. Vt in Quadrageſima, quinta feria vltimæ hebdomadæ, ieiunium non diſſoluatur. Concil. Laod. tit. 48.

209. Vt in Quadrageſima natalitia Martyrum non celebrentur. Concil. Laodic. tit. 49.

210. Vt in Quadrageſima nuptiæ non celebrentur. Concil. Laodic. tit. 50.

211. Vt nullus peregrinus ſine formata Epiſcopi accipiatur. Concil. Antioch. tit. 7.

212. Vt die quintæ feriæ ſeptimanæ ſanctæ Paſchæ ſecundò offeratur. Concil. Septimunicenſi.

213. Vt in ſacrificio abſque pane & vino nullus offerat. Concil. Carthag. tit. 31.

214. Vt diebus Quinquageſimæ genua non flectantur. Concil. Sardicen. tit. t.

215. Vt ante Pentecoſten nullus audeat ieiunare. Concilio Septimunicenſi.

216. Vt non liceat in Dominicis agapem facere, vel in Eccleſiis, aut intus accubitus ſternere. Concil. Laod. tit. 27.

217. Vt cuſtodiatur fides Patrum trecentorum decem & octo. Concil. Conſtantinopol. tit. 2. * * lege tit. 1.

218. Vt Conciliorum ſtatuta priſcorum ab omnibus obſeruentur. Conc. Zellenſ.

219. Vt nullus in precibus niſi ad Patrem dirigat otationem, & vt ptiùs eas cum inſtructioribus ttactet. Concil. Carthag. tit. 31. Item Concil. Carthag. tit. 7.

220. Vt vna ſit in Sacramentis per omne Byzacium diſciplina. Concil. Maradianenſi.

221. Vt mulieres, quæ apud Græcos preſbyteræ appellantur, apud nos autem, viduæ ſeniores, vniuiræ, & matriculæ, in Eccleſia tanquam ordinatas conſtitui non liceat. Concil. Laod. tit. 11.

222. Vt mulieres ad altare non ingrediantur. Concil. Laod. tit. 43.

223. Vt ſanctæ oblationes ad vices eulogiarum non dirigantur. Concil. Laod. tit. 14.

224. Vt ſabbatis Euangelia legantur. Concil. Laodic. tit. 16.

225. Vt de diuerſis verſibus & ſenſibus libri vnum canticum non connectatur. Concil. Laodic. tit. 17.

226. Vt etiam pet ſolemniſſimos Paſchales dies Sacramentum catechumenis non detur, niſi ſolitum ſalis. Concil. Carthag. tit. 11.

227. Vt corpotibus defunctotum Euchariſtia non detur. Concil. Carthag. tit. 12.

228. Vt ptæter Scriptutas Canonicas nihil in Eccleſia legatur. Concil. Laodic. tit. 57. Concil. Carthag. tit. 45.

229. Vt liceat paſſiones Martyrum legere in natalibus eorum. Concil. Carthag. tit. 46.

230. Vt ſoli Eccleſiæ Carthaginis liceat alienum clericum ordinare. Concil. Carth. tit. 54.

231. Vt omnes Eccleſiæ ab Eccleſia Carthaginis diem Paſchæ audiant tempote Concilij. Concil. Carthag. tit. 5.

232. Vt nullus otdinetur niſi ptobatus vel Epiſcoporum examine, vel populi teſtimonio. Conc. Carthaginenſi tit. 29.

Digitized by Google

CRISCONII
EPISCOPI AFRICANI
BREVIARIVM CANONICVM.

HIC. HABETVR. CONCORDIA. CANONVM. CONCILIORVM. INFRASCRIPTORVM. ET. PRÆSVLVM. ROMANORVM. ID. EST CANONVM. APOSTOLORVM. NICÆNORVM. ANCYRANORVM. *NOVÆCÆSARIENSIVM GANGRENSIVM. ANTIOCHENSIVM. LAODICENSIVM. CALCHEDONENSIVM. SARDICENSIVM CARTHAGINENSIVM. ITEM PRÆSVLVM. SIRICII. INNOCENTII. ZOSIMI. CÆLESTINI. LEONIS. ET. GELASII.

* Neo-æſ.

Explicit adnotatio Canonum SS. Patrum.

al. *Epiſtola Criſconij ad Liberium.*

al. *Liberio.*

**INCIPIT PRÆFATIO.*

DOMINO verè ſancto ſempérque beato Pontifici *Liberino, Criſconius Chriſti famulorum exiguus. Veſtri ſacerdotij incomparabile decus, quo fidei puritate ac vitæ probitate admodum reſplendetis, vos non deſinit præmonere, vtilitatibus Dominici gregis, cuius gubernacula ſuſcepiſtis, & ſolicitiùs militare, & ſolertiſſimè prouidere. Ad cuius veſtri expletionem officij, induſtriam nihilominus veſtrorum exquiriris ſubiectorum: quos ita neceſſe eſt vt ſpiritalis alimoniâ panis eum ipſum Dominicum gregem largifluè nutriatis. Vnde peruidens mundanis ac diuinis legibus humanæ vitæ regimen conſiſtere, & iuris quidem præcepta exorbitantium greſſus frænis artioribus coërcere, Eccleſiaſticas verò ſanctiones rectè viuendi terminum piis ac fidelibus animis præfixiſſe: illis floralibus ſubrelictis præcipis vt cuncta Canonica conſtituta, quæ ab ipſis exordiis militiæ Chriſtianæ tam SS. Apoſtoli, quàm Apoſtolici viri per ſucceſſiones temporum protulere, vobis colligamus in vnum, eorúmque concordiam facientes, ac titulorum prænotationem interponentes, ea lucidiùs declaremus. Quod opus, pro tantæ rei magnitudine, noſtras excedere vires procul dubio intueris, à quo me cùm excuſare ſæpiſſime voluiſſem, paterna auctoritate inſtitiſti, ſubſidium nobis diuinum fidentiſſimè pollicens profuturum Quo mihi ſuffugio intercluſo, item propoſui, hoc Canonum Breuiatum à viro reuerentiſſimo Ferrando Carthaginis Eccleſiæ Diacono iam fuiſſe digeſtum, & debere eum noſtræ eruditioni ſufficere, ne aliud exquirendo, eius prudentiæ deprehendamur in aliquo derogare Cui noſtræ excuſationi penitus ſubmouendæ itidem obiecisti, non ad illius ſapientiſſimi viri reprehenſionem hoc te exquirere velle, ſed noſtram potiùs ſcientiolam induſtrioſiùs capere & elimare. Quibus peractis, iam præcauens Chriſto in vobis loquenti quamlibet excuſationem obtendere, cæleſti auxilio præmunitus, obſequi malui imperatis, veſtríſque votis, Deo fauente, libentiſſimè ſubſeruire, illâ maximè inuitatus ex parte, quòd antefatus venerabilis vir ad conuerſationem memoriæ eorum hoc effeciſſe noſcitur Breuiatum, qui illa ipſa iam bene cognita perceperant, quo per eum cùm voluerint, quæ cupiunt, recordentur: indoctorum verò, quorum eſt maxima multitudo, in eodem opere ſtudium probatur, vt ita dixerim,

ſe-

ſequeſtraſſe; dum eos ad inquiſitionem earum rerum præmiſit, quæ nec ab omnibus reperiuntur, nec repertæ ſine faſtidio perleguntur. Nulli ſiquidem dubium eſt, quàm moleſtiſſimè perferat lector, dum auidiùs cuiuſque rei cognitionem expectat, & ad librum præmittitur quem aut fortè non legit, aut vbi reperiat, non nouit. Quamobrem, antefati viri laude prælatâ, neceſſarium duxi profectui ſubſeruiens paruulorum, iuxta veſtrum imperium, cuncta Eccleſiaſtica, vt dictum eſt, conſtituta, quæ ad noſtram notitiam peruenerunt, in hoc opere ſub titulorum ſerie prænotare, & ea condiſcere valentibus & volentibus dubitationis ambagem auferre, vt eorum plena inſtructio non ex difficultate ſcriptoris, ſed ex deſidia iam dependeat lectoris. Quod opus hæc etiam Deo præſtante vtilitas conſequetur, vt dum vnumquodque canonicum decreti, de quo quæſtio fuerit pro tempore agitata, æquiſſimus iudex coràm perſpexerit multimodè eſſe digeſtum, probabili examinatione condiſcat, vtrum ex ſeueritate, an ex lenitate ſuum animum debeat moderari. Quam ei inſtructionem illa maximè conſideratio exhibebit, ſi plurium & maximè auctorarorum ipſe qui maluerit, conſtitutis fuerit præmonitus. Vnde, quæſo, vt in hac ipſa Canonici Breuiarij reperitione, ſicut eximius noſter ille proteſtatus eſt doctor, Ignoſcant ſcientes, ne offendantur neſcientes. Satius eſt enim offerre habenti, quàm non habentem differre. Veſtram quinetiam deprecor ſanctitatem, vt ſi in quo forſan peruideris tuo deſiderio minimè ſatisfactum, deuotionem potiùs adprobes, & genuinæ inſcientiæ veniam dones. Ora pro me, meíque ſemper memento, Pontifex Deo digne.

Finit Præfatio.

DEINCEPS SVCCEDVNT CAPITVLA.

1. DE ordinatione Epiſcopi. In Canonibus Apoſtolorum titulo 1. Concilio Nicæno tit. 4. Concil. Antioch. tit. 19. Concil. Laodiceno tit. 12. Concil. Carthag. tit. 13. Item Carthagin tit. 16 Quòd ſi de ordinatione eius fuerit contradictum, quòd alij debeant aduci. Concil. Carthagin tit. 17.

2. De ordinatione preſbyteri, diaconi & cæterorum. In Canonibus Apoſtolorum tit. 2. Ex Decretis Papæ Siricij tit. 8. Ex Decretis Papæ Innocentij tit. 32. Item de eorum conuerſatione qui ab infantia Deo ſe vouerunt. Ex Decretis Papæ Siricij tit. 9. Item de grandæuis. Ex Decretis Papæ Zoſimi tit. 3. ex Decretis Papæ Siricij tit. 10. ex Decretis Papæ Cæleſtini tit. 16.

3. De monachorum promotione. Ex Decretis Papæ Siricij tit. 13 ex Decretis Papæ Innocentij tit 17. ex Decret. Papæ Zoſimi tit. 1. ex Decret. Papæ Gelaſij tit. 2. 3 & 16.

4. Vt Neophyti non ordinentur. Ex Concil. Nicæno tit. 2. Concil Laodicen. tit. 3. Concil. Sardicenſi tit. 13. ex Decretis Papæ Leonis tit. 33.

5. Vt nihil aliud in ſacrificio, præter id quod Dominus ſtatuit, offeratur. In Canonibus Apoſtolorum tit. 3. in Concil. Carthaginenſi tit. 4.

6. Quæ ſpecies ad altare, non ad ſacrificium, ſed ad benedictionem ſimplicem, debeant offerri. In Canonibus Apoſtolorum tit. 4.

7. Vt ea quæ in Eccleſiis offerri non poſſunt, ad domos ſacerdotum à fidelibus deferantur. In Canonibus Apoſtolorum tit. 5.

8 Vt Epiſcopus aut preſbyter vxorem ſuam quam debet caſtè regere, non relinquat. In Canonibus Apoſtolorum tit. 6.

9. Vt ſacerdotes & miniſtri altaris à ſæcularibus curis ſe abſtineant. In Canonibus Apoſtolorum tit. 7.

10. Quo tempore Paſcha celebretur. In Canonibus Apoſtolorum tit. 8. Concil. Antioch. tit. 1.

11. Quòd miniſtri altaris oblatione celebratâ debeant communicare. In Canonibus Apoſtolorum tit. 9.

12. Quòd fideles laici ingredientes Eccleſiam communicare debeant. In Canonibus Apoſtolorum tit. 10. Concil. Antioch. tit. 2.

13. Quòd cum excommunicatis non ſit orandum. In Canonibus Apoſtolo-

rum tit 2. Concil. Nicæno tit. 5. Concil. Antioch. tit 6.

14 Quòd cum damnatis clericis non ſit orandum. In Canonibus Apoſtolorum tit. 12. Concil. Antioch. tit. 4. Concil. Carthag. tit. 9.

15. Vt nullus fidelium præter commendatitias ſuſcipiatur epiſtolas. In Canonibus Apoſtolorum tit. 13. Concil. Antioch tit. 7 & 8.

16. Vt ab Epiſcopis aliena parochia non peruadatur. In Canonibus Apoſtolorum tit. 14. Concil. Antioch. tit. 21. Concil. Calchedon. tit 5.

17. Vt clerici proprias Eccleſias non relinquant. In Canonibus Apoſtolorum tit. 15. Concil. Nicæno tit. 15 & 16. Concil. Calchedon. rit 20. Concil. Antioch. tit. 3. Ex Decretis Papæ Leonis tit. 37. ex Decretis Papæ Gelaſij tit. 23. Concil. Carthag. tit. 21. & 22.

18. Vt Epiſcopus qui clericos alterius ſuſceperit, communione priuetur. In Canonibus Apoſtolorum tit. 16. Concil. Sardicen. tit. 16. & 17. Ex Decret. Papæ Innocentij tit. 14. ex Decretis Papæ Leonis tit. 39.

19 Vt digami non admittantur ad clerum. In Canonibus Apoſtolorum tit. 17. Concil. Laodic. tit. 1. Ex Decretis Papæ Siricij tit. 1t. ex Decretis Papæ Innocentij tit. 11. 12. & 13. item tit. 29. ex Decret. Papæ Leonis rit. 2.

20 Quòd ſi quis viduam, vel eiectam, aut meretricem acceperit, non admittatur ad clerum. In Canonibus Apoſtolorum tit. 18. ex Decret. Papæ Innocentij tit. 30. Item cuius ſuprà titulo * 51.

*al. 1.

21. Vt qui duas ſorores habuerit, non admittatur ad clerum. In Canonibus Apoſtolorum tit. 19.

22. Clericum fideiuſſorem eſſe non oportere. In Canonibus Apoſtolor. tit. 20.

23. Quòd hi qui non ſponte eunuchizati ſunt, ſuſcipiantur ad clerum. In Canonib. Apoſtol. tit. 21. Concil. Nicæn. tit. 1.

24. Vt is qui ſe eunuchizauit, clericus non fiat. In Canonib. Apoſtolorum tit. 22.

25. Vt clericus qui ſe eunuchizauit, abiiciatur à clero. In Canonibus Apoſtol. tit. 23. ex Decret. Papæ Gelaſij tit. 17.

26. Vt laïcus qui ſe eunuchizauit, tribus annis communione priuetur. In Canonibus Apoſtolor. tit. 24.

27. Vt Epiſcopus, preſbyter, diaconus ſi pro criminibus damnati fuerint, minimè communione priuentur. Similiter & reliqui Eccleſiæ miniſtri. In Canonibus Apoſtolor. tit. 25. & 26. Ex Decretis Papæ Siricij tit. 7. ex Decret. Papæ Innocentij tit. 21. & 33. ex Decret. Papæ Leonis tit. 16. ex Decret. Papæ Gelaſij tit. 18. Concil. Carthag. tit. 27.

28. Qui clerici debeant coniugibus ſociari. In Canonibus Apoſtolor. tit. 27. Concil. Carthagin. tit. 16. In quo item decretum eſt, vt nullus ex officio Eccleſiaſtico conductor fiat, & ab vſuris abſtineant, & quo tempore ordinentur.

29. Quòd Epiſcopus, preſbyter, aut diaconus fideles peccantes verberare non debeant. In Canonib. Apoſtol. tit. 28.

30. Quòd officium priſtinum damnati pro criminibus vſurpare non debeant. In Canonib. Apoſtolorum tit. 29. Item quòd clericis damnatis non liceat communicare. Concil. vniuerſali Carthagin. tit. 29. & quòd intra annum cauſam ſuam peragant. Concil. ſupraſcripto tit. 46.

31. Quòd non debeant officia Eccleſiaſtica pecuniis obtineri. In Canonib. Apoſtolor. tit. 30. Concil. Calchedon. tit. 2. & ex Decretis Papæ Gelaſij tit. 24.

32. Vt Eccleſia ſæculari potentiâ minimè peruadatur. In Canonib. Apoſtol. tit 31.

33. De preſbyteris qui contemptis Epiſcopis ſuis, ſeorſum conuentus congregare tentauerint. In Canonibus Apoſtolorum tit. 32. Concil. Antioch. tit. 5. Concil. Carthag. tit. 10. & 11.

34. Quòd clerici damnati non debeant ab aliis recipi. In Canonibus Apoſtolorum tit. 33. Concil. Sardicen. tit. 18. & 19.

35. Vt nullus Epiſcopus, preſbyter aut diaconus ſine commendatitiis ſuſcipiantur epiſtolis. In Canonibus Apoſtolorum tit. 34. Concil. Laodicen. tit. 41. Concil. Calchedon. tit. 11.

36. De Primatu Epiſcoporum. In Canonib. Apoſtolor. tit. 35. Concil. Antioch. tit. 9. Et de priuilegiis quæ quibuſdam ciuitatibus competunt. Concil. Nicæn. tit. 6. ex Decretis Papæ Innocentij tit. 9.

37. Quòd non liceat Epiſcopo in aliena prouincia clericos ordinare. In Canon. Apoſtol. tit. 36. Concil. Antioch. tit. 13. & 22.

38. De ordinatis Epiſcopis nec receptis. In Canonibus Apoſtol. tit. 37. Concil. Ancyrano, tit. 17. Concil. Antioch. tit. 18.

39. Vt bis in anno Concilia celebrentur. In Canonibus Apoſtolorum tit. 38. Concil. Nicæno tit. 5. Concil. Antioch. tit. 20 Concil. Calchedon. tit. 19. ex Decretis Papæ Leonis tit. 37. Vt non ampliùs à ſtatuto Concilij tempore quàm dies quindecim remorentur Epiſcopi. Ex Decretis Papæ Leonis. tit. 41.

40. Vt curam rerum Eccleſiaſticarum tantùm Epiſcopus habeat. In Canonib. Apoſtol. tit. 39. Concil. Antioch. tit. 24.

41. De dignitate Pontificis, & quòd rerum ſuarum habeat poteſtatem. In Canonib. Apoſtol. tit. 40.

42 Quòd Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum pro diſpenſatione pauperum habeat poteſtatem. In Canonib. Apoſtol. tit. 41. Concil. Antioch. tit. 25. Et vt quatuor tam de reditibus, quàm de oblationibus fidelium fiant portiones; & vna ſit Epiſcopi, alia clericorum, tertia pauperum, quarta verò fabricarum Eccleſiaſticarum. Ex Decretis Papæ Gelaſij tit. 27.

43. Quòd Epiſcopus, presbyter, & diaconus aleator & ebrioſus non debeat eſſe. In Canonibus Apoſtol. tit. 42. Similiter & clerici, & laici ſi permanſerint in alea, communione priuentur. Item in Canonibus Apoſtolorum tit. 43

44. Quòd Epiſcopus, presbyter, & diaconus non debeant vſuras accipere. In Canonibus Apoſtolorum titulo 44. Concil. Nicæn. tit. 17. Concil. Laodicen. tit. 5. Ex Decretis Papæ Leonis tit. 3. & 4. ex Decretis Papæ Gelaſij tit. 15.

45. Quòd non debeat Epiſcopus, & diaconus cum hæreticis orare. In Canonib. Apoſtol. tit. 45.

46. Quòd non liceat Catholicis ad hæreticorum ſpeluncas, causâ orationis accedere. Concil. Laodicenſi tit. 9.

47. Quòd non oporteat Catholicos cum hæreticis nuptiarum fœdera copulare. Concil. Laodic. tit. 10. Item de hoc ipſo tit. 31. Concil. Calchedon. tit. 14. Concil Carthag. tit 21.

48. Quòd non oporteat ab hæreticis eulogias accipere. Concil. Laodicen. tit. 32.

49. Quòd non debeant hæreticorum baptiſmata comprobari. In Canonib. Apoſtol. tit. 46.

50. Quòd Eccleſiæ baptiſmate baptizatus, denuò baptizari non debeat: & non ita baptizatus, debeat baptizari. In Canonibus Apoſtol. tit. 47.

51. Quòd in nomine Trinitatis debeat baptizari. In Canonibus Apoſtolorum tit. 49.

52. Quòd non debeat vna merſio in baptiſmate, quaſi in morte Domini, prouenire. In Canonib. Apoſt. tit. 50.

53. De Arrianis non rebaptizandis. Ex Decret. Papæ Siricij tit. 1. ex Decret. Papæ Innoc. tit. 47.

54 De his qui dicuntur Cathari, id eſt mundi. Concil. Nicæno tit. 8.

55. De his qui à Paulo Samoſateno ad Eccleſiam veniunt. Concil. Nicæno tit. 19.

56. De aliis hæreticis qui ad Eccleſiam veniunt. Concil Laodic. tit. 7.

57. De his qui veniunt ab hæreſi Cataphrygarum. Concilio ſupraſcripto tit. 7.

58. De his qui veniunt à Nouatianis vel Montenſibus. Ex Decretis Papæ Innocent. tit. 15.

59. De Bonoſiacis hæreticis, quòd Iudæis ſint comparandi, & de ſuſcipiendis clericis, quos idem Bonoſus antequam damnaretur, ordinauit. Ex Decret. Papæ Innocent. tit 49. & 50.

60. Quòd non admittantur ad clerum ab hæreticis ordinati. Ex Decret. Papæ Innocent. tit. 53. 54. 55. 56. & 57.

61. Quòd omnis cuiuſlibet ordinis clericus, qui Catholicam deſerens hæreticæ ſe communioni miſcuerit, ſi ad Eccleſiam reuerſus fuerit, in eo gradu quo fuerat, ſine promotione permaneat. Ex Decretis Papæ Leonis tit. 14.

62. De his quibus dubium eſt, vtrum baptiſmum perceperint, neceſſe eſt vt renaſcantur. Ex Decretis Papæ Leonis tit. 28. Concil. Carthag. tit. 39.

63. Quòd hi qui ſe baptizatos agnoſcunt, ſed in qua fide neſciunt, per manus impoſitionem ſuſcipiendi ſunt. Ex Decretis Papæ Leonis tit. 29.

64. De his qui non ſponte, ſed inuiti ad iterationem baptiſmi compulſi ſunt. Ex Decretis Papæ Leonis tit. 47.

Digitized by Google

65. Vt hi qui ab hæreticis baptizati ſunt, ſolâ Sancti Spiritus inuocatione firmentur. Ex Decret. Papæ Leon. tit. 48.

66. De his qui in ægritudine baptiſma conſequuntur. Concilio Nouacæſarienſi tit. 12. Concil. Laodicenſi tit. 47. Concil. Carthag. tit. 12.

67. De Chriſtianis qui ſabbatizare, vel iuxta quemdam modum iudaizare, noſcuntur. Concil. Laodic. tit. 29.

68. De ſchiſmaticis. Concil. Laodic. tit. 33.

69. De Martyribus hæreticorum. Concil. Laodic tit. 34. Concil. Carthag. tit. 50.

70. De his qui ab hæreticis, vel Iudæis feſtiuitatis eorum dona ſuſcipiunt. Concil. Laodic. tit. 37.

71. De Chriſtianis qui Iudæorum azyma comederunt. Conc. Laodic. tit. 38.

72. De Chriſtianis celebrantibus feſta Gentilium. Concil. Laodic. tit 39.

73. De hæreticis intrantibus in Eccleſiam vel baſilicas Martyrum. Concil. Laodic. tit. 6.

74. Captiuis cibos immolatitios per neceſſitatem comedentibus, pœnitentia concedenda. Ex Decret. Papæ Leon. tit. 46.

75. Qualiter debeant in Eccleſia ſuſcipi pœnitentes. Concil. Carthag. titulo 10.

76. De his qui ad ordinem preſbyretij ſine examinatione prouecti ſunt. Concilio Nicæno tit. 9. Quo tempore preſbyterum conueniat ordinari. Concil. Nouacæſar. tit. 11.

77. De his qui in perſecutionibus negauerunt, & poſtmodum in clero promoti ſunt. Concil. Nicæn. tit. 10.

78. De laïcis qui negauerunt, & de his qui abrenunciauerunt, & iterum ad ſæculum ſunt reuerſi. Concil. Nicæn. tit. 11. & 12.

79. De his qui communionem tempore mortis expoſcunt. Concil. Nic. tit. 13.

80. De catechumenis lapſis. Concil. ſupraſcripto tit. 14.

81. De preſbyteris qui immolauerunt tempore perſecutionis. Concilio Ancyrano tit. 1.

82. De diaconis qui immolauerunt. Concil. Ancyr. tit. 2.

83. De his qui ex fuga comprehenſi ſunt, & per vim immolarunt. Concil. Ancyr. tit. 3.

84. De his qui diuerſis cauſis gentilitatis ritu aliquid peregerunt. Concil ſupraſcripto tit. 4. ex Decret. Papæ Siricij tit. 3.

85. De his qui timore ritus gentilium peregerunt. Concil. Ancyr. tit. 5.

86. De his qui in locis idolorum manducauerunt. Concil. Ancyr. tit. 6.

87. De his qui frequenter idolis immolauerunt. Concil. Ancyr. tit. 7. ex Decret. Papæ Leon. tit. 30.

88. De his qui & aliis ſacrificandi cauſas adtulerunt. Concil. Ancyrano titulo 8.

89. De his qui cùm eſſent catechumeni, idolis immolauerunt. Concil. Ancyr. tit. 11.

90. De his qui diuinationes expetunt. Concil. Ancyr. tit. 23. Vel de his qui Angelos colunt. Concil. Laodic. tit. 35. Et vt clericus magus & incantator non ſit, neque phylacteria faciat. Conc. Laodic. tit. 36.

91. De his qui ad preſbyterium vel diaconatum promouentur, & ante ordinationem peccatorum ſibi ſunt conſcij. Concil. Nouacæſar. tit. 9. & 10.

92. De diaconis qui tempore ordinationis de nuptiis atteſtati ſunt. Concil. Ancyr. tit. 9.

93. Vt preſbyteri modum ſibi debitum ſeruent; hoc eſt non chriſma conficiant, non conſignent, nec præſente quolibet Epiſcopo, niſi iubeantur ab ipſo, vel orare, vel ſedere præſumant, nec acolythum vel ſubdiaconum faciant. Ex Decretis Papæ Gelaſij tit. 6. Concilio Carthag. tit. 6. & 7.

94. De priuilegiis preſbyterorum. Concil. Nicæn. tit. 18. Concil. Laod. tit. 20. ex Decret. Papæ Gelaſij tit. 8.

95. Vt diaconi menſuram propriam, iuxta Patrum ſtatuta, cuſtodiant. Ex Decret. Papæ Gelaſ. tit. 7.

96. De Chorepiſcopo, id eſt, vicario Epiſcopi, quæ ad eius officium pertineant. Concil. Ancyr. tit. 12. Concil. Antioch. tit. 10.

97. De rebus Eccleſiaſticis eo tempore diſtractis, quo ipſæ Eccleſiæ viduantur Epiſcopis. Concil. Ancyr. tit. 14. Concil. Carthag. tit. 26.

98. De his qui eſum carnium in clero conſtituti diffugiunt. Concil. Ancyr. tit. 13.

99. De his qui fornicantur irrationabiliter, id eſt, cum pecoribus, aut cum ma-

ſculis. Concil. Ancyr. tit. 15. & 16.

100. De monachis & virginibus qui ſuam profeſſionem non cuſtodiunt. Concil. Ancyr. tit. 18. Concil. Calchedon. tit. 7. & 16. ex Decret. Papæ Siricij tit. 6.

101. Item de virginibus velatis vel non velatis, ſi deuiauerint. Ex Decretis Papæ Innocentij tit. 19. & 20. ex Decret. Papæ Leon. tit. 26. & 27. ex Decret. Papæ Gelaſij tit. 20.

102. De his qui adulteras habent vxores, vel adulteri comprobantur. Concil. Ancyr. tit. 19.

103. De his qui partus ſuos ex fornicatione diuerſis modis interimunt. Concil. Ancyr. tit. 20.

104. De homicidiis, vel de his qui non ſponte homicidium commiſerunt. Concil. Ancyr. tit. 21. & 22.

105. De deſponſatis puellis & ab aliis corruptis. Concilio Ancyr. tit. 10. ex Decret. Papæ Siricij tit. 4.

106. De his qui virginum corruptionibus conſcij ſunt. Concil. Ancyr. tit. 24.

107. Laïcum pellentem coniugem ſuam, communione priuandum. In Canonib. Apoſt. tit. 48.

108. De presbyteris qui vxores acceperunt, vel fornicati ſunt. Concil. Nouacæſar. tit 1.

109. Quòd ſacerdotes & leuitæ cum mulieribus coire non debeant. Ex Decret. Papæ Innocent. tit. 16. ex Decret. Papæ Leonis tit. 17. Concil. Carthag. tit. 25.

110. Quæ mulieres cum Epiſcopo, presbytero, diacono debeant commorari. Concil. Nicæn. tit. 3. ex Decret. Papæ Siricij tit. 12.

111. De presbyteris qui habuerint coniugia. Concilio Gangrenſi tit. 4.

112. De his quæ duobus fratribus nupſerint, vel qui duas ſorores acceperint vxores. Concil. Nouacæſ. tit. 2.

113. De multinubis. Concil. Nouacæſ. tit. 3.

114 De his qui ſuam concupiſcentiam adimplere à Deo non permittuntur. Concil. Nouacæſ. tit. 4.

115. De catechumenis peccatoribus. Concil. Nouacæſ. tit. 5.

116. De catechumena prægnante. Concil. Nouacæſ. tit. 6.

117. Quòd non oporteat in bigami nuptiis orare * presbyterum. Concil. ſupradicto tit. 7.

* Videtur legendum conuiuari

118. De his qui mulieribus adulteris iuncti ſunt. Concil. ſupr. tit 8.

119. Quòd presbyteri plebis in Eccleſia ciuitatis nec ſacrificium offerre, nec miniſtrare debeant quæ oblata ſunt. Concil. ſupr. tit. 13.

120. Quòd in qualibet magna ciuitate, ſeptem tantùm diacones eſſe debeant iuxta Apoſtolorum diſpoſitionem. Concil. ſupraſcrip tit. 14.

121. De his qui nuptias execrantur. Concil. Gangrenſi tit. 1.

122. De his qui abominantur eos qui carnibus veſcuntur. Concil. Gangrenſi tit. 2.

123. De ſeruis qui iugum famulatus abiiciunt Chriſtianitatis obtentu. Concil. ſupraſcr. tit. 3.

124. De his qui Eccleſiæ conuentus ſpernunt. Concil. ſupraſcr. tit. 5.

125. De his qui Eccleſiaſtica miniſteria præter Eccleſiam faciunt. Concil. ſupraſcr. tit. 6.

126. De oblationibus fructuum quæ miniſtris Eccleſiæ conferuntur. Concil. ſupr. tit. 7.

127. De his quæ in vſus pauperum conferuntur. Concil. ſupr. tit. 8.

128. De his qui non legitimè in virginitate perſiſtunt. Concil. ſupraſcr. titulo 9.

129. De his qui pro virginitate ſuperbiunt. Concil. ſupraſcr. tit. 10.

130. De his qui agapas, id eſt paſtiones pauperum riſui ducunt. Concil. ſupraſ. tit 11.

131. De his qui palliis vtuntur, & idcirco ſuperbiunt. Concil. ſupr. tit. 12. ex Decret. Papæ Cæleſtini tit. 14.

132. De mulieribus quæ vtuntur virilibus indumentis. Conc. Gangrenſi tit. 13.

133. De his qui, velut peccatum, copulam deſerunt nuptiarum. Concil. ſupr. tit. 14

134. De his qui Chriſtianitatis obtentu deſpiciunt filios. Concil. ſupr. titulo 15.

135. De his qui parentes Chriſtianitatis obtentu contemnunt. Concil. ſupraſ. tit. 16.

136. De mulieribus quæ ſe attondent Chriſtianitatis obtentu. Concil. ſupraſ. tit. 17.

137. De his qui Dominico die ieiunant, tanquam nihil præ cæteris differente. Concil. ſupr. tit. 18.

138. De his qui die Dominico & diebus

Pentecoſtes genua flectunt. Concil. Nicæn. tit. 20.

139. De his qui Eccleſiaſtica ieiunia abſque neceſſitate diſſoluunt. Concilio Gangrenſi tit. 19.

140. De his qui collectas, quæ fiunt in martyrum commemorationibus, execrantur. Concil. ſupr. tit. 20.

141. De his qui in aliena parochia, præter conſcientiam ſuorum Epiſcoporum, immorantur. Concil. Antiocheno tit. 3.

142. De Epiſcopis adeuntibus Imperatorem. Concil. Antioch. tit. 11.

143. De damnatis Epiſcopis aut clericis adeuntibus Imperatorem. Concil. Antioch. tit. 12. Concil. Carthag tit. 71.

144. De diſſenſione quæ ſuper Epiſcoporum iudicatione contingit, vel cùm ab omnibus ſua prouincia Epiſcopus conſtanter excluditur. Concil. Antioch. tit. 14. & 15. Concil. Carthag. tit. 19. Vel quæ forma in accuſatione Epiſcopi, diaconi & cæterorum ſeruari debeat. Concil. Carthag. tit. 20.

145. De vagantibus Epiſcopis, quòd alienam Eccleſiam peruadere non debeant. Concil. Antioch. tit. 16.

146. Vt nullus ad Epiſcopatum pro ſe conſtituat promouendum. Concil. Antioch. tit. 23.

147. De Epiſcopis etiam laïca communione priuandis qui ciuitates mutauerunt. Concil. Sard. tit. 1.

148. Item ſi per ambitionem ſedem mutauerint, nec in exitu communionem, ſaltem laïcorum, conſequantur. Concil. Sardic. tit. 2.

149. Vt inter diſcordes Epiſcopos, comprouinciales antiſtites audiant: Quòd ſi damnatus appellauerit Romanum Pontificem, id obſeruandum quod ipſe cenſuerit. Concil. Sardic. tit. 3.

150. Vt nullus accuſati ſedem vſurpet Epiſcopi. Concil. Sardic. tit 4.

151. Quando quis debeat à vicinis prouinciis Epiſcopus ordinari. Concil. Sardic. tit. 5.

152. De non ordinandis Epiſcopis per vicos & modicas ciuitates. Concil. Sardic. tit. 6.

153. De prouinciali Synodo retractanda per vicarios Epiſcopi vrbis Romæ, ſi ipſe decreuerit. Concil. Sardicen. tit. 7.

154. Quando & in quibus cauſis Epiſcopi ad comitatum ire debent. Concil. Sardic. tit. 8. Concil. Carthag. tit. 23. & 28. Item Concil. vniuerſali Carthag. tit. 73.

155. De diaconis ad comitatum dirigendis. Concil. Sardicenſi tit. 9.

156. Quòd pro pupillis, & viduis, ac neceſſitatem patientibus ad comitatum eundum ſit. Concil. ſupraſcr. tit. 10.

157. Vt qui in canali ſunt Epiſcopi, euntes ad comitatum ſollicitè diſcutiant. Concil. Sardic. tit. 11.

158. De his qui ignorant quid ſit in Synodo conſtitutum. Concil. ſupraſcr. tit. 12.

159. Quamdiu Epiſcopus in alia ciuitate debeat remorari. Concil. ſupr. tit. 14. Qui verò perſecutionis tempore in aliena ciuitate remorari voluerint, non prohibeantur. Concil. Sardic. tit. 21.

160. Quòd non liceat Epiſcopo à ſua Eccleſia plus tribus hebdomadibus abeſſe. Concil. Sard. tit. 11.

161. De his qui pro diuerſis erratis pœnitudinem feruentiùs gerunt. Concil. Laodic. tit. 2.

162. De tempore ordinationis. Concil. Laod. tit. 4.

163. Non congruere preſbyteras in mulieribus ordinari. Concil. ſupraſcript. tit. 11.

164. Iudicio multitudinis ordinationem fieri non debere. Concil. Laodic. tit. 15. ex Decret. Papæ Cæleſtini. Quòd docendus ſit populus non ſequendus, tit. 22. Et quòd non conueniat contemptis clericis Eccleſiarum, de laïcis Epiſcopum ordinari. Ex Decretis Papæ eiuſdem tit. 21.

165. Ad alias parochias eulogias quæ ablatæ ſunt, minimè deſtinandas. Concil. Laod. tit. 14.

166. De his qui debeant in ambone, id eſt, in pulpito pſallere. Concil. Laodic. tit. 15.

167. De lectionibus quæ debeant ſabbato recenſeri. Concil. Laodic. tit. 16.

168. Quòd interſtitium pſalmorum debeat in congregationibus fieri. Concil. ſupraſcr. tit. 17.

169. De precibus nona & veſpera celebrandis. Concil. Laodic. tit. 18.

170. De precibus poſt ſermones habitos ad plebem faciendis. Concil. Laodic. tit. 19.

171. Quòd ſubdiaconi à diaconio ſint remoti. Concil. ſupr. tit. 21.

172. Subdiacones cum orariis adſiſtere non licere. Concil. ſupr. tit. 22.

173. Lectores & cantores cum orariis agere ſuum officium non licere. Concil. Laod. tit. 23.

174. Quòd ſubdiaconi non debeant benedicere, nec benedictionem tribuere. Concil. ſupr. tit. 25.

175. De exorciſtis qui non ſunt ab Epiſcopis ordinati. Concil. ſupr. tit. 26.

176. Quòd de conuiuiis quæ ex agape fiunt, partes accipi non debeant. Concil. Laodic. tit. 27.

177. In Eccleſiis prandia fieri non debere præter neceſſitatem itineris. Concil. ſupraſcripto tit. 28. Concil. Carthag. tit. 9.

178. De viris cum mulieribus lauacra celebrantibus. Concil. Laodic. tit. 30.

179. Vt Epiſcopi ad Synodum inprætermiſsè occurrant. Concil. Laod. tit. 40. Concil. Antioch. tit. 17.

180. Quòd præter iuſſionem Epiſcopi clericus non debeat proficiſci. Concil. Laod. tit. 41. & 42. Et vt ſubdiaconi ad oſtia perſeuerent. Concil. ſupraſcr. tit. 43.

181. Vt ſacratium mulieres non introeant. Concil. Laodic. tit. 44. ex Decretis Papæ Gelaſij tit. 26.

182. De his qui circa mediam ſeptimanam ad baptiſma veniunt. Concil. Laodic. tit. 45.

183. De perceptione fidei, & redditione eorum qui baptizantur. Concil. ſupr. tit. 46.

184. Vt poſt baptiſma, chriſma detur. Concil. ſupraſcr. tit. 48.

185. Oblationes offerri in Quadrageſima non oportere. Concil. Laodic. tit. 49.

186. Non debere ieiunium ſolui in quinta feria ſeptimanæ maioris. Concil. Laodic. tit. 50.

187. Non debere in diebus ieiuniorum commemorationes Martyrum fieri. Concil. ſupr. tit. 51.

188 Vt natalitia vel nuptiæ in Quadrageſima non fiant. Concil. Laodic. tit. 52.

189. Vt in Chriſtianorum non ſaltetur nuptiis. Concil. ſupr. tit. 53.

190. Non licere clericis, ludicris ſpectaculis intereſſe. Concil. ſupraſcr. tit. 54. Concil. Carthagin. tit. 15.

191. Non licere preſbyteris introire ad altare, priuſquam egrediatur Epiſcopus. Concil. Laodic. tit. 56.

192. Qui in agris vel poſſeſſionibus debeant ordinari. Concil. Laodic. tit. 57.

193 Oblationem offerri in domibus non oportere: vel quæ pſallere in Eccleſia conueniat. Concil. Laod. tit. 58. & 59.

194. Quòd non oporteat Epiſcopos, clericos & monachos prædia aliena conducere. Concil. Calchedon. tit. 3.

195. De honore monachis competente, & ne vllus eorum tentet Eccleſiaſtica aut ſæcularia inquietare negotia, nec alienum ſeruum, præter conſcientiam domini ſui, ſuſcipere. Concil. Calchedon. tit. 4. ex Decretis Papæ Leonis tit. 1. ex Decret. Papæ Gelaſ. tit. 14.

196. Quòd non oporteat abſolutè quoſlibet ordinari. Concil. Calched. tit. 6.

197. De clericis qui ſunt in ptochiis, monaſteriis atque martyriis, quæ ſub poteſtate Epiſcoporum vnuſcuiuſque ciuitatis exiſtunt. Concil. Calched. tit. 8.

198. Quòd non oporteat clericos habentes aduerſus inuicem negotia, proprium Epiſcopum relinquere, & ad ſæcularia iudicia properare. Concil. Calchedon. tit. 9.

199. Quòd non liceat clerico in duarum ciuitatum miniſtrare Eccleſiis. Concil. ſupr. tit. 10.

200. Vt nequaquam in duos Metropolitanos prouincia diuidatur. Concil. ſupr. tit. 12. ex Decret. Papæ Innocent. tit. 46.

201. Quòd non oporteat peregrinos clericos ſine commendatitiis miniſtrare. Concil. Calched. tit. 13.

202. De diaconiſſis mulieribus. Concil. Calched tit. 15.

203. De parochiis. Concil. ſupr. tit. 17.

204. De coniurationibus vel conſpirationibus. Concil. ſupr. tit. 18.

205. De Epiſcoporum aut clericorum accuſatoribus, quid debeat obſeruari. Concil. Calched. tit. 21. Concil. Carthag. tit. 8. 95. & 96. Et, vt qui vnum crimen non probauerit, ad aliud admitti non debeat. Concil. ſupraſcr. tit. 97. & 98.

206. Quòd non liceat clericis poſt mortem ſui Epiſcopi res ad eum pertinentes diripere. Concil Calched. tit. 22.

207. Quòd non liceat clericis & monachis abſque voluntate Epiſcopi ad vrbem regiam proficiſci. Conc. Calched. tit. 23.

208. Quòd non liceat monaſteria quæ conſecrata ſunt, diuerſoria ſæcularia fieri. Concil. ſuprascr. tit. 24.

209. Quòd non oporteat ordinationes Epiſcoporum diu differri. Concil. Calchedon. tit. 25.

210. De diſpenſatoribus ſingularum Eccleſiarum. Concil ſupr. tit. 26.

211. De his qui raptum faciunt. Concil. ſupr. tit. 27.

212. Vt præter Paſcha & Pentecoſten baptiſma non celebretur. Ex Decretis Papæ Siricij tit. 2. ex Decr. Papæ Leonis tit. 7. 8 9. 10. & 11. ex Decretis Papæ Gelaſij tit. 10.

213. De his qui pœnitentiam minimè ſeruauerunt. Ex Decretis Papæ Siricij tit. 5. ex Decret. Papæ Innocent. tit. 7.

214 Quòd clericis non liceat pœnitentiam agere, & quòd poſt pœnitentiam nullus poſſit ad clerum admitti. Ex Decret. Papæ Siricij tit. 14. ex Decret. Papæ Innocentij tit. 34.

215. Vt ſi per ignorantiam pœnitens, digamus vel viduæ maritus clericus factus fuerit, iam non promoueatur. Ex Decretis Papæ Siricij tit. 15.

216 De energumenis baptizatis. Ex Decretis Papæ Innocentij tit. 6.

217. Quòd pro infirmis debeat ſacerdos orare, & iuxta præceptum ſancti Iacobi, oleo perungere. Ex Decretis Papæ Innocentij tit. 8.

218. Vt extra conſcientiam Metropolitani non ordinetur Epiſcopus. Ex Decretis Papæ Innocent. tit. 9. ex Decret. Papæ Cæleſt. tit. 17. ex Decret. Papæ Leonis tit. 32.

219. Vt ex curialibus non fiat clericus. Ex Decretis Papæ Innocent. tit. 18.

220. De vltima pœnitentia non neganda. Ex Decretis Pap. Innocent. tit. 22. ex Decret. Pap. Cæleſtin. tit. 15. ex Decret. Pap. Leon. tit. 21.

221. De adminiſtrationibus ſæcularium iudiciorum. Ex Decret. Pap. Innocent. tit. 23.

222 Quòd pro coniugali fœdere, tam viro quàm feminæ non liceat in adulterium declinare pro eo, quod ſibi in hoc ipſo æquè debitores exiſtunt. Ex Decret. Pap. Innocent. tit. 24.

223. Quòd hi qui preces criminales dictant, ſine crimine ſint. Ex Decret. eiuſdem Pap. Innoc. tit. 25.

224. Quòd non liceat his, qui intercedente repudio à ſe ſegregati ſunt, in aliam copulam pertranſire. Ex Decret. cuius ſuprà tit. 26.

225. Quòd ſi quis partem ſibi corporis volens amputauerit, clericus eſſe non poſſit: nolens autem poſſit. Ex Decret. Papæ Innoc. tit. 28.

226. Si cuius vxor abducta in captiuitatem fuerit, & alteram maritus eius acceperit, reuertente prima, ſecunda excludatur: quam diſpoſitionem in muliere quoque, ſi alium virum, primo deſiſtente, acceperit, conuenit obſeruari. Ex Decret. Papæ Innoc. tit. 37. ex Decretis Papæ Leonis tit. 42. 43. 44. & 45.

227. De catechumeno, qui priuſquam baptizetur, vxorem amittit, & poſt aliam accepit, quòd clericus eſſe non poſſit. Ex Decret. Papæ Innocent. tit. 52.

228. Quòd nolentibus clericis vel populis non debeat Epiſcopus ordinari: & quòd ab illicitis ſit ordinationibus abſtinendum. Ex Decretis Papæ Cæleſtini, tit. 18 & 19. ex Decret. Papæ Leon. tit. 15. & 35.

229. Quòd nulli ſacerdoti canones liceat ignorare. Ex Decret. Pap. Cæleſt. tit. 20.

230. Quòd aliud ſit vxor, aliud concubina: nec erret, quiſquis filiam ſuam in matrimonio tradiderit concubinam habenti. Ex Decret. Papæ Leon. tit. 18.

231. Quòd non ſit coniugij duplicatio, cùm ancilla expulſa, vxor intromittatur. Ex Decret. Pap. Leon. tit. 19.

232. De communione priuatis & ita defunctis. Ex Decret. Pap. Leon. tit. 20.

233. Quòd oporteat eum qui pro illicitis veniam poſtulat, etiam à licitis abſtinere. Ex Decret. Pap. Leonis tit. 22.

234 Quòd pœnitenti nulla lucra negotiationis exercere conueniat. Ex Decret. eiuſd. tit. 23.

235. Quòd ad militiam ſæcularem poſt pœnitentiam redire non debet. tit. 24. eiuſd.

236. Quòd adoleſcens, ſi vrgente quolibet mortis periculo, pœnitentiam geſſerit, & non ſe continuerit, vxoris debeat remedio ſuſtentari. Ex Decret. Pap. Leon. tit. 25.

237. Quòd ſubdiaconis carnale connubium denegetur. Ex Decret. Pap. Leon. tit. 34.

238. Vt nulla pretia de baptizandis conſignandiſque fidelibus exigantur. Ex Decret. Pap. Gelaſ. tit. 5.

239. Preſbyterorum & diaconorum ordina-

dinationes certis debere celebrari temporibus. Ex Decret. Papæ Gelaſ. tit. 11.

240. Vt conſtitutis diebus virgines ſacræ velentur. Ex Decret. Papæ Gelaſ. tit. 12.

241. Vt viduæ non velentur. Ex Decret. Pap. Gelaſ. tit. 13. & 21.

242. Quòd dæmoniis aliiſque paſſionibus irretitis ſacra myſteria tractare non liceat. Ex Decret. cuius ſuprà, tit. 19.

243. Quòd ſecunda coniugia ſæcularibus non denegentur, quibus tamen pro hoc ipſo, ad clerum minimè conuenit aſpirare. Ex Decret. Pap. Gelaſ. tit. 22.

244. Vt ab Epiſcopis præceptione Papæ, nouæ baſilicæ dedicentur. Ex Decret. Pap. cuius ſupr. tit. 4. Et nulla baſilica ſub defunctorum conſtructa nomine dedicetur. Ex Decret. eiuſd. tit. 25.

245. Vt ſi quis Epiſcopus in crimine abſque tempore Synodi detentus fuerit, à duodecim Epiſcopis audiatur, presbyter verò à ſex, diaconus à tribus. Concil. Carthag. tit. 12. & 20.

246. De diuerſis ordinibus Eccleſiæ feruientibus, vt ſi quis in cauſam incurrerit, & abnuerit Eccleſiaſticum iudicium, debeat periclitari. Concil. ſupr. tit. 15.

247. Vt clericus qui ordinatur, moneri debeat conſtituta paterna ſeruare; maximè verò, vt corporibus mortuorum Euchariſtia & baptiſma non dentur. Concil. Carthag. tit. 18.

248. Vt Epiſcopi vel clerici, in eos qui Catholici non ſunt, nihil conferant. Concil. ſupraſcr. tit. 22. & 48.

249. De accuſato vel accuſatore. Concil. Carthag. tit. 30.

250. Quòd clerici qui Epiſcopis ſuis non obediunt vt promoueantur, nec illic manere debeant, vnde recedere noluerunt. Concil. Carth. tit. 31.

251. Vt ſi quis clericorum pauper promotus in ordine, aliquid poſtea habuerit, Eccleſiæ poteſtati ſubiaceat. Concil. ſupr. tit. 32.

252. Vt presbyteri rem Eccleſiæ in qua ſunt conſtituti, non vendant, & nulli Epiſcopo liceat rem tituli matris Eccleſiæ vſurpare. Concil. Carthag. tit. 33.

253. Vt paruuli qui apud Donatiſtas baptizantur, ſi conuerſi fuerint, ab ordinationibus non prohibeantur. Concil Carthag. tit 14 23. & 24. Item vt clerici Donatiſtarum in ſuis honoribus ſuſcipiantur. Concil. Carthag. tit. 35.

254. Vt Epiſcopi vel clerici filios ſuos non facilè emancipent. Concil. ſupraſcr. tit. 2.

255. Vt clerici vel continentes ad virgines & viduas non accedant. Concil. ſupraſcr. tit. 5.

256. Vt princeps ſacerdotum non appelletur Epiſcopus. Concil. Carthag. tit. 6.

257. Vt à ieiunis ſacerdotibus Deo ſacrificia celebrentur. Concil. Carthag. tit. 8.

258. De ſolicitudine pro virginibus gerenda. Concil. ſupraſcr. tit. 11.

259. Vt Epiſcopus non ordinetur in diœceſi quæ Epiſcopum nunquam habuit, niſi cum voluntate Epiſcopi ad quem ipſa diœceſis pertinet. Concil. Carthag. tit. 20.

260. Vt qui Epiſcopi in diœceſibus fuerint ordinati, diœceſim ſibi nullam vſurpent. Concil. ſupr tit. 23.

261. De reliquiis idolorum vel templis ab Imperatoribus abolendis. Concil. Carthag. tit. 25.

262. Vt clerici de iudicij ſui cognitione non cogantur in publico dicere teſtimonium. Concil. ſupr. tit. 26.

263. De paganorum conuiuiis auferendis. Concil. Carthag. tit. 27.

264. De ſpectaculis, vt in die Dominico, vel cæteris Sanctorum ſolemnitatibus minimè celebrentur. Concil. Carthag. tit. 28.

265. De hiſtrionibus Chriſtianis factis. Concil. ſupraſcr. tit 30.

266. De manumiſſionibus in Eccleſia celebrandis. Concil. Carthag. tit. 31.

267. Ne interuentor Epiſcopus cathedram vbi interuentor eſt, ſedeat. Concil. Carthag. tit. 41.

268. De Epiſcopis qui ad Concilia non occurrerunt Concil. ſupraſcr. tit. 43.

269. Vt de alieno monaſterio ſuſceptos, nec præpoſitos monaſterij, nec clericos liceat ordinari. Concil. Carthag. tit. 47.

270. Vt Epiſcopi qui ordinantur, ab ordinatoribus ſuis epiſtolas accipiant, quæ diem & Conſulem præferant. Concilio Carthag. tit. 56.

271. De his qui ſemel in Eccleſia legerint, ab aliis non poſſe promoueri. Concil. ſupr. tit. 57.

272. Concilium vniuerſale non niſi neceſſitate faciendum. Concil. Carthag. tit. 42.

273. Vt ab electis iudicibus prouocare

Nnn

non liceat. Concil. Carthag. tit. 63.& 89.

274. De plebibus quæ nunquam Epiſcopos habuerunt. Concil. ſupr. tit. 65.

275. De plebibus vel diœceſibus ex Donatiſtis conuerſis. Concil. ſupt. tit. 66.

276. De precibus ad altare dicendis. tit. 70. Concil. ſupr.

277. De his qui cùm in Africa non communicant, voluerint trans mare ſubripere. Concil. ſupr. tit. 72.

278. De plebibus conuerſis à Donatiſtis. Concil. ſupr. tit. 84.

279. De diœceſibus, qualiter eas diuidant inter ſe Epiſcopi tam Catholici, quàm qui ex Donati parte conuerſi ſunt. Concil. ſupr. tit. 85.

280. Vt ſi quam diœceſim Epiſcopus ab hæreſi liberans, triennio poſſederit, nullus eam repetat. Concil. ſupr. tit. 86.

281. De his qui in plebes, quas ad ſe putant pertinere, inconuentis his à quibus tenentur, irruerint. Concil. ſupraſcripto tit. 87.

282. De his qui plebes ad ſe pertinentes negligunt. Concil. ſupr. tit. 88.

283. Vt ſi Epiſcopus negligat ſuam diœceſim, communione priuetur. Concil. Carthag. tit. 90.

284. De Epiſcopis qui Donatiſtas communicaſſe mentiti fuerint. Concil. ſupr. tit. 91.

285. De presbyteris & clericis, vt non appellentur niſi Africana Concilia. tit. 92. Conc. ſupr.

286. De virginibus etiam minoribus velandis. tit. 93. Concilij ſupraſcr.

287. De Epiſcopo qui excommunicat eum quem ſibi ſoli crimen dicit eſſe confeſſum. Concil. Carth. tit. 99. Vt non temerè quemquam communione priuet Epiſcopus. tit. 100. Concil. ſupraſcr.

288. Contra impugnatores gratiæ Dei, & calumniatores S. Auguſtini. Ex Decret. Pap. Cæleſt. tit. 1. & 2.

289. Quòd Adam omnes homines læſerit, & nec quemquam niſi Chriſti gratiâ poſſe ſaluari. Ex Decret. Papæ Cæleſt. tit. 4.

290. Quòd nemo ſit bonus ſuis viribus, niſi participatione eius qui ſolus eſt bonus. tit. 5. cuius ſuprà.

291. Quòd niſi gratiâ Dei continuâ iuuemur, inſidias diaboli ſuperare non poſſumus. Ex Decretis PP. Cæleſtini tit. 6.

292. Quòd per Chriſtum libero bene vtamur arbitrio. Ex Decret. Pap. Cæleſt. tit. 7.

293. Quòd omnia Sanctorum merita, dona ſint Dei. Ex Decret. eiuſd. tit. 8.

294. Quòd omnis ſancta cogitatio & motus piæ voluntatis ex Deo ſit. tit. 9. cuius ſuprà.

295. Quòd gratia Dei non ſolùm peccata dimittat, ſed etiam adiuuet vt nec committantur, & lex impleatur, non, ſicut air Pelagius, facilè, quaſi ſine gratia Dei difficiliùs poſſit impleri. tit. 10. cuius ſuprà.

296. Quòd Sedis Apoſtolicæ omnes orationes Chriſti gratiâ reſonent, quâ genus humanum ab æterna damnatione reparatur. Ex Decret. eiuſd. Papæ Cæleſt. tit. 11.

297. Quòd gratiam Dei etiam baptizandorum teſtetur inſtituta purgatio, cùm exorciſmis & ſufflationibus, ſpiritus ab eis abigantur immundi tit. 12. cuius ſupr.

298. Quòd profundiores quæſtiones nec contemnendæ ſint, nec penitus adſtruendæ. tit. 13. cuius ſuprà.

299. Vt præter ſcripturas Canonicas nihil in Eccleſia legatur. Concil. Carthag. tit. 24.

300. Vt Epiſcopi & clerici non ordinentur, niſi omnes ſuos fecerint Chriſtianos. Concil. Carthaginenſi tit. 3.

EXPLICIVNT CAPITVLA.

INDEX RERVM

QVÆ CONTINENTVR IN FERRANDI Breuiatione Canonum, & Creſconij Breuiario Canonico.

A	Ferrandi	Criſconij
ABIECTVM clericum alia non admittat Eccleſia.	138	—
Aborſum quæ necant mulieres, vel abortum.	152	103
Abrenunciantes qui ad ſæculum reuertuntur.	—	78
Abſit ab Eccleſia Epiſcopus non plus tribus hebdomadibus.	—	160
Accubitus in Eccleſia prohibiti.	216	—
Accuſare non poteſt calumniator.	—	205
Accuſatio Epiſcopi.	—	143
-tio Epiſcopi, presbyteri & diaconi.	—	244
-tio quid obſeruandum requirit in Epiſcopo.	58	—
Accuſator Epiſcopi aut Clerici.	—	205
-tor eſto ſine crimine.	—	223
-tor excommunicatus ne eſto.	195	—
-tor ne ſit qui eſt inter reos.	194	—
-tor ne ſit ſeruus, libertus, hiſtrio, hæreticus, paganus, Iudæus.	196	—
-tor vt tuto loco perſtet.	198	—
Accuſatus accuſare non poteſt.	194	—
-tus clericus intra annum cauſam dicat.	136	—
-tus Epiſcopus ab Epiſcopis quinque diſcutitor.	51	—
-tus Epiſcopus in Eccleſia ad iudicia publica ne transferto.	67	—
-tus & accuſator.	—	249
-tus presbyter à ſex vel ſeptem Epiſcopis auditor.	96	—
Accuſati Epiſcopi ſedem nemo vſurpet.	—	150
Acolythos non faciāt presbyteri.	—	93
Acquiſita Epiſcopus Eccleſiæ reddito.	35	—
Actores ne ordinantor.	119. 125	—
Adam omnes læſit.	—	289
Adiudicatus Epiſcopus.	59	—
Adminiſtratio iudiciorum ſæcularium.	—	221
Adulter.	—	102
Adultera vxor bigamum maritum facit.	137	—
-ram vxorem clericus deſerat.	137	—
Adulteris mulieribus qui iunguntur.	—	118
-ras vxores qui habent.	—	102
Adulterium non minùs viro quàm fœmina interdictum.	—	222
-rium qui commiſit agat pœnitentiam.	151	—
Ægritudo. In ægritudine baptizatus ne fiat presbyter.	86	—
Ægrotus ſi baptizatur.	—	66
Ægroti ſi baptizantur, recuperatâ valetudine ſymbolum diſcant.	200	—
-ti baptizentur ſi pro eis teſtimonium quis dicat.	202	—
Ætas ordinandorum.	121	—
-tas presbyterorum.	85	—
Africana Concilia.	—	285
Agape nulla die Dominica.	216	—
ad agapen vocatus clericus, vel diaconus partem ne tollito.	109	—
ex agape partes ne accipiunto.	—	176
Agapas qui riſui ducunt.	—	130
Agenda ne presbyter ſine venia Epiſcopi celebrato vbique.	90	—
in Aleâ qui permanent communione priuantor.	—	43
Aleator ne ſit Epiſcopus.	—	43
Alienatio rerum Eccleſiaſticarum prohibita.	95	—
Alienus. Alienum clericum Epiſcopo Carthaginenſi licet ordinare.	230	—
Alienos ordinare non liceat.	—	269
Aliena parochia ne peruadatur ab Epiſcopis.	—	16
-nam Eccleſiam ne peruadant Epiſcopi.	—	145
-na in ciuitate clerici ne morantor.	135	—
-na in diœceſi Epiſcopus ne ordinator ſine venia Epiſcopi diœceſeos.	—	259
-na in parochia qui immolant.	—	141

	F.	C.
-na in prouincia Epiſcopus ne ordinato.	—	37
Altare. Altaris miniſtri ne ſecularia ſequuntor.	—	9
-re qui domi ſuæ confecit deponitor.	101	—
-ad Altare diaconi.	120	—
ad Altare ne intrecat presbyter priuſquam Epiſcopus egrediatur.	—	191
ad Altare mulieres ne ingrediantur.	222	—
ad Altare preces.	—	276
ad Altare quæ ſpecies offerũtur.	—	6
Ambitione qui ſedem mutant Epiſcopi.	—	148
Ambo. qui debeant in Ambone pſallere.	—	166
Ancillâ expulsâ vxor ſi admittitur, coniugium non duplicatur.	—	231
Angelus. ad Angelos nemo congregationem habeat.	184	—
-los qui colunt.	—	90
Appellare licet ad Sedem Apoſtolicam.	60	—
Appellantur Africana Concilia.	—	285
Appellatio ad Romanum Pontificem.	59	149
-tio à Primate differtur ad Concilium.	61	—
Apoſtolica Sedes de appellationibus iudicato.	59	149
-ca Sedis orationes Dei gratiâ reſonant.	—	296
Apothecarÿ ne ordinantor.	133	—
Arbitrium liberum cum Dei gratia.	—	290 291
Archiepiſcopus Epiſcopo donata ne vſurpato.	38	—
Ariolos qui domi ſua admittit, aut ipſe ariolatur, agat pœnitentiam.	154	—
Vide Magi.		
Arriani non rebaptizandi.	—	53
Auctoritas. Epiſcopus qui ſecundâ vel tertiâ auctoritate vocatus iudicio non ſiſtit, ſuſpenditor.	68	—
Auguſtini calumniatores.	—	288
Azyma à Iudæis nullus accipiat.	186	—
-ma Iudæorum ſi Chriſtiani comedunt.	—	71
B		
BALLARE & cantare in nuptiis non decet Chriſtianos.	188	—
Balnea Chriſtiani cum mulieribus ne habento.	205	—
-nea viri cum mulieribus ne habento.	—	178
Baptizare. Baptizentur Paulianiſtani.	173	—
Baptizatus Eccleſiæ baptiſmate ne denuo baptizator.	—	50
-tus in ægritudine ne fiat presbyter.	86	—
Baptizati cùm dubitatur in qua fide ſuſcipiendi per manus impoſitionem.	—	63
-ti, & eorum redditio.	—	183
-ti paruuli à Donatiſtis ordinatione non arcentur.	193	253
-ti quando ſunt energumeni.	—	216
-ti vngantur chriſmate.	201	—
Baptizandi ſymbolum fidei diſcant.	199	—
-dorum purgatio.	—	297
Baptiſma cum chriſmate.	177	—
-ma gratuitum eſto.	—	238
-ma hæreticorum ne approbator	—	49
-ma in nomine Trinitatis.	—	51
-ma in Paſcha & Pentecoſte.	—	212
-ma media ſeptimana.	—	182
-ma ne dator mortuis.	—	247
-ma trina fit merſione.	—	52
-mate teſtimonium neceſſarium.	202	—
-mate vt mos eſt chriſma datur	—	184
Baptiſmus datur mulieribus prægnantibus.	204	—
-mus in Quadrageſima poſt hebdomadas duas ne dator.	206	—
-mus iteratur in hæreticis.	175	—
-mus iteratur in hæreticis Cataphrygis.	178	—
-mus ſi dubitatur an datus ſit, confertor.	203	62
-mus ſi non ſponte iteratus eſt.	—	64
poſt Baptiſmum militiæ nomen ne dator.	3	—
Baſilica ſub defuncti nomine conſtructa ne dedicator.	—	243
-ca dedicatio Papæ præceptione fiat.	—	243
Benedictio ſimplex ad altare.	—	6
-nem non tribuunt ſubdiaconi.	—	174
Benedictiones Epiſcoporum.	192	—
Bigamus. Bigami ne admittantur in clero.	—	19
-morum in nuptiis orare non debet presbyter.	—	117
Vide Digamus.		
Bizacium.	220	—
Bonoſiaci hæretici.	59	—

	F.	C.
Bonum. Bona Eccleſiæ Epiſcopus diſpenſato.	36	—
Bona. Vide *Res.*		
Bonus nemo niſi Deus ſolus.	—	290
C		
CALICEM *ſubdiaconus ne benedicito.*	108	—
Calumniator non poteſt accuſare.	197	205
Caſtrare. Qui ſe caſtrarunt eximantur de clero.	145	—
Canalis. Si in canali ſunt Epiſcopi euntes ad comitatum ſolicitè diſcutiant.	—	157
Canones ne ſacerdos ignorato.	—	229
Canonici pſalta ſoli pſallunto.	131	—
Cantare in nuptiis non decet Chriſtianos.	188	—
Canticorum forma.	225	—
Cantores cum orariis officium ne agunto.	—	173
Captiui cibos immolatitios ſi comedant.	—	74
Carnes. Carnium eſum qui fugiunt clerici.	—	98
-nes qui manducant.	159	—
presbyteri à carnibus abſtinentes tangant eas & olera cum carnibus comedunto.	93	—
-nibus qui veſcuntur non abominandi.	—	122
Carthaginenſis Epiſcopi priuilegium.	230. 231	—
Carthaginem mittant Epiſcoporum nomina Primates.	84	—
Cataphrygæ heretici.	—	57
Catharæ admitti debent.	172	—
Catechumenus ſi poſt baptiſma vxorem amittit, & iterum aliam ducit, clericus ne eſto.	—	227
Catechumeni.	158	—
-ni lapſi.	—	80
-ni peccatores.	—	115
-ni qui idolis immolatunt.	—	89
-nis ne ſacramentum dator.	226	—
-nis præſentibus Epiſcopus ne ordinato.	29	—
Catechumena pragnans.	—	116
Cathedrâ ne ſedeat Epiſcopus interuentor eius qui iam interuenit.	—	267
Cathedralis Eccleſia cuius Epiſcopi eſt.	190	—
Cathedrales Eccleſiæ ſunt Epiſcopi tantùm.	—	119
Catholici ad hæreticorum ſpeluncas ne accedunta.	—	46
-cis conferãt Epiſcopi & clerici.	—	248

	F.	C.
Cauſa Epiſcopi à duodecim Epiſcopis auditor.	55	—
-ſam amittat Epiſcopus, qui plebem alterius Epiſcopi eo neſciente tenuerit.	25	—
-ſam peragunto clerici intra annum.	—	30
Cauſas presbyterorum Epiſcopus diſcutit.	51	—
in quibus Cauſis comitatum adire debeat Epiſcopus.	—	154
Centones in canticis nulli.	225	—
Chorea ne fiant in nuptiis. Vide *Ballare.*	188	189
Chorepiſcop⁹ quis, & eius officiũ.	79	96
Chriſma datur poſt baptiſma.	177	184
-ma ne presbyteri conficiunto.	91	93
-mate vnguntor baptizati.	201	—
Chriſtianitatis obtentu qui iugum ſeruitutis abiiciunt.	—	123
Chriſtianus. Chriſtiani cum mulieribus balnea non ingrediuntor.	205	—
-ni eſſe debent qui Epiſcopum, presbyteros & diaconos optant.	15	—
-ni in nuptiis ne ſaltent.	188	—
-ni ne iudaïzanto.	181	67
-ni qui azyma Iudæorum comedunt.	—	71
Cibos immolatitios ſi captiui comedunt.	—	74
Ciuitatibus modicis non ordinandi Epiſcopi.	—	152
Clericus ab hæreſi rediens maneto ſine promotione.	—	61
-cus ad agapen vocatus partem ne tollito.	109	—
-cus ad peregrina iniuſſu Epiſcopi ne proficiſcatur.	112	—
-cus conductor ne ſit, ne procurator.	70	194
-cus eſſe non poteſt qui vxorem duxerat priuſquam eſſet catechumenus, deinde illa mortuâ alteram duxit.	—	227
-cus eſto cui corpus non ſponte mutilatum.	—	225
-cus in duabus ciuitatibus ne miniſtret.	—	199
-cus inobediens ne promouetor.	—	250
-cus magus ne eſto, ne incantator.	110	90
-cus moneatur ſeruare paterna inſtituta.	—	247
-cus ne eſto cuius fuit vxor adultera.	136	—

	F	C.
-cus ne eſto qui duas ſorores habuit.	—	21
-cus ne eſto qui ſibi corpus mutilauit.	—	225
-cus ne eſto qui ſe ſponte eunuchizauit.	—	24.25
-cus ne eſto qui viduam duxit.	—	20
-cus ne facito phylacteria.	—	90
-cus ne fiat ex curialibus.	—	219
-cus ne fiat qui bigamus eſt.	—	19
-cus ne fiat qui pœnitentiam egit, nec pœnitentiam agat.	—	214
-cus ne vſuras exerceto.	115.123	—
-cus pauper ſi quid acquirat Eccleſiæ ſit.	—	251
-cus qui ſe eunuchizauit, abiiciatur.	—	24
-cus ſine iuſſu Epiſcopi non debet proficiſci.	—	180
Clerici accuſator.	—	205
Clericum alienum Epiſcopus ne ſuſcipito.	27	—
-cum abiectum alia non admittito Eccleſia.	138	—
-cum ordinare alienum Carthaginenſi licet Epiſcopo.	230	—
Clerici ad viduas, vel virgines ne accedunto ſine iuſſu Epiſcopi vel presbyteri.	132	255
Clerici apothecarij ne ordinantor.	133	—
-ci cum mulieribus.	122	—
-ci damnati ab aliis ne recipiuntor.	—	34
-ci damnati ſi adeunt Imperatorem.	—	142
-ci Donatiſtarum conuerſi in ſuis honoribus ſuſcipiuntor.	189	253
-ci eſum carnium diffugientes.	—	98
-ci fiant qui non ſponte ſe eunuchizant.	—	23
-ci in monaſterio.	—	269
-ci in ptochiis.	—	197
-ci ne cogantur dicere teſtimonium.	—	262
-ci ne conferant in eos qui Catholici non ſunt.	—	248
-ci ne filios ſuos facilè emancipent.	—	254
-ci ne morantor in aliena ciuitate.	135	—
-ci ne ordinantor ante annum xxv.	121	—
-ci ne ordinantor qui ſuos omnes non fecerint Chriſtianos.	—	300
-ci ne ſpectaculis interſint.	—	190

	F.	C.
-ci ne relinquant Eccleſias proprias.	—	17
-ci qui negauerunt.	—	77
-ci qui ſe caſtrant de clero eximuntor.	145	—
-ci qui vxores debeant habere.	—	28
-ci ſi appellant.	—	285
-ci ſuperbi coërceantur.	128	—
-ci tabernas ne ingrediuntor.	134	—
-ci vxores ne ducunto.	130	—
clericis damnatis communicare non licet.	—	30
-cis & monachis proficiſci non licet Epiſcopo inſcio.	—	207
Clericos alterius qui ſuſcipit Epiſcopus communione priuator.	—	18
-cos inuicem litigare dedecet.	—	198
-cos peregrinos ſine commendatitiis miniſtrare non decet.	—	201
cum damnatis Clericis non orandum.	—	14
Clerus. Clero nolente ne quis fiat Epiſcopus.	—	228
Cæmeteria ad orationem.	179	—
Cogitatio ſancta à Deo eſt.	—	294
Cognitionem accuſati Epiſcopi ſibi vendicat Epiſcopus.	52	—
Collecta in Martyrum commemorationibus.	—	140
Comitatus. Ad Comitatum ire debet Epiſcopus pupillorum & viduarum cauſâ.	—	156
ad Comitatum ire quibus in cauſis debeat Epiſcopus.	—	154
de diaconis ad Comitatum dirigendis.	—	155
ſolicitè diſcutiant Epiſcopi euntes ad Comitatum ſi in canali ſunt.	—	157
Commemorationes Martyrum.	—	140
-nes Martyrum ne fiant diebus ieiuniorum.	—	187
Commendatitiæ epiſtolæ vt fideles admittantur.	—	25.35
Communicare. Si communicat Epiſcopus cum Donatiſtis.	—	284
in Africa quidam non Communicant.	—	277
Communicant diaconi ad altare.	120	—
Communicare debent laïci.	—	12
-re debent poſt oblationem altaris miniſtri.	—	11
-re oportet in Eccleſia.	168	—

Digitized by Google

	F.	C.
-re presbyteris damnatis non licet.	—	30
diaconi ante presbyteros ne communicent.	106	—
Ne communicent in alia plebe clericus vel laïcus.	126	—
Ne communicent Epiſcopi cum excommunicatis.	53	—
Communio laica.	—	147.148
-nio priuatis.	—	232
Communionem qui tempore mortis petunt.	—	79
Communione non priuatur damnatus Epiſcopus, presbyter, nec diaconus.	—	27
-ne non priuetur qui pœnitentiam egit.	169	—
-ne priuetur Epiſcopus qui ciuitatem mutat.	—	147
-ne priuetur qui vxorem pellit.	—	107
-ne priuetur Epiſcopus qui clericos alterius ſuſcipit.	—	18
-ne priuetur laïcus qui ſe ennuchizauit.	—	26
-ne priuetur qui negligit ſuam diœceſim Epiſcopus.	—	283
-ne priuentur qui permanent in alea.	—	43
Concilium Nicænum.	217	—
-um plenarium.	21	—
-um poteſt diœceſim diuidere.	13	—
-um prouinciale bis in anno.	143	—
-um vniuerſale in cauſa communi.	144	272
Concilio occurrant Epiſcopi, aut excuſent ſe in tractoria.	75	—
-lio qui non occurrerit communione priuetur.	76	—
ſi ad Concilium non occurrit Epiſcopus.	—	268
ad Concilium ne admittitor Epiſcopus qui legationem ſuſcepit vniuerſalem.	77	—
Africana Concilia.	—	285
-lia bis in anno celebrentur.	—	39
-lia priſca vt ſeruentur.	218	—
Concilia ſcito Epiſcopus.	9	—
Concubina aliud, aliud vxor.	—	230
Concubinam habenti licet vxorem ducere.	—	230
Concupiſcentiam qui non adimpleuit.	157	114
Conductor ne ſit Epiſcopus monachus aut clericus.	70	194
conductores aut procuratores clerici ne ſunto.	70	—

	F.	C.
-res ne ſint ex officio Eccleſiaſtico vlli.	—	28
Conferre. Conferant nihil Epiſcopi, nec clerici eis qui Catholici non ſunt.	—	248
Confeſſio ſi reueletur.	87	287
Confirmationis ſacramentum.	—	65
Confiteri. Epiſcopus ne illum ſuſpendito, qui de peccato aliquo fuerit confeſſus.	73	—
Congregationes ad Angelos prohibita.	184	—
Coniugium. Coniugij duplicatio.	—	231
Coniugia qui presbyteri habeant.	—	111
Coniux. Coniuges ob repudium ad alias nuptias conuolare non poſſunt.	—	224
Coniurationes.	—	204
Conſcius. Conſcij corruptionis virginis.	—	106
Conſpirationes.	—	204
Contemptus Eccleſiæ.	—	124
-tus Epiſcopi.	—	33
Contendentes Epiſcopi comprouinciales audiant.	—	149
Contentio cùm fuerit oborta, Epiſcopos conſtituat primæ ſedis Epiſcopus.	83	—
-tio ſi accidit in Epiſcopi iudicatione.	—	143
-tio ſi ſurgat in Epiſcopi ordinatione.	—	1
Continentes ad viduas vel virgines ſine iuſſu Epiſcopi ne accedunto.	132	255
Continentiam profiteantur lectores, aut vxores ducant.	129	—
Contradicente vno ex tribus in ordinatione, alij addantur.	5	—
Contumaciâ Epiſcopus ab Epiſcoporum conſortio ſuſpenditor.	68	—
Conuentus Eccleſiæ qui ſpernunt.	—	124
-tus qui ſeorſum congregant.	—	33
Conuerſatio infantium.	—	2
Conuerſi ex Donatiſtis.	—	279
Conuiuari. Ne conuiuantor in Eccleſia clerici niſi tranſeuntes	71	—
Conuiuium ex ſymbolis diaconi vel laïci ne celebranto.	114	—
Conuiuia nemo habeat cum hæreticis.	182	—
-uia paganorum auferenda.	263	—
Conuiuiorum partes eorum quæ fiunt ex agape, accipi non debent.	—	176

	F.	C.
Vide *Prandia.*		
Corporale peccatum.	117	—
Corpus qui ſibi mutilat clericus ne eſto.	—	225
Corrumpere. Corrupta puella ſi deſponſata.	—	105
Corruptores virginum.	—	106
Criminales preces qui dicat eſto ſine crimine.	—	223
Crimẽ qui non probat eſt infamis	197	—
Criſma vide *Chriſma.*	—	—
Curam Eccleſiaſticarum rerum Epiſcopus habeto.	—	40
Curialis ne fiat clericus.	—	219

D

	F.	C.
DÆMONES *Angeli.*	—	—
Dæmoniis irretiti ſacra myſteria ne tractent.	—	241
Dæmonia ſufflationes abigunt.	—	297
Damnatio. Ab æterna damnatione Chriſti gratiâ reparatur genus humanum.	—	296
Damnatus Epiſcopus ab omnibus Epiſcopis prouinciæ ne aliò appellet.	63	—
-tus Epiſcopus Pontificem Romanum appellet.	59	149
Damnati clerici ab aliis ne recipiuntor.	—	34
-ti Epiſcopi aut clerici qui adeunt Imperatorem.	—	141
-ti pro crimine priſtinum officium ne vſurpanto.	—	30
-ti pro criminibus communione non priuantur Epiſcopi.	—	27
damnatis clericis communicare non licet.	—	30
cum damnatis clericis non eſt orandum.	—	14
Decima.	37	—
Dedicatio baſilicæ ne fiat à defuncto exſtructæ.	—	243
Defunctus. Defuncti nomine ſtructa baſilica ne dedicator.	—	243
Defunctis Euchariſtia ne dator.	227	232
Depoſitus Epiſcopus ad Imperatorem ne confugito.	66	—
Deſertor Eccleſiæ presbyter, ſi monitus non redeat, deponitor.	99	—
Diaconiſſæ mulieres.	—	202
Diaconium. A diaconio ſunt remoti ſubdiaconi.	—	171
Diaconus abſtineto ab vxore.	16	—
-nus ex ſymbolis conuiuium ne celebrato.	114	—
-nus in peccatum corporale ſi incidit abſtineto à miniſterio.	117	—
DELATVM *eſt ad nos in conuentu ſancti Concilij, ex directo glorioſi Domini noſtri Receceſuinthi Regis per illuſtrem Vvambanem, teſtamentum glorioſæ memoriæ* S. MARTINI *Eccleſiæ Bracarenſis Epiſcopi, qui & Dumienſe monaſterium viſus eſt conſtruxiſſe; vt reſerato eo, quid hic memoratus beatiſſimus vir decreuiſſet, noſtræ cognitioni pateſceret. Quo teſtamento in omnium conuentu relecto, comperimus ex ordine à memorato Principe ad nos eſſe directum: quoniam idem glorioſæ memoriæ ſanctiſſimus vir decreuerat, vt ſuccedentibus per ordinem Regibus, ad complementum eius, ipſius teſtamenti conſtitutio commendata maneret.*

Aimoinus Monachus de geſtis Francorum, lib. 3. cap. 38. aliàs 39.

EA *tempeſtate* B. MARTINVS *Gallicienſis migrauit ad Dominum. Hic Pannoniâ oriundus loca in Oriente circumiens, abundè ſe illis litteris imbuit; & per Galliciam reuertens, in baſilica, quæ prima apud Hiſpanos in honore S. Martini dedicata eſt, Pontifex ordinatus, triginta in hoc officio expleuit annos. Anno 7. Childeberti Regis, qui fuit 21. Chilperici atque Guntranni, &c.*

Sigebertus de Scriptoribus Eccleſiaſt. cap. 19.

MARTINVS *Epiſcopus Gallicienſis ſcripſit librum de Virtutibus quatuor ad Theudomirum Regem Galliciæ, quem libellum prætitulauit: Honeſtæ vitæ formulam.*

Idem ibidem cap. 117.

MARTINVS *Epiſcopus tranſtulit, per manum Paſchaſij diaconi, interrogationes & reſponſiones plurimas ſanctorum Ægyptiorum Patrum, in Dumienſi cœnobio.*

Rodericus Archiepiſcopus Toletanus, de Hunnorum, Vandalorum, Sueuorum, &c. hiſtoria cap. 20.

CATHOLICI *perſecutionem & pericula pertulerunt, donec regnauit Theodomirus, qui prædicatione* MARTINI *Dumienſis Epiſcopi fidei Catholicæ redonatus, eliminata ſpurcitia Ariana Sueuos reſtituit fidei vnitati. Hic Martinus Dumienſis Epiſcopus religione, doctrinâ, & fide præclarus, multa docuit & firmauit* in Eccleſiaſticis inſtitutis, *pro cuius memoria Eccleſia Galliciæ adhuc gaudet.*

Aubertus Miræus ſcholiis ad Iſidorum.

MARTINVS *Dumienſis in Galæcia monaſterij primùm Abbas & conditor, poſtea Bracarenſis in Luſitania Epiſcopus anno 572. floruit, Æra 598. Bracarenſi ſynodo primæ, & Æra 610. ſecundæ præfuit. Baronius exiſtimat ipſum anno 573. obiiſſe. Scripſit librum de quatuor virtutibus, falsò Senecæ à nonnullis attributum, ſiue Formulam honeſtæ vitæ, quæ tomo VI. Bibliothecæ Patrum extat. Iſidorus huic libro dat titulum de quatuor virtutum Cardinalium differentia. Idem* Collectionem Canonum ex Græcis ſynodis *adornauit, quæ in Tomis Conciliorum legitur. In appendice ad vitas Patrum typis Plantinianis 1628. editas, extant ſententiæ Ægyptiorum Patrum ab homine Græco anonymo collectæ, & à Martino Dumienſi in Latinum tranſlatæ. Fuit autem natione Pannonius, vt ex eius epitaphio conſtat.*

Garſias Loayſa Præfatione ad hæc Martini Bracarenſis Capitula in collectione Conciliorum Hiſpaniæ.

MARTINVS *Bracarenſis Epiſcopus Capitula edidit ſynodorum Græcarum quæ citantur à Gratiano cap. propter Eccleſiaſticas diſtinct. 18. Erat Græcus & hæc Capitula Græca Latina fecit, vocatur liber Capitulorum Martini. Hic cùm eſſet Græcus ad vtilitatem Eccleſiarum Hiſpaniæ hæc Capitula Græca Latina fecit, & alia quædam ex Latinis addidit, & à Græcis aliqua detraxit, vt eſt in cap. propter Eccleſiaſticas, quod deſumptum eſt ex Concilio Antioch. cap. 20. Alia etiam ex Toletanis Conciliis poſuit Græcus homo, & ad mores noſtrorum hominum Græcos ritus ſanctè & prudenter accommodauit.*

Antonius Auguſtinus Tarraconenſis Archiepiſcopus in iudicio de Collectoribus Canonum, quod extat parte ſecunda Epitomes iuris Pontificij.

HÆC *Martini Epiſcopi Capitula pro Martini Papæ in* Synodo *decretis olim habebantur, atque ita mendosè apud Gratianum & alios legebantur, ante Ant. Democharis editionem. Non ſunt autem omnia è Græcis Conciliis ſumpta, ſed quædam ſunt ex Concilio Toletano I. alia ex Bracarenſibus, maxima verò ex parte ſunt à Græcis ſumpta. aliquando non ita Latina facta vt Græcè habentur, ſed ex duobus aut tribus capitibus diuerſorum Conciliorum vno capite conſcripta.*

Idem Præfatione in antiquas Collectiones Decretalium.

SVPERIORIBVS *Græcis non diſſimiles fuerunt apud nos Martinus Bracarenſis, Dionyſius Exiguus, atque Creſconius: duo illi tantùm interpretes verborum, Creſconius artem aliquam excogitauit, quamuis & ipſe idem Martinus aliquem Canonum ordinem eſt ſecutus. Sed Creſconius locos edidit communes, in quos & Pontificum & Conciliorum decreta collocauit. Sed hic vſus eſſe videtur eo tantùm libro quem Corpus Canonum appellamus, in quo nulla Pontificum decreta ſunt ſupra Syricium Pontificem, nulla Concilia præter Græca & Africana, quæ etiam extant Græcè conſcripta. Idem Creſconius Ferrandi Car-*

Digitized by Google

thaginenſis diaconi mentionem facit, qui de eadem re breuiter ſcripſerit, Gratianus Fulgentij, niſi fortè idem ſit ſcriptor; horum nos ſcripta non vidimus.

Cardinalis Baronius Tomo VII. ad an. Chriſti 527.

QVOD *verò pertinet ad Collectionem & tranſlationem Græcorum Canonum à Dionyſio Exiguo factam, non id laboris idcirco ab ipſo ſuſceptum ſcias, quòd Latina Eccleſia hactenus caruiſſet eiſdem Canonibus latinitate donatis, ſed quòd ſiue vitio interpretis, ſiue librariorum incuria, iidem reperirentur valde mendoſi, qua re permotus, in opus incubuit, vt ipſe teſtatur in epiſtola ad Stephanum Salonitanum Epiſcopum, cuius meminit Caſſiodorus, quam integram habet Creſconiana Collectio, quod vnicum nobiliſſimi ingenij monumentum hîc tibi reddendum putauimus; ſic enim ſe habet, Domino venerabili, &c. Hucuſque præfatur ad Stephanum Salonit. Epiſc. Dionyſius apud Creſconium, qui in ſua collectione eiuſmodi Dionyſij collectionem Canonum tanquam rotam (ſecundùm Ezechielis viſionem) eſt in medio rotæ complexus. Subiecit verò his Creſconius. eam quam eodem fermè tempore Ferrandus Carthaginenſis Eccleſiæ diaconus elaborauit, ſed alio planè ordine, dum ſub vnoquoque collegit capite, & citando eos, non recitando qui diuerſorum Conciliorum de eadem re tractantes reperirentur Canones collocauit, quod opus iure Creſconius Breuiarium appellandum putauit. Sic igitur habes poſt primam illam mendis ſcatentem Canonum veterum Collectionem in idem opus primum omnium laboraſſe Dionyſium Exiguum, ſecundo loco Ferrandum Carthaginenſem diaconum, poſtea Martinum Epiſcopum Bracarenſem, vt ſuo tempore dicturi ſumus, quarto verò loco Creſconium Epiſcopum Africanum, de quo iſta in ſcripto codice, cuius eſt titulus Concordia Canonum, leguntur: Concordia Canonum à Creſconio Africano Epiſcopo digeſta ſub capitibus trecentis. Iſte bella & victorias quas Ioannes Patricius apud Africam de Sarracenis geſſit, hexametris verſibus deſcripſit. Hæc ibi: ex quibus intelligi poteſt quo tempore Creſconius vixerit.*

EXPLICATIO NOTARVM MARGINALIVM, quibus variæ Lectiones indicantur.

ANT. Aug. Antonius Auguſtinus in Epitome Iur. Pontif.

Grat. vel *Gr.* Gratiani Decretum.

Iſ. Iſidori Collectio Conciliorum, &c. Pariſiis apud Galeotum à Prato, an. 1524. edita.

L. Garſias Loaiſa in Collectione Concilior. Hiſp. edita Madriti, an. 1593.

MS. vel *Iſ. MS.* Iſidori, cognomento Mercatoris, *Corpus Canonum MS.* ex Biblioth. *Henr. Iuſtelli*, Chr. f.

Th. Codex MS. ex Biblioth. *Thuana*, cui tit. Defloratio Canonum.

Vulg. Editio vulgaris Martini Capitulorum apud Binium.

S^TI MARTINI DVMIENSIS MONASTERII ABBATIS, POSTEA EPISCOPI BRACARENSIS, COLLECTIO ORIENTALIVM CANONVM, AD CONCILIVM LVCENSE MISSA.

[a] *IN LIBRVM CAPITVLORVM, ex Græcorum Synodis collectorum,*

PRÆFATIO EIVSDEM S. MARTINI BRACARENSIS.

DOMINO [meo] beatiſſimo, atque Apoſtolicæ Sedis honore ſuſcipiendo, in Chriſto fratri [b] NITIGESIO Epiſcopo, vel vniuerſo Concilio Lucenſis Eccleſiæ, MARTINVS Epiſcopus. [c] Canones qui in partibus Orientis ab antiquis Patribus conſtituti ſunt, Græco priùs ſermone conſcripti ſunt: poſtea autem ſuccedenti tempore [d] in Latinam linguam tranſlati ſunt. Et quia difficile eſt vt ſimpliciùs aliquid ex alia lingua transferatur [e] in aliam; [f] ſimúlque & illud accidit, vt in tantis temporibus Scriptores, aut non intelligentes, aut dormitantes, multa prætermittant; & propterea [g] in ipſis Canonibus aliqua ſimplicioribus videantur obſcura. [h] Ideo viſum eſt, vt cum omni diligentia, & ea, quæ per tranſlatores obſcuriùs dicta ſunt; & ea, quæ per ſcriptores ſunt immutata, ſimpliciùs, & emendatiùs reſtaurarem: [i] id primùm obſeruans, vt illa,

[a] Epiſtola Martini Bracarenſis Epiſcopi ad Lucenſes Epiſcopos. *1ſ. MS.*

[b] Nitigi Coepiſcopo & vniuerſo. *1ſ. MS.*

[c] Sancti Canones. *L.*

[d] in Latina lingua. *L.*

[e] alteram. *L. 1ſ. MS.*

[f] ſimul quoque. *1ſ. MS.*

[g] in ipſos Canones aliqua apud ſimpliciores. *L.*

[h] Ideoque. *L.*

[i] hoc ſimul obſeruans. *L.*

quæ ad Epiſcopos, vel vniuerſum Clerum pertinent, vna [in] parte conſcripta ſint: ſimiliter & quæ ad Laïcos pertinent, ſimul ſint adunata: vt de quo Capitulo ſcire aliquis voluerit, poſſit celeriùs inuenire.

[*] Incipiunt Capitula Canonum à Martino Bracarenſe Epiſcopo collectorum. ad Epiſcopos ſcilicet pertinentium, vel ad Clerum. Iſ. MS.

[*] TITVLI CANONVM IN HAC Collectione contentorum, & primùm Capitula Canonum ad Epiſcopos, & Clericos pertinentium.

		EX EDITIONE VVLGARI.	Ex MS. Cod. Biblioth. Thuanæ.
	I.	*DE electione Epiſcopi.*	I. *DE electione Epiſcopi.*
[a] ordinando Epiſcopo. *L.*	II.	*De [a] ordinatione Epiſcopi.*	II. *De ordinatione Epiſcopi.*
[b] Epiſcopi. *Iſ. MS.*	III.	*De euacuanda ordinatione [b] quæ abſente Metropolitano fuerit facta.*	III. *De euacuanda ordinatione, quæ abſente Metropolitano fuerit facta.*
	IV.	*De Primatu Metropolitani.*	IV. *De Primatu Metropolitani.*
[c] De his qui per ambitionem de ciuitate inferiori ad maiorem tráſeunt. *Iſ. MS.*	V.	*[c] De eo, qui per ambitionem de inferiori ciuitate ad maiorem [d] tranſire voluerit.*	V. *De his qui per ambitionem de inferiori ciuitate ad maiorem tranſire volunt.*
[d] tranſiens vult agere clericatum. *L.*	VI.	*De non [e] mutandis parochiis.*	VI. *De non vitanda parochia.*
[e] mutanda parochia. *L.*	VII.	*De præſumptione alienæ diœceſis.*	VII. *De præſumptione alienæ diœceſis.*
[f] ſibi ab. *Iſ. MS.*	VIII.	*De non conſtituendo [f] Epiſcopo ſucceſſore.*	VIII. *De non conſtituendo Epiſcopo ſucceſſore.*
[g] inreptione. *L.*	IX.	*De [g] irruptione vacantis Eccleſiæ.*	IX. *De irruptione vagantis Eccleſiæ.*
[h] vagante. *L.*	X.	*De Epiſcopo per neceſſitatem [h] vacante.*	X. *De Epiſcopo per neceſſitatem vagante.*
	XI.	*De contemptore Epiſcopo.*	XI. *De contemptore Epiſcopo.*
	XII.	*De ſeditioſo Epiſcopo.*	XII. *De ſeditioſo Epiſcopo.*
[i] De ſenioribus iudicij. *Iſ.*	XIII.	*[i] De diſſenſione [k] iudicij.*	XIII. *De diſſenſione iudicij.*
[k] Iudicum. *Iſ. MS.*	XIV.	*De Epiſcopi præſumptione in rebus Eccleſiæ.*	XIV. *De præſumptione Epiſcopi in rebus Eccleſiæ.* MS.
[l] De rebus Eccleſiæ vel Epiſcopi. *Iſ. MS.*	XV.	*[l] De rebus Eccleſiaſticis gubernandis.*	XV. *De rebus Eccleſiaſticis gubernandis.*
	XVI.	*De rebus Eccleſiæ diſpenſandis.*	XVI. *De rebus Eccleſiæ diſpenſandis.*
[m] ex vaſis miniſterij Eccleſiæ aliquid vendiderint. *L.*	XVII.	*De his qui [m] de miniſterio Eccleſiæ aliquid vendunt.*	XVII. *De his qui de miniſterio Eccleſiæ aliquid vendiderint.*
	XVIII.	*De Synodo facienda.*	XVIII. *De Synodo facienda.*

XIX. *De Epiſcopo qui noluerit venire ad ſynodum.*	XIX.	*De Epiſcopo, qui [n] noluerit venire ad ſynodum.*	[n] ad ſynodum venire diſtulerit. *Iſ. MS.*
XX. *De legitima ætate ordinandi presbyteri.*	XX.	*De legitima ætate ordinandi [o] presbyteri.*	[o] preſbyteros. *Iſ. L.*
XXI. *De eunuchis qui ab aliis fiunt, vel qui ſibi naturalia abſcidunt.*	XXI.	*De eunuchis, qui ab aliis fiunt [p], vel qui ſibi naturalia [q] abſcindunt.*	[p] & qui ſibi ipſis. *L.* [q] abſcidunt. *Iſ. MS.*
XXII. *De neophytis.*	XXII.	*De neophytis.*	
XXIII. *De pœnitente non admittendo ad clerum.*	XXIII.	*De pœnitente non admittendo ad clerum.*	
XXIV. *De his qui ſine diſcuſſione aut presbyteri, aut diacones ordinati ſunt.*	XXIV.	*De his, qui [r] indiſcuſſi aut presbyteri, aut [s] diaconi [t] ordinati ſunt.*	[r] ſine diſcuſſione, aut preſbyteri, aut diacones. *L.* [s] diacones. *L. Iſ. MS.* [t] ordinantur. *Iſ. MS.*
XXV. *De presbyteris, & diaconibus, qui poſt ordinationem denotantur.*	XXV.	*De presbyteris, vel diaconibus, qui poſt ordinationem denotantur.*	
XXVI. *De his qui viduas, aut dimiſſas ducunt, aut in malis conſiliis mixti ſunt.*	XXVI.	*De his, qui [u] viduas aut dimiſſas ducunt [x].*	[u] duas. *MS.* [x] aut in malis conſiliis mixti ſunt. *L.* aut homicidij vel facto, vel præcepto, vel conſilio, vel defenſione ſunt conſcij. *MS.*
XXVII. *De fornicatoribus clericis.*	XXVII.	*De fornicatoribus clericis.*	
XXVIII. *De his quorum vxores mœchantur.*	XXVIII.	*De his quorum vxores mœchantur.*	
XXIX. *De viduis clericorum.*	XXIX.	*De viduis clericorum.*	
XXX. *De filia Epiſcopi vel presbyteri, quæ deuota fuerit, & peccauerit.*	XXX.	*De filia Epiſcopi, vel presbyteri [y], [quæ fuerit deuota, & peccauerit.]*	[y] ſiue diaconi. *L.*
XXXI. *De deuota peccante quæ ſe maritauerit.*	XXXI.	*De deuota [z] peccante, vel quæ ſe maritauerit.*	[z] vel peccante quæ. *Iſ.*
XXXII. *De ſubintroductis adoptiuis mulieribus.*	XXXII.	*De ſubintroductis adoptiuis mulieribus.*	
XXXIII. *De non recipiendis clericis vagis, & de infirmanda ordinatione eius qui ſine conſenſu Epiſcopi ſui ab alio Epiſcopo ordinatus eſt.*	XXXIII.	*De non recipiendis clericis [a], & de infirmanda ordinatione eius, qui ſine [b] Epiſcopi ſui licentia ab alio Epiſcopo [c] ordinatur.*	[a] vagis, & de ordine eius qui ſine Epiſcopi licentia ab alio Epiſcopo ordinatus eſt. *MS.* [b] conſenſu Epiſcopi. *L.* [c] ordinatus eſt. *L.* [d] & Epiſcopis eos ſuſcipientibus. *MS.*
XXXIV. *De clericis deſertoribus.*	XXXIV.	*De clericis deſertoribus [d].*	
XXXV. *De importunis clericis.*	XXXV.	*De importunis clericis.*	
XXXVI. *De purganda opinione hæreſis.*	XXXVI.	*De purganda opinione hæreſis.*	
XXXVII. *De clericis excommunicatis.*	XXXVII.	*De clericis excommunicatis.*	

Digitized by Google

[e] in ſecundis nuptiis non vadant. *L.* vt preſbyteri ad, &c. *Iſ.*	XXXVIII.	*De presbyteris vt [e] ad ſecundas non vadant nuptias.*	XXXVIII. *De presbyteris, vt in ſecundis nuptiis non vadant.*
[f] diaconum. *Iſ.*	XXXIX.	*De his, qui ad [f] diaconatum eliguntur.*	XXXIX. *De his, qui ad diaconium eliguntur.*
[g] liceat diac. non iuſſum. *L.* Liceat diaconem ante preſbyterum iniuſſum. *MS.*	XL.	*[De eo] quod non [g] licet diaconum niſi iuſſum ſedere.*	XL. *Non licere diaconum ante presbyterum ſedere.*
[h] liceat quemlibet vt miniſteria tangat. *L.* Liceat quemlibet ſacra miniſteria tangere. *MS.*	XLI.	*[De eo] quod non [h] licet quemlibet ſacra myſteria tangere.*	XLI. *Vaſa dominica non niſi à ſubdiaconibus tangenda.*
[i] ſacrario. *L.*	XLII.	*Vt mulieres in [i] ſacrarium non intrent.*	XLII. *Ne mulieres in ſecretarium ingrediantur.*
[k] Ne. *Iſ.*	XLIII.	*[k] Si lector alterius viduam duxerit.*	XLIII. *De lectore qui viduam alterius acceperit.*
	XLIV.	*Si ſubdiaconus ſecundam duxerit vxorem.*	XLIV. *De ſubdiacono ſecundam vxorem ducente.*
	XLV.	*Vt non aſcendat in pulpitum niſi lector.*	XLV. *Non licere in pulpito niſi lectores pſallere aut legere.*
[l] inordinandis, niſi cum conſenſu patronorum. *L.* [m] niſi conſenſu. *Iſ.* [n] patronorum. *MS. Th.*	XLVI.	*De conditionalibus [l] non ordinandis niſi [m] cum conſenſu [n] patroni.*	XLVI. *De his qui ſeruili conditione obligantur.*
[o] in clerum. *MS.*	XLVII.	*De non ſuſcipiendis ſeruis alienis [[o] in clero.]*	XLVII. *De eo qui ſeruum docuerit vt contemnat dominum ſuum.*
	XLVIII.	*De non celebrandis natalitiis Martyrum in Quadrageſima.*	XLVIII. *Non licere in Quadrageſima natales Martyrum, vel nuptias celebrari.*
[p] infantes ad baptiſmum niſi ante tres ſeptimanas Paſchæ. *L.* [q] tres, infantes. *Iſ. & MS.*	XLIX.	*Non debere ſuſcipi [p] ante duas hebdomadas, ſed ante tres, [q] ad Baptiſmum.*	XLIX. *De tempore baptizandorum.*
	L.	*De non ſoluendo ieiunio in quinta feria Paſcha.*	L. *Non licere quinta feria ante Paſcha ieiunium ſoluere.*
[r] chriſma conficienda. *L.*	LI.	*De [r] chriſmate conficiendo.*	LI. *Omni tempore Epiſcopum chriſma poſſe conficere.*
	LII.	*Non liceat presbytero coram Epiſcopo chriſmare.*	LII. *Presbyterum Epiſcopo præſente, niſi ipſo iubente, infantes non debere ſignare.*
[s] non licere preſbyterum præſente Epiſcopo. *MS.* [t] in baptiſterio. *L.*	LIII.	*Non [s] liceat presbytero ante Epiſcopum [t] in baptiſterium introire.*	LIII. *Ne presbyter in baptiſterium Epiſcopum præcedat.*
[u] Quid in altario offerre oportet. *L.* Quid in ſacrificio of. oporteat. *MS.*	LIV.	*De prægnantibus baptizandis.*	LIV. *Mulierem prægnantem baptiſmi gratiam poſſe accipere.*
[x] De non ieiunanda die Dominica, nec genuflectendo ſimiliter vt in quadrageſima. *L.*	LV.	*[u] Quæ in altari offerri oportet.*	LV. *Quid in ſanctuario offerendum ſit.*
	LVI.	*De presbyteris foraſticis.*	LVI. *De foraſticis presbyteris.*
	LVII.	*[x] De non ieiunando [in] die*	LVII. *Ne presbyter die Domi-*

Digitized by Google

nica, cauſa Religionis ieiunet: & ne à Paſcha vſque ad Quinquageſimam ſe in oratione proſtret.		[y] *Dominico, neque genua flectendo.*	[y] Dominica, vel quo tempore genua flecti liceat. *MS.*
LVIII. *De abſtinentibus.*	LVIII.	*De* [z] *guſtandis carnibus, & non execrandis.*	[z] præguſtandis. *L.*
LIX. *Ne clerici in nuptiis, vel in conuiuiis aliqua ſpectacula cernant.*	LIX. aliàs 60.	*[De eo] quod non liceat ſacerdotibus, vel clericis, ſpectaculis intereſſe.*	
LX. *Ne clerici incantatores ſint.*	LX. aliàs 59.	*[De eo] quod non liceat ſacerdotibus, vel clericis* [a] *incantaturas, & ligaturas facere.*	[a] incantatorias, & contrarias ligaturas. *Iſ.* Incantatorias ligaturas fac. *MS.*
LXI. *Non licere clericis conuiuia facere.*	LXI. aliàs 62.	*[De eo] quod non liceat conuiuia facere de conſertis.*	
LXII. *De fœneratoribus.*	LXII. aliàs 61.	*De vſuris vel negociorum lucris.*	
LXIII. *De clericis qui matutinis vel veſpertinis horis ad Eccleſiam non conueniunt.*	LXIII.	*De clericis, qui ad matutinum, vel* [b] *veſpertinum non conueniunt.*	[b] Veſpertinum officium. *L.* Veſp. quotidianum officium. *MS.*
LXIV. *Clericum die Dominico ab Eccleſia deeſſe non debere.*	LXIV.	*[De eo] quod non liceat* [c] *clericis [die] Dominico ab Eccleſia abſentari.*	[c] clericos Dominico. *L.*
LXV. *Ne clerici vel laïci religioſi ante horam diei tertiam conuiuentur.*	LXV.	*De eo, quod non liceat clericis ante horam tertiam prandere.*	
LXVI. *Ne clerici comam nutriant.*	LXVI.	*De attondenda coma clericorum, &* [d] *habitu ornato.*	[d] vel habitu ordinato. *L.* De Tonſura clericorum vel habitu. *MS.*
LXVII. *Vt nulla ſcriptura niſi Canonica in Eccleſia legantur.*	LXVII.	*[De eo] quod non liceat pſalmos poëticos in Eccleſia* [e] *dicere,* [f] *& libros apocryphos* [g] *legere.*	[e] dici. *MS.* [f] vel. *L.* [g] legi. *MS.*
LXVIII. *Sacramenta nuſquam diſtribuenda niſi in Eccleſia, aut in baſilica vbi ſunt Martyrum reliquiæ.*	LXVIII.	*[De eo] quod non liceat ſuper monumenta mortuorum* [h] *Miſſas* [i] *tenere.*	[h] Miſſam. *L.* [i] teneri. *MS.*

CAPITVLA CANONVM
ad laïcos pertinentium.

Ex MS. Cod. Biblioth. Thuanæ.		EX EDITIONE VVLGARI.
LXIX. NE *Chriſtiani ad mortuorum ſepulchra prandia deferant.*	LXIX.	*[DE eo] quod non liceat Chriſtianis prandia ad monumenta portare.*

LXX. [De eo] quod non liceat [a] clericis, vel laïcis Catholicis ab hæreticis Eulogias accipere, aut cum ipſis & ſchiſmaticis orare.

LXX. Ne clerici vel laici ab hæreticis Eulogias accipiant.

LXXI. [De eo] quod non liceat Chriſtianis obſeruationes diuerſas attendere.

LXXI. De his qui ſortilegos in domum ſuam introducunt.

LXXII. [De eo] quod non liceat Chriſtianis tenere traditiones Gentilium, [b] & obſeruare lunæ, [c] aut ſtellarum curſus.

LXXII. Ne Chriſtiani Gentilium traditiones teneant.

LXXIII. aliàs 74. [De eo] quod non liceat [d] obſeruare Kalendas.

LXXIII. Ne Chriſtiani diem Kalendarum agant.

LXXIV. aliàs 75. [De eo] quod non liceat medicinales herbas [cum] aliqua obſeruatione colligere.

LXXIV. De collectionibus herbarum.

LXXV. aliàs 76. [De eo] quod non liceat [e] feminas Chriſtianas in lanificiis [ſuis] aliquid obſeruare.

LXXV. De feminis Chriſtianis, ne in lanificiis vanitatem obſeruent.

LXXVI. aliàs 77. De [f] adulteriis.

LXXVI. De adulteriis.

LXXVII. aliàs 78. De mulieribus fornicariis, & [g] abortum facientibus.

LXXVII. De mulieribus quæ fornicatæ fuerint, & natos ſuos occiderint.

LXXVIII. aliàs 79. De homicidio voluntario, vel non voluntario.

LXXVIII. De his qui homicidium voluntate aut non voluntate fecerint.

LXXIX. aliàs 80. De muliere quæ duos fratres [in] coniugio, [h] & viro qui duas ſorores [i] habuit.

LXXIX. De inceſtis coniunctionibus.

LXXX. aliàs 81. De his, qui [k] nuptias iterauerint.

LXXX. De his qui multis copulantur nuptiis.

LXXXI. aliàs 82. De his qui ſe [cum] animalibus commiſcuerint.

LXXXI. De his qui cum animalibus commixtione peccant.

LXXXII. aliàs 83. De his, qui vſque ad finem vitæ in peccatis perdurant, & in exitu communionem [l] petunt.

LXXXII. Nulli morienti viaticum denegandum.

LXXXIII. aliàs 84. De his qui intrantes [in] Eccleſiam, [m] propter luxuriam ſacramento ſe abſtinent.

LXXXIII. De his qui in Eccleſia ſacras Scripturas audiunt, & pro luxuria ſua à Sacramenti communione ſe auertunt.

LXXXIV. aliàs 85. [n] De excommunicatis.

LXXXIV. De his qui excommunicatis communicauerint.

---

[a] cathedras ab hær. *Iſ.*
[b] LXXIII. Vt non liceat obſeruare lunas aut ſtellarum curſus. *Iſ.* Vel obſeruare lunas. *MS.*
[c] & *L.*
[d] Kalendas obſeruare. *MS.*
[e] mulieres. *L.*
[f] Adulteris. *L.* Adulteris viris vel mulierib. *MS.*
[g] abortiuum. *Iſ.* Quæ partus ſuos occiderint, vel abortum fecerint, aut ne concipiant laborauerint. *MS.*
[h] vel. *L.*
[i] habuerit. *MS.*
[k] nuptiis inruunt. *L.*
[l] accipiunt. *L.*
[m] & audientes ſacram ſcripturam per ſuam incontinentiam. *MS.*
[n] De his qui cum excommunicatis communicaue-runt, vt & ipſi excommunicentur. *MS.*

PARS PRIMA.

DE PERSONIS ET REBVS, AC RITIBVS ECCLESIASTICIS.

I.

Concilij Laodiceni Can. 13.

De eo quod non ſit populis concedendum electionem facere eorum, qui altaris miniſterio ſunt applicandi.

Eiuſdem Conc. Can. 12.

Epiſcopum non oportet præter iudicium Metropolitanorum, & finitimorum Epiſcoporum conſtitui ad Eccleſiæ principatum. Non eligantur niſi quos multò antè nota probabilis vita commendat: & nihilominùs ſi in ſermone fidei, & recta ratione, per ſuam conuerſationem fuerint probati.

II.

Conc. Nicæni I. Can. 4.

EPISCOPVM *oportet ab omnibus Epiſcopis, ſi fieri poteſt, qui ſunt in eius prouincia, ordinari. Si verò hoc difficile fuerit vel aliquâ vrgente neceſſitate, vel itineris longitudine: certè tres Epiſcopi debent in vnum eſſe congregati; ita vt etiam cæterorum, qui abſentes ſunt, conſenſum litteris teneant, & ita faciant ordinationem. Poteſtas ſanè, vel confirmatio pertinebit, per ſingulas prouincias ad metropolitanum Epiſcopum.*

III.

Conc. Antioch. Can. 19.

EPISCOPVM *non ordinandum ſine conſilio & præſcientia metropolitani Epiſcopi: cui melius erit, ſi ex omni prouincia congregentur Epiſcopi. Quod ſi fieri non poteſt, hi qui adeſſe non poſſunt propriis litteris conſenſum ſuum de ipſo deſignent. Et tunc demùm, poſt plurimorum, ſiue per præſentiam, ſiue per litteras conſenſum, ſententiâ conſonâ ordinetur. Quod ſi aliter quàm ſtatutum eſt, fiat; nihil valere huiuſmodi ordinationem. Si verò etiam ſecundùm definitas regulas ordinatio celebratur: contradicant autem aliqui propter proprias domeſticas ſimultates: his contemptis, ſententia de eo obtineat plurimorum.* Th.

CAP. SIVE CANON I.

De electione Epiſcopi.

NON [a] licet populo electionem facere [eorum] qui ad ſacerdotium [b] promouentur: ſed [c] iudicium ſit Epiſcoporum; vt ipſi eum, qui ordinandus eſt, probent, ſi in ſermone & fide, & in [d] ſpirituali vita edoctus [e] ſit.

[a] liceat. L.
[b] prouocantur. L. Iſ. Th.
[c] iudicium Epiſcoporum eſt. Iſ.
[d] ſpiritali. Val.
[e] eſt. L.

II. *De Ordinatione Epiſcopi.*

EPISCOPVM oportet, maximè quidem ab omni Concilio conſtitui: ſed ſi hoc, aut pro neceſſitate, aut pro [a] longinquitate itineris difficile fuerit; ex omnibus tres [b] colligantur: & omnium præſentium, vel abſentium ſubſcriptiones teneantur; & ſic poſtea ordinatio fiat. Huius autem rei poteſtas in omni prouincia ad metropolitanum [c] pertinet Epiſcopum.

[a] longitudine. MS.
[b] eligantur. MS.
[c] pertineat. L.

III. *De euacuanda ordinatione, quæ abſente Metropolitano fuerit facta.*

NON debet ordinari Epiſcopus abſque conſilio, [a] & [b] præſentia metropolitani Epiſcopi. Adeſſe autem oportet omnes, qui ſunt in prouincia ſacerdotes; quos per ſuam debet epiſtolam [Metropolitanus] conuocare. Et [c] quidem ſi omnes [d] concurrerint, bene: [e] ſi autem hoc difficile fuerit, [f] plures oportet [g] concurrere. Qui autem non [h] conuenerint, præſentiam ſui per [ſuas epiſtolas] faciant: Et ſic omnium facto conſenſu, ordinationem Epiſcopi fieri oportet. Si autem aliter, præter quod à nobis terminatum eſt, fuerit factum, talem ordinationem nihil [i] valere decernimus. [k] Si autem ſecundùm Canones ordinatio Epiſcopi fuerit facta; [l] & aliquis cum malitia in aliquo contradixerit, plurimorum [m] conſenſus obtineat.

[a] vel. MS.
[b] præſcientia. Th.
[c] ſiquidem omnes. L.
[d] occurrerint, melius. L. occurrerint, benè MS.
[e] ſin. Iſ.
[f] pluriores. L. Th.
[g] occurrere. MS. L. Th.
[h] venerint. L.
[i] prævalere. L. Iſ. Th. MS.
[k] Sin. Iſ.
[l] ſi quis cum malitia. Iſ. Et aliquis contrà ſuà malitiâ. L. Et aliquis cum ſuâ malitiâ. Th. MS.
[m] ſenſus. Iſ.

Digitized by Google

IV. *De Primatu Metropolitani.*

PER ſingulas prouincias oportet [a] Epiſcopos [b] cognoſcere Primatum metropolitani Epiſcopi : & ipſum [Primatus] curam ſuſcipere : nihil autem agere reliquos Epiſcopos præter eum, ſecundùm quod antiquitùs à Patribus noſtris conſtiturum, continetur in canone. Propter quod & metropolitanus [Epiſcopus] [c] nihil [ſibi] præſumptiuè aſſumat abſque conſilio cæterorum.

[a] Epiſcopum. *L.*
[b] cognoſcere metropolitanum Epiſcopum. *Th. Iſ. & MS.*
[c] nihil præſumptione. *Th.*

IV.

Eiuſdem Conc. Antioch. Can. 9.

PER *ſingulas prouincias Epiſcopos ſingulos ſcire oportet Epiſcopum metropolitanum qui præeſt, curam & ſollicitudinem totius prouinciæ ſuſcepiſſe, propter quod ad metropolitanam ciuitatem, ab his qui cauſas habent, concurratur. Quapropter placuit eum & honore præcellere, & nihil vltra ſine ipſo reliquos Epiſcopos agere, ſecundùm antiquum Patrum noſtrorum Canonem : niſi hoc tantùm quod vniuſcuiuſque Eccleſia per ſuam diœceſim competit. Vnumquemque enim oportet Epiſcopum habere ſuæ diœceſis poteſtatem, &c. Nec Metropolitanus ſine cæterorum aliquid gerat conſilio ſacerdotum.*

V. *De eo qui per ambitionem à minori ciuitate ad maiorem tranſire vult.*

SI quis [a] particeps alicuius fuerit ambitionis inuentus, ſiue Epiſcopus, ſiue preſbyter, vel diaconus, de inferiori ciuitate non tranſeat ad maiorem. Quòd ſi quis contra hæc magni Concilij conſtituta [b] importunus extiterit : [c] omni modo euacuetur huiuſmodi factum; & ſuæ iterùm reſtauretur Eccleſiæ, [d] cui Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus priùs [e] fuerat conſtitutus.

[a] in parte alicuius fuerit ambitioſior inuentus. *L. Th* in parte alicuius fuerit ambitioſus inuentus. *MS.*
[b] importunis. *Iſ.*
[c] omnimodis. *L.*
[d] cuius. *L.*
[e] fuerit. *L.*

V.

Conc. Nicæ. Can. 15.

PROPTER *multas perturbationes, & frequentes tumultus ſeditionum, quæ fieri ſolent : placuit omnino abſcindi iſtam conſuetudinem, quæ contra regulam eſt, ſicubi tamen ſit : id eſt ne de ciuitate ad ciuitatem tranſeat vel Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus. Si quis verò poſt hæc ſtatuta ſancti huius Concilij, tale aliquid agere tentauerit : infringatur omni genere huiuſcemodi conatus, & reſtituatur propriæ Eccleſiæ, in qua ordinatus eſt.*

Conc. Sardic. Can. 1.

Oſius Epiſcopus dixit : Non minùs mala conſuetudo, quàm pernicioſa corruptela funditus eradicanda eſt : Ne cui liceat Epiſcopo de ſua ciuitate ad aliam ciuitatem tranſire. Manifeſta eſt enim cauſa quâ hoc facere tentant: Cùm nullus in hac re inuentus ſit Epiſcopus qui de maiore ciuitate ad minorem tranſiret. Vnde apparet auaritiæ eos ardore inflammari, & ambitioni ſeruire, & vt dominationem exerceant. Si ergo omnibus placet vt huiuſmodi pernicies auſteriùs vindicetur, nec laïcam communionem habeat qui talis eſt. Vniuerſi dixerunt, placet.

VI. *De non mutanda parochia.*

EPISCOPVM à propria parochia non liceat tranſite in aliam, neque ſua ſponte introire, neque [a] inuitatum, neque [b] ab Epiſcopo coactum : ſed permaneat in loco in quo à Deo eſt ordinatus, & in ea [c], quam ſortitus eſt, Eccleſia, ſecundùm antiquum [d] Canonum [e] conſtitutum.

[a] inuitatus, neque ab Epiſcopo coactus. *L.*
[b] à populo. *MS.*
[c] eam quam ſortiuit Eccleſiam. *L.*
[d] Canonem. *Th.*
[e] inſtitutum. *L.*

VI.

Concil. Antioch. Can. 21.

EPISCOPVM *de diœceſi ad diœceſim alteram non debere tranſire, neque ſi ſe ipſum ingeſſerit; neque ſi à populis fuerit violenter attractus, neque ſi etiam hoc ei ab Epiſcopis ſuadeatur. Manere autem eum debere in Eccleſia Dei, quam ab initio ſortitus eſt : & non ab ea alibi demigrare, ſecundùm regulam ſuper hoc olim à Patribus conſtitutam.*

VII. *De præſumptione alienæ diœceſis.*

SI quis Epiſcopus non per [a] ſcripturam metropolitani Epiſcopi, aut qui cum eo ſunt, rogatus, de alia prouincia in aliam venerit : ſed [b] præſumptiuè irruens ad ordinationem, & conſtitutionem clericorum, qui ad illum non pertinent, importunus exiſtat : vacua [c] ſint, & inania [omnia] quæ ab

[a] ſcripta. *L.*
[b] præſumptione. *Th.*
[c] ſunt. *Iſ.*

VII.

Concil. Antioch. Can. 13.

NVLLVM *Epiſcopum audere ex alia prouincia ad aliam tranſitum facere, & ordinare aliquos in Eccleſiis, aut proferre ad ſacrum miniſterium : nec alios illuc attrahat Epiſcopus, niſi fortè per litteras rogatus abierit. Non ſolùm autem à Metropolitano, ſed ab his, qui cum eo ſunt, omnibus ipſius prouinciæ Epiſcopis. Quòd ſi nullo inuitante,*

inordinatè ſuperueniat, & aliquos vel ordinare præſumpſerit, vel quoſlibet illi Eccleſiæ competentes, qui ad ſe minimè pertinent, vſurpare tentauerit, vacua quidem & inania erunt omnia quæ geſſerit: Ipſe verò huius indiſciplinati auſus, & irrationabilis cœpti dignus cauſas expendat, tanquam depoſitus à ſancta Synodo, & propter huiuſcemodi præſumptionem iam prædamnatus. Th. Vide & Can. XXII. eiuſd. Conc.

co fuerint [d] conſtituta: Ipſe autem digna [e] increpatione excommunicetur, & [f] alienetur à ſancto Concilio.

[d] ordinata. L.
[e] excommunicatione cenſeatur. L.
[f] abominetur. Th. L.

VIII.

Conc. Antioch. Can. 23.

EPISCOPVM *non debere tanquam ſucceſſorem ſibi futurum conſtituere alterum, quamuis circa vicinia mortis habeatur. Quòd ſi tale aliquid factum fuerit, irrita ſit huiuſmodi ordinatio. Cuſtodire autem debet Eccleſiaſtica conſtituta, quæ ita ſe continent, non poſſe aliter Epiſcopum fieri niſi in Concilio, & cum conſenſu Epiſcoporum, eorum dumtaxat qui poſt obitum eius qui præceſſit, habuerint poteſtatem eum, qui dignus fuerit, prouehendi.*

VIII. *De non conſtituendo ſibi ab Epiſcopo ſucceſſore.*

EPISCOPO [a] non liceat ante finem vitæ, alium in loco ſuo conſtituere ſucceſſorem. Si quis autem [hoc] vſurpare tentauerit: talis conſtitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet niſi cum conſilio, & iudicatu Epiſcoporum, qui poſt exitum [b] præceſſoris poteſtatem habent dignum eligere [c].

[a] Epiſcopum. Th. L.
[b] prædeceſſorem. Th.
[c] ſucceſſorem. MS.

IX.

Conc. Antioch. Can. 16.

SI *quis Epiſcopus vacans, in Eccleſiam vacantem ſuperuenerit, & hanc obripienter, præter plenariam Synodum, occupandam eſſe crediderit: hunc abiici oportet, quamuis eum plebs, quam diripuit, velit ſibi Epiſcopum retinere. Illa autem dicitur Synodus plenaria, in qua etiam Epiſcopus metropolitanus affuerit.*

IX. *De irreptione vacantis Eccleſiæ.*

SI quis Epiſcopus vacans, in Eccleſiam non habentem Epiſcopum [a] ſubrepens, populo ſine Concilio integri ordinis irruerit; etiamſi populus, quem ſeduxit, deſideret illum: alienum eum ab Eccleſia eſſe oportet. Integrum autem, & perfectum Concilium dicimus illud, in quo metropolitanus Epiſcopus fuerit.

[a] ſubripiens populos. Th. L. ſurripiens populo. MS.

X.

Conc. Antioch. Can. 18.

SI *quis Epiſcopus ordinatus, non abierit in parochiam cui ordinatus eſt; ſi non ſuo vitio, ſed plebis forſitan contradictione: hic honorem ſuſceptum retinere debebit, & ſacerdotio fungi: ita vt nihil moleſtiæ afferat Eccleſiæ illi in quam fuerat conſtitutus. Expectare autem eum oportet prouinciæ plenam Synodum, donec de eo quod competit, ſtatuatur.*

X. *De Epiſcopo per neceſſitatem vacante.*

SI quis [Epiſcopus] ordinatus, [a] per contentionem populi, aut pro aliqua [alia] ratione, [&] non pro ſua culpa, in [b] parochiam, quæ ei fuerit data, non [c] ierit: hunc oportet [d] honorem [e] ſacerdotij tantummodò [f] contingere: [g] ita vt de rebus Eccleſiæ, in [h] quam conuenit, nihil ſibi præſumat. Suſtineat autem [i] quid de eo ſanctum Concilium iudicare voluerit.

[a] pro contentione. MS. Th. Grat.
[b] parochia. L.
[c] læſit. L.
[d] ordinem Iſ.
[e] ſacerdotum. L.
[f] continere. MS.
[g] & de rebus. L.
[h] qua. Iſ. Th.
[i] quod. Iſ. & MS.

XI.

Conc. Antioch. Can. 17.

SI *quis Epiſcopus, ſuſceptâ manûs impoſitione, & deputatus populis præeſſe, non ſuſcipiat miniſterium ſacerdotij, nec conſentiat habere Eccleſiam, in qua fuerat ordinatus: hunc incommunicabilem eſſe debere, donec coactus conſentiat plebem ſuſcipere ſibimet deputatam, aut prouinciæ plenaria Synodus Epiſcoporum de eo aliquid ſtatuat.*

XI. *De contemptore Epiſcopo.*

SI quis Epiſcopus [ab [a] Epiſcopo] ordinatus, noluerit agere ſacerdotium, neque conſenſerit in ſibi [b] commiſſa Eccleſia ambulare: [c] iſtum talem excommunicari oportet. Quòd ſi coactus [d] conſenſerit, ſanctum Concilium, quod placet, [e] de eodem terminet.

[a] Epiſcopis. L.
[b] commiſſam Eccleſiam MS.
[c] ſtatum L.
[d] contempſerit.
[e] de eo determinet. MS.

XII. *De ſeditioſo Epiſcopo.*

SI quis Epiſcopus ordinatus fuerit, & non vult ipſam parochiam ſuſcipere, in [a] qua [b] nominatus eſt; ſed alibi vult [c] ordinari, & vim [d] facit, ac ſeditiones concitat contra eos, qui illum ordinauerunt: hunc ab honore oportet remoueri. Si autem in priſtino honore preſbyterij vult ſtare, non [e] vetetur vt gradum quem habuit, retineat. Quòd ſi reluctatus fuerit, etiam [f] ab honore preſbyterij deponatur.

[a] quam. *MS.*
[b] ordinatus.
[c] ordinare. *L.*
[d] faciat. *MS.*
[e] vitetur. *L.*
[f] de honore preſbyterij. *Th. MS.* Ab honore proprio. *L.*

XII.

Conc. Ancyrani Can. 18.

SI qui Epiſcopi ſuſcepti non ſunt à ſua diæceſi, in qua fuerant denominati, compellantur ad eamdem iudicis edicto redire. Quòd ſi voluerint alias Eccleſias occupare, & vim facere aliis Epiſcopis, quos ibi inuenerint; ſeditiones excitando aduerſus eos: hos ſegregare oportet. Quòd ſi volunt in presbyterio, in Eccleſia vbi priùs fuerant, tamquam Presbyteri reſidere, non repellantur à propria dignitate. Quòd ſi etiam ibi ſeditiones concitare probantur Epiſcopis ibidem conſtitutis; ſegregari eos neceſſe eſt, & nihilominus presbyterij dignitate priuari.

XIII. *De diſſenſione iudicij.*

SI quis Epiſcopus in aliquibus [cauſationibus] iudicatur, & viderit ipſos Epiſcopos, qui in prouincia [ſua] ſunt, inter ſe [a] iudicio diſcrepare; [b] & alij videantur eum qui iudicatur, iuſtificare, alij condemnare: pro definitione huius diſſenſionis hoc placuit ſancto Concilio, vt de prouincia vicina alter metropolitanus conuocetur Epiſcopus, vt per eum confirmetur quod ſecundùm rectum placuerit Canonem.

[a] in iudicio. *L.*
[b] vt. *Iſ. Th. L. MS.*

XIII.

Conc. Antioch. Can. 14.

SI quis Epiſcopus de aliquibus cauſis criminalibus in iudicio Epiſcoporum fuerit accuſatus: contingat autem de ipſis Epiſcopis prouinciæ, qui conuenerunt, diuerſas habere ſententias; & alios quidem innocentem eum pronuntiare, alios reum: propter huiuſmodi itaque controuerſiam amputandam, placuit ſanctæ Synodo metropolitanum Epiſcopum alterius prouinciæ vicinæ aduocari, & aliquantos cum eo Epiſcopos alios. Qui pariter reſidentes, quicunque fuerint, dirimant quæſtionem, propter hoc vt firmum ſit iudicium quod ab vnius prouinciæ Epiſcopis fuerit promulgatum.

XIV. *De præſumptione Epiſcopi in rebus Eccleſiæ.*

SI quis Epiſcopus, nullâ Eccleſiaſticæ rationis neceſſitate compulſus, [a] in ſuo Clero, aut vbi fortè non eſt preſbyter, de rebus Eccleſiaſticis aliquid præſumpſerit vendere: [&] res ipſas Eccleſiæ propriæ reſtaurare cogatur, & in iudicio Epiſcoporum deiiciatur auditus; & tanquam furti, aut latrocinij reus, [à] ſuo priuetur honore.

[a] inſcio clero. *L.* inſcio clerico. *MS.*

XIV.

Conc. Carthag. IV. Can. 32.

IRRITA *erit Epiſcoporum donatio, vel venditio, vel commutatio rei Eccleſiaſticæ abſque conniuentia & ſubſcriptione Clericorum.*

Item Conc. Carthag. V. Can. 4.

Placuit etiam vt rem Eccleſiæ nemo vendat. Quòd ſi aliqua neceſſitas cogit, hanc inſinuandam eſſe Primati prouinciæ, vt cum ſtatuto numero Epiſcoporum, vtrum faciendum ſit arbitretur. Quòd ſi tanta vrget neceſſitas Eccleſiæ, vt non poſſit antè conſulere, ſaltem poſt factum, curioſitatem habeat & vicinis Epiſcopis hoc antè indicare, & ad Concilium referre eas Eccleſiæ neceſſitates: Quod ſi non fecerit, reus Concilij venditor teneatur.

XV. *De rebus Eccleſiaſticis gubernandis.*

QVÆ ſunt Eccleſiæ [a] conſeruari [b] cum omni diligentia, & bona conſcientia, & fide Dei (qui omnia videt, & iudicat) [& [c] gubernari] oportet cum iudicio, & poteſtate Epiſcopi, cui [d] & omnis populus, & [e] congrega-

[a] communi diligentiâ & bonâ conſcientiâ conſeruari, & fide Dei qui omnia videt & iudicat, gubernari. *Th.*
[b] communi. *Iſ.*
[c] gubernari ergo. *L.*
[d] etiam. *Th. L. MS.*
[e] cura. *MS.*

XV.

Conc. Antioch. Can. 24.

QVÆCVMQVE *res Eccleſiæ ſunt, conuenit cum omni diligentia, & bona fide quæ Deo debetur (qui omnia prouidet atque iudicat) quæque gubernare, & diſpenſari cum iudicio & poteſtate Epiſcopi, cui totius plebis animæ videntur eſſe commiſſæ.*

Ma-

Manifeſta autem eſſe oportet qua Eccleſiæ competunt, cum notitia eorum presbyterorum, & diaconorum, qui circa ipſum ſunt: ipſi non ignorent, nec eos aliquid lateat eorum quæ ſunt propria Eccleſiæ: vt ſi contigerit Epiſcopum de hac vita migrare, manifeſta ſint & nota res Eccleſiaſtica; ne intercidant, atque depereant. Sed nec res propriæ Epiſcopi, tanquam obnoxia, rerum Eccleſiaſticarum occaſione, vllius pulſentur iniuriâ; quia iuſtum, & acceptum eſt apud Deum & homines, quæ propria ſunt Epiſcopi, quibus ipſe iudicauerit, derelinqui; & quæ Eccleſiæ, ipſi reſeruari. Ita enim fit, vt nec Eccleſia damno aliquo affligatur, nec Epiſcopus occaſione rerum Eccleſiaſticarum, proſcribatur: neque pertinentes ad eum, cauſas incurrant; atque poſt mortem memoria eius maledictis aliquibus oneretur.

tio commiſſa eſt animarum. Manifeſta autem debent eſſe quæ ad Eccleſiam pertinent, in conſcientia eorum, qui circa Epiſcopos ſunt, [f] presbyteri & diaconi; vt hi omnes ſciant quæ ſunt Eccleſiæ propria: [g] Vt ſi Epiſcopi contigerit tranſitus, eos nihil latere poſſit ex his, quæ ad Eccleſiam pertinent: Vt nullo modo [h] poſſint minui, & perire: Neque res propriæ Epiſcopi debent importunitatem pro rebus Eccleſiæ pati. Dignum [i] verò, & iuſtum eſt apud Deum, & homines: vt ea quæ [k] Epiſcopi propria ſunt, cui voluerit, derelinquat; [& quæ Eccleſiæ ſunt eidem conſeruentur Eccleſiæ:] [l] vt nec [m] Eccleſia patiatur damnum, neque Epiſcopus pro rebus Eccleſiæ in ſuis proſcribatur: [n] ne poſt eius obitum in cauſas incidant, qui ad eum pertinent; nec [o] ipſe maledictum incidere videatur.

[f] presbyter, & diaconus. *Th.* presbyteros, & diaconus. *L.*
[g] Aut ſi Epiſcopo. *Th.* Vt ſi contigerit Epiſcopo. *MS.*
[h] poſſit. *Val.*
[i] reuerà. *L.*
[k] ipſi. *Iſ.*
[l] & neque Eccleſiam perpeti damnum, neque Epiſcopum pro rebus Eccleſiæ condemnari, aut poſt eius obitum in cauſas quæ ad eum non pertinent, aut in maledictum incidere. *L.*
[m] Eccleſia pro rebus Epiſcopi. *MS.*
[n] vt. *Th.*
[o] ipſe in maledictum. *Iſ. MS.*

XVI.

Conc. Antioch. Can. 25.

Episcopvm habere oportet rerum Eccleſiaſticarum poteſtatem, ad diſpenſandum omnibus indigentibus cum omni timore, & reuerentia Dei: ipſum quoque ex eis percipere, atque vti debere quibus indiget (ſi tamen indiget) vel ad ſuas neceſſarias expenſas, vel fratrum, qui apud eum hoſpitalitatis gratiâ morantur; vt nulla ex parte per inopiam defraudentur, ſecundùm Apoſtolum dicentem, habentes victum quotidianum, & tegumentum corporis, his contenti ſimus. *Quòd ſi his minimè contentus atque ſufficiens, transferat in neceſſitates Eccleſiaſticas, res vel commoda qualibet Eccleſia; aut agrorum Eccleſiaſticorum fructus, ſine conſcientia presbyterorum, apud ſe redigat; & domeſticis ſuis, vel etiam affinibus, aut fratribus, aut filiis, earum rerum tribuat poteſtatem, vt per eorum ſecretam diligentiam Eccleſiaſtici lædi videantur: reatum hunc, qui huiuſmodi eſt, apud Metropolitanum prouinciæ præſtare debebit. Quòd ſi taliter reprehendatur Epiſcopus, vel hi qui cum ipſo ſunt presbyteri, quòd dicantur hæc quæ ad Eccleſiam pertinent, ſiue de agris, ſiue de aliis quibuſcunque Eccleſiaſticis cauſis, eos ſibimet vſurpare; pauperes verò neceſſitate & penuriâ opprimi; atque ex hoc ipſo non ſolùm Eccleſiaſticæ rationi, verumetiam diſpenſatoribus eius maledicta reprehenſio augeatur. Hunc enim correctionem oportet mereri, id quoque condecet ſanctâ Synodo cognoſcente.*

XVI. *De rebus Eccleſiæ diſpenſandis.*

Episcopvs habeat poteſtatem in rebus Eccleſiæ, vt diſpenſet neceſſitatem habentibus, cum omni reuerentia, & timore Dei. Participare [a] etiam eum oportet quæ neceſſaria ſunt: ſi tamen ipſe, aut qui cum eo ſunt fratres indiguerint [b] aliquo, vt neceſſitatem nullo modo patiantur, ſecundùm [ſanctum] Apoſtolum, dicentem, *Victu & tegumento, his contenti* [c] *ſimus.* Si autem res Eccleſiaſticas [d] Epiſcopus in ſuas voluntates vſurpare [e] voluerit; & [f] loca Eccleſiæ, [g] & fructus agrorum, non cum presbyterorum, vel diaconorum conſilio [h] contaminauerit, aut fratribus, vel quibuſcunque propinquis [ſuis] dederit poteſtatem, vt per eos latenter lædantur res Eccleſiæ: [i] hunc oportet obnoxium eſſe Concilio. [k] Similiter ſi Epiſcopus, vel qui cum eo ſunt presbyteri, aut diaconi accuſentur, [l] quia quæ [vel] ex reditu, vel ex quolibet actu Eccleſiæ veniunt, in [m] ſinus ſuos colligunt, & pauperes fraudant, & fame [n] conficiunt: [o] hos corripi oportet, ſecundùm quod ordinatum fuerit à ſancto Concilio.

[a] &. *Iſ. Th. MS.*
[b] aliquid. *Th. MS.*
[c] ſumus. *Iſ L.*
[d] Epiſcopi. *L.*
[e] voluerint. *L.*
[f] lucra. *L.*
[g] vel. *L.* velut. *MS.*
[h] intaminauerint. *L.*
[i] hos oportet obnoxios. *L.*
[k] Sin aliter Epiſcopus. *Iſ. Th.* Similiter id ſi. *L.* Sin autem Epiſcopus. *MS.*
[l] vt. *MS.*
[m] ſuos vſus. Colligant & pauperibus fraudant. *Th.* ſuu ſinu. *L.* ſuos ſinus. Colligunt & pauperibus. *MS.*
[n] conficiuntur. *L.*
[o] hoc enim corr. *Iſ.*

XVII. *De his qui de vaſis miniſterij Eccleſiæ aliquid vendiderint.*

[a] vaſis miniſterij Eccleſiæ. *L.* [b] venumdediſſe. *Iſ.* [c] dimittendum eſſe, ſiue dignus ſit, ſiue indignus. *L.* [d] ſiue dignus eſt, ſiue indignus, in ſuum recipi gradum. *MS.* [e] multotiens. *Th.* ſimul totiens pro hoc ipſo. *L.* [f] intaminauerint. *L.* [g] cum Epiſcopi, *L. Vulg.*

SI quis presbyter, aut diaconus, inuentus fuerit aliquid de [a] miniſteriis Eccleſiæ [b] venundaſſe: quia ſacrilegium commiſit, placuit eum in ordinatione Eccleſiaſtica non haberi. In iudicio tamen Epiſcopi [c] dimittendus eſt [d] [ſiue dignus ſit] ſiue indignus [vt] in ſuo recipi debeat gradu: quia [e] multoties hoc ipſum quod de [ſacro] ſancto altario [f] contaminatum eſt, [g] id in Epiſcopi poteſtate dimiſſum eſt.

XVII.

Concil. Ancyrani Can. 15.

SI qua de rebus Eccleſiæ, cùm Epiſcopus non eſt, presbyteri vendiderint: placuit reſciſſo contractu ad ius Eccleſiaſticum reuocari. In iudicio autem erit Epiſcopi conſtitutum, ſi pretium debeat recipi necne. Propter quod ſæpe contingit diſtractarum rerum redditus ampliorem ſummam pro accepto pretio reddi.

XVIII. *De Synodo facienda.*

[a] prouinciales. *Iſ. Th. MS.* [b] vt Concilium præcedant. *Th.* vt in his Conciliis prodeant. Omnes presbyteri, diaconi, vel hi quorum in Concilio, &c. *L.* [c] vt eorum qui ſe læſos exiſtimant in. [d] prodantur, & qui. *L.* [e] diacones. *Th. MS.* [f] placuit. *L.* [g] dari. [h] qui ſunt metropolis. *L.*

PROPTER Eccleſiaſticas curas, & altercationum ſolutiones, bene placuit per ſingulas prouincias bis in anno Concilium fieri, conuocante metropolitano Epiſcopo omnes [a] prouinciæ Epiſcopos: ita vt [b] ad Concilium procedant omnes presbyteri, & diacones, [c] vel hi qui ſe læſos exiſtimant; vt in Concilio cauſæ examinatæ, ad iuſtum iudicium [d] perducantur. Et ſi qui manifeſtè Epiſcopi, vel presbyteri, aut [e] diaconi inuenti fuerint in offenſa, ſecundùm rationem excommunicentur, quandiu communi conſenſu de his [f] placuerit [g] dare ſententiam. Nulli autem Epiſcopo liceat propria apud ſemetipſum Concilia facere, præter eos [h] quibus metropoles ſunt creditæ.

XVIII.

Conc. Antioch. Can. 20.

PROPTER *Eccleſiaſticas cauſas, & quæ exiſtunt, controuerſias diſſoluendas, ſufficere viſum eſt bis in anno per ſingulas prouincias Epiſcoporum Concilium fieri. Semel quidem poſt tertiam hebdomadam Paſchalis feſtiuitatis, ita vt in quarta hebdomada quæ conſequitur, id eſt media Pentecoſte, Concilium compleatur. Admoneant autem prouinciales Epiſcopos hi qui in amplioribus, id eſt, qui in metropolitanis ciuitatibus degunt. Secundum verò Concilium idibus Octobribus habeatur, qui dies apud Græcos Hyperberetæi menſis decimus inuenitur. In ipſis autem Conciliis & presbyteros, & diaconos præſentes eſſe oportet, & omnes quotquot ſe læſos exiſtimant; & ſynodicam expectare ſententiam. Nec liceat aliquibus apud ſemetipſos Concilia ſiue metropolitanorum Epiſcoporum conſcientia facere: quibus de omnibus cauſis conſtat eſſe permiſſum iudicium.*

XIX. *De Epiſcopo qui noluerit venire ad Synodum.*

[a] Non liceat ad Concilium conuocatos Epiſcopos contemnere, ſed ire. *L.* [b] ſed adire. *Th.* [c] neceſſitatem. *Th.* [d] diſcere. *MS.*

[a] AD Concilium conuocatus Epiſcopus non debet contemnere, [b] ſed ire; & ea quæ ad [c] vtilitatem Eccleſiæ, vel cæterorum, pertinent, [aut] docere, ſi nouit; aut [d] doceri, ſi neſcit. Nam ſi extra ægritudinem, contempſerit ire, reus erit fraterni Concilij.

XIX.

Conc. Laodice. Can. 40.

NON *oportet vocatos Epiſcopos ad Synodum, contemnere, ſed abire debere: & aut docere, aut doceri quæ ſunt ad Eccleſiæ, cæterorúmque correctionem vtilia. Quòd ſi contempſerint, ſe ipſos videntur accuſaſſe, niſi fortè pro infirmitate ire non poſſint.*

XX. *De legitima ætate ordinandi presbyteros.*

[a] laude. *Th.* [b] reſeruari. *MS.*

SI quis triginta ætatis ſuæ non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiam ſi [a] valde ſit dignus: quia [&] ipſe Dominus trigeſimo anno baptizatus eſt, & ſic cœpit docere. Oportet ergo eum, qui ordinandus eſt, vſque ad hanc ætatem legitimam [b] conſeruari.

XX.

Concil. Neocæſar. Can. 11.

PRESBYTER *ante triginta annorum ætatem non ordinetur, quamuis ſit probabilis vita: ſed obſeruetur vſque ad præfinitum tempus. Dominus enim trigeſimo anno baptizatus eſt, & tunc prædicauit.*

XXI.

Conc. Nicæ. Can. I.

SI quis in ægritudine vel à medicis ſectus eſt, vel à barbaris caſtratus; placuit vt iſte permaneat in Clero. Si quis autem ſanus ſeipſum abſcidit, etiamſi eſt in clero, ceſſare debet; & ex hoc nullum talem ordinari. Sicut autem de his qui vel affectauerunt hæc, vel auſi ſunt ſeipſos abſcidere, hæc quæ diximus ſtatuta ſunt: ita ſi qui à barbaris, vel à dominis ſuis ſecti, & probabilis vitæ ſunt, ſuſcipit Eccleſiaſtica regula ad Clerum.

XXII.

Conc. Nicæni Can. II.

QVONIAM *multa ſiue per neceſſitatem, ſiue ex quacumque cauſa contra regulam geſta ſunt; ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc catechizati, vel inſtituti, ſtatim ad ſpiritualem baptiſmum veniſſent, & continuò cùm baptizati ſunt etiam ad Epiſcopatum, vel presbyterium prouecti ſunt: rectè ergo viſum eſt de cætero nihil tale debere fieri: nam & tempore opus eſt vt ſit catechumenus, & poſt baptiſmum multa probatione indiget. Euidens namque eſt Apoſtolicum præceptum dicens;* Non neophytum, ne fortè elatus in iudicium incurrat, & laqueum diaboli. *Si verò præcedente tempore mortale aliquod peccatum admiſerit, & conuictus duobus vel tribus teſtibus fuerit: ceſſet à Clero qui huiuſmodi eſt. Si quis verò præter hæc facit, tanquam contraria ſtatutis ſancti Concilij gerens, etiam ipſe periclitabitur de ſtatu ſui Cleri.*

XXIII.

Conc. Toleta. I. Can. 2.

ITEM *placuit vt pœnitentes non admittantur ad Clerum, niſi tantùm (ſi neceſſitas, aut vſus exegerit) inter oſtiarios deputentur, vel inter lectores; ita vt euangelia aut Apoſtolum non legant. Si qui autem antè ordinati ſunt diacones, inter ſubdiacones habeantur, vt manum non imponant, nec ſacra contingant. Ex eo verò pœnitente dicimus, qui poſt baptiſmum, aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus, grauiſſimiſque peccatis, publicam pœnitentiam gerens ſub Concilio diuino fuerit reconciliatus altario.*

XXI. *De eunuchis qui ab aliis fiunt, & qui ſibi ipſis naturalia abſcindunt.*

SI quis [a] pro ægritudine naturalia à medicis habuerit ſecta; ſimiliter & qui à barbaris, aut [à] dominis ſtultis fuerint caſtrati, & moribus digni fuerint viſi; hos Canon admittit ad clericatus officium promoueri. Si quis autem ſanus, non per diſciplinam religionis, & abſtinentiæ, ſed per abſciſſionem plaſmati à Deo corporis, [b] exiſtimans poſſe à ſe carnales concupiſcentias amputari, caſtrauerit ſe: non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quòd ſi [c] iam antè [d] fuerit promotus ad Clerum, prohibitus à ſuo miniſterio deponatur.

[a] præ ægritudine. *Iſ.* pro cauſa ægritudinis. *L.*
[b] exiſtimat. *Th.* æſtimans. *Iſ.*
[c] etiam iam fuerat. *L.*
[d] fuerat. *L. Th.*

XXII. *De neophytis.*

[a] NEOPHYTVS, ſi baptizatus fuerit iam ætate legitima, non continuò [b] licebit eum ad Eccleſiaſticum ordinem promoueri; quia oportet illum priùs doceri [c] quod poſſit docere; [d] & multo tempore poſt baptiſmum probari: vt bene probatus veniat ad Clerum, ſecundùm præceptum Apoſtoli dicentis; *Non neophytum, ne [fortè] in ſuperbiam elatus,* [e] *in iudicium incidat, & laqueum diaboli.* Si [autem] [f] ſuccedente tempore in aliquo graui peccato à duobus, vel tribus [g] fuerit deuictus; depoſitus de gradu ſuo, ceſſet à Clero. Si quis contra [hanc] regulam facere præſumpſerit, [h] quòd ſit contrarius magni Concilij, proiiciatur à Clero.

[a] Qui baptizatus, *Iſ. & MS.* Qui nuper baptizati fuerint, *&c. L.*
[b] liceat. *MS. L.* licebit eum. *Th.*
[c] quomodo. *Iſ.*
[d] quo multo tempore baptiſmum poſſit probare. *L.*
[e] incidat in iudicium & in laqueum. *Th.*
[f] ſuccedenti. *Th.*
[g] conuictus fuerit. *MS.* teſtibus fuerit conuictus. *L.*
[h] quaſi contrarius. quod ſit contrarium. *Th.*

XXIII. *De pœnitente non admittendo ad Clerum.*

[a] EX POENITENS, tantùm ſi neceſſitas aut vſus exegerit, inter oſtiarios priùs deputetur, vel inter lectores: ita vt Euangelia, vel [b] Apoſtolum [non] legat. [c] Si quis autem antè ordinatus eſt, inter ſubdiaconos habeatur: ita vt [d] manus non imponat, [e] aut ſacra [f] contingat. [g] Expœnitente enim dicimus [h] eum qui poſt baptiſmum pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus, aut grauiſſimis peccatis, publicam pœnitentiam [ſub cilicio] gerens, diuino fuerit reconciliatus altario.

[a] Pœnitens. *Iſ. L. Th.*
[b] epiſtolam. *L.*
[c] Si qui autem antè ordinati ſunt, *&c. L.*
[d] manum. *L.*
[e] nec. *MS.*
[f] non contingant. *L.*
[g] Expœnitentem verò. *MS.*
[h] de eo. *Iſ. Th*

xxiv. *De his qui indiſcuſſi aut presbyteri, aut diaconi ordinati ſunt.*

SI quis preſbyter, aut diaconus, ſine aliqua examinatione ordinati ſunt; aut certè, cùm diſcuterentur, [a] criminoſa peccata confeſſi ſunt, aut poſt ordinationem ab aliis ſunt detecti; abiiciantur [b] ex Clero. Similiter [verò, &] de vniuerſo ordine [c] clericorum ſeruetur: Nam hoc ſibi, quod irreprehenſibile eſt, ſancta [d] Catholica defendit Eccleſia.

[a] confeſſi ſunt criminoſa peccata ſua. *Iſ.* Criminoſa peccata ſua celauerunt, *& L.* confeſſi [non] ſunt. *Grat.*
[b] à. *L.*
[c] cleri. *L.*
[d] & Catholica. *L.*

xxv. *De presbyteris, aut diaconibus, qui poſt ordinationem denotantur.*

SI quis preſbyter ante ordinationem [peccatum] confeſſus fuerit [a] quod antè [b] errauerit: non offerat; ſed tantùm pro religione nomen preſbyteri portet. [Si autem non ipſe confeſſus, ſed ab alio publicè fuerit conuictus, nec [c] hoc ipſum habeat [poteſtatem] vt nomen preſbyteri portet.] Similiter & [d] de diaconibus [e] obſeruandum eſt, vt ſi [f] ipſi confeſſi fuerint, ordinem ſubdiaconi accipiant.

[a] quia antea errauit. *L.*
[b] errauit. *Iſ.*
[c] non. *Iſ.*
[d] de diacono. *MS.*
[e] ſeruandum. *L.*
[f] ſi ipſe confeſſus fuerit, ordinem ſubdiaconatus accipiat. *Iſ. L. MS.*

xxvi. *De his qui viduas aut dimiſſas ducunt: aut in malis conſiliis mixti ſunt.*

SI quis viduam, aut ab alio dimiſſam duxerit, non admittatur ad [a] Clerum. [b] Quòd ſi obrepſerit, deiiciatur. Similiter, ſi homicidij, aut facto, aut præcepto, aut conſilio, aut [c] defenſione, poſt baptiſmum conſcius fuerit, & per aliquam ſubreptionem ad clericatum venerit; deiiciatur, & in finem vitæ ſuæ communionem [d] recipiat.

[a] Clericatum. *MS. Iſ.*
[b] Aut ſi obrepſerit reiiciatur. *L.* ſi obrepſit. *Th.*
[c] aſſenſione. *L.*
[d] accipiat. *MS.* non recipiat. *L.*

xxvii. *De fornicatoribus clericis.*

SI quis preſbyter, aut diaconus fuerit fornicatus, aut mœcharus fuerit; proiiciatur, & agat pœnitentiam.

xxviii. *De his quorum vxores mœchantur.*

SI [alicuius] laïci vxor in adulterio fuerit deprehenſa; hic talis ad miniſterium Eccleſiaſticum nullo modo adducatur. Si autem poſt ordinationem, alicuius clerici vxor [a] adulterata fuerit; dimittat eam. Si autem cum ipſa voluerit permanere, à miniſterio alienus [b] ſit.

[a] adultera. *Iſ. L.*
[b] fiat. *Th.*

xxiv.

Conc. Nicæ. Can. 9.

SI qui ſine examinatione promoti presbyteri ſunt, & poſtea examinati, confeſſi ſunt peccata ſua; & cùm confeſſi fuiſſent, contra regulam venientes homines, manus eis temerè impoſuerunt: hos Eccleſiaſticus ordo non recipit. In omnibus enim, quod irreprehenſibile eſt, defendit Eccleſia.

xxv.

Conc. Neocæſar. Can. 9.

QVI admiſerit corporale peccatum, & hic poſteà presbyter ordinatus eſt, ſi confeſſus ſit quòd ante ordinationem peccauerit: non quidem offerat; maneat autem in aliis officiis, propter eius ſtudij vtilitatem. Nam cætera peccata cenſuerunt plurimi etiam ordinatione priuari. Quòd ſi de his non fuerit confeſſus: nec ab aliquibus poteſt manifeſtè conuinci, huic ipſi de ſe poteſtas eſt committenda.

Eiuſdem Concilij Can. 10.

Similiter & diaconus, ſi in eodem culpæ genere fuerit inuolutus, ſeſe à miniſterio cohibebit.

xxvi.

Canon Apoſtolorum 18. aliàs 17.

SI quis viduam & eiectam acceperit, aut meretricem, ancillam, vel aliquam de his quæ publicis ſpectaculis mancipantur, non poteſt eſſe Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex eo numero, qui miniſterio ſacro deſeruiunt.

xxvii.

Concil. Neocæſar. Can. 1.

PRESBYTER *ſi vxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere. Quòd ſi fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, extra Eccleſiam abiici, & ad pœnitentiam inter laïcos redigi oportet.*

Can. Apoſt. 26. aliàs 24.

Similiter & reliqui clerici huic conditioni ſubiaceant.

xxviii.

Concil. Neocæſar. Can. 8.

SI cuius vxorem adulterium commiſiſſe, cùm eſſet laïcus, fuerit comprobatum; hic ad miniſterium Eccleſiaſticum admitti non poteſt. Quòd ſi in clericatu iam conſtituto eo adulterauit: dato repudio dimittere eam debet. Si verò retinere eius conſortium velit, non poteſt ſuſcepto miniſterio perfrui.

Digitized by Google

XXIX.

Conc. Tolet. I.

SI qua vidua Epiſcopi, aut presbyteri, aut diaconi maritum acceperit: nullus clericus, nulla religioſa cum ea conuiuium ſumat: nunquam communicet: morienti tantùm ei ſacramentum ſubueniat.

XXX.

Conc. Tolet. I. Can. 19.

EPISCOPI, *ſiue presbyteri, ſiue diaconi filia, ſi deuota fuerit, & peccauerit, & maritum duxerit: ſi eam pater vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni: pater verò cauſas in Concilio nouerit ſe præſtaturum. Mulier autem non admittatur ad communionem, niſi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem viuente eo ſeceſſerit & pœnituerit: nullo modo niſi vitæ deficiens, accipiat communionem.*

XXXI.

Conc. Toler. I. Can. 16.

DEVOTAM *peccantem non recipiendam in Eccleſia niſi peccare deſierit. Etſi deſinens egerit aptam pœnitentiam decem annis, recipiat communionem. Priùs autem quàm in Eccleſia admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Chriſtianæ mulieris accedat. Quòd ſi admiſſa fuerit; etiam hæc quæ eam receperit, habeatur in abſentia. Corruptorem etiam par pœna conſtringat. Quæ autem maritum acceperit: non admittatur ad pœnitentiam niſi adhuc viuente marito caſtè viuere cœperit; aut poſtquàm ipſe diſceſſerit.*

XXXII.

Conc. Nicæni Can. 3.

OMNIBVS *modis interdixit ſancta Synodus neque presbytero, neque diacono, neque vlli clericorum omnino licere habere mulierem extraneam: niſi fortè mater, aut ſoror, aut auia, vel amita, vel matertera ſit. In his namque ſolis perſonis, & harum ſimilibus, omnis quæ ex mulieribus eſt ſuſpicio declinatur. Qui autem præter hæc agit: periclitatur à Clero.*

Conc. Bracar. I. Can. 15.

Si qui clericorum, præter matrem, aut germanam, vel etiam quæ proximâ affinitate iunguntur, alias aliquas, quaſi adoptiuas feminas ſecum retinent, & cum ipſis habitant, ſicut Priſcilliani ſecta docuit, anathema ſit.

XXIX. *De viduis clericorum.*

SI qua vidua Epiſcopi, vel presbyteri, aut diaconi, maritum acceperit: nullus clericus, nulla [a] religioſa cum ea conuiuium ſumat; nunquam communicet: morienti [b] tantùm ei ſacramenta [c] ſubueniant.

[a] Religioſa perſona. aliàs. L.
[b] tamen. aliàs. L.
[c] ſubuenient. Th.

XXX. *De filia Epiſcopi, vel presbyteri; quæ fuerit deuota, & peccauerit.*

[] DE] filia Epiſcopi, vel presbyteri, ſiue diaconi:] Si [a] deuota fuerit, & maritum duxerit; ſi eam pater, vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni. Pater verò cauſas in Concilio ſe nouerit [b] præſtaturum: mulier verò non admittatur ad communionem, niſi marito defuncto egerit pœnitentiam. [c] Sin autem viuente [eo] [d] receſſerit, & pœnituerit, [e] [vel perierit] communionem, [f] in vltimo vitæ deficiens, accipiat [communionem.]

[a] Si Deo deuota. Iſ.
[b] præſtiturum. MS.
[c] Si autem. L. MS. Iſ.
[d] ſeceſſerit. L. MS. Iſ.
[e] &. MS.
[f] in vltimo fine vitæ deficiens. Iſ. MS.

XXXI. *De deuota peccante, vel quæ ſe maritauerit.*

DEVOTAM peccantem non recipiendam [a] in Eccleſiam, niſi peccare deſierit: [b] & deſinens egerit aptam pœnitentiam decem annis, [&] recipiat communionem. Priùs autem quàm in Eccleſia admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Chriſtianæ mulieris accedat. Quòd ſi admiſſa fuerit, etiam [c] hæc quæ eam receperit, habeatur [d] abſtenta. Corruptorem etiam par pœna conſtringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, niſi, adhuc viuente ipſo marito, caſtè vixerit; aut poſt [quàm] ipſe de hac vita [e] deceſſerit.

[a] in Eccleſia. MS. L. Iſ. Th.
[b] & ſi. MS.
[c] ea quæ illam. L.
[d] abſens. Iſ. Th.
[e] diſceſſerit. L. Th.

XXXII. *De ſubintroductis adoptiuis mulieribus.*

NVLLVS Epiſcopus [neque] presbyter, neque diaconus, neque omnino aliquis ex Clero, licentiam habeat intromittendi ad ſe, quaſi adoptiuam, aliquam mulierem, quaſi in loco filiæ [aut ſororis] aut matris: niſi fortè ſororem [a] patris vel matris, & illas ſolas perſonas, quæ ab omni mala ſuſpicione alienæ ſunt. Similiter & religioſis feminis, laicorum alienorum familiaritatem, & conſortium prohibemus,

[a] vetam ex germanitate, aut ſororem. MS. matris vel patris. L. Th.

[b] eorum ſcilicet qui nec [c] Dei timori ſubiecti [ſunt], nec continentiæ retinent diſciplinam.

[b] & eorum qui nec in Dei timore. *L.*
[c] in timore Dei. *MS.*

XXXIII. *De non recipiendis clericis vagis; & de infirmanda ordinatione eius, qui ſine conſenſu Epiſcopi ſui, ab alio Epiſcopo ordinatus eſt.*

SI quis in contemptu poſitus presbyter, aut diaconus, vel quicunque ex Clero, receſſerit ab Eccleſia [ſua:] nullo modo in alia ſuſcipiatur Eccleſia: ſed [a] omnino compellatur, vt ad ſuam reuertatur Eccleſiam. Si autem permanſerit in ſuperbia, & reuerti noluerit, excommunicetur, & proiiciatur. Si quis autem Epiſcopus auſus fuerit [b] eum [c] ordinare in ſua Eccleſia, non conſentiente Epiſcopo ſuo, à quo receſſit; ordinatio illius vacua [d] reputetur.

[a] omnimodo. *L. Th.*
[b] vllum in ſua Eccl. *Th.*
[c] in ſua Eccleſia ordinare. *L. MS.*
[d] deputetur. *Iſ. & MS. Th.*

XXXIV. *De clericis deſertoribus, & Epiſcopis eos ſuſcipientibus.*

SI quis presbyter, aut diaconus, aut aliquis de Clero, propriam Eccleſiam derelinquens, ad [a] aliam Eccleſiam vadit, & multo tempore ibi demoratur: omnino nunquam miniſtret in Clero: Et ſi admonuerit eum Epiſcopus ſuus, vt ad ſuam redeat parochiam, & redire noluerit; vbi eſt, ibi de officio ſuo deponatur: ita vt nunquam [b] in ſuum reuertatur gradum, propter [c] diſſolutionis peccatum. Si autem Epiſcopus alter [d] eum receperit, qui de reatu eius eſt conſcius: oportet ipſum Epiſcopum, ſine increpatione, [e] in communi Concilio non admitti, vt Eccleſiaſticum Canonem vltrà non ſoluat.

[a] alteram. *L. Iſ. Th.*
[b] in ſuo reuertatur gradu. *L.*
[c] deſſolutionis. *L.*
[d] illum ſuſceperit. *L. Th.*
[e] à com. Conc. *MS.*

XXXV. *De importunis clericis.*

SI quis Epiſcopus, [aut] presbyter, aut diaconus, excommunicatus in Concilio, iniuſtè ſe queritur condemnatum; [a] ad maiorum Epiſcoporum Concilium reuertatur; [b] & eorum inquiſitionem, & iudicium expectans, ſi quas ſe iuſtas cauſas habere putat, [c] exponat: ſi autem contempſerit, & [d] importans ſe palatio, aures Principum inquietare voluerit; hic ad nullam veniam poterit peruenire, neque ſpem futuræ reconciliationis habebit.

[a] ad maius. *L.* ad maiorem Epiſcoporum Synodum. *Grat.*
[b] vt. *MS. & Iſ.*
[c] illis exponat. *MS. Iſ Th.*
[d] importunans ſe. *MS. & Iſ.*

Conc. Tolet. I. Can. 6.

Itémque puella Dei nec familiaritatem habeat cum confeſſore, aut cum quolibet laïco ſanguinis alieni: aut conuiuium ſola [adeat,] niſi vbi ſit ſeniorum, aut honeſtorum, aut viduarum, &c.

XXXIII.

Conc. Nicæni Can. 16.

SI qui verò ſine reſpectu Dei agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque Eccleſiaſtica ſtatuta cuſtodientes, receſſerunt ab Eccleſia ſua, ſiue presbyter, ſiue diaconus, vel in quocunque Eccleſiaſtico ordine poſiti fuerint: non debent ſuſcipi in Eccleſia; ſed omni neceſſitate cogantur, vt redeant ad Eccleſiam ſuam. Quòd ſi permanſerint, excommunicare eos oportet. Si quis auſus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, ordinare in Eccleſia, cùm non habeat conſenſum Epiſcopi illius à quo receſſit clericus: irrita ſit huiuſmodi ordinatio.

XXXIV.

Conc. Antioch. Can. 3.

SI quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus, deſertâ ſuâ Eccleſiâ, ad aliam tranſeundum eſſe crediderit: & ibi paulatim tentet, quà migrauit, perpetuò permanere, vlteriùs miniſtrare non debet: præſertim ſi ab Epiſcopo ſuo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quòd ſi & poſt euocationem ſui Epiſcopi non obedierit; ſed inobediens perſeuerauerit: omnimodis ab officio ſuo deponi debere; nec aliquando ſpem reſtitutionis habere. Si verò propter hanc culpam depoſitum, alius Epiſcopus ſuſceperit: & ipſe à communi Concilio pœnam merebitur increpationis tanquam Eccleſiaſtica iura diſſoluens.

XXXV.

Conc. Antioch. Can. 12.

SI quis à proprio Epiſcopo depoſitus presbyter, vel diaconus; aut etiamſi à Synodo quilibet Epiſcopus fuerit exauctoratus: moleſtiam imperialibus auribus inferre non præſumat: ſed ad maiorum Epiſcoporum Concilium ſeſe conuertat; & quæ ſe putat habere iuſta, in eorum Concilio alleget; atque ab his de ſe expectet quæ fuerit exprompta ſententia. Quòd ſi deficiens puſillanimitate hoc noluerit facere; ſed Imperatori fuerit importunus: huiuſmodi nullam veniam habeat; neque locum vllius aſſertionis ſuæ, nec ſpem recipiendi gradus habeat in futurum.

XXXVI.

Conc. Nicæn. Can. 8.

SI qui voluerint venire ad Eccleſiam Catholicam ex Nouatianis: placuit ſanctæ Concilio vt ordinentur, & ſic maneant in Clero. Ante omnia autem hanc habeant confeſſionem, quam per ſcripturam exigi oportet, vt fateantur ſe communi conſenſu Catholicæ Eccleſiæ ſtatuta obſeruaturos, &c.

Adde Leonis Papæ Decret. 14.

XXXVII.

Conc. Antioch. Can. 4.

SI quis Epiſcopus à Synodo fuerit depoſitus; vel presbyter, vel diaconus à proprio Epiſcopo condemnatus; & præſumpſerit ſacerdotij ſeu ſacri miniſterij quippiam: non ei ampliùs liceat neque in alia Synodo ſpem reſtitutionis habere; neque aſſertionis alicuius locum: ſed & communicantes ei abiici omnes ab Eccleſia; & maximè ſi poſtquam cognouerint ſententiam aduerſus eum fuiſſe prolatam, contumaciter communicauerunt.

XXXVIII.

Conc. Neocæſar. Can. 7.

PRESBYTERVM *connubio ſecundarum nuptiarum intereſſe non debere. Maximè cùm præcipiatur ſecundis nuptiis pœnitentiam tribuere: quis erit presbyter qui propter conuiuium illis conſentiat nuptiis?*

XXXIX.

Conc. Ancyt. Can. 10. aliàs 9.

DIACONI *quicunque cùm ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, dicentes ſe velle habere vxores, nec poſſe ſe continere: hi ſi poſtea ad nuptias venerint, maneant in miniſterio, propterea quòd his Epiſcopus licentiam dederit. Quicunque ſanè tacuerunt, & ſuſceperunt manus impoſitionem profeſſi continentiam: ſi poſtea ad nuptias conuenerint, à miniſterio ceſſare debebunt.*

XXXVI. *De purganda opinione hæreſis.*

SI quis Epiſcopus, ſiue alicuius Epiſcopi presbyter, aut diaconus, in alicuius hæreſis [a] opinionem offenderit, & ob hanc cauſam fuerit excommunicatus: nullus Epiſcopus eum [b] in communionem recipiat; niſi priùs in communi Concilio, porrecto fidei ſuæ libello, ſatisfaciat omnibus: [& ita liberam ſuam teneat purgationem.] Hoc idem & de fidelibus laicis ſit decretum, ſi in [c] aliqua hæreſis opinione fuerint nominati.

[a] opinione. *MS.*
[b] in communione eum. *Th.*
[c] aliquam hæreſis opinionem. *MS. L. Iſ. Th.*

XXXVII. *De clericis excommunicatis.*

SI quis Epiſcopus [a] in Concilio excommunicatus fuerit, ſiue presbyter, aut diaconus [à ſuo Epiſcopo, & poſt excommunicationem præſumpſerit, ſiue Epiſcopus ille, aut presbyter, vel diaconus] facere oblationem, vel matutinum aut veſpertinum ſacrificium, quaſi in officio ſuo, agere ſicut priùs: non liceat ei, nec in alio Concilio ſpem reconciliationis habere; nec vltrà [b] reconciliari: ſed etiam eos, qui [ei] communicauerint, omnes ab Eccleſia reſpui: maximè eos qui ſciebant eum eſſe [c] deiectum. Si autem permanſerit turbans, & concitans Eccleſiam per [d] foraſticam poteſtatem; oportet eum ſicut ſeditionarium ab omni plebe [e] expelli.

[a] à Concilio *MS.*
[b] recolligi. *L.*
[c] deletum. *L.*
[d] forinſecam *Gr.*
[e] compelli. *Iſ.*

XXXVIII. *De presbyteris, vt ad ſecundas non vadant nuptias.*

PRESBYTERVM ad ſecundas nuptias conuiuam fieri non oportet. [a] Quòd ſi hi [qui] ad ſecundas nuptias veniunt, pœnitentiam [b] poſtulent, quomodo [c] presbyter ille poteſt eſſe, qui propter conuiuium intereſt tali coniugio?

[a] Quia dum ij: *MS.* Propterea quòd hi. *L.* Quòd ſi ad ſecundas nuptias venerit. *Iſ.*
[b] poſtulant. *L. Th.* poſtulet. *Iſ.*
[c] poteſt presbyter eſſe. *L.* poteſt presbyter ille eſſe. *Th.*

XXXIX. *De his qui ad diaconatum eliguntur.*

[a] DIACONVS qui eligitur, [b] ſi conteſtatus fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit [c] non poſſe in caſtitate permanere, hic non ordinetur. Quòd ſi in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & poſtea matrimonium deſiderauerit; alienus ſit à miniſterio, & vacet à Clero.

[a] Si quis ad miniſterium diaconatus, eligitur. *L.*
[b] ſicut teſtatus. *Th.*
[c] ſe non poſſe. *Th.*

XL. *De eo quod non liceat diaconum non iuſſum ſedere.*

NON [a] liceat diaconum ante preſbyterum ſedere, niſi cum iuſſione preſbyteri.

[a] licet. L.

XLI. *De eo quod non liceat quemlibet ſacra myſteria tangere.*

NON liceat [a] cuilibet [b] miniſteria tangere, niſi ſubdiacono, aut acolytho [c] in ſecretario [d] vaſa dominica.

[a] quemlibet. L. Th.
[b] miniſtrorum. MS.
[c] in ſecretorio. Th.
[d] tangere vaſa. L.

XLII. *Vt mulieres in ſacrarium non intrent.*

NON liceat [a] mulieribus in [b] ſecretarium ingredi.

[a] mulieres. MS. Th. mulieres in ſacrario. L. mulierem. Iſ.
[b] ſecretorium. Th.

XLIII. *Si lector alterius viduam duxerit.*

LECTOR, ſi viduam alterius [a] vxorem acceperit, in [b] lectoratu permaneat; aut ſi fortè neceſſitas ſit, [c] ſubdiaconus fiat: nihil autem ſuprà. Similiter, & ſi bigamus fuerit.

[a] in vxorem. Iſ.
[b] lectoris ſtatu. Iſ.
[c] diaconus. Iſ.

XLIV. *Si ſubdiaconus ſecundam duxerit vxorem.*

SI ſubdiaconus ſecundam duxerit vxorem, inter lectores, vel oſtiarios habeatur, ita vt Apoſtolum non legat.

XLV. *Vt non aſcendat in pulpitum niſi lector.*

NON liceat in pulpito pſallere, aut legere, niſi qui ab Epiſcopo [a] lectores ſunt ordinati.

[a] lector eſt ordinatus. L.

XLVI. *De conditionalibus non ordinandis, niſi cum conſenſu patronorum.*

SI quis obligatus [eſt] tributo ſeruili, vel aliquâ conditione, vel patrocinio cuiuſlibet [domus;] non eſt ordinandus clericus, niſi [a] probatæ vitæ fuerit, & patroni conſenſus acceſſerit.

[a] probandæ. L.

XLVII. *De non ſuſcipiendis ſeruis alienis.*

SI quis ſeruum alienum, causâ religionis, doceat contemnere dominum ſuum, & recedere à ſeruitio eius: duriſſimè [a] in omnibus arguatur.

[a] ab. MS.

XL.

Concil. Laodic. Can. 20.

QVONIAM *non oportet diaconum ſedere ante presbyterum, ſed ex iuſſione presbyteri ſedeat. Similiter autem honorificetur & diaconus à miniſtris inferioribus, & ab omnibus clericis.*

XLI.

Conc. Bracar. I. Can. 28.

PLACVIT *vt non liceat cuilibet ex lectoribus ſacra altaris vaſa portare: nec aliis: niſi his qui ab Epiſcopo ſubdiaconi fuerint ordinati.*

XLII.

Conc. Laodicen. Can. 44. aliàs 45.

NON *oportet mulieres ingredi ad altare.*

XLIII.

Concil. Tolet. I. Can. 3.

ITEM *conſtituit ſancta Synodus, vt lector fidelis, ſi viduam alterius vxorem acceperit, ampliùs nihil ſit.*

XLIV.

Conc. Tolet. I. Can. 4.

SVBDIACONVS *autem defunctâ vxore ſi vxorem aliam duxerit, ab officio, in quo ordinatus fuerat, remoueatur, & habeatur inter oſtiarios vel lectores, ita vt Euangelium & Apoſtolum non legat, &c.*

XLV.

Conc. Laodic. Can. 15.

NON *licere præter canonicos pſaltes, id eſt, qui regulariter cantores exiſtunt, quique pulpitum aſcendunt, & de codice legunt; alium quemlibet in Eccleſia pſallere.*

XLVI.

Concil. Tolet. I. Can. 10.

CLERICOS, *ſi qui obligati ſint vel pro æquatione, vel de genere alicuius domus; non ordinandos, niſi probatæ vitæ fuerint, & patroni conſenſus acceſſerit.*

XLVII.

Conc. Gangrenſ. Can. 3.

SI *quis ſeruum alienum occaſione religionis doceat dominum ſuum debere contemnere, & eius miniſterium deſtituere; ac potiùs non docuerit ſuo domino bonâ fide, & cum omni honorificentia deſeruire: anathema ſit.*

XLVIII.

XLVIII.

Conc. Laodic. Can. 1.

NON oportet in Quadrageſima Martyrum natalitia celebrari: ſed eorum in ſabbato & Dominica tantùm memoriam fieri.

Eiuſdem Conc. Can. 3.

Non oportet in Quadrageſima, aut nuptias, vel qualibet natalitia celebrare.

XLVIII. *De non celebrandis natalitiis Martyrum [vel nuptiis] in Quadrageſima.*

NON liceat in Quadrageſima [a] natalitia Martyrum celebrare: ſed tantùm ſabbato & Dominica pro commemoratione eorum [b] oblationem offerre: ſed nec natalitia, nec nuptias liceat [in] Quadrageſima [c] celebrare.

[a] natales martyrum celebrari. *MS.* natales martyrum celebrare. *L. Iſ. Th.* Dominico. *L.*
[b] oblationes offerre. *Iſ. Th.*
[c] celebrari. *MS. & Iſ. Th.*

XLIX.

Concil. Laodic. Can. 45. aliàs 44.

NON oportet poſt duas hebdomadas Quadrageſima quemlibet ad baptiſmum ſuſcipi.

Eiuſd. Conc. Can. 46.

Baptizandos oportet fidei ſymbolum diſcere, & quinta feria vltima ſeptimana, vel Epiſcopo, vel presbytero reddere.

XLIX. *Non ſuſcipi debere infantes ad baptiſmum niſi ante tres ſeptimanas Paſcha.*

NON liceat ante duas ſeptimanas Paſchæ, ſed ante tres, ad baptiſmum ſuſcipere aliquem. Oportet [a] autem vt in ipſis diebus [hi] qui baptizandi ſunt, ſymbolum diſcant; & in quinta feria nouiſſimæ ſeptimanæ [b] Epiſcopo, vel presbytero reddant.

[a] autem in ipſis diebus vt hi. *L.*
[b] hoc Epiſcopo. *L.*

L.

Concil. Laodic. Can. 50.

NON oportet in Quadrageſima quinta feria vltima hebdomada ieiunium diſſolui, & totam Quadrageſimam inhonorari: ſed per totas dies ieiunare, & eſcis abſtinentia conuenientibus, id eſt aridioribus vti.

L. *De non ſoluendo ieiunio in quinta feria ante Paſcha.*

NON liceat [a] quintâ feriâ nouiſſimæ ſeptimanæ ieiunium ſoluere, & omnem exhonorare Quadrageſimam: ſed ſincerè abſtinentes totam Quadrageſimam [b] peragere.

[a] in quinta. *MS.* feria fis nouiſſimæ (*fortè* ſanctæ & nouiſſimæ.) *Th.*
[b] perexire. *MS. L. Th.*

LI.

Conc. Tolet. I. Can. 20.

PLACVIT ex hac die nullum alium niſi Epiſcopum chriſma conficere, & per diœceſim deſtinare: ita vt de ſingulis Eccleſiis ad Epiſcopum ante diem Paſcha diaconi deſtinentur, aut ſubdiaconi; qui confectum chriſma ab Epiſcopo, deſtinatum ad diem Paſcha poſſint ad tempus deferre. Epiſcopus ſanè certum eſt quòd omni tempore poſſet chriſma conficere. Sine conſcientia autem Epiſcopi nihil penitus presbyteri agere præſumant.

LI. *De chriſmate conficiendo.*

OMNI tempore [a] Epiſcopo liceat chriſma conficere, & per ſuas diœceſes deſtinare; ita vt ad dirigendum chriſma diaconus, aut ſubdiaconus, ante diem Paſchæ, de ſingulis Eccleſiis ad Epiſcopum [b] deſtinetur.

[a] Epiſcopis. *L.*
[b] deſtinentur. *L.*

LII.

Conc. eiuſd. Tolet. Can. idem ſub fin.

STATVTVM verò eſt diaconum non chriſmare, ſed presbyterum abſente Epiſcopo; præſente verò non, niſi ab Epiſcopo fuerit præceptum, &c.

LII. *Non liceat presbytero, præſente Epiſcopo chriſmare.*

PRESBYTER præſente Epiſcopo non ſignet infantes, niſi fortè ab Epiſcopo fuerit illi præceptum.

LIII.

Concil. Laodic. Can. 56.

NON oportet presbyteros ante ingreſſum Epiſcopi ingredi Eccleſiam, & ſedere in tribunalibus; ſed cum Epiſcopo ingredi: niſi fortè aut ægrotet Epiſcopus, aut in peregrinationis commodo eum abeſſe conſtiterit.

LIII. *Quòd non licet presbytero ante Epiſcopum in baptiſterium introire.*

NON liceat presbytero, priùs [a] Epiſcopo introire in baptiſterium, ſed cum Epiſcopo: niſi fortè aut abſens fuerit, aut ægrotus.

[a] ab Epiſcopo.

LIV.

Conc. Neocæſ. Can. 6.

DE prægnantibus, quòd oportet eas baptizari quando volunt: nihil enim in hoc ſacramento commune eſt parturæ, & ei qui eius vtero fuerit editus: quia vniuſcuiuſque, in illa confeſſione, libertas arbitrij declaratur.

LIV. *De prægnantibus baptizandis.*

SI qua mulier prægnans deſiderauerit gratiam baptiſmi percipere: quando voluerit, habeat poteſtatem. Nam nihil participat in hoc mater infanti, qui naſcitur; propterea quòd [a] vniuſcuiuſque propria voluntas in confeſſione monſtretur.

[a] vnicuique. *L. Iſ. Th.* propria poſſe voluntas. *L.*

LV. *Quæ in altari offerri oportet.*

NON oportet aliquid aliud in ſanctuario offerri, præter panem, & vinum, & aquam, quæ in typo Chriſti benedicuntur: quia dum in cruce penderet, de corpore eius ſanguis effluxit, & aqua. Hæc tria vnum ſunt in Chriſto Ieſu: hæc hoſtia & oblatio Dei, in odorem ſuauitatis.

LVI. *De presbyteris foraſticis.*

FORASTICIS presbyteris præſente Epiſcopo, vel [a] presbyteris ciuitatis, offerre non liceat; neque miniſtrare in populo, niſi fortè [b] illis abſentibus.

[a] presbytero. L.
[b] ipſis. Th.

LVII. *De non ieiunando in die Dominica, nec genuflectendo à Paſcha vſque ad Quinquageſimam.*

SI quis presbyter [a] publicâ pœnitentiâ à ſacerdote acceptâ, aut aliquâ neceſſitate, die Dominica pro quadam religione ieiunauerit, ſicut Manichæi: anathema ſit. Similiter [b] quia quod ab Apoſtolis traditum [eſt] Canon [c] tenet antiquus, placuit [d] vt per omnes Dominicas & per omnes dies Paſchæ, vſque ad Quinquageſimam, non [e] proſternant ſe in oratione humilitatis, ſed recto vultu ad Dominum fungantur orationis officio, quia in his diebus gaudium reſurrectionis [f] Domini celebramus.

[a] propter publicam pœnitentiam à ſacerdote. L. acceptam, aut. L. Th. MS. propter, &c. aut aliquam neceſſitatem. MS.
[b] & quod. L. Iſ. Th.
[c] non tenet. Th.
[d] tam per omnes Dominicas quàm. L.
[e] proſtrari, nec humiliari, ſed erecto vultu ad Dominum orationum fungantur officio. L. proſtient ſe. Th.
[f] Dominicæ. L.

LVIII. *De prægustandis carnibus, & non execrandis.*

SI quis non pro abſtinentia, ſed pro execratione [a] eſcarum abſtinet: placuit ſancto Concilio vt prægustet, [b] & ſic, ſi vult [abſtinere], abſtineat. Si autem ſpernit, ita vt olera cocta cum carnibus non deguſtet; iſte non obediens, nec ſuſpicionem hæreſis à ſe remouens, deponatur de ordine [c] clericatus.

[a] ab eſu carnium abſtineat. MS.
[b] & ſi ſic. Th.
[c] clericorum. MS.

LIX. aliàs LX. *De eo quod non liceat ſacerdotibus, vel clericis, ſpectaculis intereſſe.*

NON liceat ſacerdotibus, vel clericis aliqua ſpectacula in nuptiis, vel in [a] conuiuiis ſpectare: ſed oportet antequam ingrediantur ipſa ſpectacula, ſurgere, [b] & redire inde.

[a] conuiuio. L.
[b] recedere. L.

LV.

Conc. Carthag. III. Can. 24.

VT in ſacramentis Corporis & Sanguinis Domini, nihil ampliùs offeratur, quàm ipſe Dominus tradidit: hoc eſt panis & vinum aqua mixtum: nec ampliùs in ſacrificiis offeratur quàm de vuis & frumentis.

LVI.

Concil. Neocæſar. Can. 13.

PRESBYTERI, *qui conregionales non ſunt, in Eccleſia præſentibus Epiſcopis vel presbyteris ciuitatis, offerre non poſſunt; nec dare panem ſanctificatum, nec calicem porrigere. Quòd ſi abſentes ſint ciuitatis ſacerdotes, & fuerint inuitati ad dandam orationem, ſoli debebunt dare.*

LVII.

Conc. Gangrenſ. Can. 18.

SI quis, tanquam hoc continentiæ conuenire iudicans, die Dominico ieiunauerit in eiuſdem diei contemptum; anathema ſit.

Conc. Nicæni I. Can. 20.

Quoniam ſunt in die Dominica quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecoſtes: propterea itaque conſtitutum eſt à ſancta Synodo, quoniam conſona & conueniens per omnes Eccleſias cuſtodienda conſuetudo eſt; vt ſtantes ad orationem Domino vota reddamus.

LVIII.

Conc. Ancyr. Can. 13. aliàs 14.

DE his qui in Clero ſunt presbyteri, vel diaconi, & abſtinent ſe à carnibus: hoc placuit ſtatui, vt non eas tanquam immundas contemnant, ſed contingant. A quibus quidem qui ſe abſtinere volunt, habeant poteſtatem: ita tamen vt ſi quando cum oleribus coquuntur, eadem tanquam carnibus polluta non iudicent, ſed ex his cibum aſſumant, quamuis à carnibus ſe abſtineant. Quòd ſi immundas in tantum eas, & abominabiles iudicauerint, vt nec olera, quæ cum carnibus coquuntur, æſtiment comedenda: tanquam non conſentientes huic regulæ, &c.

LIX.

Conc. Laodicen. Can. 54.

NON *oportet miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos ſpectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut cœnis exhibentur, intereſſe: ſed antequam thymelici ingrediantur, ſurgere eos de conuiuio, & abire debere.* Th.

LX.

Conc. Laodic. Can. 36.

QVONIAM non oportet miniſtros altaris, aut clericos, magos & incantatores eſſe; aut facere quæ dicuntur phylacteria, quæ ſunt magna obligamenta animarum. Hos autem qui talibus rebus vtuntur, proiici ab Eccleſia iuſſimus.

LXI.

Concil. Laodic. Can. 55.

NON *oportet miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos, aut etiam laïcos Chriſtianos, ex ſymbolis, quæ vulgus commiſſales appellat, conuiuia celebrare.*

LXII.

Conc. Nicæni I. Can. 17. aliàs 18.

QVONIAM *multi clerici auaritiæ cauſâ turpia lucra ſectantes, obliti ſunt diuini præcepti, quod dictum eſt,* Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram; *fænerantes centeſimas exigant: ſtatuit hoc ſanctum Concilium, ſi quis inuentus fuerit poſt hanc definitionem, vſuram accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari; vel etiam ſpecies frumentorum ad ſeſcuplum dare: omnis qui tale aliquid conatus fuerit, ad quæſtum, deiiciatur à Clero, & alienus ab Eccleſiaſtico habeatur.*

LXIII.

Concil. Tolet. I. Can. 5.

PRESBYTER, *vel diaconus, vel ſubdiaconus, vel quilibet Eccleſiæ deputatus clericus, ſi intra ciuitatem [non] fuerit, vel in loco, in quo Eccleſia eſt, aut vico, aut villa; & ad Eccleſiam ad ſacrificium quotidianum non acceſſerit: clericus non habeatur; ſi caſtigatus, per ſatisfactionem veniam ab Epiſcopo noluerit promereri.*

LXIV.

* Conc. Agath. Can. 64.

SI quis in Clero conſtitutus, ab Eccleſia ſua diebus ſolemnibus defuerit, &c. *conuenit vt triennio à communione ſuſpendatur. Similiter diaconus, vel presbyter, ſi tres hebdomadas ab Eccleſia ſua defuerit, huic damnationi ſuccumbat.* Iunge Canonem proximum ſup.

LX. aliàs LIX. *De eo quod non licet ſacerdotibus, vel clericis incantaturas, & ligaturas facere.*

NON liceat [a] clericos incantatores eſſe, & ligaturas facere, quod eſt colligatio animarum. Si quis hæc [b] fecerit, de Eccleſia proiiciatur.

[a] clericis. *L.*
[b] facit. *L.*

LXI. aliàs LXII. *De eo quod non liceat conuiuia facere de confertis.*

NON liceat [a] ſacerdotes, vel clericos, ſed nec religioſos laïcos, conuiuia facere de confertis.

[a] ſacerdotibus, &c. *L.*

LXII. aliàs LXI. *De vſuris, vel negotiorum lucris.*

SI quis [a] oblitus timorem Domini, [b] & ſanctam ſcripturam, quæ dicit, *Pecuniam ſuam non dedit ad vſuram:* poſt hanc [c] cognitionem magni Concilij fœnerauerit, [d] & centeſimas exegerit; aut ex quolibet [e] negotio [f] turpe lucrum quæſierit; [g] aut per diuerſas ſpecies, vini, vel frugis, vel cuiuſlibet rei, emendo vel vendendo [aliqua] incrementa ſuſceperit, [depoſitus] de gradu ſuo, alienus habeatur à Clero.

[a] clericus oblitus, *MS.*
[b] & ſcripturarum ſanctarum quæ dicunt. *Th.*
[c] agnitionem ſancti Concilij. *Iſ.*
[d] vel centeſimam, *MS. Iſ. Th.*
[e] negotia turpis lucri. *Th.*
[f] turpia lucra. *MS. L.*
[g] &c. *Iſ.*

LXIII. *De clericis qui ad matutinum, vel veſpertinum officium non conueniunt.*

SI quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus Eccleſiæ deputatus, [ſi] intra ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco in quo Eccleſia eſt; & ad quotidianum pſallendi [a] ſacrificium, matutinis vel veſpertinis horis, ad Eccleſiam non [b] conuenerit: deponatur à Clero; ſi tamen caſtigatus, veniam ab Epiſcopo per ſatisfactionem noluerit promereri.

[a] officium. *MS.*
[b] conuenit.

LXIV. *De eo quod non liceat clericis die Dominico ab Eccleſia abſentari.*

NON liceat quemlibet clericum die Dominico ab Eccleſia abſentem eſſe: ſed miſſarum [a] ſolemniis intereſſe [b] [& ieiunio.]

[a] ſolemnibus. *L. Th.*
[b] ieiunium. *MS. Th.*

LXV. *De eo quod non liceat clericis ante horam tertiam prandere.*

NON oportet clericos, vel laïcos religioſos ante ſacram horam diei tertiam inire conuiuia: neque aliquando clericos, niſi hymno dicto, edere panem; & poſt cibos gratias authori Deo [a] referre.

[a] deferre. L.

LXVI. *De attondenda coma clericorum, vel habitu ordinato.*

NON oportet clericos comam nutrire, & ſic miniſtrare: ſed attonſo capite patentibus auribus; & ſecundùm Aaron, talarem veſtem induere; vt ſint in habitu [a] ornato.

[a] ordinato. L.

LXVII. *De eo quod non liceat pſalmos poëticos in Eccleſia dicere, vel libros apocryphos legere.*

NON oportet pſalmos compoſitos, & vulgares in Eccleſia dicere: neque libros qui ſunt extra canonem, legere, niſi ſolos canonicos noui, & veteris Teſtamenti.

LXVIII. *De eo quod non liceat ſuper monumenta mortuorum miſſas tenere.*

NON oportet clericos ignaros, [&] præſumptores ſuper monumenta [a] in campum myſteria portare, aut diſtribuere ſacramenta: ſed aut in Eccleſia, aut in baſilica, vbi Martyrum reliquiæ ſunt [b] depoſitæ, [c] ibi pro defunctis oblationem [d] offerri.

[a] in campo miniſteria. L. in campum miniſteria. Th.
[b] poſitæ. If.
[c] vbi pro defunctis oblationes offerri ſolent. Th.
[d] offerre. L.

LXV.

Conc. Carthag. Can. 12.

Apud Iuonem Carnot. Decret. Par. 6. cap. 256.

NON *oportet clericos, vel laïcos religioſos, ante ſacram horam diei tertiam inire conuiuia; neque aliquando clericos niſi hymno dicto, Eccleſia panem ſumere, & poſt cibum gratias authori Deo referre.*

LXVI.

Conc. Carthag. IV. Can. 44.

CLERICVS *nec comam nutriat, nec barbam radat.*

Eiuſd. Conc. Can. 45.

Clericus profeßionem ſuam, & in habitu, & in inceſſu probet; & ideo nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat.

Conc. Bracar. I. Can. 29.

Item placuit vt lectores in Eccleſia in habitu ſæculari ordinati non pſallant; neque granos gentili ritu dimittant.

LXVII.

Concil. Laodic. Can. 59.

NON *oportet ab idiotis pſalmos compoſitos, & vulgares in Eccleſiis dici: neque libros, qui ſunt extra canonem legere; niſi ſolos canonicos noui & veteris Teſtamenti.*

LXVIII.

Ex Conc. Can. qui refertur Capitular. lib. 6. num. 198.

VT *nullus presbyter ſacra myſteria, niſi in locis ab Epiſcopo conſecratis, agere præſumat.*

PARS SECVNDA.

DE REBVS AD LAICOS PERTINENTIBVS.

LXIX.

Concil. Arelat. III. Can. 5.

Vt refertur Capitular. lib. 6. num. 194.

ADMONEANTVR *fideles, vt ad ſuos mortuos non agant ea quæ de paganorum ritu remanſerunt*, &c. *Et ſuper eorum tumulos nec manducare , nec bibere præſumant. Quod ſi fecerint, canonicam ſententiam accipiant.*

Concil. Turon. II. Can. 22. aliàs 23. in med.

Sunt etiam qui in feſtiuitate Cathedræ Domini Petri Apoſtoli victimas mortuis afferunt, &c.

LXIX. *De eo quod non liceat Chriſtianis prandia ad monumenta portare.*

NON liceat Chriſtianis prandia ad defunctorum ſepulcra deferre, & ſacrificare [a] mortuis.

[a] de remortuorum. *L.*

LXX.

Conc. Laodic. Can. 32.

NON *oportet hæreticorum benedictiones accipere, quoniam maledictiones magis ſunt, quàm benedictiones.*

Eiuſd. Conc. Can. 38.

Non oportet cum hæreticis vel ſchiſmaticis orare.

LXX. *De eo quod non liceat clericis ſiue laïcis Catholicis, ab hæreticis eulogias accipere, aut cum ipſis vel ſchiſmaticis orare.*

NON liceat [a] laïcis vel clericis ab hæreticis eulogias accipere, [b] quia maledictiones magis ſunt quàm benedictiones; neque [c] liceat, aut cum hæreticis, aut [cum] ſchiſmaticis orare.

[a] clericis vel laïcis Catholicis ab hær. *L.* clericis vel laïcis ab hær. *Th.*
[b] quæ. *MS.*
[c] licet. *L.*

LXXI.

Conc. Ancyr. Can. 23.

QVI *auguria, vel auſpicia, vel diuinationes quaſlibet ſecundùm morem Gentilium obſeruant; aut in domos ſuas huiuſmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus arte malefica, aut domos luſtrant: confeſſi, quinquennio pœnitentiam agant, ſecundùm antiquas regulas conſtitutas.*

LXXI. *De eo quod non liceat Chriſtianis obſeruationes diuerſas attendere.*

SI quis paganorum conſuetudinem ſequens, diuinos & ſortilegos in [a] domum ſuam introduxerit, quaſi vt malum foras mittant, [b] aut maleficia inueniant, vel luſtrationes paganorum faciant: quinque annis pœnitentiam [c] agat.

[a] domo ſua. *L.*
[b] vt. *Th.*
[c] agant. *L. Iſ. Th.*

LXXII.

Conc. Bracat. Can. 20.

Apud Iuon. Carnot. Par. 11. cap. 140.

NON *liceat Chriſtianis tenere traditiones Gentilium, & obſeruare vel colere elementa; aut lunam, aut ſtellarum curſum, & inanem ſignorum fallaciam conſiderare, pro domo facienda, & ad coniugia ſocianda: ſcriptum eſt enim*, Omnia quæcunque facitis, in verbo, aut in opere, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo. *Si quis autem fecerit ſeueriſſimè corripiatur, & canonicè pœniteat.*

LXXII. *De eo quod non liceat Chriſtianis tenere traditiones Gentilium, & obſeruare lunæ & ſtellarum curſus.*

NON liceat Chriſtianis tenere traditiones Gentilium, [&] obſeruare, [a] vel colere elementa, aut lunæ, aut ſtellarum [b] curſus, aut inanem ſignorum fallaciam, pro domo facienda, [aut propter ſegetes, vel arbores plantandas, vel coniugia [c] ſocianda] : ſcriptum eſt enim: *Omnia quæ facitis [aut] in verbo, aut in opere; omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo.*

[a] & *Iſ.*
[b] curſum. *L.*
[c] facienda. *Th.*

LXXIII. *De eo quod non liceat Kalendas* [a] *obſeruare.*

[a] agere diem Kalendarum *Iſ Th.* [b] obſeruationes. *L.* [c] paganiſſima eſt. *Iſ. Th.*

NON liceat iniquas [b] obſeruantias agere Kalendarum, & ociis vacare gentilibus, neque lauto, aut viriditate arborum cingere domos. Omnis [enim] hæc obſeruatio [c] paganiſmi eſt.

LXXIII.

Conc. Laodic. Can. 39.

NON *oportet cum paganis feſta celebrare: & impietatibus eorum habere ſocietatem.*

Conc. Turon. II. Can. 22. aliàs 23.

Enimuero quoniam cognouimus nonnullos inueniri ſequipedas erroris antiqui, qui Kalendas Ianuarij colunt, cùm Ianus, homo gentilis, fuerit rex quidem, ſed Deus eſſe non potuit. Quiſquis ergo vnum Deum Patrem regnantem cum Filio & Spiritu ſancto credit, certè hic non poteſt integer Chriſtianus dici qui aliqua de gentilitate cuſtodit, &c.

LXXIV. *De eo quod non liceat herbas medicinales cum aliqua obſeruatione colligere.*

[a] collectione herbarum. *L.* [b] aut. *MS. L. Th.* [c] aut. *L.*

NON liceat in [a] herbatum collectionibus, quæ medicinales ſunt, aliquas obſeruationes, aut incantationes attendere: niſi tantùm cum Symbolo diuino, [b] & oratione Dominica; [c] vt tantùm Deus creator omnium, & Dominus honoretur.

LXXIV.

Conc. Bracar. Can. 21.

Apud Iuonem Par. 11. cap. 47.

NON *licet in collectione herbarum medicinalium aliquas obſeruationes, vel incantationes obſeruare: niſi tantùm cum Symbolo diuino, & oratione Dominica, vt Deus & Dominus noſter honoretur.*

LXXV. *De eo quod non liceat mulieres Chriſtianas in laniſiciis aliquid obſeruare.*

[a] in ſuis laniſiciis vanitatem obſeruare. *Th.* [b] extendi. *Vu.* [c] donabit. *Ans. Aug.*

NON liceat mulieres Chriſtianas [a] [aliquam] vaniratem in ſuis laniſiciis obſeruare: ſed Deum inuocent adiutorem, qui [in] eis ſapientiam [b] texendi [c] donauit.

LXXV.

Conc. Bracar. Can. 11.

Apud Iuonem Par. 11. can. 46.

NON *liceat mulieres Chriſtianas vanitatem in ſuis laniſiciis obſeruare, ſed Deum inuocent adiutorem, qui eis ſapientiam texendi donauit.*

LXXVI. *De adulteris.*

SI cuius vxor adulterium fecerit, aut vir in alienam vxorem irruerit; ſeptem annis pœnitentiam agat.

LXXVI.

Conc. Ancyr. Can. 19. aliàs 20.

S*I quis adulterium commiſerit, ſeptem annis in pœnitentia completis, perfectionis reddatur ſecundùm priſtinos gradus.*

LXXVII. *De mulieribus fornicariis, & abortum facientibus.*

[a] fornicauerit. *L. Th.* [b] elaborare. *Iſ. Th.* [c] nec in. *L.* [d] ipſarum. *L. Th.* [e] iudicauimus. *MS.*

SI qua mulier [a] fornicata fuerit, & infantem, qui exinde fuerit natus, occiderit; & quæ ſtuduerit abortum facere, & quod conceptum eſt necare; aut certè vt non concipiat [b] elaborar; ſiue ex adulterio, ſiue ex legitimo coniugio: has tales mulieres, [c] in morte recipere communionem priores canones decreuerunt: noſtamen pro miſericordia, ſiue tales mulieres, ſiue conſcias ſcelerum [d] ipſorum, decem annis agere pœnitentiam [e] iudicauimus.

LXXVII.

Eiuſd. Conc. Ancyr. Can. 19. aliàs 21.

D*E mulieribus quæ fornicantur, & partus ſuos necant; ſed & de his quæ agunt ſecum vt vtero conceptos excutiant: antiqua quidem definitio vſque ad exitum vitæ eas ab Eccleſia remouet; humaniùs autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus pœnitentia tribuatur.* Th.

LXXVIII. *De homicidio voluntario, vel non voluntario.*

[a] voluntarium. *L.*

SI quis [a] voluntariè homicidium fecerit, ad ianuam Eccleſiæ Catholi-

LXXVIII.

Concil. Ancyr. Can. 21. aliàs 22.

QVI *volentes homicidium fecerunt, ad pœnitentiam quidem iugiter ſe ſub-*

mittant: circa autem exitum vitæ communione digni habeantur.

Eiuſd. Conc. Can. 22. aliàs 23.

Eos verò qui non voluntate, ſed caſu homicidium fecerint: prior quidem regula poſt VII. *tantùm annorum pœnitentiam communioni ſociauit ſecundùm gradus conſtitutos: hæc verò humana definitio quinquennij tempus tribuit.*

LXXIX.

Concil. Neocæſar. Can. 11.

MVLIER, *ſi duobus nupſerit fratribus: abijciatur vſque ad diem mortis. Sed propter humanitatem, in extremis ſuis ſacramentis reconciliari oportet: ita tamen, vt ſi fortè ſanitatem recuperauerit, matrimonio ſoluto, ad pœnitentiam admittatur. Quòd ſi defuncta fuerit mulier in huiuſmodi conſortio conſtituta; difficilis erit pœnitentia remanenti. Quæ ſententia tam viros, quàm mulieres tenere debet.*

LXXX.

Conc. Neocæſar. Can. 3.

D*E his qui frequenter vxores ducunt, & de his quæ ſæpius nubunt: tempus quidem his manifeſtum conſtitutum eſt; ſed conuerſatio, & fides eorum tempus abbreuiat.*

LXXXI.

Conc. Ancyr. Can. 15. aliàs 16.

D*E his qui irrationabiliter verſati ſunt, ſiue verſantur: quotquot ante viceſimum ætatis ſuæ annum tale crimen admiſerint: quindecim annis in pœnitentia orationi tantùm incipiant communicare; & quinquennium alterum in communione orationis ſolius perdurantes, poſt viceſimum cum oblatione ad communionem ſuſcipiantur. Diſcutiatur autem & vita eorum qualis fuerit tempore pœnitentiæ; & iuxta hanc humanitatem conſequantur. Quòd ſi qui perſeuerantiùs abuſi ſunt hoc crimine, prolixius tempus, id eſt viginti annorum pœnitentiam ſuſcipiant. Qui verò exactâ viginti annorum ætate, & vxores habentes, in hoc crimine inciderint: poſt viginti & quinque annos pœnitentiâ actâ, ad communionem orationum admittantur: in qua communione orationum, altero quinquennio perdurantes, ad plenam communionem cum oratione recipiantur. Quòd ſi aliqui, & vxores habentes, & excedentes quinquageſimum ætatis ſuæ annum, in hoc prolapſi ſunt ſcelere, ad exitum vitæ tantùm communionem mereantur.*

Eiuſdem Conc. Can. 16. aliàs 17.

Hos eoſdem ſanè, non ſolùm leproſos crimine huiuſcemodi factos; ſed & alios iſto ſuo morbo replentes: placuit inter eos orare, qui tempeſtate iactantur, qui à nobis energumeni intelliguntur.

cæ ſemper ſubiaceat; & communionem in exitu vitæ ſuæ recipiat. Si autem non [b] voluntariè, ſed caſu [c] aliquo homicidium [d] fecerit, prior Canon ſeptem annis agere pœnitentiam iuſſit: ſecundus Canon quinque mandauit.

[b] voluntate. *Th.* [c] aliquod. *L.* [d] fuerit factum. *L.*

LXXIX. *De muliere, quæ duos fratres coniugio, vel viro qui duas ſorores habuerit.*

SI qua mulier duos fratres, aut ſi quis vir duas ſorores habuerit, à communione [a] abſtineantur vſque ad mortem: in morte autem [b] eis communio pro miſericordia detur. Si verò ſuperuixerint communione acceptâ, & de infirmitate conualuerint, agant plenam pœnitentiam tempore conſtituto.

[a] abſtineant. *MS. Iſ. Th.* [b] ab eis communione acceptâ ſi de infirmitate conualuerint, agant. *Iſ.*

LXXX. *De his qui nuptias iterauerint.*

SI quis multis nuptiis fuerit copulatus, pœnitentiam agat. [a] Conuerſatio autem, & fides pœnitentis, [b] compendiat tempus.

[a] Conuerſio. *Iſ.* [b] compendit. *Iſ. Th.*

LXXXI. *De his qui ſe animalibus commiſcuerunt.*

SI quis [ante viginti annos in] cuiuſlibet animalis [a] commixtione peccauerit, quindecim annis in humilitate ſubiaceat ad Eccleſiæ ianuam: & poſt hos, aliis quinque annis in orationis [b] communionem receptus, pœnitentiam agat, & ſic gratiam ſuſcipiat ſacramenti. Interrogentur autem alij de eo, qualem vitam in pœnitentia egerit: & ſic communionis miſericordiam conſequatur. Si quis autem poſt viginti annos, habens vxorem, huic peccato irruerit: viginti quinque [c] annis humilitati ſubiaceat; & quinque annis [d] orationibus tantùm communicans, poſtea recipiat ſacramentum. Quòd ſi [&] hanc menſuram aliquis tranſgreſſus fuerit, ſacramentum in exitu conſequatur. Oportet [e] autem tales inter dæmonioſos [f] orare.

[a] commixtionem. *L.* [b] communione. *MS. Iſ. Th.* tantùm communione. *L.* [c] annos humilitate. *L.* [d] orationi. *MS.* [e] enim. *L. Iſ. Th.* [f] ordinare. *L.*

LXXXII. *De his qui vſque ad finem vitæ in peccatis perdurant, & in exitu communionem accipiunt.*

SI quis de corpore exiens, nouiſſimum, & neceſſarium communionis viaticum expetit, non ei denegetur. Quòd ſi in deſperatione poſitus, poſt perceptam communionem, iterum ſanus fuerit factus, tantùm [a] [in] oratione particeps ſit. Nam [b] non accipiat ſacramentum, donec conſtitutum pœnitentiæ impleat tempus. Qui ergo in exitu mortis ſunt, & deſiderant accipere ſacramentum, cum conſideratione, & probatione Epiſcopi accipere [c] debent.

[a] orationis particeps. *L.* orationi particeps *MS.* oratione particeps. *Tb.*
[b] purè. *Iſ.*
[c] debeant. *L.*

LXXXIII. *De his qui intrantes Eccleſiam, per nimiam luxuriam ſacramento ſe abſtinent.*

SI quis intrat [a] Eccleſiam Dei, & ſacras ſcripturas [b] audit, & pro luxuria ſua auertit ſe à communione ſacramenti, & in obſeruandis myſteriis declinat conſtitutam regulam diſciplinæ: illum talem proiiciendum de Eccleſia Catholica eſſe decernimus; donec pœnitentiam agat, & oſtendat fructum pœnitentiæ ſuæ, [c] & poſſit communionem, perceptâ indulgentiâ, promereri.

[a] in Eccleſiam. *Iſ. Tb.*
[b] non audit. *L.*
[c] vt poſſit communione percepta, indulgentiam promereri. *MS. Iſ. Tb.* vt poſſit communionem percepta indulgentia, prom. *L.*

LXXXIV. *De excommunicatis.*

NON liceat communicare excommunicatis: neque in domos eorum [a] introeuntes orare cum eis: neque liceat cum eis [b] in aliqua Eccleſia ſegregari. Si [quis] autem Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus, aut quilibet Eccleſiaſticus excommunicato communicauerit, quaſi perturbans omnem diſciplinam Eccleſiaſticam, excommunicetur.

[a] introire, neque orare. *L.*
[b] vt in alia Eccleſia ſegregentur. Si autem aliquis *L.* in alia Eccleſia ſegregari. *Iſ. Tb.*

LXXXII.

Conc. Nicæni I. Can. 13. aliàs 12.

DE his verò qui recedunt ex corpore: antiqua legis regula obſeruabitur etiam nunc; vt ſi fortè quis recedit ex corpore, neceſſario vita ſua non fraudetur viatico. Quòd ſi deſperatus aliquis, recepta communione ſuperuixerit: ſit inter eos, qui ſolâ oratione communicant. De omnibus tamen his qui à corpore recedunt, in tradendo eis communionem, cura, & probatio ſit Epiſcopi.

LXXXIII.

Conc. Antioch. Can. 2.

OMNES *qui ingrediuntur Eccleſiam Dei, & ſacras ſcripturas audiunt; non autem cum populo in oratione communicant, auerſantur autem ſanctam aſſumptionem Dominici ſacramenti, ſecundùm propriam diſciplinam: hos ab Eccleſia abiici oportet, donec confitentes, fructum pœnitentia demonſtrent; & deprecati fuerint, vt datâ veniâ ſuſcipi mereantur,* &c.

LXXXIV.

Eiuſd. Conc. Antioc. Can. 10. in f.

NON *autem licet communicare excommunicatis, neque cum his per domos ingredi, & cum eis orare, qui Eccleſia participant in oratione: nec in alteram Eccleſiam recipi qui in alia excommunicantur. Quòd ſi quis deprehenſus fuerit Epiſcoporum, vel presbyterorum, vel diaconorum, vel etiam qui in Canone detinentur, excommunicatis communicare: & hunc oportet communione priuari, tanquam Eccleſia regulas confundentem.*

Finis Capitulorum S. Martini Bracarenſis Epiſcopi ex Orientalium Synodis collectorum.

CRISCONII

Digitized by Google

CRISCONII
EPISCOPI AFRICANI
LIBER CANONVM,

IN QVO INTEGROS IPSOS CONCILIORVM Canones & Pontificum decreta eo ordine quo in breuiario allegantur, deſcripſit.

INCIPIT LIBER CANONVM.

Hæc non eſſe Criſconij multa perſuadent, qualicùt in MS. Codice valde deprauata legantur, hic tamen vtcunque reſtituta ponimus.

QVI Epiſcopus ordinandus eſt, antè examinetur, ſi natura prudens eſt, ſi docibilis, ſi motibus temperatus, ſi vita caſtus, ſi ſobrius, ſi ſemper ſuis negotiis vacans, ſi hominibus affabilis, ſi literatus, ſi in lege Domini inſtructus, ſi in ſcripturarum ſenſibus cautus, ſi in dogmatibus Eccleſiaſticis exercitatus, & ante omnia ſi fidei documenta verbis ſimplicibus adſerat Item Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum vnum Deum eſſe confirmans, totámque in Deitate Trinitatem coeſſentialem & conſubſtantialem & omnipotentem prædicans; ſi ſingulam vnamquamque in Trinitate perſonam plenum Deum, & totas tres perſonas vnum Deum: ſi Incarnationem diuinam non in Patre, neque in Spiritu ſancto factam, ſed in Filio tantùm, vt qui erat in diuinitate Dei patris filius, ipſe fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex patre, & homo verus ex matre, carnem ex matris viſceribus habens, & animam humanam rationabilem: ſimul in eo ambæ naturæ: item homo, & Deus, vnus filius, vnus Chriſtus, vnus dominus creator omnium quæ ſunt, & auctor, & dominus, & rector cum Patre & Spiritu ſancto: qui paſſus ſit veram carnis paſſionem, mortuus vera corporis morte. Item carnis ſuæ reſurrectionem, & veram animæ reſumptionem; in qua veniet iudicare viuos, & mortuos. Quærendum etiam ab eo, ſi noui & veteris teſtamentorum, item legis & Prophetarum, & Apoſtolorum vnum eundémque credat auctorem & Deum: ſi diabolus non per conditionem, ſed per arbitrium factus ſit malus. Quærendum etiam ab eo, ſi credat huius quam geſtamus, & non alterius carnis reſurrectionem, ſi credat iudicium futurum, & recepturos ſingulos pro his quæ in hac carne geſſerunt vel pœnam vel gloriam. Si nuptias non improbat, ſi ſecunda matrimonia non damnat, ſi carnis perceptionem non culpat: ſi pœnitentibus reconciliatis communicet, ſi in baptiſmo omnia peccata idem tam illud originale, quàm illa quæ voluntariè admiſſa ſunt dimittantur; ſi extra Eccleſiam Catholicam nullus ſaluetur. Cùm, his omnibus examinatus, inuentus fuerit plenè inſtructus, tunc conſenſu clericorum & laïcorum, & conuentu totius prouinciæ Epiſcoporum, maximéque Metropolitani vel authoritate vel præſentiâ, ordinetur Epiſcopus; ſuſcepto in nomine Chriſti Epiſcopatu, non ſuæ delectationi, nec ſuis motibus, ſed Patrum diffinitionibus adquieſcat.

I. *De ordinatione Epiſcopi.*

IN *Canonibus Apoſtolorum titulo primo*. Epiſcopus à duobus aut tribus Epiſcopis ordinetur.

Concil. Niceno titul. 4. De his qui ad Epiſcopatum in prouinciis prouehuntur. Epiſcopum conuenit maximè quidem ab omnibus qui ſunt in prouincia Epiſcopis ordinari: ſi autem hoc difficile fuerit, aut propter inſtantem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem, à tribus tamen omnimodis in idipſum conuenientibus, & abſentibus quoque pari modo decernentibus & per ſcripturam conſentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur per vnamquamque prouinciam, metropolitano tribuatur Epiſcopo.

Concil. Antiocheno tit. 19. De Epiſcopalibus in prouinciis ordinationibus. Epiſcopus præter ſynodum, & præſentiam Metropolitani nullatenus ordinetur. Hoc autem modis omnibus corampoſito, melius quidem eſt vt omnes ſimul adſint eiuſdem prouinciæ ſacerdotes, quos metropolitanus Epiſcopus aduocare debebit: & ſi quidem omnes occurrerint, optimè: quòd ſi hoc difficile fuerit, ſaltem plures adeſſe omnimodo conuenit, aut certè ſcriptis eiuſdem ſententiæ comprobari, & ita ſub plurimorum vel præſentia, vel decreto, ordinatio celebretur. Quòd ſi ſecus contra definita factum fuerit, nullas ordinatio vires habeat: ſi verò iuxta definitam regulam fiat, & nonnulli pro contentione propria contradicant, obtineat ſententia plurimorum.

Concil. Laodic. tit. 12. De Epiſcopalibus ordinationibus. Vt Epiſcopi iudicio Metropolitanorum, & eorum Epiſcoporum qui circumcircà ſunt prouehantur ad Eccleſiaſticam poteſtatem: hi videlicet qui plurimo tempore probantur tam verbo fidei quàm rectæ conuerſationis exemplo.

Concil. Carthag. tit. 13. Aurelius Epiſcopus dixit: Quid ad hæc dicit ſanctitas veſtra? Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt; à nobis veterum ſtatuta debere ſeruari. Sicuti & inconſulto Primate cuiuſlibet prouinciæ tam facilè non præſumant multi congregari Epiſcopi Epiſcopum ordinare: niſi ſi neceſſitas fuerit, tres Epiſcopi in quocunque loco ſint eius præcepto ordinare debebunt Epiſcopum: & ſi quis contra ſuam profeſſionem vel ſubſcriptionem venerit in aliquo, ipſe ſe honore priuabit.

Item[a] *Concil. Carthag. tit.* 16. Honoratus & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: Et illud nobis mandatum eſt, vt quia proximè fratres noſtri Numidiæ duo Epiſcopi ordinare præſumpſerunt Pontificem, non niſi à duodecim cenſeatis celebrari Epiſcoporum ordinationes.

[a] *Eſt Concily Africani in antique Codice Can. Eccl. Rom. & habetur ſuprà Can. 49. Dionyſij Exig.*

Aurelius Epiſcopus dixit: Forma antiqua ſeruabitur, vt non minùs quàm tres ſufficiant, qui fuerint deſtinati ad Epiſcopum ordinandum. Propterea, quia in Tripoli fortè, & in Arzuge interiacere videntur barbaræ gentes: nam in Tripoli, vt aſſeritur, Epiſcopi ſunt quinque tantummodo, & poſſunt fortè de ipſo numero vel duo neceſſitate aliqua occupari: difficile eſt enim, vt de quolibet numero omnes poſſint occurrere. nunquid debet hoc ipſum impedimento eſſe Eccleſiaſticæ vtilitati? nam & in hac Eccleſia ad quam dignata eſt veſtra ſanctitas conuenire, crebrò ac pæne per diem Dominicam ordinandos habemus: nunquidnam frequenter potero duodecim, vel decem, vel non multominus aduocare Epiſcopos; ſed facile eſt mihi duos adiungere meæ paruitati vicinos: quapropter cernit me caritas veſtra hoc ipſum obſeruari non poſſe.

Item de hoc ipſo quòd Epiſcopi debeant adiici, ſi de ordinatione eius fuerit contradictum.

CONCIL. *eodem, titulo* 17. Sed & illud eſt ſtatuendum, vt quando ad eligendum Epiſcopum conuenerimus, ſi qua contradictio fuerit oborta, quia talia tractata ſunt apud nos, non præſumant ad purgandum eum qui ordinandus eſt, tres iam: ſed poſtuletur ad numerum ſupradictorum ſi haberi poſſunt, vnus, vel duo, & in eadem plebe cui ordinandus eſt, diſcutiantur primò perſonæ contradicentium; poſtremò etiam illa quæ obiiciuntur, pertractentur; & cùm purgatus fuerit, in conſpectu publico ita demum ordinetur. Si hoc cum veſtræ ſanctitatis animo concordat, roboretur veſtræ dignationis reſponſione. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Satisplacet.

Digitized by Google

11. *De ordinatione preſbyteri, diaconi, & cæterorum.*

IN *Canonibus Apoſt. titul.* 2. Preſbytet ab vno Epiſcopo otdinetur, & diaconus, & cæteti cletici.

Ex decretis Papæ Syricij tit. 8. Didicimus etiam, licentet ac liberè inexploratæ vitæ homines, quibus etiam fuerint numeroſa coniugia, ad ptæfatas dignitates ptovt cuicumque libuetit aſpitare, quod non tantùm illis qui ad hæc immodetata ambitione perueniunt, quantum Metropolitanis ſpecialitet Pontificibus imputamus, qui dum inhibitis auſibus conniuent, Dei noſtri, quantum in ſe eſt, præcepta contemnunt, & vt taceamus quod altius ſuſpicamur, vbi illud eſt quod Deus noſter data pet Moyſen lege conſtituit dicens: Sacerdotes mei ſemel nubant. & alio loco: Sacetdotes vxotem vitginem accipiant, non viduam, non repudiatam, non meretricem. quod ſecutus Apoſtolus ex perſecutore prædicator, vnius vxoris virum, tam ſacerdotem, quàm diaconum fieti debete mandauit. Quæ omnia ita à veſttatum tegionum deſpiciuntur Epiſcopis, quaſi in contrarium magis fuerint conſtituta. Et quia non eſt nobis de huiuſmodi vſutpationibus negligendum, ne nos indignantis Domini vox iuſta cortipiat, qui dicit: videbas furem, & concurrebas cum eo, & ponebas cum adultetis portionem tuam: quid ab vniuerſis Eccleſiis poſt hæc ſequendum ſit, quid vitandum generali pronuntiatione decernimus.

Ex decretis Papæ Innocentij tit. 32. Ita ſanè vt in eos tempora à maiotibus conſtituta ſeruentut, nec citò quilibet lector, citò acolytus, citò diaconus, citò ſacerdos fiat; quia in minoribus officiis, ſi diu perdutauerint & vita eotum pariter & obſequia comprobantut, vt ad ſacerdotium poſtea emenſis ſtipendiorum meritis veniant, nec prærіpiant quod vita ptobata meretur accipere. Quoniam ergo certa definitione monſttatum eſt, qui debeant admitti, qui verò reprobati: ex his omnibus quos vidit dignatio tua non poſſe teptobari, eligere debebis, quos clericos facias. Si enim nullam gratiam hominibus aut beneficium ptæſtare velimus, tales inuenite poſſumus, de quorum adſumptione, nec incurrere, nec etubeſcere valeamus.

Item de eorum conuerſatione qui ab infantia Deo ſe vouerunt.

EX *decretis Papæ Syricij, titulo nono.* Quicumque itaque ſe Eccleſiæ vouet obſequiis, à ſua infantia ante pubertatis annos baptizati, & lectorum debet miniſterio ſociari: qui ab acceſſu adoleſcentiæ vſque ad triceſimum ætatis annum, ſi ptobabiliter vixerit, vnâ tantùm & eâ quam virginem communi pet ſacerdotem benedictione percepetit, vxore contentus; acolytus, & ſubdiaconus eſſe debebit: póſtque ad diaconij gradum, ſi ſe ipſe ptimitus continentiâ ptæeunte dignum probauetit accedat: vbi ſi intra quinque annos laudabiliter adminiſttauerit, congruè pteſbyterium conſequatur: exinde poſt decennium Epiſcopalem cathedram poterit adipiſci; ſi tamen per hæc tempota integritas vitæ ac fides eius fuerit apptobata.

Item ex decretis Papæ Zoſimi, titul. 3. Hæc autem ſingulis gradibus obſeruanda ſunt tempora.

Si ab infantia Eccleſiaſticis miniſtetiis nomen dederit, & intet lectores vſque ad viceſimum ætatis annum continuatâ obſeruatione perdutet; ſi maior iam & grandæuus acceſſerit: qui tamen poſt baptiſmum ſtatim ſe diuinæ militiæ deſiderat mancipari, ſiue inter lectores, ſiue inter exorciſtas quinquennium teneatut; exinde acolytus vel ſubdiaconus quatuor annos, & ſic ad benedictionem diaconatus ſi meretur, accedat; in quo ordine quinque annis ſi inculpatè ſe geſſerit hætere debebit: exinde ſuffragantibus ſtipendiis, per tot gradus datis ptopriæ fidei documentis pteſbyterij ſaecrdotium poterit promereri.

De quo loco ſi eum exactiot ad bonos motes vita perduxerit, ſummum Pontificatum ſperare debebit, hac tamen lege ſeruatâ, vt neque digamus, neque [a] patiens ad hos gradus poſſit admitti; [a] pœnitens *Dionyſ. Exig. & Cod. Eccl. Rom.*
ſanè vt etiam defenſores Eccleſiæ qui ex laïcis fiunt ſuptadictâ obſetuatione teneantur; ſi meruetint eſſe in ordine clericatus.

Item de grandæuis.

EX *decretis Papæ Syricij, titulo decimo.* Qui verò iam ætate grandæuus melioris propoſiti conuetſatione

[b] probatus ex laïco ad ſacram militiam peruenire feſtinat, deſiderij ſui fructum non aliter obtinebit, niſi eo quo baptizatur tempore, ſtatim lectorum, aut exorciſtarum numero ſocietur: ſi tamen eum vnam habuiſſe vel habere, & hanc virginem accepiſſe conſtet vxorem. Qui dum initiatus fuerit, explero biennio, per quinquennium aliud, acolytus & ſubdiaconus fiat, & ſic ad diaconatum, ſi per hæc tempora dignus iudicatus fuerit prouehatur. Exinde iam acceſſu temporum preſbyterium vel Epiſcopatum, ſi eum clerici, ac plebis euocarit electio, non immeritò ſortietur.

[b] prouocatus. Dionyſ. Exig. & Cod. Eccl. Rom.

Ex decret. Papæ Cæleſtini titul. 16. Ordinatos verò quoſdam, fratres chariſſimi, Epiſcopos, qui nullis Eccleſiaſticis ordinibus ad tantæ dignitatis faſtigium fuerint inſtituti, contra Patrum decreta, huius vſurpatione, qui ſe hoc recognoſcit feciſſe didicimus, cùm ad Epiſcopatum his gradibus quibus frequentiſſimè cautum eſt, debeat perueniri, vt minoribus initiati officiis ad maiora firmentur; debet enim antè eſſe diſcipulus quiſquis doctor eſſe deſiderat, vt poſſit docere quod didicit. Omnis vitæ inſtitutio hac ad id quò tendit ſe ratione confirmat. qui minimè litteris operam dederit, præceptor eſſe non poteſt litterarum. Qui non per ſingula ſtipendia creuerit, ad emeritum ſtipendij ordinem non poteſt peruenire: ſolum ſacerdotium, inter iſta rogo, vilius eſt quòd faciliùs tribuitur, cùm difficiliùs impleatur?

III. *De monachorum promotione.*

Ex *decretis Papæ Syricij titul.* 13. Monachos quoque, quos tamen morum grauitas, & vitæ ac fidei inſtitutio ſancta commendat, clericorum officiis adgregari, & optamus & volumus: ita vt qui intra triceſimum annum ætatis ſunt in minoribus per gradus ſingulos creſcente tempore promoueantur ordinibus, & ſic ad diaconatus vel preſbyterij inſignia maturæ ætatis conſecratione perueniant, nec [a] ſaltu ad Epiſcopatus culmen aſcendant, niſi in his eadem quæ ſingulis dignitatibus ſuperiùs præfiximus tempora fuerint cuſtodita.

[a] ſtatim, addit Dionyſ. Exig.

Ex decretis Papæ Innocentij titul. 17. De monachis qui diu morantes in monaſteriis, poſtea ad clericatus ordinem peruenerunt, non debere eos à priori propoſito deuiare. Aut enim ſicut in monaſterio fuit, & quod diu ſeruauit in meliori gradu poſitus amittere non debet, aut ſi corruptus, poſtea baptizatus, & in monaſterio ſedens, & ad clericatus ordinem accedere voluerit, vxorem omnino habere non poterit: quia nec benedici cum ſponſa poteſt iam antè corruptus. Quæ forma ſeruatur in clericis; maximè cùm vetus regula hoc habet vt quiſquis corruptus baptizatus clericus eſſe voluiſſet, ſponderet ſe omnino vxorem non ducere.

Ex decretis Papæ Zoſimi titul. 1. Zoſimus Epiſcopus vrbis Romæ, Heſychio Epiſcopo Salonitano. Exegit dilectio tua præceptum Apoſtolicæ Sedis, in quo Patrum decreta conſentiunt. & ſignificas nonnullos ex monachorum cœtu, quorum ſolitudo quâuis frequentiâ maior eſt; ſed & laïcos ad ſacerdotium feſtinare. Hoc autem ſpecialiter & ſub prædeceſſoribus noſtris & nuper à nobis interdictum conſtat litteris ad Gallias, Hiſpaniáſque tranſmiſſis, in quibus regionibus familiaris eſt iſta præſumptio, quamuis nec Africa ſuper hac admonitione noſtra habeatur aliena, ne quis penitus contra Patrum præcepta qui Eccleſiaſticis diſciplinis imbutus per ordinem non fuiſſet, & temporis adprobatione diuinis ſtipendiis eruditus, nequaquam ad ſummum Eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumeret; & non ſolùm in eo ambitio inefficax haberetur; verùm etiam in ordinatores eius, vt carerent eo ordine, quem ſine ordine contra præcepta Patrum crediderant præſumendum. *& poſt paululum;* Si enim officia ſæcularia principalem locum non veſtibulum actionis ingreſſis, ſed per plurimos gradus examinatis, temporibus deferunt: quis ille tam arrogans, tam [b] imprudens inuenitur, vt in cæleſti militia quæ penitus ponderanda eſt, & ſicut aurum repetitis ignibus explorandum ſtatim dux eſſe deſiderat, cùm tiro antè non fuerit, & priùs velit docere quàm diſcere? Aſſueſcat in Domini caſtris in lectorum primitus gradu diuini rudimenta ſeruitij, nec illi [c] villeſcit exorciſtam, acolytum, ſubdiaconum, diaconum per ordinem fieri; nec hoc ſaltu, ſed ſtatutis maiorum ordinatione temporibus. Iam verò ad preſbyterij faſtigium talis accedat, vt & nomen

[b] impudens Dionyſ. Exig. & Cod. Can. Eccl. Rom.

[c] vile ſit, Dionyſ. Exig. & Cod. Eccl. Rom.

ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia anteacta teſtentur. Iure inde ſummi Pontificis locum ſperare debebit.

Ex decretis Papæ Gelaſij titul. 2. & 3. & 16. Priſcis igitur pro ſui reuerentia manentibus conſtitutis, quæ vbi nulla vel rerum, vel temporum perurget anguſtia, regulariter conuenit cuſtodire eatenus Eccleſiis, quæ vel cunctis ſunt priuatæ miniſtris, vel ſufficientibus vſque adeò diſpoliatæ ſeruitiis, vt plebibus ad ſe pertinentibus diuina munera ſupplere non valeant, tam inſtituendi quàm promouendi clericalis [a] obſequij ſic ſpatia diſpenſanda concedimus. Et ſi quis etiam de religioſo propoſito, & diſciplinis monaſterialibus eruditus ad clericale munus accedat; inprimis eius vita præteritis acta temporibus inquiratur.

[a] officij, *Dionyſ. Exig.*

1. Si nullo graui facinore probatur infectus.

2. Si ſecundam non habuit fortaſſis vxorem.

3. Nec à marito relictam ſortitus oſtenditur.

4. Si pœnitentiam publicam fortaſſis non geſſit.

5. Nec vlla parte corporis vitiatus appareat.

6. Si ſeruili aut originariæ non eſt conditioni obnoxius.

7. Si curiæ iam probatur nexibus abſolutus.

8. Si adſecutus eſt litteras, ſine quibus vix fortaſſis [b] oſtiarium poſſit implere. Vt ſi his omnibus quæ ſunt prædicta fulcitur, continuò lector, vel notarius, aut certè defenſor effectus, aut poſt tres menſes exiſtat acolytus. Maximè ſi huic ætas etiam ſuffragatur, ſexto menſe ſubdiaconi nomen accipiat, ac ſi modeſtæ conuerſationis honeſtæque voluntatis exiſtit nono menſe diaconus, completo anno ſit presbyter, cui tamen quod annorum fuerant interſtitia collatura, ſancti propoſiti ſponte ſuſcepta doceatur præſtitiſſe deuotio.

[b] oſtiarij poſſit implere miniſterium. *Dionyſ. Exig. & Cod. Eccl. Rom.*

Ex decretis eiuſdem titul. 3. Si verò de laïcis quiſpiam Eccleſiaſticis eſt adgregandus officiis, tanto ſolicitiùs in ſingulis quæ ſuperiùs comprehenſa ſunt, huiuſmodi decet examinare perſonam: [c] quando inter mundanam religioſámque vitam conſtat eſſe diſcriminis, quia vtique conuenientia Eccleſiæ miniſteria reparanda ſunt; non inconuenientibus meritis [d] generanda; tantóque magis quod ſacris aptum poſſit eſſe ſeruitiis, in eorum quærendum eſt inſtitutis; quanrum de tempore quo fuerant hæc adſequenda decerpitur, vt morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior conſuetudo non contulit: ne per occaſionem ſupplendæ penuriæ clericalis, vitia potiùs diuinis cultibus intuliſſe iudicemur, non legitimę familiæ conſuremur procuraſſe compendia: quorum promotionibus ſuper anni metas, ſex menſes nihilominus ſubrogamus. Quoniam ſicut dictum eſt, diſtare conuenit inter perſonam diuino cultui deditam, & de laïcorum conuerſatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, vt illis eccleſiis quibus infeſtatione bellorum vel nulla penitus, vel exigua remanſerunt miniſteria, renouentur. Quatenus his Deo propitio reſtitutis in eccleſiaſticis gradibus ſubrogandis, canonum paternorum vetus forma ſeruetur, nec contra eos vlla ratione præualeat, quod pro accedentis defectus remedio prouidetur; non aduerſus ſcita maiorum noua lege proponitur cæteris Eccleſiis ab hac occaſione ceſſantibus, quas non ſimili clade vaſtatas priſtinam faciendis ordinationibus conuenit tenere ſententiam, quò magis hac opportunitate [e] commoti obſeruantiam venerandorum Canonum propenſiùs delegamus, ſingulorum graduum conſcientias admonentes, ne in inlicitos prorumpere moliantur exceſſus. Nec fas eſſe confidat quiſquam Pontificum bigamos aut coniugia ſortientes ab aliis derelicta, ſiue quoſlibet poſt pœnitentiam, vel ſine litteris, vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curiæ publicarúmque rerum nexibus implicatos, aut paſſim nulla temporis congruentis examinatione diſcuſſos diuinis ſeruituros applicare myſteriis: neque pro ſuo libito iura ſtudeant aliena peruadere, abſque Sedis Apoſtolicæ iuſta diſpoſitione mandante.

[c] quantum *Dionyſ. Exig. & Cod. Eccl. Rom.*

[d] ingerendi *Dionyſ. Exig. & Cod. Eccl. Rom.*

[e] commoniti. *Dionyſ. Exig. & Cod. Eccl. Rom.*

Item de hoc, titul. 16. Inlitteratos quoque, & nonnulla parte corporis imminutos, ſine vllo reſpectu ad Eccleſiaſticum didicimus venire ſeruitium, quod ſimul antiqua traditio, & Apoſtolicæ Sedis vetus forma non recepit; quia nec litteris carens ſacris eſſe poteſt aptus officiis, & vitioſum nihil Deo prorſus of-

ferri legalia præcepta ſanxerunt. Itaque de cætero modis omnibus hæc vitentur, nec quiſquam talis ſuſcipiatur in clerum: ſi qui verò, vel temeritate propria, vel incuria præſidentium tales antè ſuſcepti ſunt, [f] in conſtitutis locis eatenus perſeuerent, vt nihil vnquam promotionis arripiant, ſatiſque habeant hoc ipſum ſibi pro nimia miſeratione permiſſum.

[f] *excuſi libri habent:* In his quibus conſtituti ſunt locis.

IV. *Vt neophyti non ordinentur.*

CONCIL. *Niceno tit.* 2. Quoniam plura aut per neceſſitatem, aut aliàs cogentibus hominibus aduerſus eccleſiaſticam facta ſunt regulam, vt homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & inſtructos breui tempore, mox ad lauacrum ſpiritale producerent, ſimúlque vt baptizati ſunt ad Epiſcopatum, vel presbyterium promouerent, optimè placuit, nihil tale de reliquo fieri. nam & tempore opus eſt ei, qui catechizatur, & poſt baptiſma probatione quamplurima; manifeſta eſt enim Apoſtolica ſcriptura, quæ dicit: Non neophytum ne in ſuperbia elatus in iudicium incidat, & laqueum diaboli. Si verò proceſſu temporis, aliquod delictum animæ circa perſonam reperiatur huiuſmodi, & à duobus, vel tribus teſtibus arguatur; à clero talis abſtineat. Si quis autem præter hæc fecerit, quaſi contra magnum Concilium ſe efferens, ipſe de clericatus honore periclitabitur.

Concil. Laodicenſi titul. 3. De his qui nuper ſunt illuminati baptiſmate, quòd eos in ſacerdotali non conueniat ordine promoueri.

Concil. Sardicenſi titul. 13. Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc neceſſarium arbitror, vt diligentiſſimè tractetis: ſi fortè aut diues, aut ſcholaſticus de foro, aut ex adminiſtratione Epiſcopus fuerit poſtulatus; vt non priùs ordinetur, niſi & lectoris munere & officio diaconi, aut presbyteri fuerit perfunctus.

Vt per ſingulos gradus ſi dignus fuerit aſcendat ad culmen Epiſcopatus: poteſt enim per has promotiones quæ habebunt vtique prolixum tempus, probari qua fide ſit, qua modeſtia, qua grauitate, & verecundia, & ſi dignus fuerit probatus, diuino ſacerdotio illuſtretur; quia conueniens non eſt, nec ratio, nec diſciplina patitur, vt temerè, & leuiter ordinetur aut Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus eſt, maximè cùm & magiſter gentium Apoſtolus ne hoc fieret denuntiaſſe, & prohibuiſſe videatur; ſed hi quorum per longum tempus examinata ſit vita, & merita fuerint comprobata.

Ex decret. Papæ Leonis tit. 33. In ciuitatibus, quarum rectores obierint, de ſubſtituendis Epiſcopis hæc forma ſeruetur, vt is qui ordinandus eſt, etiamſi bonæ vitæ teſtimonio fulciatur, non laicus, non neophytus, nec ſecundæ coniugis ſit maritus, aut qui vnam quidem habeat vel habuerit, ſed quam ſibi viduam copularit. Sacerdotum enim tam excellens eſt electio, vt hæc, quæ in aliis membris Eccleſiæ non vocantur ad culpam, in illis tamen habentur inlicita.

V. *Vt nihil aliud in ſacrificium præter id quod Dominus ſtatuit offeratur.*

IN *canonibus Apoſtolorum, titul.* 3. Si quis Epiſcopus, aut presbyter præter ordinationem Domini alia quædam in ſacrificio offerat ſuper altare, id eſt aut mel, aut lac, aut pro vino ſiceram, aut confecta quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra conſtitutionem Domini faciens, congruo tempore deponatur.

Concil. Carthaginenſi, titul. 4. Vt in ſacramentis corporis, & ſanguinis Domini nihil ampliùs offeratur, quàm ipſe Dominus tradidit, hoc eſt panem & vinum, aquâ mixtum: primitiæ verò ſeu mel, & lac, quod vno die ſolemniſſimo in infantum myſterio ſolet offerri, quamuis in altari offerantur, ſuam tamen habeant propriam benedictionem, vt à ſacramento Dominici corporis, & ſanguinis diſtinguantur. nec ampliùs in primitiis offeratur quàm de vuis, & frumentis.

VI. *Quæ ſpecies ad altare non ad ſacrificium, ſed ad benedictionem ſimplicem debeant* [a] *offerri.*

[a] *excuſi,* exhiberi.

IN *canonibus Apoſtolorum titul.* 4. Offerri non liceat aliquid ad altare præter nouas ſpicas, & vuas, & oleum ad luminaria & thymiama, id eſt incenſum, tempore quo ſancta celebratur oblatio.

VII. *Vt ea quæ in eccleſiis offerri non poſſunt, ad domos ſacerdotum à fidelibus deferantur.*

VBI *ſuprà tit.* 5. Reliqua poma omnia, primitiæ, ad domum Epiſcopo, & presbyteris dirigantur, nec offerantur in altari. Certum eſt autem quòd Epiſcopus, & presbyteri diuidant & diaconis, & reliquis clericis.

VIII. *Vt Epiſcopus aut preſbyter uxorem ſuam quam debet caſtè regere, non relinquat.*

IN *canonibus Apoſtolorum titul.* 6. Epiſcopus aut preſbyter vxorem propriam nequaquam ſub obtentu religionis abiiciat. Si verò reiecerit, excommunicetur; ſed ſi perſeuerauerit, deiiciatur.

IX. *Vt ſacerdotes, & miniſtri altaris ſæcularibus curis abſtineant.*

VBI *ſuprà titul.* 7. Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus nequaquam ſæculares curas adſumant, ſin aliter, deiiciantur.

X. *Quo tempore Paſcha celebretur.*

VBI *ſuprà tit.* 8. Si quis Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus ſanctum Paſchæ diem ante vernale æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, abiiciatur.

Concilio Antiocheno titul. 1. Omnes qui auſi fuerint diſſoluere definitionem ſancti & magni Concilij, quod apud Niceam congregatum eſt ſub præſentia piiſſimi, & venerandi Principis Conſtantini de ſalutifera ſolemnitate ſacratiſſimæ Paſchæ, excommunicandos, & de Eccleſia pellendos eſſe cenſemus: ſi tamē contentioſiùs aduerſus ea quæ benè ſunt decreta præſtiterint & hæc quidem de laïcis dicta ſint. Si quis autem eorum qui præeſſe noſcuntur Eccleſiæ, aut Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus, poſt hanc definitionem tentauerit ad ſubuerſionem populorum, eccleſiarúmque perturbationem, ſeorſum colligere, & cum Iudæis Paſcha celebrare: ſancta ſynodus hunc alienum iam hinc ab Eccleſia iudicauit; quòd non ſolùm ſibi, ſed & plurimis cauſa corruptionis, & perturbationis extiterit: nec ſolùm tales à miniſterio remouet; ſed etiam illos qui poſt damnationem huiuſmodi communicare tentauerint: damnatos autem omni quoque extrinſecus honore priuari, quem ſancta regula, & ſacerdotium Dei promeruit.

XI. *Quòd miniſtri altaris oblatione celebrata debeant communicare.*

IN *canonibus Apoſtolorum titulo* 9. Si quis Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus, vel quilibet ex ſacerdotali catalogo facta oblatione non communicauerit; aut cauſam dicat, vt ſi rationabilis fuerit, veniam conſequatur; aut ſi non dixerit, communione priuetur, tanquam qui populo cauſa læſionis extiterit, dans ſuſpicionem de eo qui ſacrificauerit quod rectè non obtulit.

XII. *Quòd fideles laïci ingredientes eccleſiam communicare debeant.*

VBI *ſuprà titulo* 10. Omnes fideles qui ingrediuntur eccleſiam, & ſcripturas audiunt, non autem perſeuerant in oratione, nec ſanctam communionem percipiunt, vel vt inquietudines eccleſiæ commouentes, conuenit communione priuari.

Concil. Antiocheno tit. 2. Omnes qui ingrediuntur eccleſiam Dei, & ſcripturas ſacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, ſed pro quadam intemperie ſe à perceptione ſanctæ communionis auertunt, ij de Eccleſia remoueantur quamdiu per confeſſionem pœnitentiæ fructus oſtendant, & precibus indulgentiam conſequantur; cum excommunicatis autem non licere communicare; nec cum his qui per domos conueniunt, deuitantes orationes Eccleſiæ, ſimul orandum eſt; ab alia quoque eccleſia non ſuſcipiendum qui in alia minimè congregatur: ſi quis autem de Epiſcopis, aut preſbyteris, aut diaconis, ſeu quilibet ex clero deprehenſus fuerit cum excommunicatis orare, etiam iſte priuetur communione, tanquam qui regulam confundat Eccleſiæ.

XIII. *Quòd cum excommunicatis non ſit orandum.*

IN *Canonibus Apoſt. titul.* 11. Si quis cum excommunicato ſaltem in domo ſimul orauerit, iſte communione priuetur.

Concil. Nicano titul. 5 De his qui communione priuantur, ſeu ex clero, ſeu ex laïcorum ordine ab Epiſcopis per vnamquamque prouinciam, ſententia regularis obtineat, vt hi qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur: requiratur autem ne puſillanimitate aut contentione, vel alio quolibet Epiſcopi vitio videatur à congregatione ſecluſus.

Concil. Antioch. titul. 6. Si quis à proprio Epiſcopo communione priuatus eſt, non antè ſuſcipiatur ab aliis quàm ſuo reconcilietur Epiſcopo, aut certè ad ſynodum quæ congregatur occurrens, pro ſe ſatisfaciat, & perſuadens Concilio ſententiam ſuſcipiat alteram: hæc autem definitio maneat circa laicos, & preſbyteros, & diaconos, omnéſque qui ſub regula eſſe monſtrantur.

XIV. *Quòd cum damnatis clericis non ſit orandum.*

IN *Canonibus Apoſtolorum titulo* 12. Si quis cum damnato clerico veluti cum clerico ſimul orauerit, iſte damnator.

Concil. Antiochenſi, tit. 4. Si quis Epiſcopus damnatus à ſynodo, vel preſbyter aut diaconus à ſuo Epiſcopo, auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro contingere, ſiue Epiſcopus iuxta præcedentem conſuetudinem, ſiue preſbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia ſynodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis: ſed & communicantes ei omnes, abiici de Eccleſia, & maximè ſi poſteaquam didicerint aduerſus memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentauerint.

Concil. Carthag. titul. 9. Auguſtinus Epiſcopus legatus prouinciæ Numidiæ dixit: Hoc ſtatuere dignemini, vt ſi qui fortè merito facinorum ſuorum ab Eccleſia pulſi ſunt, & ſiue ab aliquo Epiſcopo vel preſbytero fuerint in communionem ſuſcepti, etiam ipſe pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugiente ſui Epiſcopi regulare iudicium. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet.

XV. *Vt nullus fidelium præter commendatitias ſuſcipiatur epiſtolas.*

IN *Canonibus Apoſtolorum titulo* 13. Si quis clericus aut laïcus à communione ſuſpenſus, ſeu communicans ad alteram properet ciuitatem, & ſuſcipiatur præter commendatitias epiſtolas; & qui ſuſcipiunt, & qui ſuſceptus eſt communione priuentur. Excommunicatò verò proteletur ipſa correptio; tanquam qui mentitus Eccleſiam Dei ſeduxerit.

Concil. Antioch. titul. 7. & 8. Nullus peregrinorum ſine pacificis, id eſt commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis; preſbyteri qui ſunt in agris, canonicas epiſtolas dare non poſſunt, ad ſolos tantùm vicinos Epiſcopos literas deſtinabunt: chorepiſcopi autem qui ſunt inreprehenſibiles dare poſſunt pacificas, id eſt generales epiſtolas.

XVI. *Vt ab Epiſcopis aliena parochia non peruadatur.*

IN *Canonibus Apoſtolorum titulo* 14. Epiſcopo non licere alienam parochiam, propriâ relictâ, peruadere, licèt cogatur à plurimis, niſi fortè quis cum rationabili cauſa compellat, tamquam qui poſſit ibidem conſtitutis plus lucri conferre, & in cauſa religionis aliquid profectò proſpicere: & hoc non à ſemetipſo pertentet; ſed multorum Epiſcoporum iudicio, & maxima ſupplicatione perficiat.

Concil. Antiocheno, tit. 21. Epiſcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, nec ſponte ſua protſus inſiliens, nec vi coactus à populis, nec ab Epiſcopis neceſſitate compulſus; maneat autem in eccleſia quam primitus à Domino ſortitus eſt: nec inde tranſmigret ſecundùm priſtinum de hac re terminum conſtitutum.

Concil. Calchedonenſi, tit. 5. De his qui tranſmigrant de ciuitate in ciuitatem Epiſcopis aut clericis placuit, vt canones qui de hac re à ſanctis Patribus ſtatuti ſunt, habeant propriam firmitatem.

XVII.

XVII. *Vt clerici proprias eccleſias non relinquant.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 15. Si quis preſbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum relinquens propriam parochiam, pergat ad alienam, & omnino demigrans præter Epiſcopi ſui conſcientiam in aliena parochia commoretur; hunc vlteriùs miniſtrare non patimur: præcipuè ſi vocatus ab Epiſcopo redire contempſerit in ſua inquietudine perſeuerans: verumtamen tamquam laicus, vbique communicet.

Concil. Nicano titul. 15. Propter multam perturbationem, & ſeditiones quæ fiunt, placuit conſuetudinem penitus amputari, quæ præter regulam in quibuſdam partibus videtur admiſſa. Ita vt de ciuitate ad ciuitatem, non Epiſcopus, non preſbyter, non diaconus transferatur; ſi quis autem poſt definitionem ſancti & magni Concilij tale aliquid agere tentauerit, & ſe huiuſcemodi negotio manciparit; hoc factum prorſus irritum dicatur, & reſtituatur eccleſiæ cui fuit Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus ordinatus.

Concilio Nicano, titulo 16. Quicumque temerè ac periculosè, neque timorem Dei præ oculis habentes, nec agnoſcentes eccleſiaſticam regulam, diſcedunt ab eccleſia, Epiſcopi, preſbyteri, aut diaconi, vel quicumque ſub regula prorſus exiſtunt; ij nequaquam debent in aliam eccleſiam recipi, ſed omnem neceſſitatem conuenit illis imponi, vt ad ſuas eccleſias reuertantur: quod ſi non fecerunt, oportet eos communione priuari. Si quis autem ad alium pertinentem audacter inuadere, & in ſua eccleſia ordinare tentauerit non conſentiente Epiſcopo, à quo diſceſſit is qui regulæ mancipatur: ordinatio huiuſcemodi irrita comprobatur.

Conc. Calchedon. tit. 20. Clericos in Eccleſia miniſtrantes, ſicut iã conſtituimus, in alterius ciuitatis eccleſia ſtatutos fieri non oportet, ſed contentos eſſe in quibus ab initio miniſtrare meruerunt, exceptis illis qui proprias amittentes prouincias, ex neceſſitate ad aliam eccleſiam tranſierunt. Si quis autem Epiſcopus poſt hanc definitionem ſuſceperit clericum ad alium Epiſcopum pertinentem, placuit & ſuſceptum, & ſuſcipientem communione priuari: donec is qui migrauerat clericus, ad propriam fuerit regreſſus eccleſiam.

Concil. Antiocheno titul. 3. Si quis preſbyter, aut diaconus, & omnino quilibet ex clericis parochiam propriam deſerens ad aliam properauerit, dein omnino demigrans in alia parochia per multa tempora nititur immorari vlteriùs, ibidem non miniſtret, maximè ſi vocatus ſuo Epiſcopo, & regredi ad propriam parochiam commonenti obedire contempſerit: quòd ſi in hac indiſciplinatione perdurat, à miniſterio modis omnibus remoueatur, ita vt nequaquam locum reſtitutionis inueniat. Si verò pro hac cauſa damnatum, alter Epiſcopus ſuſcipiat; hic etiam à communi coërceatur ſynodo, veluti qui eccleſiaſtica conſtituta diſſoluat.

Ex decret. Papæ Leonis tit. 38. Si quis autem Epiſcopus ciuitatis ſuæ mediocritate deſpecta adminiſtrationem loci celebrioris ambierit, & ad maiorem ſe plebem quacumque ratione tranſtulerit, à cathedra quidem pellatur aliena, ſed carebit & propria, vt nec illis præſideat, quos per auaritiam cupiuit, nec illis quos per ſuperbiam ſpreuit. Suis igitur terminis quiſque contentus ſit, nec ſupra menſuram iuris ſui affectet augeri.

Ex decretis Papæ Gelaſij tit. 23. Quiſquis propriæ deſertor eccleſiæ nullis exiſtentibus cauſis ad aliam putauerit tranſeundum, temeréque ſuſceptus fuerit, & promotus, reuerendorum canonum, vel ipſe, vel receptor eius atque prouector conſtituta non fugiet, quæ de huiuſmodi præſumptoribus præfixere reſeruanda.

Concil. Carthag. titul. 21. Epigonius Epiſcopus dixit: In multis Conciliis ſtatutum eſt, etiam nunc hoc confirmandum eſt à veſtra prudentia, beatiſſimi fratres, vt clericum alienum nullus ſibi præripiat Epiſcopus præter eius arbitrium, cuius fuerit clericus. Dico autem Iulianum qui ingratus eſt Dei beneficiis per meam paruitatem in ſe conlatis, ita temerarium, & audacem extitiſſe, vt eum qui à me baptizatus eſt, cùm eſſet puer egentiſſimus mihi ab eodem commendatus; cúmque multis annis à me aleretur, atque increſceret: hunc baptizatum eſſe in eccleſia mea per manum paruitatis meæ conſtat; idem in diœceſi Apalienſi lector eſſe cœpe-

tat, imò annis fermè duobus legerat, neſcio quo contemptu humilitatis meæ: idem Iulianus eum arripuit, quem dicit quaſi proprium ciuem ſui loci Vazapitani me inconſulto vſurpare: nam & diaconum illum ordinauit. hoc ſi licet, pateat hæc licentia à vobis beatiſſimi fratres, ſi minùs tam impudens cohibeatur, ne ſe miſceat communioni cuiuſquam.

Numidius Epiſcopus dixit: Si non poſtulata, neque conſulta tua dignatione id videtur feciſſe Iulianus, iudicant omnes iniquè factum, atque indignè; quapropter niſi idem Iulianus correxerit errorem ſuum, & cum ſatisfactione eundem clericum quem fuerat auſus ordinare reuocauerit tuæ plebi, contra ſtatuta Concilij faciens, contumaciæ ſuæ, ſeparatus à nobis excipiet iudicium.

Epigonius Epiſcopus dixit: Ætate pater, & ipſa promotione antiquiſſimus vir laudabilis frater & collega noſter Victor vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

Tit.22.Cart. Aurelius Epiſc. dixit: Sermonē meum admittite, fratres. Contingit nonnunquam, vt poſtulentur ab eccleſiis quæ præpoſitis egent, vel presbyteris, vel Epiſcopis, & tamen memor ſtatutorum id ſequor vt cōueniam Epiſcopum eius, atque ei inculcem, quòd eius clericus à qualibet eccleſia poſtuletur: ſed fortè in hodierno non reluctati ſunt, & nequando contingat vt reluctentur, cùm fuerint à me in hanc cauſam poſtulati, quem ſcitis multarum eccleſiarum & ordinandorum curam ſuſtinere. Iuſtum eſt ergo vt quemlibet conſacerdotum conueniamus cum duobus è conſortio noſtro, vel tribus teſtibus; ſin verò indeuotus extiterit, quid cenſet caritas veſtra faciendum? ego enim cunctarum Eccleſiarum dignatione Dei, vt ſcitis fratres, ſolicitudinem ſuſtineo.

Numidius Epiſcopus dixit: Fuit ſemper hæc licentia huic ſedi, vt vnde vellet, & de cuius nomine fuiſſet conuentus, pro deſiderio cuiuſque eccleſiæ ordinaret Epiſcopum.

Epigonius Epiſcopus dixit: Bonitas ſequeſtrat poſſibilitatem, minus enim præſumis frater cùm te bonum, & clementem omnibus reddis, habes enim hoc in arbitrio. Satis eſt vt ſatisfiat perſonæ vniuſcuiuſque Epiſcopi in prima tantummodo conuentione: ſi autem quod licet huic ſedi vindicandum ſibi fuerit arbitratus, neceſſe habes tu omnes Eccleſias ſuffulcire, vnde tibi non poteſtatem damus, ſed tuam adſignamus, vt liceat voluntati tuæ, etiam ſemper tenere quem voles, vt præpoſitos plebibus vel eccleſiis conſtituas, qui poſtulati fuerint, & vnde voles.

Poſtumianus Epiſcopus dixit: Deinde qui vnum habuerit, nunquid debet illi vnus presbyter auferri? Aurelius Epiſcopus dixit; ſed Epiſcopus vnus eſſe poteſt per quem dignatione diuina presbyteri multi conſtitui poſſint, vnus autem Epiſcopus difficilè inuenitur conſtituendus: quapropter ſi neceſſarium Epiſcopatui quis habuerit presbyterum, & vnum, vt dixiſti frater, habuerit, etiam ipſum ad promotionem dare debebit. Poſtumianus Epiſcopus dixit: ergo ſi habet alios abundantes clericos, debet inibi alia plebs ſubuenire.

Aurelius Epiſcopus dixit: Sanè quando tu Eccleſiæ alteri ſubueneris, perſuadebitur illi qui plures habet clericos, vt vnum tibi ordinandum largiatur.

XVIII. *Vt Epiſcopus qui clericos alterius ſuſceperit, communione priuetur.*

IN *Canonibus Apoſtolorum titul.* 16. Epiſcopus apud quem * demoratos clericos alterius eſſe conſtiterit, ſi contra eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans, tamquam clericos fortè ſuſceperit, velut magiſter inquietudinis, communione priuetur.

* *In Codice Dionyſ. Exig. pag.* 113. *memoratos, ſed perperam.*

Concil. Sardicenſ. titul. 16. Oſius Epiſcopus dixit: Hoc quoque omnibus placet, vt ſiue diaconus, ſiue presbyter, ſiue quis clericorum ab Epiſcopo ſuo communione fuerit priuatus, & ad alterum pertexerit Epiſcopum, & ſcierit ad quem confugit eum ab Epiſcopo ſuo fuiſſe abiectum, non oportet vt ei communionem indulgeat; quod ſi fecerit, ſciat ſe conuocatis Epiſcopis cauſas eſſe dicturum. Vniuerſi dixerunt: hoc ſtatutum & pacem ſeruabit, & concordiam cuſtodiet.

Conc. ſupradicto tit. 17. Oſius Epiſcopus dixit: Quod me adhuc mouet reticere non debeo; ſi Epiſcopus fortè quis iracundus, quod eſſe non debet, & aſperè commouetur aduerſum presbyterum,

Digitized by Google

ſiue diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit, prouidendum eſt ne innocens damnetur, aut perdat communionem; & ideo habeat poteſtatem qui abiectus eſt, vt Epiſcopos finitimos interpellet, & cauſa eius audiatur, ac diligentiùs tractetur: quia non oportet ei negare audientiam roganti. & ille Epiſcopus qui eum iuſtè, aut iniuſtè abiecit patienter accipiat, vt negotium diſcutiatur, vt vel probetur ſententia eius à plurimis, vel emendetur: tamen priuſquam omnia diligenter, & fideliter examinentur, eum qui fuerit communione ſeparatus, ante cognitionem nullus debet præſumere, vt eum communione ſociet. Hi verò qui conueniunt ad audiendum, ſi viderint clericorum eſſe ſtudium, & ſuperbiam, quia non decet vt Epiſcopus iniuriam, vel contumeliam patiatur, ſæuioribus eos verbis caſtigent, vt obediant honeſta præcipienti Epiſcopo: quia ſicut ille clericis ſincerum debet exhibere amorem caritatis, ita quoque viciſſim miniſtri infucata debent Epiſcopo ſuo exhibere obſequia.

Ex decretis Papæ Innocentij titul. 14. Vt de aliena Eccleſia clericum ordinare nullus vſurpet; niſi eius Epiſcopi precibus exhortatus concedere voluerit; hoc etiam ſynodus ſtatuit Nicæna, vt abiectum ab altero clericum, altera Eccleſia non recipiat.

Ex decretis Papæ Leonis tit. 39. Alienum clericum inuito Epiſcopo ipſius nemo ſuſcipiat, nemo ſollicitet, niſi fortè ex placito caritatis. id inter dantem accipientémque conueniat: nam grauis iniuriæ reus eſt, qui de fratris eccleſia id quod eſt vtilius, aut pretioſius audet vel abiicere, vel tenere: itaque ſi intra prouinciam res agitur, transfugam clericum ad eccleſiam ſuam Metropolitanus compellet. Si autem longiùs receſſit, tui præcepti authoritate reuocabitur, vt nec cupiditati, nec ambitioni occaſio relinquatur.

XIX. *Vt digami non admittantur ad Clerum.*

IN *Canonibus Apoſtolorum titul.* 17. Si quis poſt baptiſma ſecundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non poteſt eſſe Epiſcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorſus ex numero eorum qui miniſterio ſacro deſeruiunt.

Concil. Laodic. titul. 1. De his qui ſecundùm Eccleſiaſticam regulam liberè, ac legitimè ſecundis nuptiis iuncti ſunt, nec occultè nuptiarum copulam fecerunt, oportet vt paruo tempore transacto vacent orationibus, & ieiuniis, quibus etiam iuxta indulgentiam communionem reddi decreuimus.

Ex decret. Papæ Syricij titul. 11. Quiſquis ſanè clericus aut viduam, aut certè ſecundam coniugem duxerit, omni Eccleſiaſticæ dignitatis priuilegio mox nudetur, laicâ tantùm ſibi communione conceſſâ; quam ita demum poterit poſſidere, ſi nihil poſtea propter quod hanc perdat, admittat.

Ex decretis Papæ Innocentij tit. 11. 12. & 13. Vt viduam clericus non ducat vxorem, quia ſcriptum eſt: ſacerdotes vxorem virginem accipiant, non viduam, non eiectam. Vtique qui ad ſacerdotium labore ſuo, & vitæ probitate contendit, cauere debet, ne hoc præiudicio impeditus peruenire non poſſit.

Vt is qui viduam licèt laicus duxit vxorem, ſiue ante baptiſmum, ſiue poſt baptiſmum non admittatur ad Clerum; quia eodem vitio videtur excluſus. In baptiſmo enim crimina dimittuntur, non acceptæ vxoris conſortium relaxatur. Ne is qui ſecundam duxerit vxorem clericus fiat: quia ſcriptum eſt, Vnius vxoris virum; & alibi, Sacerdotes mei ſemel nubant; & iterum, Sacerdotes mei non nubant ampliùs; ac ne ab aliquibus exiſtimetur ante baptiſmum, ſi fortè quis accepit vxorem, & ea de ſæculo recedente alteram duxerit, in baptiſmo eſſe dimiſſum; ſatis errat à regula, quia in baptiſmo peccata dimittuntur, non acceptarum vxorum numerus aboletur, cùm vtique vxor ex legis præcepto ducatur in tantum, vt & in paradiſo, cùm parentes humani generis coniungerentur, ab ipſo ſint Deo benedicti; & Salomon dicat: A Deo præparabitur viro vxor, quam formam etiam ſacerdotes omnes ſeruare vſus ipſe demonſtrat Eccleſiæ. Satis enim abſurdum eſt aliquem credere vxorem ante baptiſmum acceptam, poſt baptiſmum non computari, cùm benedictio, quæ per ſacerdotes ſuper nubentes imponitur, non materiam delinquendi dediſſe, ſed formam tenuiſſe legis à Deo antiquitus inſtitutæ

Digitized by Google

doceatur. Quòd ſi non putatur vxor eſſe computanda, quæ ante baptiſmum ducta eſt; ergo nec filij qui ante baptiſmum geniti ſunt pro filiis habentur.

Ex decretis Papæ Innocentij tit. 29. De digamis autem nec conſuli debuit, cùm manifeſta ſit lectio Apoſtoli, vnius vxoris virum ad ſacerdotium ſiue ad clericatum admitti debere, & hanc ipſam tamen ſi virginem accepit: nam ea quæ habuerit antè virum, licèt defunctus, tamen ſi clerico poſtea fuerit copulata, clericus qui eam acceperit, eſſe non poterit; quia in lege cautum eſt, non viduam, non abiectam habere poſſe coniugem ſacerdotem.

Ex decretis Papæ Leonis tit. 2. Qualis verò eùm vnicuique conſtiterit natalium honeſtas, & morum eſſe debeat ſacri altaris miniſterio ſociandus, & Apoſtolo nos docente, & diuina præceptione didicimus, & canonum regulis, à quibus pleroſque fratrum declinaſſe, & penitus deuiaſſe reperimus. Nam conſtat ad ſacerdotium perueniſſe viduarum maritos, quoſdam etiam quibus fuerint numeroſa coniugia, & ad omnem licentiam vita liberior, ad ſacrum ordinem paſſim patefactis aditibus fuiſſe permiſſos; contra illam beati Apoſtoli vocem, qua talibus exclamat dicens, Vnius vxoris virum; & contra illud antiquæ legis præceptum quo dicitur, & cauetur: Sacerdos virginem vxorem accipiat, non viduam, non repudiatam. Hos ergo, quicunque tales admiſſi ſunt, ab eccleſiaſticis officiis, & ſacerdotali nomine Apoſtolicæ Sedis authoritate iubemus arceri. nec hoc enim ſibi poterunt vindicare cuius capaces per hoc quod illis obſtiterat non fuerunt. Huius diſcuſſionis curam nobis ſpecialiter vindicantes; vt ſi qua forſitan de his commiſſa ſunt corrigantur, nec liceat vltrà committi, & ne qua excuſatio de ignoratione naſcatur: quamquam ignorare nunquam licuerit ſacerdotem, quid canonum regulis fuerit definitum.

XX. *Quòd ſi quis viduam, vel eiectam aut meretricem acceperit, non admittitur in clerum.*

IN *Canonibus Apoſtol. tit.* 18. Si quis viduam vel eiectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de his quæ publicis ſpectaculis mancipantur, non poteſt eſſe Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus; aut ex numero qui miniſterio ſacro deſeruiunt.

Ex decretis Papæ Innocentij tit. 30. De laïcis verò religio tua conſuluit quòd canones ordinari prohibeant: certum eſt quidem hoc regulas eccleſiaſticas continere, ſed non ita definitum eſt, vt de omnibus ſit laïcis conſtitutum: neque enim clerici naſci, & non fieri poſſunt, ſed deſignata ſunt genera de quibus ad clericatum peruenire non poſſunt, id eſt ſi quis fidelis militauerit, ſi quis fidelis cauſas egerit, hoc eſt poſtulauerit, ſi quis fidelis adminiſtrauerit. De curialibus autem manifeſta ratio eſt, quoniam etſi inueniantur huiuſmodi viri qui debeant clerici fieri; tamen quoniam ſæpius ad curiam repetuntur, cauendum ab his eſt propter tribulationem quæ ſæpe de his Eccleſiæ prouenit.

Cuius ſup. tit. 51. Eos qui viduas accepiſſe ſuggeruntur vxores, non ſolùm clericos effectos agnoui, verùm etiam ad infulas ſummi ſacerdotij perueniſſe: quod contra legis eſſe præcepta nullus ignorat. Nam cùm Moyſes legiſlator clamitet: ſacerdos vxorem virginem accipiat; ac ne in hoc præceptum aliquid putaretur ambiguum, addidit, non viduam, neque abiectam. Contra quod præceptum diuina authoritate ſubnixum nulla defenſio mandati alterius opponitur, niſi conſuetudo veſtra, quæ (vt ipſi fatemini) ex ignorantia, vt verecundiùs dicam, non ex Apoſtolica traditione, & ratione integra [a] conſtitutum eſt: nos autem omneſque per Orientem, Occidentémque Eccleſias nouerit veſtra dilectio hæc penitus non admittere, nec ad vltimum Eccleſiaſtici ordinis locum tales adſumere: & ſi reperti fuerint, ſubmoueri.

[a] *in editis* conſtituta.

XXI. *Vt qui duas ſorores habuerit non admittatur ad Clerum.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 19. Qui duas in coniugio ſorores acceperit, vel filiam fratris, clericus eſſe non poterit.

XXII. *Clericum fideiuſſorem eſſe non oportere.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 20. Clericus fideiuſſionibus inſeruiens abiiciatur.

Digitized by Google

XXIII. *Quòd hi qui non ſponte eunuchizati ſunt, ſuſcipiantur ad Clerum.*

IN *Canon. Apoſt. tit.* 21. Eunuchus ſi per inſidias hominum factus eſt, vel ſi in perſecutione eius ſunt amputata virilia, vel ſi ita natus eſt, & eſt dignus, efficiatur Epiſcopus.

Concil. Niceno tit. 1. Si quis à medicis per languorem defectus eſt, aut à barbaris abſciſſus; hic in Clero permaneat. Si quis autem ſe ſanum abſcidit, hunc & in Clero conſtitutum abſtineri conuenit, & deinceps nullum debere talium promoueri, ſicut autem hoc elatet quòd de his qui rem hanc affectant, vel audent ſemetipſos abſcidere dictum ſit: ſic eos quos aut barbari, aut domini caſtrauerunt, inueniuntur autem aliàs digniſſimi, tales ad Clerum ſuſcepit regula.

XXIV. *Vt is qui ſe eunuchizauit clericus non fiat.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 22. Si quis abſcidit ſemetipſum, id eſt ſi quis amputauerit ſibi virilia, non fiat clericus: quia ſuus humicida eſt, & Dei conditionis inimicus.

XXV. *Vt clericus qui ſe eunuchizauit abiiciatur à Clero.*

EORVNDEM *tit.* 23. Si quis eùm clericus fuerit abſciderit ſemetipſum omnino damnetur, quia [a] ſuis eſt homicida.

a c. Th. ſuus eſt homicida.

Ex decretis Papæ Gelaſij tit. 17. De his autem qui ſemetipſos abſciderunt paterni canones euidenter ſequenda poſuerunt, quorum tenorem ſufficiet indidiſſe; dicunt enim talia perpetrantes mox vt agniti fuerint, ex munere clericali debere ſecludi; quod modis omnibus cuſtodire nos conuenit, quia fas eſſe nulli ſuppeditat, præter illa quicquam quæ memorabilis decreuit forma cenſere.

XXVI. *Vt laïcus qui ſe eunuchizauit tribus annis communione priuetur.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 24. Laïcus ſemetipſum abſcindens annis tribus communione priuetur, quia ſuæ vitæ inſidiator extitit.

XXVII. *Vt Epiſcopus, preſbyter, diaconus, ſi pro criminibus damnati fuerint: minimè communione priuentur. Similiter & reliqui Eccleſiæ miniſtri.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 25. Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur. non tamen communione priuetur; dicit enim ſcriptura: Non vindicabit Dominus bis in idipſum.

Titul. 26. Similiter & reliqui clerici huic conditioni ſubiaceant.

Ex decret. Papæ Syricij ad Himmerium Epiſcopum Taraconenſem, tit. 7. Plurimos enim ſacerdotes Chriſti, atque leuitas poſt longa conſecrationis ſuæ tempora tam de coniugibus propriis, quàm etiam de turpi coitu ſubolem didicimus procreaſſe; & crimen ſuum hac præſcriptione defendere, quia in veteri teſtamento ſacerdotibus ac miniſtris generandi facultas legitur attributa. Dicat nunc mihi quiſquis ille eſt ſectator libidinum præceptórque vitiorum, ſi æſtimat, ſi in lege Moyſi paſſim ſacris ordinibus à Deo noſtro laxata ſunt frena luxuriæ: cur eos quibus committebantur ſancta ſanctorum præmonet dicens: Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter? Cur etiam procul à ſuis domibus anno vicis ſuæ in templo habitare iuſſi ſunt ſacerdotes: hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus poſſent carnale exercere commercium; vt conſcientiæ integritate fulgentes acceptabile Deo munus offerrent, quibus expleto deſeruitionis ſuæ tempore, vxoris vnius ſolius ſucceſſionis cauſâ vſus fuerat relaxatus, quia non ex alia niſi ex tribu Leui, quiſquam ad Dei miniſterium fuerat præceptus admitti: vnde & Dominus Ieſus eùm nos ſuo inluſtraret aduentu in Euangelio proteſtatur, quia legem venerit adimplere non ſoluere: & ideo Eccleſiam cuius ſponſus eſt forma caſtitatis, voluit ſplendoribus radiare, vt in die iudicij cùm rurſum aduenerit, ſine macula, & ruga eam poſſit, ſicut per Apoſtolum ſuum inſtituit, reperire: quarum ſanctionum omnes ſa-

Digitized by Google

cerdotes, atque leuitæ inſolubili lege conſttingimur, vt à die ordinarionis noſtræ ſobrietati, ac pudicitiæ, & corda noſtra mancipemus, & corpora, dummodo per omnia Deo noſtro in his quæ quotidie offerimus ſacrificiis placeamus: qui autem in carne ſunt, dicente electionis vaſe, Deo placere non poſſunt; vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis, & vbi poterit niſi in corporibus (ſicut legimus) ſanctis, Dei ſpiritus habitare; & quia aliquanti de quibus loquimur, vt tua ſanctitas retulit, ignoratione lapſos eſſe ſe deflent, his hac conditione miſericordiam dicimus non negandam, vt ſine vllo honoris augmento in hoc quod detenti ſunt quamdiu vixerint officio perſeuerent, ſi tamen poſt hæc continentes ſe ſtuduerint exhibere. Ij verò qui inliciti priuilegij excuſatione nituntur, vt ſibi aſſerunt veteri hoc lege conceſſum, nouerint ſe ab omni eccleſiaſtico honore quo indignè vſi ſunt, Apoſtolicæ Sedis authoritate deiectos; nec vnquam poſſe veneranda adtrectare myſteria, à quibus ſeipſi dum obſcenis cupiditatibus inhiant priuauerunt. Et quia exempla præſentia caueri nos præmonent in futurum, quilibet Epiſcopus, presbyter, atque diaconus (quod non optamus) ſi deinceps fuerit talis inuentus, iam nunc ſibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obſeratum; quia ferro neceſſe eſt excidantur vulnera, quæ fomentorum non ſenſerint medicinam.

Ex decretis Papa Innocentij Victricio Epiſcopo Rothomagenſi titul. 21. Propoſuiſti quid de his obſeruari debeat, quos in diaconij miniſterio, aut in officio presbyterij poſitos incontinentes eſſe, aut fuiſſe, generati filij prodiderunt. De his & diuinarum legum eſt diſciplina, & beatæ recordationis viri Syricij Epiſcopi monita euidentia commemorant, vt incontinentes in officiis talibus poſiti omni honore Eccleſiaſtico priuarentur, nec admittantur ad tale myſterium, quod ſolâ continentiâ oportet impleri. Eſt enim vetus admodum ſacræ legis authoritas, iam inde ab initio cuſtodita, quòd in templo anno viciſſitudinis ſuæ habitare præcepti ſunt ſacerdotes, vt ſeruientes ſacris oblationibus puros, & ab omni labe purgatos ſibi vindicent diuina myſteria; neque eos ad ſacrificium fas ſit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale conſortium, quia ſcriptum eſt: Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Quibus vtique propter ſubolis ſucceſſionem propterea vxoris vſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. Quanto magis ij ſacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt, nec præterit dies qua vel à ſacrificiis diuinis, vel à baptiſmatis officio vacent? Nam ſi Paulus ad Corinthios ſcribit dicens, abſtinete vos ad tempus vt vacetis orationi; & hoc vtique laïcis præcepit: multò magis ſacerdotes, quibus orandi, & ſacrificandi iuge officium eſt, ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere. Qui ſi contaminatus fuerit carnali concupiſcentia, quo pudore vel ſacrificare vſurpabit, aut qua conſcientia, quove merito exaudiri ſe credit cùm dictum ſit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum. Sed fortaſſe hoc licere credit, quia ſcriptum eſt: Vnius vxoris virum, non permanentem in concupiſcentia generandi hoc dixit, ſed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admiſit, qui ait, Vellem autem omnes eſſe ſicut & ego, & apertiùs declarat dicens, Qui autem in carne ſunt Deo placere non poſſunt: & habentem filios, non generantem dixit. Sed ea planè diſpar & diuiſa ſententia eſt: nam ſi ad aliquos forma illa Eccleſiaſticæ vitæ pariter, & diſciplinæ, quæ ab Epiſcopo Syricio ad prouincias commeauit, non probabitur perueniſſe; his ignorantibus venia remittetur. Ita vt de cætero penitus incipiant abſtinere, & ita gradus ſuos in quibus inuenti fuerint, ſic retentent, vt eis non liceat ad potiora conſcendere. Quibus in beneficio eſſe debet; quod hunc ipſum locum quem retinent non amittant. Si quis autem ſcit ſe formam viuendi miſſam à Syricio comperiſſe, neque ſtatim cupiditates libidinis abieciſſe, & illi ſunt modis omnibus ſubmouendi, qui poſt admonitionem cognitam præponendam arbitrati ſunt voluptatem.

Ex decretis Papa Innocentij tit. 33. Qui zelo fidei ac diſciplinæ ductus non patitur Eccleſiam pollui ab indignis pre-

Digitized by Google

byterium filios aſſerit procreaſſe. quod non licere exponerem, niſi noſſem veſtram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres chariſſimi, libelli qui ſubiectus eſt tenore perſpecto, eos qui talia perpetraſſe dicuntur, iubebitis in medio collocari, diſcuſſiſque obiectionibus quæ ipſis presbyteris impinguntur, ſi conuinci potuerint, à ſacerdotali remoueantur officio; quia qui ſancti non ſunt ſancta tentare non poſſunt, atque alieni efficiantur à miniſterio, quod viuendo illicitè polluerunt. Miramur autem hæc eorum diſſimulare Epiſcopos, aut conniuere, aut neſcire eſſe illicita iudicentur.

Ex decret. Papæ Leonis tit. 16. Alienum eſt à conſuetudine eccleſiaſtica; vt qui in presbyterali honore, aut diaconij fuerint gradu conſecrati; ij pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitendi. quod ſine dubio ex Apoſtolica traditione deſcendit, ſecundùm quod ſcriptum eſt; Sacerdos ſi peccauerit, quis orabit pro illo? Vnde huiuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei eſt expectanda receſſio, vbi illis ſatisfactio, ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa.

Ex decret. Papæ Gelaſij tit. 18. Comperimus etiam horrendis quibuſdam criminibus implicatos, tota diſcretione ſummota non ſolùm de factis atrocibus neceſſariam pœnitudinem non habere, ſed nec aliqua correctione penitus ſuccedente ad diuinum miniſterium honorémque contendere: nonnullos autem in ipſis ordinibus conſtitutos grauibus delinquentes facinoribus non repelli, cùm & Apoſtolus clamet, nemini citò manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis; & maiorum veneranda conſtituta pronuntient, huiuſmodi etiam ſi fortè ſubrepſerint, tam qui antè peccauerunt detectos oportere depelli, quàm ſacræ profeſſionis oblitos, præuaricatoréſque ſancti propoſiti procul dubio ſubmouendos.

Concil. Carthag. tit. 27. Item confirmatum eſt, vt ſi quando presbyteri vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint: qualiter eos à miniſterio neceſſe ſit remoueri: non eis manus tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponantur, neque permittendum vt rebaptizati ad clericatus gradum promoueantur.

XXVIII. *Qui clerici debeant coniugibus copulari.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 27. Innuptis autem qui ad Clerum prouecti ſunt præcipimus, vt ſi voluerint vxores accipiant, ſed lectores, cantoréſque tantummodo.

Concil. Carthag. tit. 16. Item placuit vt Epiſcopi, presbyteri, & diaconi non ſint conductores, aut procuratores, neque vllo turpi negotio & inhoneſto victu quęrant implicari, quia reſpicere debent ſcriptum eſſe: Nullus militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus. Placuit vt lectores cùm ad annos pubertatis venerint, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri. Item placuit vt clericus ſi commutauerit pecuniam eandem accipiat, ſi ſpeciem, eandem ſpeciem quantam dederit accipiat; & vt antę 25. annos ætatis nec diaconi ordinentur; & vt lectores populum non ſalutent.

XXIX. *Quòd Epiſcopus, presbyter, & diaconus peccantes fideles verberare non debeant.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 28. Epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniquè agentes, & per huiuſmodi volentem timeri, deiici ab officio ſuo præcipimus, quia nuſquam nos hoc Dominus docuit; econtrario verò ipſe cùm percuteretur non repercutiebat,[a] cùm pateretur non comminabatur.

[a] *Dionyſius Exiguus & Codex Th. interſerunt,* cùm maledicebatur, non maledicebat.

XXX. *Quòd officium priſtinum damnati pro criminibus vſurpare non debeant.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 29. Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus depoſitus iuſtè ſuper certis criminibus, auſus fuerit adtrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum, hic ab Eccleſia penitus abſcindatur.

Item quòd clericis damnatis non liceat communicare.

CONCIL. *Carthag. vniuerſali tit.* 29. Item placuit vniuerſo Conci-

lio, vt qui excommunicatus fuerit pro ſuo neglectu, ſiue Epiſcopus, ſiue quilibet clericus, & tempore excommunicationis ſuæ ante audientiam communionem præſumpſerit, ipſe in ſe damnationis iudicetur protuliſſe ſententiam.

Item vniuerſali [a] *Carthag. tit.* 29. Et illud petendum vt ſtatuere dignentur, vt ſi qui cuiuſlibet honoris clericus iudicio Epiſcoporum quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, ſiue ab eccleſiis quibus præfuit, ſiue à quolibet homine defenſari, interpoſita pœna damni pecuniæ, atque honoris, quo nec ætatem, nec ſexum excuſandum eſſe præcipiant.

[a] *In Codice Eccleſiæ Rom. eſt can. 29. Concilij Africani: apud Dionyſ. Exiguum Concily Carthag. Can. 61.*

Item quòd intra annum cauſam ſuam peragant.

CONC. *Carthag. tit.* 46. Rurſus conſtitutum eſt, vt quotiens clericis conuictis & confeſſis in aliquo crimine, vel propter eorum quorum verecundiæ parcitur, vel propter Eccleſiæ opprobrium, aut inſolentem inſultationem hæreticorum, atque gentilium, ſi fortè cauſæ ſuæ adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam aſſerere, intra annum excommunicationis hoc faciant: ſi verò intra annum cauſam ſuam purgare contempſerint, nulla eorum vox poſtea penitus audiatur.

XXXI. *Quòd non debeant officia Eccleſiaſtica pecuniis obtineri.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 30. Si quis Epiſcopus, aut preſbyter, aut diaconus per pecunias obtinuerit [b] dignitatem, deiiciatur, & ipſe, & ordinator eius, & à communione modis omnibus abſcindatur, ſicut Simon Magus à Petro.

[b] *Dionyſius Exig. addit* hanc.

Concil. Calchedon. tit. 2. Si quis Epiſcopus per pecuniam fecerit ordinationem, & ſub pretio redegerit gratiam, quæ non poteſt vendi, ordinaueritque per pecunias Epiſcopum, aut preſbyterum, aut diaconum, vel quemlibet ex his qui connumerantur in Clero, aut promouerit per pecuniam diſpenſatorem, aut defenſorem, vel quemquam qui ſubiectus eſt regulæ pro ſuo turpiſſimi lucri commodo: is cui hoc adtentanti probatum fuerit proprij gradus periculo ſubiacebit; & qui ordinatus eſt, nihil ex hac ordinatione, vel promotione quæ eſt per negotiationem facta, proficiat; ſed ſit alienus à dignitate, vel ſollicitudine quam pecuniis quæſiuit. Si quis verò mediator tam turpibus & nefandis datis vel acceptis extiterit, ſi quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat: ſi verò laicus, aut monachus, anathematizetur.

Ex decretis Papæ Gelaſij tit. 24. De monachis laïciſque in prima copioſiùs præceptionis huius parte digeſta ſunt, quæ vel quatenus pro rerum temporúmque neceſſitate cōceſſa ſunt, quemadmodum vbi nullius facti neceſſitas intereſſe probatur, non niſi vetus inſtitutio debeat cuſtodiri. Quos verò conſtiterit indignos meritis, ſacram mercatos eſſe pretio dignitatem, conuictos oportet arceri, non ſine periculo facinus tale patrantes; quia dantem pariter accipientémque damnatio Simonis, quam ſacra lectio teſtatur, inuoluit.

XXXII. *Vt Eccleſia ſæculari potentia minimè peruadatur.*

IN *Canonibus Apoſtolorum titul.* 31. Si quis Epiſcopus ſæcularibus poteſtatibus vſus eccleſiam per ipſas obtinear, deponatur, & ſegregentur omnes qui illi communicant.

XXXIII. *De preſbyteris qui contemptis Epiſcopis ſuis, ſeorſum conuentus congregare tentauerint.*

IN *Canonibus Apoſtolorum titul.* 32. Si quis preſbytet contemnens Epiſcopum ſuum ſeorſum [c] conuentum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens quod reprehendat Epiſcopum in cauſa pietatis, & iuſtitiæ, deponatur, quaſi principatus amator exiſtens; eſt enim tyrannus: & cæteri clerici quicumque tali conſentiunt deponantur; laïci verò ſegregentur. hæc autem poſt vnam, & ſecundam, & tertiam Epiſcopi obſecrationem fieri conueniat.

[c] *deeſt apud Dionyſ. Exig.*

Concil. Antiocheno titul. 5 Si quis preſbyter, aut diaconus Epiſcopum proprium contemnens ſe ab Eccleſia ſequeſtrauerit, & ſeorſum colligens altare conſtituerit, & commonenti Epiſcopo non adquieuerit, nec conſentire, vel obedire voluerit, ſemel & iterum conuocanti, hic damnetur omnimodo, nec

vltra

vltra remedium conſequatur, quia ſuam recipere non poteſt dignitatem: quòd ſi Eccleſiam conturbare, & ſollicitare perſiſtat, tanquam ſeditioſus per poteſtates exteras opprimatur.

Concil. Carthag. titul. 10. & 11. Alipius Epiſcopus legatus prouinciæ Numidiæ dixit: Nec illud prætermittendum eſt, vt ſi quis fortè preſbyter ab Epiſcopo ſuo correptus, tumore, vel ſuperbia inflatus, putauerit ſeparatim ſacrificia Deo offerenda, vel aliud erigendum altare contra Eccleſiaſticam fidem diſciplinámque crediderit, non exeat impunitus. Valentinus primæ ſedis prouinciæ Numidiæ dixit: Neceſſariò diſciplinæ Eccleſiaſticæ fidei congrua ſunt, quæ frater noſter Alipius proſecutus eſt. proinde quid videatur veſtræ dilectioni dicite. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Si quis preſbyter à præpoſito ſuo correptus fuerit, debet vtique apud vicinos Epiſcopos conqueri, vt ab ipſis eius cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo Epiſcopo reconciliari. quod niſi fecerit; ſed ſuperbiâ, quod abſit, inflatus ſecernendum ſe ab Epiſcopi ſui communione duxerit, ac ſeparatim cum aliquibus ſchiſma faciens ſacrificium Deo obtulerit anathema habeatur, & locum amittat; ac ſi querimoniam iuſtam aduerſus Epiſcopum non habuerit inquirendum erit.

XXXIV. *Quòd clerici damnati non debeant ab aliis recipi.*

IN *Canonibus Apoſtolorum titul.* 33. Si quis preſbyter, aut diaconus ab Epiſcopo ſuo ſegregetur; hunc non licere ab alio recipi, ſed ab ipſo qui eum ſequeſtrauerat, niſi fortè obierit Epiſcopus ipſe qui eum ſegregaſſe cognoſcitur.

Concil. Sardicenſi titul. 18. Ianuarius Epiſcopus dixit: Illud quoque ſtatuat ſanctitas veſtra, vt nulli Epiſcopo liceat alterius Epiſcopi ciuitatis miniſtrum eccleſiaſticum ſollicitare, & in ſuis parochiis ordinare. Vniuerſi dixerunt: placet, quia ex his contentionibus ſolet naſci diſcordia: & ideo prohibet omnium ſententia, ne quis hoc facere audeat.

Concil. Sard. tit. 19. Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc vniuerſi conſtituimus, vt quicunque ex alia parochia voluerit alienum miniſtrum, ſine conſenſu Epiſcopi ipſius, & voluntate ordinare, non ſit rata ordinatio eius: quicunque autem hoc vſurpauerit, à fratribus, & Coepiſcopis noſtris & admoneri debet & corrigi.

XXXV. *Vt nullus Epiſcopus, preſbyter, aut diaconus ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 34. Nullus Epiſcoporum peregrinorum, aut preſbyterorum, aut diaconorum ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis. Et cùm ſcripta detulerint, diſcutiantur attentiùs, & ita ſuſcipiantur, ſi prædicatores pietatis extiterint minus, nec quæ ſunt neceſſaria ſubminiſtrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia per ſubreptionem multa proueniunt.

Concil. Laodic. tit. 41. Quòd non oporteat ſacerdotem vel clericum, ſine litteris proficiſci canonicis.

Concil. Calchedon. tit. 11. Omnes pauperes, & indigentes auxilio cùm proficiſcuntur ſub probatione epiſtolis, vel Eccleſiaſticis pacificis tantummodo commendari decreuimus; & non commendatitiis litteris, propter quod commendatitias litteras [a] honoratis tantummodo præſtari perſonis conueniat. [a] C. Th. Eccleſiaſticis.

XXXVI. *De primatu Epiſcoporum.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 35. Epiſcopos gentium ſingularum ſcire conueniat, quis inter eos primus habetur, quem velut caput exiſtiment, & nihil ampliùs præter eius conſcientiam gerant, quàm illa ſola ſinguli, quæ parochiæ propriæ, & villis quæ ſub ea ſunt competunt; ſed nec ille præter omnium conſcientiam faciat aliquid; ſic enim vnanimitas erit, & glorificabitur Deus per Ieſum Chriſtum in Spiritu ſancto.

Concil. Antioch. tit. 9. Per ſingulas regiones Epiſcopos conuenit noſſe metropolitanum Epiſcopum ſollicitudinem totius prouinciæ gerere: propter quod & ad Metropolim omnes vndique, qui negotia videntur habere, concurrant. Vnde placuit eum, & honore præcellere, & nihil ampliùs præter eum cæteros Epiſcopos agere ſecundùm an-

tiquam à patribus noſtris regulam conſtitutam, niſi ea tantùm quæ ad ſuam diœceſim pertinent, poſſeſſionéſque ſubiectas: vnuſquiſque enim Epiſcopus habeat ſuæ parochiæ poteſtatem, vt regat iuxta reuerentiam ſingulis competentem, & prouidentiam gerat omnis poſſeſſionis, quæ ſub eius eſt poteſtate; ita vt preſbyteros, & diaconos ordinet, & ſingula ſuo iudicio comprehendat: ampliùs autem nihil agere tentet, præter Antiſtitem Metropolitanum, nec Metropolitanus ſine cæterorum gerat conſilio ſacerdotum.

De priuilegiis, quæ quibuſdam ciuitatibus competunt.

CONCIL. *Nicæno titul. 6.* Antiqua conſuetudo ſeruetur per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim: ita vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem; quia & vrbis Romæ Epiſcopo parilis mos eſt: ſimiliter autem & apud Antiochiam, cæteráſque prouincias ſuis priuilegia ſeruentur Eccleſiis. Illud autem generaliter clarum eſt, quòd ſi quis præter ſententiam Metropolitani factus fuerit Epiſcopus, hunc magna ſynodus definiuit Epiſcopum eſſe non oportere; ſin autem communi cunctorum decreto rationabili, & ſecundùm regulam eccleſiaſticam comprobato, duo aut tres propter contentiones proprias contradicunt, obtineat ſententia plurimorum.

Ex decretis Papæ Innocentij titul. 9. Primùm vt extra conſcientiam metropolitani Epiſcopi nullus audeat ordinare: integrum enim iudicium eſt, quod plurimorum ſententiis confirmatur: nec vnus Epiſcopus ordinare præſumat, ne furtiuum beneficium præſtitum videatur: hoc enim à ſynodo Nicæna conſtitutum eſt, atque definitum.

XXXVII. *Quòd non liceat Epiſcopo in aliena prouincia clericos ordinare.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit. 36.* Epiſcopum non audere extra terminos proprios ordinationes facere in ciuitatibus, aut villis, quæ illi nullo iure ſubiectæ ſunt. Si verò conuictus fuerit hoc feciſſe præter eorum conſcientiam qui ciuitates ipſas, & villas detinent, & ipſe deponatur, & qui ab illo ſunt ordinati.

Concil. Antioch. tit. 13. & 22. Nullus Epiſcopus ex alia prouincia audeat ad aliam transgredi, & ad promotionem miniſterij aliquos in eccleſiis ordinare, licèt conſenſum videantur præbere nonnulli, niſi litteris tam Metropolitani, quàm cæterorum qui cum eo ſunt Epiſcoporum, rogatus adueniet, & ſic ad actionem ordinationis accedat. Si verò nullo [a] rogante inordinato more deproperet ſuper aliquibus ordinationibus, & Eccleſiaſticis negotiis ad eum non pertinentibus componendis; irrita quidem quæ ab eo geruntur exiſtant: ipſe verò incompoſiti motus ſui, & irrationabilis audaciæ ſubeat vltionem, ex hoc iam damnatus à ſancto Concilio.

[a] *Dionyſius Exig.* vocante.

Item Conc. ſupraſcripti tit. 22. Epiſcopus alienam ciuitatem quæ non eſt illi ſubiecta non adeat, nec ad poſſeſſionem accedat, quæ ad eum non pertinet, ſuper ordinatione cuiuſquam, nec conſtituat preſbyteros, aut diaconos alteri ſubiectos Epiſcopo, niſi fortè cum conſilio, & voluntate regionis Epiſcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentauerit, irrita ſit eius ordinatio, & ipſe coërceatur à ſynodo: nam ſi ordinare non poterit, nullatenus iudicabit.

XXXVIII. *De ordinatis nec receptis.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit. 37.* Si quis Epiſcopus non ſuſceperit officium, & curam populi ſibi commiſſam, hic communione priuetur, quoadvſque conſentiat obedientiam commodans. ſimiliter autem preſbyter & diaconus. Si verò perrexit, nec receptus fuerit, non pro ſua ſententia, ſed pro malitia populi, ipſe quidem maneat Epiſcopus, clerici verò ciuitatis communione priuentur, eo quòd eruditores inobedientis populi non fuerunt.

Concil. Ancyr. tit. 17. Si qui Epiſcopi ordinati ſunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerunt denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim Præſulibus earum inferre, ſeditiones aduerſus eos excitando hos abici placuit. Quòd ſi voluerint in preſbyterij ordine vbi priùs fuerant, vt preſbyteri reſidere, non abiiciantur propria dignitate: ſi autem ſeditiones commouent, ibidem Epiſcopis conſtitutis preſbyterij quoque honor talibus auferatur, ſiántque damnatione notabiles.

Digitized by Google

Concil. Antiochenſi tit. 18. Si quis Epiſcopus ordinatus, ad parochiam minimè cui eſt electus acceſſerit, non ſuo vitio, ſed quòd eum aut populus vitet, aut propter aliam cauſam, non tamen eius vitio perpetratam, hic & honoris ſit & miniſterij particeps: dummodo nihil moleſtus eccleſiæ rebus exiſtat, vbi miniſtrare cognoſcitur: quem etiam conſeruare conueniet quidquid ſynodus perfecta prouinciæ quod viſum fuerit iudicando decreuerit.

XXXIX. *Vt bis in anno Concilia celebrentur.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 38. Bis in anno Epiſcoporum Concilia celebrentur, vt inter ſe inuicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Eccleſiaſticas contentiones amoueant: ſemel quidem quarta ſeptimana Pentecoſtes; ſecundò verò duodecimo die menſis Hyperberethæi, id eſt iuxta Romanos [a] tertio Idus Octobris.

[a] *Dionyſ. Exig.* IV. Idus.

Concil. Nicæno tit. 5. Bene placuit annis ſingulis per vnamquamque prouinciam bis in anno Concilia celebrari, vt communiter omnibus ſimul Epiſcopis congregatis prouinciæ diſcutiantur huiuſmodi quæſtiones, & ſic qui ſuo peccauerunt euidenter Epiſcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus æſtimentur, vſquequò vel in communi, vel Epiſcopo placeat humaniorem pro talibus ferre ſententiam. Concilia verò celebrentur, vnum quidem ante quadrageſimam Paſchæ, vt omni diſſenſione ſublatâ munus offeratur Deo [b] puriſſimè; ſecundum verò circa tempus autumni.

[b] *Dionyſius Exig.* puriſſimum.

Concil. Antiocheno tit. 20. Propter eccleſiaſticas vtilitates, & abſolutiones earum rerum, quæ dubitationem controuerſiámque recipiunt, optimè placuit vt per ſingulas quaſque prouincias bis in anno Epiſcoporum Concilia celebrentur, ſemel quidem poſt tertiam ſeptimanam feſti Paſchalis, ita vt quarta ſeptimana Pentecoſtes conueniat ſynodus, Metropolitano prouinciales Epiſcopos admonente: ſecunda verò ſynodus fiat Idibus Octobris, id eſt quinto decimo die menſis Octobris, quem Hyperberethæom Græci cognominant. In ipſis autem Conciliis adſint presbyteri & diaconi, & omnes qui ſe læſos exiſtimant, & [c] ſynodo experiantur; nullis verò liceat apud ſe celebrare Concilia, præter eos quibus [d] Metropolitana iura videntur eſſe commiſſa.

[c] *Dionyſ. Exig.* ſynodi experiantur examen.
[d] Metropolitanis. *Dionyſ. Exig.*

Concil. Calchedonenſ. tit. 19. Peruenit ad aures noſtras quòd in prouinciis ſtatuta Epiſcoporum Concilia minimè celebrentur, & ex hoc plurima negligantur Eccleſiaſticarum cauſarum, quæ correctione indigeant. Decreuit itaque ſancta ſynodus ſecundùm canonem Patrum, bis in anno Epiſcopos in idipſum, in vnaquaque prouincia conuenire, quò Metropolitanus Antiſtes probauerit, & corrigere ſingula, ſi qua fortaſſis emerſerint. Quicunque verò non aduenerint Epiſcopi, reſident autem in ſuis ciuitatibus, & hoc dum in ſua incolumitate conſiſtunt, omníque inexcuſabili & neceſſaria occupatione probantur liberi, fraterno corripiantur affectu.

Ex decret. Papæ Leon. tit. 37. De Conciliis autem Epiſcopalibus non aliud indicimus, quàm ſancti Patres ſalubriter ordinauerunt, vt ſcilicet bini conuentus per annos ſingulos habeantur; in quibus de omnibus querelis, quæ inter diuerſos Eccleſiæ ordines naſci adſolent iudicetur, ac ſi fortè inter ipſos qui præſunt de maioribus, quod abſit, peccatis cauſa naſcitur, quæ prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate, Metropolitanus curabit inſtruere, vt ſi coram poſitis partibus, nec tuo res fuerit ſopita iudicio, ad noſtram cognitionem, quidquid illud eſt, transferatur. *Item alibi titul.* 41.

Vt non ampliùs à ſtatuto Concilij tempore, quàm dies quindecim remorentur Epiſcopi.

ET ſi inter eos de negotio fuerit oborta contentio, cuncta Romano Pontifici ſub geſtorum inſinuatione pandantur; vt ab eo quod Deo placuerit ordinetur.

XL. *Vt curam rerum eccleſiaſticarum tantùm Epiſcopus habeat.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit* 39. Omnium negotiorum eccleſiaſticorum curam Epiſcopus habeat, & ea velut Deo contemplante diſpenſet, nec ei li-

ceat ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis, quæ Dei ſunt condonare: quòd ſi pauperes ſunt, tanquam pauperibus ſubminiſtret, nec eorum occaſione eccleſiæ negotia deprædentur.

Concil. Antioch. tit. 24. Quæ ſunt Eccleſiæ ſub omni ſollicitudine, & conſcientia bona & fide quæ in Deum eſt, qui cuncta conſiderat iudicátque, ſeruentur; quæ etiam diſpenſanda ſunt iudicio, & poteſtate Pontificis, cui commiſſus eſt populus, & animæ quæ intra eccleſiam congregantur. Manifeſta verò ſint quæ pertinere videntur eccleſiæ, cum notitia preſbyterorum & diaconorum qui circa ipſam ſunt: ita vt agnoſcant, nec ignorent quæ ſunt eccleſiæ propria, nec eos aliquid lateat. Vt ſi contigerit Epiſcopum migrare de ſæculo certis exiſtentibus rebus quæ ſunt eccleſiæ, nec ipſæ collapſæ depereant, nec quæ propria probantur Epiſcopi, ſub occaſione rerum peruadantur eccleſiæ. Iuſtum namque & acceptum eſt coram Deo & hominibus, vt ſua Epiſcopus quibus voluerit derelinquat, & quæ eccleſiæ ſunt eidem conſeruentur eccleſiæ, vt nec eccleſia aliquid patiatur incommodi, nec Epiſcopus ſub occaſione proſcribatur eccleſiæ, & in cauſas incidant qui ad eum pertinent, & ipſe poſt obitum maledictionibus ingrauetur.

XLI. *De dignitate Pontificis, & quòd rerum ſuarum habeat poteſtatem.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 40. Preſbyteri vel diaconi præter Epiſcopum nihil agere pertentent; nam Domini populus ipſi commiſſus eſt, & pro animabus eorum hic redditurus eſt rationem. Sint autem manifeſtæ res propriæ Epiſcopi, ſi tamen habeat proprias; & manifeſtæ dominicæ, vt poteſtatem habeat de propriis moriens Epiſcopus, ſicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere: nec ſub occaſione eccleſiaſticarum rerum, quæ Epiſcopi eſſe probantur intercidant. fortaſſis enim, aut vxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut ſeruos. Et iuſtum eſt hoc apud Deum, & homines, vt nec eccleſia detrimentum patiatur ignoratione rerum Pontificis, nec Epiſcopus, vel eius propinqui ſub obtentu eccleſiæ proſcribantur, & in cauſas incidant qui ad eum pertinent, mórſque eius iniuriis malæ famæ ſubiaceat.

XLII. *Quòd Epiſcopus eccleſiaſticarum rerum, pro diſpenſatione pauperum habeat poteſtatem.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 41. Præcipimus, vt in poteſtate ſua Epiſcopus eccleſiæ res habeat; ſi enim animæ hominum pretioſæ illis ſunt creditæ, multò magis oportet eum curam pecuniarum gerere; ita vt poteſtate eius indigentibus omnia diſpenſentur per preſbyteros, & diaconos, & cum timore omnique ſollicitudine miniſtrentur. Ex his autem qui indiget ad ſuas neceſſitates, & ad peregrinorum fratrum vſus ipſe percipiat, vt nihil eis poſſit omnino deeſſe. lex enim Dei præcipit, vt qui altari deſeruiunt de altari paſcantur; quia nec miles ſtipendiis propriis contra hoſtes arma ſuſtulit.

Concil. Antioch. tit. 25. Epiſcopus eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem ad diſpenſandum erga omnes qui indigent cum ſumma reuerentia, & timore Dei: participet autem & ipſe quibus indiget, ſi tamen indiget, tam ſuis quàm fratrum qui ab eo ſuſcipiuntur neceſſariis vſibus profuturis: ita vt in nullo, qualibet occaſione, fraudentur iuxta ſanctum Apoſtolum ſic dicentem: Habentes victum, & tegumentum, his contenti ſumus. Quòd ſi contentus iſtis minimè fuerit, conuertat autem res eccleſiæ in ſuos vſus domeſticos, & eius commoda vel agrorum fructus, non cum presbyterorum conſcientia, diaconorúmque pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis, aut fratribus filiiſque committat, vt per huiuſmodi perſonas occultè cæteræ lædantur eccleſiæ, ſynodo prouinciæ pœnas iſte perſoluat. Si autem & aliter accuſetur Epiſcopus, aut preſbyteri qui cum ipſo ſunt, quòd ea quæ pertinent ad eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate ſibimet vſurpent; ita vt ex hoc affligantur quidem pauperes; criminationi verò, & blaſphemiis tam ſermo prædicationis quàm hi qui diſpenſant taliter exponantur: & hos oportet corrigi, ſancta ſynodo id quod condecet adprobante.

Digitized by Google

Vt quatuor tam de reditibus quàm de oblationibus fidelium fiant portiones, & vna ſit Epiſcopi, alia clericorum, tertia pauperum, quarta verò fabricarum eccleſiaſticarum.

E*X decret. Papæ Gelaſ. tit.* 27. Quatuor autem tam de reditu, quàm de oblatione fidelium prout cuiuſlibet eccleſiæ facultas admittit, (ſicut dudum rationabiliter eſt decretum) conuenit fieri portiones, quârum ſit vna Pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda a. De
* *Dionyſ. Exig. addit Eccleſiæ.* quibus ſicut ſacerdotis intereſt integram miniſtris eccleſiæ memoratam dependere quantitatem; ſic Clerus vltra delegatam ſibi ſummam nihil inſolenter nouerit expetendum. Fa verò quæ eccleſiaſticis ædificiis attributa ſunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat inſtauratio manifeſta ſanctorum, quia nefas eſt ſi ſacris ædibus deſtitutis in lucrum ſuum Præſul impendia his deſignata conuertat: ipſam nihilominus aſcriptam pauperibus portionem, quamuis diuinis rationibus ſe diſpenſaſſe monſtraturus eſſe videatur: tamen iuxta quod ſcriptum eſt, *Vt vi-*
Matth. 4. *deant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui eſt in cælis*; oportet etiam præſenti teſtificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri.

XLIII. *Quòd Epiſcopus, preſbyter, & diaconus, aleator & ebrioſus eſſe non debeat. Similiter & clerici, & laïci ſi permanſerint in alea, communione priuentur.*

I*N Canonibus Apoſtolorum tit.* 42. & 43. Epiſcopus, presbyter, aut diaconus aleæ, atque ebrietati deſeruiens, aut deſinat, aut certè damnetur. Subdiaconus, aut lector, aut cantor ſimilia faciens, aut deſinat, aut communione priuetur: ſimiliter etiam laïcus.

XLIV. *Quòd Epiſcopus, preſbyter, aut diaconus non debeat vſuras accipere.*

I*N Canonibus Apoſtolorum tit.* 44. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus vſuras à debitoribus exigens, aut deſinat, aut certè damnetur.

Concil. Nicæno tit. 17. Quoniam multi ſub regula conſtituti auaritiam, & turpia lucra ſectantur, oblitique diuinæ ſcripturæ dicentis, *Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram*, mutuum dantes centeſimas exigunt: iuſtè cenſuit ſancta, & magna ſynodus, vt ſi quis inuentus fuerit poſt hanc definitionem vſuras accipiens, aut ex adinuentione aliqua, vel quolibet modo negotium tranſigens, aut hemiolia, id eſt, ſeſcupla exigens, vel aliquid tale prorſus excogitans turpis lucri gratiâ, deiiciatur à Clero, & alienus exiſtat à regula.

Conc. Laodicenſi tit. 5. Quòd non oporteat ſacerdotes & clericos fœnerantes vſuras, vél quæ dicuntur ſeſcupla, id eſt ſummam capitis, & dimidium ſummæ percipere.

Ex decretis Papæ Leonis tit. 3. & 4. Nec hoc quoque prætereundum eſſe duximus, quoſdam lucri turpis cupiditate captos vſurariam exercere pecuniam, & fœnore velle diteſcere: quod non dicam in eos qui ſunt in clericali officio conſtituti, ſed & in laïcos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus, quod vindicari acriùs in eos qui fuerunt confutati, decernimus, vt omnis peccandi opportunitas adimatur. Illud etiam duximus præmonendum, vt ſicut non ſuo, ita non alieno nomine, aliquis clericorum exercere fœnus adtentet; indecens enim eſt crimen ſuum commodis alienis impendere. Fœnus autem hoc ſolum aſpicere, & exercere debemus, vt quod hîc miſericorditer tribuimus, ab eo Domino qui multipliciter, & in perpetuum manſura retribuet, recipere valeamus.

Ex decretis Papæ Gelaſij tit. 15. Conſequens fuit, vt illa quoque quæ de Piceni partibus nuper ad nos miſſa relatio nuntiauit, non prætereunda putaremus; id eſt plurimos clericorum negotiationibus inhoneſtis, & lucris turpibus imminere, nullo pudore cernentes Euangelicam lectionem, quia ipſe Dominus negotiatores è templo verberatos flagellis aſſeritur expuliſſe. Nec Apoſtoli verba recolentes, quibus ait: *Nemo militans Deo obligat ſe negotiis ſæcularibus*. Pſalmiſtam quoque Dauid ſurda diſſimulantes aure cantantem: *quoniam non cognoui negotiationes introibo*

Digitized by Google

in potentias Domini: proinde huiuſmodi, aut ab indignis poſthac quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omnibus quibuſlibet negotiationis ingeniis cupiditatéque ceſſandum, aut in quocumque gradu ſint poſiti, mox à clericalibus officiis abſtinere cogantur, quoniam domus Dei domus orationis, & eſſe debet & dici: ne officina negotiationis, & ſpelunca potiùs ſit latronum.

XLV. *Quòd non debeat Epiſcopus, preſbyter, aut diaconus cum hæreticis orare.*

IN *Canonibus Apoſtolorum titul.* 45. Epiſcopus, preſbyter, & diaconus qui cum hæreticis orauerit, tantummodo communione priuetur. Si verò tanquam clericos hortatus eos fuerit agere, vel orare, damnetur.

XLVI. *Quòd non liceat Catholicis ad hæreticorum ſpeluncas causâ orationis accedere.*

CONCIL. *Laodicenſi tit.* 9. Quòd non permittantur Eccleſiaſtici ad hæreticorum cœmeteria, vel ad ea quæ ab eis appellantur martyria orationis causâ, vel ſanitatis accedere: ſed huiuſmodi ſi fideles fuerint, certo tempore communione priuari; pœnitentes autem, & confitentes ſe deliquiſſe conuenit ſuſcipi.

XLVII. *Quòd non oporteat Catholicos cum hæreticis nuptiarum fœdera copulare.*

CONCIL. *Laodicen. tit.* 10. & 31. Quod non oporteat indifferenter Eccleſiaſticos fœdere nuptiarum hæreticis ſuos filios filiáſque coniungere.

Item quòd non oporteat cum hæreticis vniuerſis nuptiarum fœdera celebrare, nec eis filios dare, vel filias: ſed magis accipere; ſi tamen Chriſtianos ſe fieri promittant.

Concil. Calchedon. tit. 14. Quoniam in quibuſdam prouinciis conceſſum eſt lectoribus, & pſalmiſtis vxores ducere, ſtatuit ſancta ſynodus non licere cuiquam ex his accipere ſectæ alterius vxorem. Qui verò ex huiuſmodi coniugio iam filios ſuſceperunt; ſi quidem præuenti ſunt, vt ex ſe genitos apud hæreticos baptizarent, offerre eos Eccleſiæ Catholicæ communioni conuenit: non baptizatos autem non poſſe apud hæreticos vlteriùs baptizari. Sed neque copulari debet nuptura hæretico, Iudæo, vel pagano, niſi fortè promittat ad orthodoxam fidem ſe perſonam orthodoxè copulandam transferre. Si quis autem hanc definitionem ſanctæ ſynodi tranſgreſſus fuerit, correptioni canonicæ ſubiacebit.

Concil. Carthag. titul. 21. Item placuit, vt filij clericorum gentilibus, vel hæreticis in matrimonio non iungantur.

XLVIII. *Quòd non oporteat ab hæreticis eulogias accipere.*

CONCIL. *Laodicenſi tit.* 32. Quòd non oporteat ab hæreticis eulogias accipere, quæ ſunt maledictiones, potiùs quàm benedictiones.

XLIX. *Quòd non debeant hæreticorum baptiſmata comprobari.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 46. Epiſcopum, aut preſbyterum hæreticorum ſuſcipientem baptiſma damnari præcipimus. quæ enim conuentio Chriſti ad Belial? vel quæ pars fideli cum infidele?

L. *Quòd Eccleſia baptiſmate baptizatus, denuo baptizari non debeat, & non ita baptizatus debeat baptizari.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 47. Epiſcopus, aut preſbyter, ſi eum qui ſecundùm veritatem habuerit baptiſmum denuo baptizauerit, aut pollutum ab impiis, [a] & non rectè baptizatum, non baptizauerit: deponatur, tamquam deridens crucem, & mortem Domini, nec ſacerdotes à falſis ſacerdotibus iure diſcernens.

[a] *hæc verba non ſunt apud Dionyſ. Exig.*

LI. *Quòd in nomine Trinitatis debeat baptizari.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 49. Si quis Epiſcopus, aut preſbyter, iuxta præceptum Domini non baptizauerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſed in tribus ſine initio princi-

Digitized by Google

piis, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, abiiciatur.

LII. *Quòd non debeat vna merſio in baptiſmate, quaſi in morte Domini, prouenire.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 50. Si quis Epiſcopus, aut preſbyter non trinam merſionem vnius myſterij celebret, ſed ſemel mergat in baptiſmate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur: non enim dixit nobis Dominus, In morte mea baptizate: ſed, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

LIII. *De Arianis non rebaptizandis.*

EX *decretis Papæ Syricij titul.* 1. Prima itaque paginæ tuæ fronte ſignaſti baptizatos ab impiis Arianis, plurimos ad fidem Catholicam feſtinare, & quoſdam de fratribus noſtris eoſdem denuò baptizare velle, quod non licet, cùm hoc fieri, & Apoſtolus vetet, & canones contradicant, & poſt caſſatum Ariminenſe Concilium miſſa ad prouincias à venerandæ memoriæ prædeceſſore meo Liberio generalia decreta prohibeant; quos nos cum Nouatianis, aliiſque hæreticis, ſicut eſt in ſynodo conſtitutum, per inuocationem ſolam ſeptiformis Spiritus, Epiſcopalis manus impoſitione Catholicorum conuentui ſociamus: quod etiam totus Oriens Occidénſque cuſtodit, à quo tramite vos quoque poſthac minimè conuenit deuiare, ſi non vultis à noſtro collegio ſynodali ſententia ſeparari.

Ex decr. Papæ Innoc. tit. 47. Arianos præterea cæteráſq; eiuſdem modi peſtes, quia eorum laïcos conuerſos ad Dominum ſub imagine pœnitentiæ, ac ſancti Spiritus ſanctificatione, per manus impoſitionem ſuſcipimus: non videtur clericos eorum cum ſacerdotij, aut miniſterij cuiuſpiam ſuſcipere dignitate, quoniam quibus ſolum baptiſma ratum eſſe permittimus, quod vtique in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti perficitur, non ſanctum Spiritum eos habere ex illo baptiſmate aliiſque myſteriis arbitramur, quoniam cùm à Catholica fide eorum authores deſciſcerent perfectionem ſpiritus, quam acceperant amiſerunt, nec dare eius plenitudinem poſſunt, quæ maximè in ordinationibus operatur, quam per impietatis ſuæ perfidiam potiùs, quàm fidem dixerim perdiderunt. Qui enim fieri poteſt vt eorum profanos ſacerdotes dignos Chriſti honoribus arbitremur; quorum laïcos imperfectos, vt dixi, ad ſancti Spiritus percipiendam gratiam, cum pœnitentiæ imagine recipiamus? Grauitas itaque tua hæc ad notitiam Coëpiſcoporum, vel per ſynodum ſi poteſt, vel per harum recitationem faciat peruenire; vt quæ ipſe tam neceſſariò percontatus es, & nos elimatè reſpondimus, communi omnium conſenſu ſtudióque ſeruentur.

LIV. *De his qui dicuntur Cathari, id eſt mundi.*

CONCIL. *Nicæno tit.* 8. De his qui ſe cognominant Catharos, id eſt mundos, ſi aliquando venerint ad Eccleſiam Catholicam, placuit ſancto & magno Concilio, vt impoſitionem manus accipientes ſic in Clero permaneant. Hæc autem præ omnibus eos ſcriptis conuenit profiteri quòd Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ dogmata ſuſcipiant & ſequantur: id eſt & bigamis ſe communicare, & his qui in perſecutione prolapſi ſunt, erga quos & ſpatia conſtituta ſunt, & tempora definita, vt ita Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ placita ſequantur in omnibus. Vbicumque verò, ſiue in ciuitatibus ipſi ſoli reperti fuerint ordinati, qui inueniuntur in Clero, in eodem habitu perſeuerent: vbi autem Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo, vel preſbytero conſtituto quidam ex illis aduenjunt, certum eſt quòd Epiſcopus eccleſiæ habebit Epiſcopi dignitatem. Is autem qui nominatur apud eos Epiſcopus, honorem preſbyterij poſſidebit, niſi fortè placuerit Epiſcopo nominis eum honore cenſeri. Si verò hoc ei minimè placuerit, prouidebit ei, aut chorepiſcopatus, aut preſbyterij locum, vt in Clero prorſus eſſe videatur, nec in vna ciuitate duo Epiſcopi probentur exiſtere.

LV. *De his qui à Paulo Samoſateno ad Eccleſiam veniunt.*

CONCIL. *Niceno tit.* 19. De Paulianiſtis ad Eccleſiam Catholicam confugientibus definitio prolata eſt, vt baptizentur omnimodis. Si qui autem de his præterito tempore in Clero fuerint, ſi quidem immaculati, & irreprehenſibiles apparuerint, baptizati ordinentur ab Epiſcopo Eccleſiæ Catholicæ: quòd ſi diſcuſſio incongruos inuenerit, abiici tales conueniet. Similiter autem & de diaconiſſis, & omnino de his qui ſub tegula verſantur, hæc forma ſeruabitur. Meminimus autem de diaconiſſis quæ in eodem habitu eſſe probantur, quòd non habeant manus impoſitionem; & ideo modis omnibus eas inter laïcos deputari.

LVI. *De aliis hæreticis qui ad Eccleſiam veniunt.*

CONCIL. *Laodicenſi tit.* 7. De his qui ab hæreticis conuertuntur, id eſt Nouatianis, aut Photinianis, aut Teſſareſcædecatitis, ſiue baptizati ſint illi ſeu catechumeni, non antè ſuſcipiantur, quàm omnes hæreſes anathematizent, & præcipuè illam qua detinebantur; & tunc demum ij qui apud eos dicebantur fideles, noſtræ doceantur fidei ſymbolum, & vncti ſancto chriſmate, ſic myſteriis communicent ſacroſanctis.

LVII. *De his qui veniunt ab hæreſi Cataphrygarum.*

CONCIL. *Laodicenſ. tit.* 8. De his qui conuertuntur ab hæreſi, quę dicitur Cataphrygarum, etſi in Clero qui apud eos eſſe creditur fuerint, etſi maximè nominentur, hos ſub omni diligentia ab Epiſcopis Eccleſiæ, vel presbyteris inſtrui, & baptizari conueniet.

LVIII. *De his qui veniunt à Nouatianis, & Montenſibus.*

EX *decretis Papæ Innocentij tit.* 15. Vt venientes à Nouatianis, vel Montenſibus per manus tantùm impoſitionem ſuſcipiantur, quia quamuis ab hæreticis, tamen in Chriſti nomine baptizati ſunt: præter eos qui fortè à nobis ad illos tranſeuntes rebaptizati ſunt; ij ſi reſipiſcentes, & ruinas ſuas cogitantes redire maluerint, ſub longa pœnitentiæ ſatisfactione admittendi ſunt.

LIX. *De Bonoſiacis hæreticis, quòd Iudæis ſint comparandi: & de ſuſcipiendis clericis, quos idem Bonoſus antequam damnaretur ordinauit.*

EX *decretis Papæ Innocentij tit.* 49 Innocentius Laurentio Epiſcopo Senienſi. Diu mirati ſumus dilectionis tuæ litteris lectis hæreticos Photini venena ſectantes in territorio dilectionis tuæ non ſolùm eſſe, ſed & publicè ſibi conuenticula, in aliquorum poſſeſſionibus præparare: eùm de toto penè orbe nuſquam tam multi, quàm ad vos delegerint habitare Quorum doctrinæ nefariæ author Marcus dudum de vrbe pulſus temeritatis tantæ eſt ductus audacia, vt primum ſibi inter eos vindicet locum. Sed ne vlteriùs debacchandi habeant facultatem, & animas ſimplicium ac ruſticorum ſecum in gehennam cui deſtinati ſunt trahant: actum eſt aduerſus eos à defenſoribus Eccleſiæ noſtræ, quòd eos poſſint expellere, vt qui Chriſtum Deum ex patris ſubſtantia ante ſæcula negant genitum; ij cum Iudæis qui eius deitatem negauerunt, & nunc vſque negant, participium habent damnationis. Tuum eſt, frater chariſſime, quæ præcepta ſunt non ſegniùs agere, ne plebem tibi commiſſam diſſimulatione perdas, & incipias Deo de perditis reddere rationem.

Ex decretis Papæ Innocentij tit. 50. Item Innocentius Martiano Epiſcopo Narſitano. Superiori tempore, ſi tamen rectè recordor, memini, tam ad dilectionem tuam quàm ad fratres; & Coepiſcopos noſtros Rufum, Euſebium, & cæteros eiuſdemmodi litteras de clericis Narſenſibus tranſmiſiſſe. his videlicet qui ſe ante damnationem Bonoſi adſererent ab eodem tam presbyteros, quàm diaconos ordinatos, vt ſi relicto atque damnato eius errore vellent Eccleſię copulari, libenter reciperentur; ne fortè qui eſſent digni recuperandæ ſalutis in eodem deperirent. Verùm nunc in Rauennati vrbe mihi conſtituto, propter

pter Romani populi neceſſitates creberrimas, Germanus qui ſe aſſerit eſſe preſbyterum, atque Lupentius qui ſe diaconum dicit, multorum talium quaſi legatione ſuſcepta prece fuſa dolores, proprios exprimere geſtiuerunt, aſſerentes ſiquidem eccleſias in dilectionis tuæ conſtitutas parochiis retinere, ſed tuam communionem non potuiſſe mereri. ea videlicet ratione qua Ruſticus quidam nomine, iterata ordinatione preſbyterium ſuſcepiſſet. Er non leui impedimento fit, dum aut illi dolent huiuſmodi hominem in eccleſia retineri, aut ille ſic peccare debere in alios arbitretur, * qui in ſe agnoſcit eſſe peccatum. Et quamuis de eadem te pleniùs litteræ meæ contineant, quas ſuperiùs memoraui; tamen etiam nunc admonendam duximus fraternitatem tuam, vt ſi verè conſtat aliquos ante damnationem Bonoſi ab eodem ordinatos, poſtea voluiſſe, vel nunc velle reuerti, eos recipiendos eſſe cenſemus, maximè cùm memorati aſſerant ſe in tantum anteriori tempore ordinatos, vt ſanctæ recordationis virum Cornelium Epiſcopum Sirmienſis vrbis, nec non & fratrem noſtrum Nicetam, alióſque nonnullos fuiſſe præſentes, cùm honoribus, quos ſe habere commemorant, augerentur. Vnde, frater charisſime, ſi eorum aſſertio fidem receperit veri, ſuſcipiendos eſſe ambigere non debes; quos tamdiu eccleſias ſibi creditas paſſus es retinere.

*ſ. quemadmodum

LX. *Quòd non admittantur ad Clerum ab hæreticis ordinati.*

Ex decretis Papæ Innocentij titul. 53. Ventum eſt ad tertiam quæſtionem, quæ pro ſui difficultate longiorem exigit diſputationem, cùm nos dicamus ab hæreticis ordinatos, vulneratum per illam manus impoſitionem habere caput. Vbi vulnus infixum eſt, medicina eſt adhibenda, qua poſſit recipere ſanitatem: quæ ſanitas poſt vulnus ſecuta, ſine cicatrice eſſe non poterit: atque vbi pœnitentiæ remedium neceſſarium eſt, illic ordinationis honor locum habere non poſſit: nam ſi, vt legitur, quod tetigerit immundus immundum erit, quomodo ei tribuetur quod munditia, ac puritas conſueuit accipere? ſed contrà adſeritur, eum qui honorem amiſit, honorem dare non poſſe, nec illum aliquid accepiſſe, quia nihil in dante erat, quod ille poſſet accipere, adquieſcimus, & verum eſt certè, quia quod non habuit dare non potuit. Damnationem vtique quam habuit per prauam manus impoſitionem dedit, & qui particeps factus eſt damnationis, quomodo debeat honorem accipere, inuenire non poſſum. Sed dicitur vera, ac iuſta legitimi ſacerdotis benedictio auferre omne vitium, quod à vitioſo fuerat iniectum.

Ex decretis Papæ Innocentij tit. 54. Ergo ſi ita eſt, applicentur ad ordinationem ſacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, quia per benedictionem ordinationis crimina, vel vitia putant auferri. Nullus ſit pœnitentiæ locus, quia id poteſt præſtare ordinatio quod longa ſatisfactio præſtare conſueuit: ſed noſtræ lex eſt Eccleſiæ, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati ſunt, per manus impoſitionem laïcam tantùm tribuere communionem: nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum ſubrogare.

Ex decretis Papæ Innoc. tit. 55. At verò ij qui à Catholica ad hæreſim tranſierunt, quos non aliter oportet, niſi per pœnitentiam ſuſcipi, apud vos non ſolùm pœnitentiam non agunt, verùm etiam honore cumulantur, ſed Anyſij quondam fratris noſtri, aliorúmque ſacerdotum ſumma deliberatio hæc fuit: vt quos Bonoſus ordinauerat ne cum eodem remanerent, ac fieret non mediocre ſcandalum, ordinati reciperentur; vicimus, vt opinor, ambigua. Iam ergo quod pro remedio hac neceſſitate temporis ſtatutum eſt, conſtat, primitus non fuiſſe, ac fuiſſe regulas veteres quas ab Apoſtolis, aut Apoſtolicis viris traditas, Eccleſia Romana cuſtodit, cuſtodiendáſque mandat his qui eam audire conſueuerunt, ſed neceſſitas temporis id fieri magnopere poſtulabat. Ergo quod neceſſitas pro remedio reperit, ceſſante neceſſitate debet vtique ceſſare pariter quod vrgebat; quia alius eſt ordo legitimus, alia vſurpatio, quam ad præſens fieri tempus impellit. Sed canones apud Nicæam conſtituti, de Nouatianis fieri permiſerunt: priùs ille canon à Patribus inſtitutus ponendus eſt, vt poſſimus aduertere, vel quid, vel qualiter ab eiſdem ſenſum ſit, vel præceptum. De his inquit qui nominant

h

ſe ipſos Catharos, id eſt mundos, & aliquando veniunt ad Catholicam Eccleſiam, placuit ſanctæ magnæ ſynodo, vt acceprâ manus impoſitione ſic maneant in Clero. Poſſumus verò dicere de ſolis hoc Nouarianis eſſe præceptum, nec ad aliarum hæreſum clericos pertinere: nam ſi vtique de omnibus ita definirent, addidiſſent à Nouatianis, aliíſque hæreticis reuertentes debere in ſuum ordinem recipi. quod ſi ita eſſet, etiam illud maximè, quod de Paulianiſtis dictum eſt, poterit confirmare: à quibus venientes, etiam baptizari præcipiunt. Nunquidnam cùm de Paulianiſtis iubent, omnes qui ab hæreticis reuertuntur erunt hoc exemplo baptizandi? quod cùm nullus audeat facere, de ipſis tantùm eſſe præceptum ratio demonſtrat. Denique baptizatos ritè ab Euangeliſta Philippo Petrus, & Ioannes ſola manus impoſitione conſummant, illos verò quos Apoſtolus Paulus Ioannis baptiſmate baptizatos reperit, interrogauitque an Spiritum ſanctum ſuſcepiſſent, fatentibus, ſe illud ne quidem nomen audiſſe, iuſſit eos baptizari. Videtis ergo ritè baptizatos, illo dono iterari non poſſe, & aliter ſolâ aquâ lotos baptizari, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, neceſſarium peruideri. Ita & de Nouarianis tantùm iuſſum eſſe lucida manifeſtatione perlegitur, quod idcirco diſtinctum eſſe ipſis duabus hæreſibus ratio manifeſta declarat: quia Paulianiſtæ, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, minimè baptizant, nec apud iſtos de vnitate poteſtatis diuinæ, hoc eſt Patris, & Filij, & Spiritus ſancti quæſtio aliquando commota eſt, & ideo de omnibus ſegregatis, hæc ſola lecta eſt, cui iſtud crederent concedendum, quia nihil in Patris, & Filij, & Spiritus ſancti ſacramento peccarent. Si quis verò de Catholica ad hæreſim tranſiens, aut fidelis ad apoſtaſiam reuertens, & reſipiſcens redire voluerit; nunquid eadem ratione poterit & Clerum committi: quorum commiſſum non niſi longa pœnitentia poterit abolere; nec poſt pœnitentiam clericum fieri ipſi canones ſua autoritate permittunt. Vnde conſtat qui de Catholica ad Bonoſum tranſierunt damnatum, atque ſe paſſi ſunt, vel cupierunt ab eodem ordinari, non oportuiſſe ordinationis eccleſiaſticæ ſuſcipere dignitatem, qui commune omnium eccleſiarum iudicium deſerentes, ſuam peculiariter in Bonoſo vanitatem ſequendam eſſe duxerunt. Sed multos conſtat vim paſſos, atque inuitos attractos, repugnantéſque ab eodem ordinatos. Dicat mihi, volo, quiſquis hoc credit, ſi non poſt ordinationem Bonoſi interfuit, cùm conficeret ſacramenta, ſi communioni eius non eſt participatus, ſi ſtatim diſcedentibus de eius peſſimo conciliabulo ad eccleſiam rediit, iſte talis poteſt habere colorem aliquem excuſationis. Cæterùm qui poſt annum, aut menſem ad Eccleſiam redierunt intelligimus eos, qui in Catholica nouerunt ſe propter vitia ſua non poſſe ſuſcipere ordinationem: idcirco ad illum perrexiſſe, quia paſſim ſine vlla diſcuſſione ordinationes inlicitas faciebat, credentes ſe poſſe per iſtam inſtitutionem locum in Eccleſia Catholica reperire, de quo antè deſperauerant. Nunc illud quod ſupereſt interrogo, qui poſt menſem, aut ampliùs rediit, cùm ſe preſbyterum à Bonoſo conſideret ordinatum, ſi non ſacramenta confecit, ſi non populis diſtribuit, ſi non miſſas ſecundùm conſuetudinem compleuit; quid de his cenſeatis quæſo, promatis apertiùs? Ad ſummam certè qui nihil ab Bonoſo acceperunt, rei ſunt vſurpatæ dignitatis, qui conficiendorum ſacramentorum ſibi vindicauerunt, aut non vindicauerunt autoritatem, atque id ſe putauerunt eſſe, quod his nulla fuerat regulari ratione conceſſum.

Ex decretis Papæ Innocentij tit. 56. Peruidet ergo dilectio veſtra, hactenus talia tranſiſſe, & aduertite, quod vt dicitis neceſſitas imperauit, in pace iam eccleſias conſtitutas non poſſe præſumere; ſed, vt ſæpe accidit, quoties à populis, aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non poteſt vindicari, inultum ſoleat tranſire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, de reliquo maxima ſollicitudine præcauendum.

Eiuſdem tit. 57. Veniam nunc ad maximum quaſi quoddam thema Photinum, & quod mihi anxium eſt ac difficillimum, maiorum meorum reuoluam ſententias. Fuerat de illo quoquo pacto, vt etiam ipſi commeminiſtis, aliquid vtique grauius conſtitutum: verùm quoniam id per rumorem falſum,

vt aſſeritis, ſubreptum huic ſedi, & elicitum per inſidias demonſtratis; quia res ad ſalutem redit: veniam nos hanc in tantum vobis annitentibus, poſt condemnationem, more Apoſtolico ſubrogamus, tantiſque veſtris affectionibus, vobiſque tam bonis, tam caris non date conſenſum, omnibus duris rebus durius arbitramur. Pro veſtra ergo approbatione, fratres chariſſimi, ſententia ac poſtulatione Epiſcopum Photinum habetote licitum ita conſtituere, vt deprecemini, & noſtram in melius conuerſam ſententiam, labore vel teſtimonio veſtro compotes voti ſuſcipite. Atque Euſtathium à me ſæpiſſimè comprobatum nolite expectare, vt diaconij gratiâ expolietur: ſollicitos enim vos pro ſalute libenter audio contra caput, etiam ſi faciendum eſt, non libenter admitto; cui manum porrigitis vobiſcum porrigo, cui porrigo mecum porrigite; hæc enim ad Corinthios Apoſtolica eſt declarata benignitas, vt in vno ſpiritu ductam, ac reductam ſententiam boni ſemper indifferenter ſequantur. Nam fateor hæc me primùm res bene habet erga Euſtathium diaconum, quòd nec contra fidem quicquam locutus ſit, nec loquentem admiſerit, nec ad mortem crimen aliquod commiſiſſe; vel iactatum vnquam, vel fictum * recognouerim. Et qui in his ſaluus eſt, ſi quo pacto conuerſationes amabiles non habet, habendus eſt vt minùs pro tempore dilectus, non vt inimicus exiſtimatus diabolo in perpetuum mancipandus. Cognoſco illum inter illas ſimultates, ac turbines contra multorum ſtudia, non dico qualia, diuerſa ſenſiſſe, & cùm hinc res calamitateſque ipſæ emendatæ ſint, adhuc Dizoniani, & Cyriaci ſubdiaconorum non potuiſſe apud vos emendationem reuiuiſcere. Compeſcite, quæſo, ab illo prædictiſque, quorumcumque videtis animos, ac non iuſtas æmulationes, vt ipſe apud nos integer, apud vos cum ſuis reparatus mereatur pacem, non fictam peruidens charitatem. Omnibus igitur vobis, ac ſingulatim occurrat charitas, & vinculis quæ nullis modis à Chriſto ſoluuntur, vobiſcum pariter in perpetuum connexa lætetur in Domino.

* *f. de eo*

LXI. *Quòd omnis cuiuſlibet ordinis clericus, qui Catholicam deſerens hæreticæ ſe communioni miſcuerit, ſi ad Eccleſiam reuerſus fuerit, in eo gradu quo fuerat, ſine promotione permaneat.*

EX *decr. Papæ Leonis tit.* 14. Leo Epiſcopus vrbis Romę, Ianuario Epiſcopo Aquileienſi. Lectis fraternitatis tuæ litteris vigorem fidei tuæ quem olim noueramus, agnouimus: congratulantes tibi quòd ad cuſtodiam gregis Chriſti paſtoralem curam vigilanter exequeris; ne lupi qui ſub ſpecie ouium ſubintrarunt, beſtiali ſæuitia ſimplices quoſque dilacerent, & non ſolùm ipſi nullâ correptione proficiant, ſed etiam ea quæ ſunt ſana corrumpant. Quod ne viperea poſſit obtineri fallacia, dilectionem tuam duximus commonendam, inſinuantes ad animæ periculum pertinere, ſi quiſquam de his qui à nobis in hæreticorum, atque ſchiſmaticorum ſectam delapſus, & ſe vtcumque hæreticæ communionis contagione macularit, reſipiſcens, in communione Catholica, ſine profeſſione legitimæ ſatisfactionis habeatur. Saluberrimum enim & ſpiritalis medicinæ vtilitate pleniſſimum eſt, vt ſiue preſbyteri, ſiue diaconi, vel ſubdiaconi, aut cuiuſlibet ordinationis clerici qui ſe correctos videri volunt, atque ad Catholicam fidem, quam iam pridem amiſerant, rurſus redire ambiunt; priùs errores ſuos, & ipſos authores erroris damnati à ſe ſine ambiguitate fateantur, vt ſenſibus prauis etiam peremptis nulla ſperandi ſuperſit occaſio, nec vlla membrum talium poſſit ſocietate violari; cùm per omnia illis profeſſio propria cœperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum conſtitutionem præcipimus cuſtodiri, vt in magno habeant beneficio, ſi ademptâ ſibi omni ſpe promotionis, in quo inueniuntur ordine ſtabilitate perpetuâ maneant: ſi tamen iteratâ tinctione non fuerint maculati. Non leuem apud Dominum noxam incurrit, qui de talibus ad ſacros promouendos ordines iudicarit, quòd ſi cum grandi examinatione promotio conceditur inculpatis, multò magis non debet licere ſuſpectis. Proinde dilectio tua, cuius de-

uotione gaudemus, iungat curam ſuam diſpoſitionibus noſtris, & det operam, vt circumſpectè, ac velociter impleantur, quæ ad totius Eccleſiæ incolumitatem laudabiliter ſuggeſta ſunt, & ſalubriter ordinata. Non autem dubitet dilectio tua, nos ſi (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quæ pro cuſtodia Canonum, & pro fidei integritate decreuimus, vehementiùs commouendos, quia inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ ſunt, quàm ad deſides negligentéſque rectores, qui multam ſæpe nutriunt peſtilentiam, dum neceſſariam diſſimulant adhibere medicinam. Datum III. Kalend. Ianuarij, Alipio & Ardabure Conſulibus.

LXII. *De his quibus dubium eſt, vtrum baptiſmum perceperint, neceſſe eſt vt renaſcantur.*

EX *decretis Papæ Leonis tit.* 28. Si nulla extant indicia inter propinquos, aut familiares, nulla inter clericos aut vicinos, quibus ij de quibus quæritur, baptizati fuiſſe doceantur: agendum eſt vt renaſcantur, ne manifeſtè pereant, in quibus quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſinit vt videatur iteratum. Qui autem poſſunt meminiſſe quòd ad Eccleſiam veniebant cum parentibus ſuis, poſſunt recordari, an quod eorum parentibus dabatur acceperint. Sed ſi hoc etiam ab ipſa memoria alienum eſt, conferendum eis videtur, quod collatum eſſe neſcitur, quia non temeritas interuenit præſumptionis, vbi eſt diligentia pietatis.

Concil. Carthag. tit. 39. Item placuit de infantibus, quotiens non inueniuntur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe ſine dubitatione teſtentur, neque ipſi ſunt per ætatem de traditis ſibi ſacramentis idonei reſpondere: abſque vllo ſcrupulo eos eſſe baptizandos; ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione priuari: hinc enim legati Maurorum fratres noſtri conſuluerunt, quia multos tales à barbaris redimunt.

LXIII. *Quòd hi qui ſe baptizatos agnoſcunt, ſed in qua fide neſciunt, per manus impoſitionem ſuſcipiendi ſunt.*

EX *decretis Papæ Leonis tit.* 29. Ij autem de quibus ſcripſiſti, qui non ſe baptizatos neſciunt, ſed cuius fidei fuerint qui eos baptizauerunt, ſe neſcire profitentur; quoniam quolibet modo formam baptiſmatis acceperunt, baptizandi non ſunt: ſed per manus impoſitionem virtutem ſancti Spiritus, quam ab hæreticis accipere non potuerunt, Catholicis copulandi ſunt.

LXIV. *De his qui non ſponte, ſed inuiti ad iterationem baptiſmi compulſi ſunt.*

EX *decretis Papæ Leonis tit.* 47. Hi verò de quibus ſimiliter dilectio tua nos credidit conſulendos, qui ad iterandum baptiſmum, vel metu coacti, vel errore traducti ſunt, & nunc ſe contra Catholicæ fidei ſacramentum egiſſe recognoſcunt, ea eſt cuſtodienda moderatio, quâ in ſocietatem noſtram, non niſi per pœnitentiæ remedium, & per impoſitionem Epiſcopalis manus communionis recipiant vnitatem. Tempora pœnitudinis, habitâ moderatione, tuo conſtituenda iudicio, prout conuerſorum animos inſpexeris eſſe deuotos, pariterque etiam habentes ſenilis ætatis intuitum, & periculorum quorumque, aut ægtitudinum reſpicientes neceſſitates. In quibus, ſi quis ita grauiter vrgeatur, vt dum adhuc pœnitet, de ſalute ipſius deſperetur, oportet ei per ſacerdotalem ſollicitudinem communionis gratiâ ſubueniri.

LXV. *Vt hi qui ab hæreticis baptizati ſunt, ſola ſancti Spiritus inuocatione firmentur.*

EX *decretis Papæ Leonis tit.* 48. Nam hi qui baptiſmum acceperunt ab hæreticis, cùm baptizati antea non fuiſſent, ſolâ ſancti Spiritus inuocatione, per impoſitionem manuum confirmandi ſunt, quia formam tantùm baptiſmi ſine ſanctificationis virtute ſumpſerunt. Et hanc regulam, vt ſcitis, ſeruandam in omnibus Eccleſiis prædicamus; vt la-

Digitized by Google

uactum ſemel initum nullâ iteratione violetur, dicente Apoſtolo: Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma, cuius ablutio nullâ iteratione temeranda eſt: ſed vt diximus ſola ſanctificatio Spiritus ſancti inuocanda, vt quod ab hæreticis nemo accipit, à Catholicis ſacerdotibus conſequatur.

LXVI. *De his qui in ægritudine baptiſma conſequuntur.*

CONCIL. *Nouæcæſarienſi tit* 12. Si quis in ægritudine fuerit baptizatus, ad honorem preſbyterij non poteſt promoueri, quia non ex propoſito fides eius, ſed ex neceſſitate deſcendit: niſi fortè propter ſequens ſtudium eius, & fidem, atque hominum raritatem, talis poſſit admitti.

Concil. Laodicenſ. tit. 47. Quòd oporteat eos qui in ægritudine percipiunt baptiſma, poſtquam conualuerint fidem perdiſcere, & ſcire cuius muneris participes facti ſunt.

Concil. Carthag. tit. 12. Vt ægrotantes ſi pro ſe reſpondere non poſſunt, cùm voluntatis eorum teſtimonium ſui periculo proprio dixerint, baptizentur. Et vt ſcenicis, atque hiſtrionibus cæteriſque huiuſmodi perſonis reconciliatio non negetur.

LXVII. *De Chriſtianis qui ſabbatizare, vel iuxta quemdam modum iudaïzare noſcuntur.*

CONCIL. *Laodicenſi tit.* 29. Quòd non oporteat Chriſtianos iudaïzare, & otiari in ſabbato, ſed operari eos in eodem die: præferentes autem in venerατione Dominicum diem; ſi vacare voluerint, vt Chriſtiani, hoc faciant. Quòd ſi reperti fuerint iudaïzare, anathema ſint à Chriſto.

LXVIII. *De Schiſmaticis.*

CONCIL. *Laodicenſi tit.* 33. Quòd non oporteat cum hæreticis, aut ſchiſmaticis pariter orare.

LXIX. *De martyribus hæreticorum.*

CONCIL. *Laodicenſi tit.* 34. Quòd omnes Chriſtianos non oporteat deſerere Martyres Chriſti, & ire ad pſeudomartyres, id eſt hæreticorum, & quos ipſos conſtat hæreticos extitiſſe; hi namque ſunt alienati à Deo. Sint igitur anathema qui ad tales acceſſerint.

Concil. Carthag. tit. 50. Item placuit, vt altaria quæ paſſim per agros & per vias, tanquam memoriæ martyrum conſtituuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ Martyrum conditæ probantur, ab Epiſcopis qui locis eiſdem præſunt, ſi fieri poteſt, euertantur: ſi autem hoc per tumultus populares non ſinitur, tamen plebes admoneantur, ne illa loca frequentent, vt qui rectè ſapiunt, nullâ ibi ſuperſtitione deuincti teneantur, & omnino nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, niſi vbi corpus aut aliquæ reliquiæ ſunt, aut origo alicuius habitationis, vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſimâ origine traditur; nam quæ per ſomnia, & per manes, quaſi reuelationes quorumlibet hominum, vbicumque conſtituũtur altaria, omnimodo reprobentur.

LXX. *De his qui ab hæreticis, vel Iudæis feſtiuitatis eorum dona ſuſcipiunt.*

CONCIL. *Laodicenſi tit.* 37. Quòd non oporteat à Iudæis, vel hæreticis ea quæ mittuntur munera feſtiua ſuſcipere, nec cum eis feſta celebrare.

LXXI. *De Chriſtianis, qui Iudæorum azyma comederunt.*

CONCIL. *Laodicenſ. tit.* 38. Quòd non oporteat azyma à Iudæis accipere, & communicare impietatibus eorum.

LXXII. *De Chriſtianis celebrantibus feſta gentilium.*

CONCIL. *Laodicenſi tit.* 39. Quòd non oporteat cum gentilibus feſta celebrare, & communicare prauitatibus eorum qui ſine Deo ſunt.

LXXIII. *De hæreticis intrantibus in eccleſiam, vel baſilicas Martyrum.*

CONCIL. *Laodic. tit.* 6. Quòd hæretici non permittendi ſint ingre-

di in domum Dei, in hæreſi permanentes.

LXXIV. *Captiuis cibos immolatitios, per neceſſitatem comedentibus pœnitentia concedenda.*

EX *decretis Papæ Leonis titul.* 46. Hi autem Chriſtiani, qui inter eos, à quibus fuerint captiuati immolatitiis cibis aſſeruntur eſſe polluti, conſultationi charitatis tuæ hoc etiam reſpondendum eſſe credidimus, vt pœnitentiæ ſatisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine, quàm cordis compunctione penſanda eſt. Et ſiue hoc terror extorſerit, ſiue fames ſuaſerit, non dubitetur abolendum, cùm huiuſmodi cibus pro metu, aut indigentia, non pro religionis veneratione ſit ſumptus.

LXXV. *Qualiter debeant in Eccleſia ſuſcipi pœnitentes.*

CONCIL. *Carthagin. tit.* 10. Vt pœnitentibus ſecundùm differentiam peccatorum Epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur: & vt presbyter inconſulto Epiſcopo non reconciliet pœnitentem, niſi abſentiâ Epiſcopi neceſſitate cogente: cuiuſcunque autem pœnitentis publicum, & vulgatiſſimum crimen eſt, quod vniuerſam Eccleſiam commouerit, ante abſida manus ei imponatur.

LXXVI. *De his qui ad ordinem presbyterij ſine examinatione prouecti ſunt.*

CONCIL. *Niceno titul.* 9. Si qui presbyteri ſine examinatione ſunt prouecti, vel cùm diſcuterentur peccata ſua confeſſi ſunt, & homines contra canones commoti manus confeſſis imponere tentauerunt; tales regula non admittit, quia quod inreprehenſibile eſt, Catholica defendit Eccleſia.

Quo tempore preſbyterum conueniat ordinari.

CONCIL. *Nouaceſarienſi titul.* 11. Preſbyter ante triceſimum ætatis ſuæ annum nullatenus ordinetur, licèt valde ſit dignus; ſed hoc tempus obſeruet: nam Dominus noſter triceſimo ætatis ſuæ anno baptizatus eſt, & ſic cœpit docere.

LXXVII. *De his qui in perſecutionibus negauerunt, & poſtmodum in Clero promoti ſunt.*

CONCIL. *Niceno tit.* 10. Quicumque de lapſis ad ordinem Cleri promoti ſunt, per ignorantiam, vel ordinantium diſſimulationem, hoc eccleſiaſticæ non præiudicat regulæ, cogniti namque deponantur.

LXXVIII. *De laïcis qui negauerunt, & de his qui abrenunciauerunt, & iterum ad ſæculum ſunt conuerſi.*

CONCIL. *Niceno tit.* 11. & 12. De his qui præter neceſſitatem præuaricati ſunt, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel aliquid huiuſmodi quod factum eſt ſub tyrannide Licinij: placuit ſynodo, quamuis humanitate probentur indigni, tamen eis beneuolentiam commodari. Quicumque ergo veraciter pœnitudinem gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur; & ſex annis omni ſe contritione deiiciant; duobus autem annis ſine oblatione populo in oratione communicent.

Quicumque vocati per gratiam, primum quidem impetum monſtrauerunt deponentes militiç cingulum: poſtmodum verò ad proprium vomitum ſunt relapſi; ita vt quidam & pecunias tribuerent, & beneficiis militiam repeterent, ij decem annis poſt triennij tempus (quo inter audientes erunt) in afflictione permaneant; ſed in his omnibus propoſitum, & ſpeciem pœnitentiæ conuenit explorare: quotquot enim metu, & lachrymis, atque pœnitentia, vel bonis operibus rebus ipſis conuerſionem ſuam, nõ ſimulationem demonſtrant; ij definitum tempus auditionis implentes, tum demum fidelibus in oratione communicent, poſtmodum verò licebit Epiſcopo de his aliquid humanius cogitare. Quicumque verò indifferenter tulerunt, & aditum introeundi Eccleſiam ſibi arbitrati ſunt ad

conuerſionem poſſe ſufficere, ij definitum tempus modis omnibus implebunt.

LXXIX. *De his qui communionem tempore mortis expoſcunt.*

CONCIL. *Nicano titul.* t3 De his qui ad exitum veniunr etiam nunc lex antiqua regulariſque ſeruabitur; ita vt ſi quis egreditut de corpore, vltimo & neceſſario viatico minimè priuetur. Quòd ſi deſperatus, & conſequutus communionem, oblationiſque particeps factus iterum conualuerir, ſir inrer eos qui communionem orationis tantummodo conſequuntur. Generalırer autem omni cuilibet in exitu poſito, & poſcenti ſibi communionis gtariam ttibui, Epiſcopus probabiliter ex oblatióne dare debebit.

LXXX. *De Catechumenis lapſis.*

CONCIL. *Nicano tit.* 14. De catechumenis ſancto & magno Concilio placuit, vt rribus annis ſint inrer audientes tantummodo; poſt hæc autem cum catechumenis orent.

LXXXI. *De presbyteris qui immolauerunt tempore perſecutionis.*

CONCIL. *Ancyrenſi tit.* 1. Presbyteros immolantes, & iterum luctamen adeuntes, ſi hoc non pet inluſionem aliquam, ſed ex veritate feeerint, nec antè parantes, & affectantes atque ſuadenres vt æſtimentur quidem tormenris aptari, ſed huius viſu rantùm, & habitu ſubici: hos placuit honorem quidem retinere propriæ ſedis, offerre verò aut alloqui populum, aur omnino ſacerdoralibus fungi officiis non licete.

LXXXII. *De diaconis qui immolauerunt.*

CONCIL. *Ancyr. tit.* 2 Diaconi ſimiliter qui immolauerunr, honorem quidem habeant, ceſſent verò ab omni ſaero miniſterio, ſiue à pane, ſiue à calice offerendo, vel prædicando. Quòd ſi quidam Epiſcoporum conſcij ſunr laboris eorum, & humilitatis, & manſuetudinis, & voluerint eis aliquid ampliùs tribuere, vel adimere, penes ipſos erir poteſtas.

LXXXIII. *De his qui ex fuga comprehenſi ſunt, & per vim immolarunt.*

CONCIL. *Ancyrano tit.* 3. Qui fugienres comprehenſi ſunt, vel à domeſticis traditi, vel ademptis facultatibus, ſuſtinuere tormenta, aut in cuſtodiam truſi proclamauerunt ſe Chriſtianos eſſe, & eò vſque adſtricti ſunt, vt manus eorum comprehendentes violenter adtraherent, & funeſtis ſacrificiis admouerent, aut aliquid polluti eibi per neceſſitatem ſumere cogerentur, confitentes iugiter ſe eſſe Chriſtianos, & luctum tei, quæ contigit inceſſabiliter oſtendentes omni deiectione, & habiru, & humilitare vitæ: hos velut extra delictum conſtitutos à communionis gratia non vetari: ſi verò prohibiti ſunr ab aliquibus propter ampliorem cautelam, vel propter quorundam ignorantiam, ſtatim recipiantur: hoc autem ſimilitet, & de clericis, & de cæteris laïcis obſeruare conueniet. Perquiſitum eſt autem & illud, ſi poſſunt etiam laici qui in has neceſſitatis anguſtias inciderunt, ad clericatus ordinem promoueti: placuit ergo & hos tamquam qui nihil peccauerint, ſi & præcedens eorum vita probabilis ſit, ad hoc offieium prouehi.

LXXXIV. *De his qui diuerſis cauſis gentilitatis ritu aliquid peregerunt.*

CONCIL. *Ancyrano tit.* 4. De his qui ſacrificare coacti ſunt, inſuper & cœnauerunt in idolio. Quicumque eorum cùm ducerentur lætiore habitu fuerunt, & veſtimenris pretioſioribus vſi ſunt, & præparatæ cœnæ indifferenter participes extiterunt: placuit eos inter audientes vno anno conſtitui, ſuccumbere tribus annis, in oratione verò communicare biennio, & tunc ad perfectionis gratiam peruenire. Quotquot autem aſcenderunt templa veſte lugubri, & recumbenres per omne tempus fleuere diſcubitus, ſi compleuerunt pœnitentiam triennij temporis, ſine oblatione ſuſcipiantur. Si autem non manducauerunt, biennio ſubiecti pœnitentiæ, tertio anno ſine oblatione communicent, vt perfectionem quadrien-

nio conſequantur. Penes Epiſcopos autem erit poteſtas, modum conuerſationis eorum probantes, vel humaniùs erga eos agere, vel amplius tempus adiicere. Ante omnia verò præcedens eorum vita, & poſterior inquiratur, & ita eis impertiatur humanitas.

Ex decretis Papæ Syricij tit. 3. Adiectum eſt etiam quoſdam Christianos ad apoſtaſiam (quod dici nefas eſt) tranſeuntes, & idolorum cultu ac ſacrificiorum cõtaminatione profanatos, quos à Chriſti corpore, & ſanguine quo dudum redempti fuerant renaſcendo, iubemus abſcindi: & ſi reſipiſcentes fortè aliquando fuerint ad lamenta conuerſi, his quamdiu viuunt agenda pœnitentia eſt, & in vltimo fine ſuo reconciliationis gratia tribuenda; quia docente Domino nolumus mortem peccatoris, ſed tantùm vt conuertatur, & viuat.

LXXXV. *De his qui timore ritus gentilium peregerunt.*

CONCIL. *Ancyrano tit.* 5. De his qui minis tantùm ceſſere pœnarum, aut priuatione facultatum territi, aut demigratione ſacrificauerunt, & hactenus pœnitudinis negligentes neque conuerſi, nunc huius Concilij tempore ſemet obtulerunt conuerſionis ſuæ conſilia capientes: placuit vſque ad magnum diem eos inter audientes ſuſcipi, & poſt magnum diem triennium pœnitentiam agere, & poſtmodum duobus annis ſine oblatione communicare; & tunc demum ſex annis completis ad perfectionis gratiam peruenire: ſi verò quidam ante hanc ſynodum ſuſcepti ſunt ad pœnitentiam, ex illo tempore initium eis ſexennij computetur: ſi quod autem periculum, vel mortis expectatio, aut ex infirmitate, aut ex alia occaſione contigerit, his ſub definitione ſtatuta communio non negetur.

LXXXVI. *De his qui in locis idolorum manducauerunt.*

CONCIL. *Ancyrano tit.* 6. De his qui feſtis diebus gentilium in remotis eorum locis conuiuia celebrarunt, cibóſque proprios deferentes ibidem comederunt: placuit poſt pœnitentiam biennij eos ſuſcipi, vtrum verò cum oblatione ſinguli Epiſcoporum probantes vitam eorum, & ſingulos actus examinent.

LXXXVII. *De his qui frequenter idolis immolauerunt.*

CONCIL. *Ancyr. tit.* 7. Hi qui ſecundò & tertiò ſacrificauerint coacti, quatuor annis pœnitentiæ ſubiiciantur, duobus autem aliis ſine oblatione communicent, & ſeptimo anno perfectè recipiantur.

Ex decretis Papæ Leonis tit. 30. Si conuiuio ſolo gentilium & eſcis immolatitiis vſi ſunt, poſſunt ieiuniis, & manus impoſitione purgari, vt deinceps ab idolothytis abſtinentes ſacramentorum Chriſti poſſint eſſe participes. Si autem, aut idola adorauerunt, aut homicidiis, vel fornicationibus contaminati ſunt, ad communionem eos, niſi per pœnitentiam publicam non oportet admitti.

LXXXVIII. *De his qui & aliis ſacrificandi cauſas adtulerunt.*

CONCIL. *Ancyr. tit.* 8. Quotquot autem non ſolùm ipſi deuiauerunt, ſed etiam inſurrexerunt & compulerunt fratres, & cauſas præbuerunt, vt cogerentur, hi per triennium quidem locum inter audientes accipiant: per aliud verò ſexennium pœnitentiæ ſubiiciantur acriori; & alio anno communionem ſine oblatione percipiant, vt perfectionem expleto decennio conſequantur. Inter hæc autem & eorum vita penſanda eſt.

LXXXIX. *De his qui cùm eſſent catechumeni idolis immolauerunt.*

CONCIL. *Ancyr. tit.* 11. Eos qui ante baptiſma ſacrificauerunt idolis, & poſtea baptiſma conſecuti ſunt, placuit ad ordinem prouehi; eo quòd probentur abluti.

XC. *De his qui diuinationes expetunt.*

CONCIL. *Ancyr. tit.* 23. Qui diuinationes expetunt & morem gentilium ſubſequuntur, aut in domos ſuas huiuſcemodi homines introducunt exquirendi aliquid arte malefica, aut ex-

piandi

piandi cauſa ſub regula quinquennij iaceant ſecundùm gradus pœnitentiæ definitos.

De his qui Angelos colunt.

CONCIL. *Laodic. tit.* 35. Quòd non oporteat Chriſtianos Eccleſiam Dei relinquere, & ire, atque Angelos nominare, & congregationes facere, quæ interdicta noſcuntur. Si quis igitur inuentus fuerit huic occultæ idololatriæ ſeruiens, ſit anathema, quia derelinquit Dominum noſtrum IeſumChriſtum filium Dei, & ſe idololatriæ tradidit.

Vt clericus magus, & incantator non ſit, neque phylacteria faciat.

CONCIL. *Laod. tit.* 36. Quòd non oporteat ſacris officiis deditos, vel clericos magos, aut incantatores exiſtere, aut phylacteria facere, quæ animarum ſuarum vincula comprobantur. Eos autem qui his vtuntur, ab Eccleſia pelli præcipimus.

XCI. *De his qui ad preſbyterium vel diaconatum promouentur, & ante ordinationem, peccatorum ſibi ſunt conſcij.*

CONCIL. *Nouæceſar. tit.* 9. Preſbyter, ſi præoccupatus corporali peccato prouehatur, & confeſſus fuerit de ſe, quòd ante ordinationem deliquerit oblata non conficiet; manens in reliquis officium propter ſtudium bonum: nam peccata reliqua plerique dixerunt per manus impoſitionem poſſe dimitti. Quòd ſi de ſe non fuerit ipſe confeſſus, & argui manifeſtè nequiuerit, poteſtatis ſuæ iudicio relinquatur.

Concil. eod. tit. 10. Simili modo etiam diaconus ſi eodem peccato ſuccubuerit, ab ordine miniſterij ſubtrahatur.

XCII. *De diaconis qui tempore ordinationis de nuptiis atteſtati ſunt.*

CONCIL. *Ancyr. titul.* 9. Diaconi quicumque ordinantur in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, & dixerunt velle ſe coniugio copulari, quia ſic manere non poſſunt, ij ſi poſtmodum vxores duxerint, in miniſterio maneant, propterea quòd eis Epiſcopus licentiam dederit. Quicumque ſanè tacuerunt, & ſuſceperunt manus impoſitionem profeſſi continentiam, & poſtea nuptiis obligati ſunt, à miniſterio ceſſare debebunt.

XCIII. *Vt preſbyteri modum ſibi debitum ſeruent.*

EX *decretis Papæ Gelaſij titul.* 6. Nec minùs etiam preſbyteros contra ſuum modum tendere prohibemus, nec Epiſcopali faſtigio debita ſibimet audacter aſſumere: non conficiendi chriſmatis, non conſignationis Pontificalis adhibendæ ſibimet arripere facultatem; non præſente quolibet Antiſtite, niſi fortaſſe iubeantur, vel orationis, vel actionis ſacræ ſuppetere ſibi præſumant licentiam; neque ſub eius aſpectu niſi iubeantur, aut ſedere præſumant, aut venerabilia tractare myſteria; nec ſibi meminerint vlla ratione concedi ſine ſummo Pontifice, ſubdiaconum vel acolytum ius habere faciendi; nec prorſus addubitent, ſi quicquam ad Epiſcopale miniſterium ſpecialiter pertinens ſuo motu putauerint exequendum, continuò ſe preſbyterij dignitate, & ſacrâ communione priuari. Quod fieri neceſſe eſt, cenſeamus, ſi eorum Præſule diſferente huiuſmodi fuerit præuaricario comprobata, nec ipſo eorum Epiſcopo à culpa conniuentiæ & vltione vacatuto, ſi immoderata facientes diſſimulauerit vindicare.

Concil. Carthag. tit. 6. Fortunatus Epiſcopus dixit: In præteritis Conciliis ſtatutum meminimus eſſe vt chriſma, vel reconciliatio pœnitentium, nec non & puellarum conſecratio à preſbyteris non fiant; ſi quis autem emerſerit hoc faciens, quid de eo ſtatuendum ſit.

Aurelius Epiſcopus dixit: Audiuit dignatio veſtra ſuggeſtionem fratris Coëpiſcopi noſtri Fortunati, quid ad hæc dicitis. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Chriſmatis confectio, & puellarum conſecratio à preſbyteris non fiat, vel reconciliare quemquam in publica miſſa preſbytero non licere; hoc omnibus placet.

Concil. Carthaginenſ. tit. 7. Aurelius Epiſcopus dixit: Si quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliare diuinis altaribus petierit: ſi Epiſcopus

abſens fuerit, debet vtique preſbyter conſulere Epiſcopum, & ſic periclitantem eius præcepto reconciliare: quam rem debemus ſalubri conſilio roborare. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: placet quod ſanctitas veſtra neceſſariò nos inſtruere dignata eſt.

XCIV. *De priuilegiis preſbyterorum.*

CONCIL. *Niceno, tit.* 18. Peruenit ad ſanctum magnúmque Concilium, quòd in quibuſdam locis, & ciuitatibus preſbyteris gratiam ſacræ communionis diaconi præbeant: quod nec regula, nec conſuetudo tradidit, vt ab his qui poteſtatem non habent offerendi, illi qui offerunt corpus Chriſti accipiant. Nec non & illud innotuit, quòd quidam diaconi ante Epiſcopos ſacra oblata contingant. Hæc igitur omnia reſecentur, & in ſua diaconi menſura permaneant, ſcientes quòd Epiſcoporum quidem miniſtri ſint; inferiores autem preſbyteris habeantur. Per ordinem ergo poſt preſbyteros gratiam ſacræ communionis accipiant, aut Epiſcopo eis, aut preſbytero porrigente: ſed nec ſedere in medio preſbyterorum diaconis liceat; quia ſi hoc fiat, præter regulam & ordinem probatur exiſtere. Si quis etiam poſt has definitiones obedire noluerit, à miniſterio ceſſare debebit.

Concil. Laodicenſi titul. 20. Quòd non oporteat diaconum coram preſbytero ſedere, ſed iuſſione preſbyteri ſedeat: ſimiliter diaconis honor exhibeatur ab obſequentibus, id eſt ſubdiaconis, & omnibus clericis.

Ex decretis Papæ Gelaſij tit. 8. Quòd non oporteat in preſbyterio diaconum ſedere, cùm diuina celebrantur, vel eccleſiaſticus habetur quicunque tractatus, ſacri corporis prærogationem ſub conſpectu Pontificis, ſeu preſbyteri, niſi his abſentibus, ius non habeant exercendi. Cùm enim decreta venerabilium ſanctionum nos quoque magnopere cuſtodire nitamur, ac ſine eorum diſpendio, etiam illa quæ pro alicuius vtilitatis fortaſſe compendio videantur, laxanda dicamus.

XCV. *Vt diaconi menſuram propriam iuxta Patrum ſtatuta cuſtodiant.*

EX *decr. Papæ Gelaſij tit.* 7. Diaconos quoque propriam conſtituimus ſeruare menſuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum quippiam tentare permittimus, nihil eorum ſuo miniſterio penitus applicare, quæ primis ordinibus propriè decreuit antiquitas, abſque Epiſcopo, vel preſbytero baptizare non audeant, niſi prædictis fortaſſis officiis longiùs conſtitutis neceſſitas extrema compellat, quod & laïcis Chriſtianis facere plerumque conceditur.

XCVI. *De Chorepiſcopo, id eſt vicario Epiſcopi: quæ ad eius officium pertineant.*

CONCIL. *Ancyran. tit.* 12. Chorepiſcopis non licere preſbyteros, aut diaconos ordinare, ſed nec preſbyteris ciuitatis ſine præcepto Epiſcopi, vel litteris in vnaquaque parochia.

Concil. Antioch. tit. 10. Qui in vicis vel poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur, quamuis manus impoſitionem Epiſcoporum perceperint, & vt Epiſcopi conſecrati ſunt; tamen ſanctæ ſynodo placuit, vt modum proprium recognoſcant, & gubernent ſubiectas ſibi eccleſias, earúmque moderamine curáque contenti ſint. Ordinent etiam lectores, & ſubdiaconos atque exorciſtas: quibus promotiones iſtæ ſufficiant. Nec preſbyterum verò, nec diaconum audeant ordinare præter ciuitatis Epiſcopum, cui ipſe cum poſſeſſione ſubiectus eſt. Si quis autem tranſgredi ſtatuta tentauerit, depoſitus quo vtebatur honore priuetur; Chorepiſcopum verò ciuitatis Epiſcopus ordinet, cui ille ſubiectus eſt.

XCVII. *De rebus Eccleſiaſticis eo tempore diſtractis, quo ipſæ eccleſiæ viduantur Epiſcopis.*

CONCIL. *Ancyrano tit.* 14. De his quæ pertinent ad eccleſiam, quæcumque, cùm non eſſet Epiſcopus, preſbyteri vendiderunt, placuit, reſciſſo contractu, ad iura Eccleſiaſtica reuocari. In iudicio autem erit Epiſcopi, ſi pretium debeat recipi, necne; quia

plerumque rerum diſtractarum reditus ampliorem ſummam pro pretio dato reddiderit.

Concil. Carthagin. tit. 26. Item placuit vt rem eccleſiæ nemo vendat: quòd ſi reditus non habet, & aliqua nimia neceſſitas cogit, hanc inſinuandam eſſe Primati prouinciæ ipſius, vt cum ſtatuto numero Epiſcoporum vtrum faciendum ſit arbitretur. Quòd ſi tanta vrget neceſſitas eccleſiæ, vt non poſſit hunc conſulere, ſaltem vicinos teſtes conuocet Epiſcopos, curans ad Concilium omnes referre ſuæ eccleſiæ neceſſitates: quod ſi non fecerit, reus Deo, & Concilio, venditor, honore amiſſo, teneatur.

XCVIII. *De his qui eſum carnium in Clero conſtituti diffugiunt.*

CONCIL. *Ancyr. tit.* 13. Hi qui in Clero ſunt presbyteri, & diaconi, & à carnibus abſtinent: placuit eas quidem contingere, & ita ſi voluerint continere. Quòd ſi in tantum eas abominantur, vt nec olera quæ cum eis coquuntur exiſtiment comedenda, tanquam non conſentientes regulæ, ab ordine ceſſare debebunt.

XCIX. *De his qui fornicantur irrationabiliter, id eſt cum pecoribus, aut cum maſculis.*

CONCIL. *Ancyr. tit.* 15. De his qui irrationabiliter verſati ſunt, ſiue verſantur, quotquot ante viceſimum annum tale crimen commiſerint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum, deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis ſacramenta contingant; diſcutiatur autem & vita eorum, qualis tempore pœnitudinis extiterit, & ita miſericordiam conſequantur. Quòd ſi inexplebiliter his hæſere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus inſumant. Quotquot autem peractâ viginti annorum ætate, & vxores habentes, hoc peccato prolapſi ſunt, viginti quinque annis pœnitudinem gerentes in communionem ſuſcipiantur orationum; in qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis ſacramenta percipiant. Quòd ſi qui, & vxores habentes, & tranſcendentes quinquageſimum annum ætatis ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam conſequantur.

Concil. Ancyr. tit. 16. Eos qui irrationabiliter vixerunt, & lepra inſuſti criminis alios polluerunt, præcepit ſancta ſynodus inter eos orare, qui ſpiritu perielitantur immundo.

C. *De monachis & virginibus, qui ſuam profeſſionem non cuſtodiunt.*

CONCIL. *Ancyr. tit.* 18. Quotquot virginitatem promittentes irritam faciunt ſponſionem, inter bigamos cenſeantur. Virgines autem quæ conueniunt cum aliquibus tanquam ſorores habitare, prohibemus.

Concil. Calchedon. tit. 7. Qui ſemel in Clero deputati ſunt, aut monachorum vitam expetierunt, ſtatuimus, neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam, aut hoc tentantes, & non agentes pœnitentiam, quominus redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegerunt, anathematizari.

Item Concil. Calchedon. tit. 16. Virginem quæ ſe Domino conſecrauit, ſimiliter & monachum non licere nuptialia iura contrahere: quòd ſi hoc inuenti fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decreuimus, vt habeat authoritatem eiuſdem loci Epiſcopus miſericordiam humanitatémque largiri.

Ex decretis Papæ Syricij tit. 6. Prætetea monachorum quoſdam, atque monacharum abiecto propoſito ſanctitatis, in tantam proteſtaris demerſos eſſe laſciuiam, vt priùs clanculò velut ſub monaſteriorum prætextu, illicita ac ſacrilega ſe contagione miſcuerint; poſtea verò in abruptum conſcientiæ deſperatione perducti, de illicitis complexibus liberè filios procrearint; quod & publicæ leges, & eccleſiaſtica iura condemnant: has igitur impudicas deteſtabiléſque perſonas à monaſteriorum cœtu eccleſiarúmque conuentibus eliminandas eſſe mandamus: quatenus retruſæ in ſuis ergaſtulis tantum facinus continuâ lamentatione deflentes, purificatorio poſſint pœnitudinis igne decoquere, vt eis, vel ad mortem, ſaltem ſolius miſericordiæ intuitu, per communionis gratiam poſſit indulgentia ſubueniri.

CI. *Item de virginibus velatis, ſi deuiauerint.*

Ex decretis Papæ Innocentij titul. 19. Item quæ Chriſto ſpiritaliter nubunt, & à ſacerdote velantur, ſi poſtea vel publicè nupſerint, vel ſe clanculo corruperint, non eas admittendas eſſe ad agendam pœnitentiam, niſi is, cui ſe iunxerant, de mundo receſſerit; ſi enim de hominibus hæc ratio cuſtoditur, vt quæcumque viuente viro alteri nupſerit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, niſi vnius ex his fuerit defunctus: quanto magis de illa tenenda eſt quæ antè immortali ſe ſponſo coniunxerat, & poſtea ad humanas nuptias tranſmigrauit?

Ex decretis Papæ Innocentij tit. 20. Hæ verò quæ necdum ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali ſemper ſe ſimulauerunt permanere, licèt velatæ non fuerint: ſi fortè nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines ſolet bonæ fidei cõtractus nulla ratione ſolui, quanto magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, ſolui ſine vindicta non poterit? Nam ſi Apoſtolus Paulus quæ à propoſito viduitatis diſceſſerant, dixit eas habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; quanto potiùs virgines quæ prioris promiſſionis fidem frangere ſunt conatæ?

Ex decr. Papæ Leonis tit. 26. Propoſitum monachi proprio arbitrio, aut voluntate ſuſceptum deſeri non poteſt abſque peccato, quod enim quis Deo vouit, debet & reddere. Vnde qui relicta ſingularitatis profeſſione ad militiam, vel ad nuptias deuolutus eſt, publicæ pœnitentiæ ſatisfactione purgandus eſt; quia, etſi innocens militia, & honeſtum poteſt eſſe coniugium, electionem meliorum deſeruiſſe tranſgreſſio eſt.

Titul. 27. Puellæ quæ non parentum coactæ imperio, ſed ſpontaneo iudicio virginitatis propoſitum, atque habitum ſuſceperunt, ſi poſtea nuptias eligunt præuaricantur, etiamſi nondum eis gratia conſecrationis acceſſit: cuius vtique non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent.

Ex decretis Papæ Gelaſij tit. 20. Virginibus ſactis temerè ſe quoſdam ſociare cognouimus, & poſt dicatum Deo propoſitum inceſta fœdera ſacrilegáque miſcere; quos protinus æquum eſt à ſacra communione detrudi, & niſi per publicam probatámque pœnitentiam omnino non recipi: aut his certè viaticum de ſæculo tranſeuntibus, ſi tamen pœnituerint, non negetur.

CII. *De his qui adulteras habent vxores, vel adulteri comprobantur.*

Concil. *Ancyrano tit.* 19. Si cuius vxor adulterata fuerit, vel ſi ipſe adulterium commiſerit, ſeptem annorum pœnitentiâ oportet eum perfectionem conſequi, ſecundùm priſtinos gradus.

CIII. *De his quæ partus ſuos ex fornicatione diuerſis modis interimunt.*

Concil. *Ancyr. tit.* 20. De mulieribus quæ fornicantur, & partus ſuos negant, vel quæ agunt ſecum, vt vtero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio vſque ad exitum vitæ eas ab Eccleſia remouet; humaniùs autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus ſecundùm præfixos gradus pœnitentiæ largiamur.

CIV. *De homicidis, vel de his qui non ſponte homicidium commiſerunt.*

Concil. *Ancyr. tit.* 21. & 22. Qui voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem iugiter ſe ſubmittant; perfectionem verò circa vitæ exitus conſequantur. De homicidiis non ſpontè commiſſis prior quidem definitio, poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi præcipit; ſecunda verò quinquennij tempus explere.

CV. *De deſponſatis puellis, & ab aliis corruptis.*

Concil. *Ancyr. tit.* 10. Deſponſatas puellas & pòſt ab aliis raptas placuit erui, & eis reddi, quibus antè fuerant deſponſatæ, etiamſi eis à raptoribus vis inlata conſtiterit.

Ex decretis Syricij titul. 4. De coniugali autem violatione requiſiſti, ſi deſponſatam alij puellam alter in matrimonium poſſit accipere? hoc ne fiat, modis

omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturæ ſacerdos imponit, apud fideles cuiuſdam ſacrilegij inſtar eſt, ſi vlla tranſgreſſione violetur.

CVI. *De his qui virginum corruptionibus conſcij ſunt.*

CONCIL. *Ancyr. tit.* 24. Quidam ſponſam habens, ſororem eius violauit, & grauidam reddidit, poſtmodum deſponſatam ſibi duxit vxorem; illa verò quæ corrupta eſt laqueo ſe peremit: hi qui fuerunt conſcij poſt decennem ſatisfactionem iuſſi ſunt ſuſcipi ſecundùm gradus pœnitentiæ conſtitutos.

CVII. *Laïcum pellentem coniugem ſuam communione priuandum.*

IN *Canonibus Apoſtolorum tit.* 48. Si quis laïcus vxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimiſſam duxerit, communione priuetur.

CVIII. *De preſbyteris qui vxores acceperunt, vel fornicati ſunt.*

CONCIL. *Neocæſar. tit.* I. Preſbyter, ſi vxorem acceperit, ab ordine deponatur: ſi verò fornicatus fuerit, aut adulterium perpetrarit, ampliùs pelli debet, & ad pœnitentiam redigi.

CIX. *Quòd ſacerdotes & leuitæ cum mulieribus coire non debeant.*

EX *decretis Papæ Innocentij titul.* 16. Præterea quod dignum & pudicum, & honeſtum eſt, tenere Eccleſia omnimodo debet, vt ſacerdotes, & leuitæ cum vxoribus ſuis non coëant, quia [a] myſterij quotidiani neceſſitatibus occupantur: ſcriptum eſt enim; ſancti eſtote, quoniam & ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Nam ſi priſcis temporibus de templo Dei ſacerdotes anno vicis ſuæ non diſcedebant, ſicut de Zacharia legimus, nec domum ſuam omnino tangebant, quibus vtique propter ſubolis ſucceſſionem [b] vxoris vſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præterquàm ex ſemine Aaron ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere: quanto magis hi ſacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt, nec præterit dies, qua vel à ſacrificiis diuinis, vel à baptiſmatis officio vacent? Nam ſi Paulus ad Corinthios ſcribit dicens, Abſtinete vos ad tempus, vt vacetis orationi; & hoc vtique laïcis præcepit: multò magis ſacerdotes, quibus & orandi, & ſacrificandi iuge officium eſt, ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere: qui ſi contaminatus fuerit carnali concupiſcentia, quo pudore vel ſacrificare forſitan vſurpabit, aut qua conſcientia quove merito exaudiri ſe credit, cùm dictum ſit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum.

[a] miniſterij *Dionyſ. Exig.*

[b] vxorius *Dionyſ. Exig.*

Ex decretis Papæ Leonis tit. 17. Lex continentiæ eadem eſt altaris miniſtris, quæ Epiſcopis, atque preſbyteris, qui cùm eſſent laïci, ſiue lectores licitò & vxores ducere, & filios procreare potuerunt: ſed cùm ad prædictos peruenerint gradus, cœpit eis non licere quod licuit. Vnde vt de carnali fiat ſpiritale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quaſi non habeant ſic habere, quo & ſalua ſit charitas connubiorum, & ceſſet operatio nuptiarum.

Concil. Carthag. tit. 25. Aurelius Epiſcopus dixit: Addimus, fratres chariſſimi, præterea, cùm de quorundam clericorum quamuis lectorum erga vxores proprias incontinentia referretur, placuit quod & in diuerſis Conciliis firmatum eſt, vt ſubdiaconi qui ſacra myſteria contrectant, & diaconi & preſbyteri, ſed & Epiſcopi ſecundùm priora ſtatuta, etiam ab vxoribus ſe abſtineant, & tanquam non habentes videantur eſſe; quod niſi fecerint ab eccleſiaſtico remoueantur officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi niſi maturiore ætate.

CX. *Quæ mulieres cum Epiſcopo, preſbytero, diacono, debeant commorari.*

CONCIL. *Nic. tit.* 3. Interdixit per omnia magna ſynodus non Epiſcopo, non preſbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in Clero eſt licere, ſubintroductam habere mulierem: niſi fortè matrem aut ſororem, aut amitam, vel eas tantùm perſonas, quæ ſuſpicionem effugiunt.

Ex decretis Papæ Syricij tit. 12. Feminas

verò non alias eſſe patimur in domibus clericorum, niſi eas tantùm quas propter ſolas neceſſitudinum cauſas habitare cum eiſdem ſynodus Nicæna permiſit.

CXI. *De preſbyteris qui habuerint coniugia.*

CONCIL. *Gangrenſ. tit.* 4. Quicumque diſcernit à preſbytero, qui vxorem habuit, quòd non oporteat eo miniſtrante de oblatione percipere: anathema ſit.

CXII. *De his quæ duobus fratribus nupſerint, vel qui duas ſorores acceperint vxores.*

CONCIL. *Nouacæſar. tit.* 2. Mulier ſi duobus fratribus nupſerit, abiiciatur vſque ad mortem, verumtamen in exitu propter miſericordiam, ſi promiſerit, quòd facta incolumis huius coniunctionis vincula diſſoluat, fructum pœnitentiæ conſequatur. Quòd ſi defecerit mulier, aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti.

CXIII. *De multinubis.*

CONCIL. *Nouacæſarienſis tit.* 3. De his qui in plurimas nuptias inciderunt, & tempus quidem præfinitum manifeſtum eſt, ſed conuerſatio eorum, & fides tempus abbreuiat.

CXIV. *De his qui ſuam concupiſcentiam adimplere à Deo non permittuntur.*

CONCIL. *Nouacæſarienſis tit.* 4. Si quis mulierem concupiſcens propoſuerit cum ea concumbere, & cogitatio eius non peruenit ad effectum, apparet quòd gratia Dei liberatus ſit.

CXV. *De Catechumenis peccatoribus.*

CONCIL. *Nouacæſarienſis tit.* 5. Catechumenus ſi ingrediatur eccleſiam, & in ordinem eorum qui inſtruuntur aſſiſtat, hic autem & deprehenſus fuerit peccans, ſi quidem genu flectit audiat, & non delinquat vlteriùs; ſi verò & audiens peccauerit, expellatur.

CXVI. *De Catechumena prægnante.*

EIVSDEM *tit.* 6. Grauidam oportet baptizare quando voluerit: nihil enim in hoc quæ parit naſcenti communicat, propterea quòd vniuſcuiuſque ſuum propoſitum in confeſſione declaretur.

CXVII. *Quòd non oporteat in bigami nuptiis orare preſbyterum.*

CONCIL. *Nouacæſarienſis titul.* 7. Preſbyterum in bigami nuptiis prandere non conuenit, quia cùm pœnitentiæ bigamus egeat, quis erit preſbyter qui propter conuiuium talibus nuptiis poſſit præbere conſenſum?

CXVIII. *De his qui mulieribus adulteris iuncti ſunt.*

CONCIL. *Nouacæſar. tit.* 8. Mulier cuiuſdam adulterata laici conſtituti, ſi euidenter arguatur, talis ad miniſterium Cleri venire non poterit. Si verò poſt ordinationem adulterata fuerit, dimittere eam conuenit; quòd ſi eum illa conuixerit, miniſterium ſibi commiſſum non poterit obtinere.

CXIX. *Quòd preſbyteri plebis in eccleſia ciuitatis, nec ſacrificium offerre, nec miniſtrare debeant quæ oblata ſunt.*

CONCIL. *Nouacæſar. tit.* 13 Preſbyteri ruris in eccleſia ciuitatis Epiſcopo præſente, vel preſbyteris vrbis ipſius, offerre non poſſunt, nec panem ſanctificatum dare, calicémque porrigere. Si verò abſentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, ſoli dare debebunt. Chorepiſcopi quoque ad exemplum quidem & formam ſeptuaginta videntur eſſe: vt comminiſtri autem propter ſtudium, quod erga pauperes exhibent, honorentur.

CXX. *Quòd in qualibet magna ciuitate, ſeptem tantùm diacones eſſe debeant, iuxta Apoſtolorum diſpoſitionem.*

CONCIL. *Nouacæſar. tit.* 14. Diaconi ſeptem debent eſſe iuxta te-

gulam, licèt & valde magna ſit ciuitas: idipſum autem & Actuum Apoſtolorum liber inſinuat.

CXXI. *De his qui nuptias execrantur.*

CONCIL. *Gangr. tit.* 1. Si quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro ſuo fidelem ac religioſam deteſtatur, aut culpabiles æſtimat, velut qui in regno Dei introire non poſſunt: anathema ſit.

CXXII. *De his qui abominantur eos, qui carnibus veſcuntur.*

CONCIL. *Gangr. tit.* 2. Si quis carnem edentem, præter ſanguinem, & idolis immolatum & ſuffocatum, cum religione & fide, condemnat, velut ſpem propter huiuſmodi perceptionem non habentem: anathema ſit.

CXXIII. *De ſeruis qui iugum famulatus abiiciunt Chriſtianitatis obtentu.*

CONCIL. *Gangrenſ. titul.* 3. Si quis ſeruum ſub prætextu diuini cultus doceat dominum contemnere proprium, vt diſcedat ab eius obſequio, nec ei eum beneuolentia, & omni honore deſeruiat: anathema ſit.

CXXIV. *De his qui conuentus eccleſiæ ſpernunt.*

CONCIL. *Gangrenſ. tit.* 5. Si quis docet domum Dei contemptibilem eſſe, & conuentus qui in ea celebrantur: anathema ſit.

CXXV. *De his qui eccleſiaſtica miniſteria præter eccleſiam faciunt.*

CONCIL. *Gangrenſ. tit.* 6. Si quis extra eccleſiam ſeorſum conuentus celebrat, & deſpiciens eccleſiam ea quæ ſunt eccleſiæ voluerit vſurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum Epiſcopi: anathema ſit.

CXXVI. *De oblationibus fructuum, quæ miniſtris eccleſiæ conferuntur.*

CONCIL. *Gangrenſ. tit.* 7. Si quis oblationes eccleſiæ extra eccleſiam accipere vel dare voluerit, præter conſcientiam Epiſcopi, vel eius cui huiuſmodi officia commiſſa ſunt, nec cum eius voluerit agere conſilio: anathema ſit.

CXXVII. *De his quæ in vſus pauperum conferuntur.*

CONCIL. *Gangr. tit.* 8. De his quæ in vſus pauperum conferuntur. Si quis dederit vel acceperit oblata præter Epiſcopum, vel eum qui conſtitutus eſt ab eo ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus: & qui dat, & qui accipit, anathema ſit.

CXXVIII. *De his qui non legitimè in virginitate perſiſtunt.*

CONCIL. *Gangr. tit.* 9. Quicumque virginitatem cuſtodiens, velut horreſcens nuptias temperat, nec propter hoc quod bonum & ſanctum eſt, nomen virginitatis aſſumit: anathema ſit.

CXXIX. *De his qui pro virginitate ſuperbiunt.*

CONCIL. *ſupraſcript. tit.* 10. Si quis ex his qui virginitatem propter Dominum ſeruant, extollitur aduerſus coniugatos: anathema ſit.

CXXX. *De his qui agapas, id eſt paſtiones pauperum riſui ducunt.*

CONCIL. *ſupraſcript. tit.* 11. Si quis deſpicit eos, qui fideliter agapas, id eſt conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Domini conuocant fratres, & noluerit communicare huiuſcemodi vocationibus, patui pendens quod geritur: anathema ſit.

CXXXI *De his qui palliis vtuntur, & idcirco ſuperbiunt.*

CONCIL. *Gangr. tit.* 12. Si quis virorum propter continentiam quæ putatur, amictu pallij vtitur, quaſi per

hoc habere ſe iuſtitiam credens, & deſpiciat eos qui cum reuerentia birris, & aliis communibus, & ſolitis vtuntur veſtibus: anathema ſit.

Ex decr. Pap. Caleſt. tit. 14. Didicimus enim [a] Domini ſacerdotes ſuperſtitioſo potiùs cultui inſeruire, quàm mentis, vel fidei puritati: ſed non mirum, ſi contra Eccleſiaſticum morem faciunt, qui in Eccleſia non creuerunt: ſed alio venientes itinere ſecum hæc in eccleſiam, quæ in alia conuerſatione habuerant, intulerunt. Amicti pallio, & lumbos præcincti credunt ſe ſanctæ ſcripturæ fidem non per ſpiritum, ſed per litteram completuros: nam ſi ad hoc iſta præcepta ſunt, vt taliter ſeruarentur: cur non fiant pariter quæ ſequuntur, vt lucernæ ardentes vnà cum baculo teneantur. Habent ſuum iſta myſterium, & intelligentibus ita clara ſunt, vt ea magis, qua decet, ſignificatione ſeruentur. Nam in lumborum præcinctione caſtitas, in baculo regimen paſtorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis (de quo dicitur, ſic opera veſtra luceant) indicatur; habent tamen iſtum forſitan cultum, morem potiùs quàm rationem ſequentes, qui remotioribus habitant locis, & procul à cæteris degunt, & poſt pauca diſcernendi à plebe vel cæteris ſumus doctrina, non veſte, conuerſatione, non habitu, mentis puritate, non cultu: Nam ſi ſtudere incipiamus nouitati, traditum nobis à Patribus ordinem calcabimus, vt locum ſuperuacuum ſuperſtitionibus faciamus: rudes ergo fidelium mentes, ad talia non debemus inducere; docendi enim ſunt potiùs quàm laudandi, nec imponendum eorum eſt oculis, ſed mentibus infundenda præcepta ſunt.

[a] quoſdam *Exiguus.*

CXXXII. *De mulieribus quæ vtuntur virilibus indumentis.*

CONCIL. *Gangr. tit.* 13. Si qua mulier propter continentiam [b] quam putat, habitum mutat, & pro ſolito muliebri amictum virilem ſumit: anathema ſit.

[b] quæ putatur *Dionyſ. Exig.*

CXXXIII. *De his qui velut peccatum copulam deſerunt nuptiarum.*

CONCIL. *Gangrenſ. titul.* 14. Si qua mulier virum proprium relinquens diſcedere voluerit nuptias execrata: anathema ſit.

CXXXIV. *De his qui Chriſtianitatis obtentu deſpiciunt filios.*

CONCIL. *Gangr. tit.* 15. Si quis filios ſuos relinquens non eos enutrit, & quod ad ſe pertinet non ad pietatem diuini cultus informat, ſed per occaſionem continentiæ negligit: anathema ſit.

CXXXV. *De his qui parentes Chriſtianitatis obtentu contemnunt.*

CONCIL. *Gangrenſ. titul.* 16. Quicumque filij à parentibus ſub prætextu diuini cultus abſcedunt, nec debitam reuerentiam dependunt illis, qui diuinum cultum ſibi procul dubio præferunt: anathema ſit.

CXXXVI. *De mulieribus quæ ſe attondent Chriſtianitatis obtentu.*

CONCIL. *Gangrenſ. tit.* 17. Si quà mulier propter diuinum cultum, vt æſtimat, crines adtondet, quos ei Deus, ad ſubiectionis memoriam tribuit, tanquam præceptum diſſoluens obedientiæ: anathema ſit.

CXXXVII. *De his qui Dominico die ieiunant, tanquam nihil præ cæteris differente.*

CONCIL. *Gangr. titul.* 18. Si quis propter continentiam quæ putatur, aut contumaciam in die Dominico ieiunat: anathema ſit.

CXXXVIII. *De his qui die Dominico, & diebus Pentecoſtes genua flectunt.*

CONCIL. *Nicæn. tit.* 20. Quoniam ſunt quidam in die Dominico genua flectentes, & in diebus Pentecoſtes: vt omnia in vniuerſis locis conſonanter obſeruentur, placuit ſancto Concilio ſtantes [c] die Dominico vota perſoluere.

[c] Domino *Dionyſ. Exig.*

CXXXIX.

CXXXIX. *De his qui Eccleſiaſtica ieiunia abſque neceſſitate diſſoluunt.*

CONCIL. *Gangrenſi tit.* 19. Si quis eorum qui continentiæ ſtudent, abſque neceſſitate corporea, tradita in commune ieiunia & ab Eccleſia cuſtodita ſuperbiendo diſſoluit, ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus: anathema ſit.

CXL. *De his qui collectas, quæ fiunt in martyrum commemorationibus execrantur.*

CONCIL. *Gangr. tit.* 20. Si quis ſuperbiæ vſus affectu conuentus abominatur, qui ad confeſſiones martyrum celebrantur, & miniſteria quæ in eis fiunt ſimul cum eorum memoriis execratur: anathema ſit.

CXLI. *De his qui in aliena parochia præter conſcientiam ſuorum Epiſcoporum immorantur.*

CONCIL. *Antioch. tit.* 3. Si quis preſbyter, aut diaconus, & omnino quilibet ex Clero, parochiam propriam deſerens ad aliam properauerit: dein omnino demigrans in alia parochia per multa tempora nititur immorari, vlteriùs ibidem non miniſtret: maximè ſi vocanti ſuo Epiſcopo, & regredi ad propriam parochiam commonenti obedire contempſerit. Quòd ſi in hac indiſciplinatione perdurat, à miniſterio modis omnibus remoueatur: ita vt nequaquam locum reſtitutionis inueniat: ſi verò pro hac cauſa damnatum alter Epiſcopus ſuſcipiat, hic etiam à communi coërceatur ſynodo, velut qui Eccleſiaſtica conſtituta diſſoluat.

CXLII. *De Epiſcopis adeuntibus Imperatorem.*

CONCIL. *Antioch. tit.* 11. Si quis Epiſcopus, aut preſbyter, aut quilibet regulæ ſubiectus eccleſiæ, præter conſilium & litteras Epiſcoporum prouinciæ, & præcipuè Metropolitani, adierit Imperatorem, hunc reprobari & abiici oportere, non ſolùm à communione, verùm & ab honore cuius particeps videtur exiſtere, quia venerandi Principis auribus moleſtiam tentauit inferre, contra leges Eccleſiæ. Si igitur adire Principem neceſſaria cauſa depoſcit, hoc agatur cum tractatu, & conſilio Metropolitani, & cæterorum Epiſcoporum, qui in eadem prouincia commorantur, qui etiam proficiſcentem ſuis proſequantur epiſtolis.

CXLIII. *De damnatis Epiſcopis, aut clericis adeuntibus Imperatorem.*

CONCIL. *Antioch. tit.* 12. Si quis à proprio Epiſcopo preſbyter, aut diaconus, aut à ſynodo fuerit Epiſcopus fortè damnatus, & Imperatoris auribus moleſtus extiterit, oportet ad maius Epiſcoporum conuerti Concilium, & quæ putauerint habere iuſta, plurimis Epiſcopis ſuggerant, eorúmque diſcuſſiones ac iudicia præſtolentur. Si verò hæc paruipendentes moleſti fuerint Imperatori, hos nullâ veniâ dignos eſſe, nec locum ſatisfactionis habere, nec ſpem futuræ reſtitutionis penitus opperiri diiudicamus.

Concil. Carthag. tit. 71. Placuit vt quicumque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petiuerit, honore proprio priuetur. Si autem Epiſcopale iudicium ab Imperatore poſtulauerit, nihil ei obſit.

CXLIV. *De diſſenſione quæ ſuper Epiſcoporum iudicatione contingit, vel cùm ab omnibus ſuâ prouinciâ Epiſcopus conſtanter excluditur.*

CONCIL. *Antioch. tit.* 14. Si quis Epiſcopus de certis criminibus [a] iudicatur, & contingat de eo prouinciales Epiſcopos diſſidere, cùm iudicatus ab aliis innocens creditur, reus ab aliis æſtimatur: pro [b] ipſius ambiguitatis abſolutione ſanctæ ſynodo placuit, vt Metropolitanus Epiſcopus à vicina prouincia iudices alios conuocet, qui controuerſiam tollant, vt per eos ſimul, & per prouinciales Epiſcopos quod iuſtum viſum fuerit adprobetur.

[a] iudicetur *Dionyſ. Exig.*

[b] totius *Dionyſ. Exig.*

Concil. Antioch. tit. 15. Si quis Epiſcopus de certis criminibus accuſatus, condemnetur ab omnibus Epiſcopis eiuſdem prouinciæ, cunctíque conſonanter eandem contra eum formam decreti protulerint: hunc apud alios nullo modo iudicari; ſed firmam concordan-

Digitized by Google

tium Epiſcoporum prouinciæ manere ſententiam.

Concil. Carthag. tit. 19. Aurelius Epiſcopus dixit: Quiſquis Epiſcoporum accuſatur, ad Primates prouinciæ ipſius cauſam deferat accuſator, nec à communione ſuſpendatur cui crimen intenditur, niſi ad cauſam ſuam dicendam electorum iudicum die ſtatuta litteris euocatus minimè occurrerit: hoc eſt infra ſpatium menſis ex ea die quâ eum litteras accepiſſe conſtiterit: quòd ſi aliquas veras neceſſitatis cauſas probauerit, quibus cum occurrere non potuiſſe manifeſtum ſit, cauſæ ſuæ dicendæ intra alterum menſem integram habeat facultatem: verùm tam diu poſt menſem ſecundum non communicet, donec purgetur. Si autem ad Concilium vniuerſale anniuerſarium occurrere noluerit, vt vel ibi cauſa eius terminetur, ipſe in ſe damnationis ſententiam dixiſſe iudicetur, tempore ſanè quo non communicat, nec in ſua eccleſia, vel parochia communicet. Accuſator autem eius ſi nunquam diebus cauſæ dicendæ defuerit * [à communione non remoueatur. Si verò aliquando defuerit] ſubtrahens ſe reſtituto in communione Epiſcopo, ipſe remoueatur à communione accuſator: ita tamen vt nec ipſi adimatur facultas cauſæ peragendæ, ſi ſe ad diem occurrere * [non voluiſſe, ſed non potuiſſe probauerit: illud verò placuit vt cùm agere] cœperit in Epiſcoporum iudicio, ſi fuerit accuſatoris perſona culpabilis, ad arguendum non admittatur, niſi proprias cauſas, non tamen eccleſiaſticas aſſerere voluerit.

* *hæc deſunt in MS. Clar.*

* *hæc deſunt in MS. Clar.*

Quæ forma in accuſatione Epiſcopi, diaconi, & cæterorum ſeruari debeat.

CONCIL. *Carthag. tit.* 20. Si autem presbyteri, vel diaconi fuerint accuſati, adiuncto ſibi ex vicinis locis * proprius Epiſcopus legitimo numero collegarum, quos ab eodem accuſati petierint, id eſt vnà ſecum in presbyteri nomine ſex, in diaconi tres, ipſorum cauſam diſcutiant, eadem dierum, & dilationum, & à communione remotionum, & diſcuſſione perſonarum inter accuſatores, & eos qui accuſantur, forma ſeruata. Reliquorum autem clerico-

* cum proprio Epiſcopo. *Dionyſ. Exig.*

rum cauſas etiam ſolus Epiſcopus loci agnoſcat & finiat.

CXLV. *De vacantibus Epiſcopis, quòd alienam eccleſiam peruadere non debeant.*

CONCIL. *Antioch. tit.* 16. Si quis Epiſcopus vacans in eccleſiam vacantem proſiliat, ſedémque peruadat, abſque integro perfectóque Concilio: hic abiiciatur neceſſe eſt, etſi cunctus populus quem diripuit, eum habere delegerit; perfectum verò Concilium illud eſt, vbi interfuerit Metropolitanus antiſtes.

CXLVI. *Vt nullus ad Epiſcopatum pro ſe conſtituat promouendum.*

CONCIL. *Antioch. tit.* 23. Epiſcopo non licere pro ſe alterum ſucceſſorem ſibi conſtituere, licèt ad exitum vitæ perueniat; quòd ſi tale aliquid factum fuerit, irritum eſſe huiuſcemodi conſtitutum. Seruetur autem ius Eccleſiaſticum, id continens oportere non aliter fieri, niſi cum ſynodo & iudicio Epiſcoporum, qui poſt obitum quieſcentis poteſtatem habent eum qui dignus extiterit, promouere.

CXLVIII. *De Epiſcopis, etiam laica communione priuandis, qui ciuitates mutuauerunt.*

CONCIL. *Sardic. titul.* 1. Oſius Epiſcopus dixit: Non minùs mala conſuetudo, quàm pernicioſa corruptela funditus eradicanda eſt, ne cui liceat Epiſcopo de ciuitate ſua ad aliam tranſire ciuitatem; manifeſta eſt enim cauſa, quâ hoc facere tentat, cùm nullus in hac re inuentus ſit Epiſcopus qui de maiore ciuitate ad minorem tranſiret. Vnde apparet auaritiæ eos ardore inflammari, & ambitioni ſeruire, & vt dominationem agant. Si omnibus placet, huiuſmodi pernicies ſæuiùs, & auſteriùs vindicetur, vt nec laicam communionem habeat qui talis eſt. Reſponderunt vniuerſi, placet.

Digitized by Google

CXLVIII. *Item ſi per ambitionem ſedem mutauerint, nec in exitu communionem ſaltem laicorum conſequantur.*

CONCIL. *ſupraſcr. tit.* 2. Oſius Epiſcopus dixit: Etiam ſi talis aliquis extiterit temerarius, vt fortaſſis talem excuſationem afferens aſſeueret, quòd populi litteras acceperit, cùm manifeſtum ſit potuiſſe [a] paucos præmio, & mercede corrumpi eos qui ſinceram fidem non habent, vt clamarent in eccleſia, & ipſum petere viderentur Epiſcopum. Omnino has fraudes damnandas eſſe arbitror, ita vt nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si vobis omnibus placet ſtatuire. Synodus reſpondit, placet.

[a] plures

CXLIX. *Vt inter diſcordes Epiſcopos, comprouinciales Antiſtites audiant: quòd ſi damnatus appellauerit Rom. Pontificem, id obſeruandum quod ipſe cenſuerit.*

CONCIL. *Sardic. titul.* 3. Oſius Epiſcopus dixit: Illud quoque neceſſariò adiiciendum eſt, vt Epiſcopi de ſua prouincia ad aliam prouinciam, in qua ſunt Epiſcopi non tranſeant, niſi fortè à fratribus ſuis inuitati, ne videamur ianuam claudere charitatis. Quòd ſi in aliqua prouincia aliquis Epiſcopus contra fratrem ſuum Epiſcopum litem habuerit; vnus de duobus ex alia prouincia aduocet Epiſcopum cognitorem. Quòd ſi aliquis [b] Epiſcoporum iudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere; vt iterum concilium renouetur. Si vobis placet, ſancti Petri memoriam honoremus, vt ſcribatur ab his qui cauſam examinarunt Iulio Romano Epiſcopo, & ſi iudicauerit renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det iudices: ſi autem probauerit talem cauſam eſſe, vt non refricentur ea quæ acta ſunt, quæ decreuerit confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus reſpondit, placet.

[b] Epiſcopus *Dionyſ. Exig.*

CL. *Vt nullus accuſati ſedem vſurpet Epiſcopi.*

CONCIL. *Sardic. tit.* 4. Gaudentius Epiſcopus dixit: Addendum ſi placet huic ſententiæ, quam plenam ſanctitate [c] protuliſtis, vt cùm aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit eorum Epiſcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamauerit agendum ſibi negotium in vrbe Roma: alter Epiſcopus in eius cathedra poſt appellationem eius qui videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur, niſi cauſa fuerit in iudicio Epiſcopi Romani determinata.

[c] protuliſti *Dionyſ. Exig.*

CLI. *Quando quis debeat à vicinis prouinciis Epiſcopus ordinari.*

CONCIL. *Sard. tit.* 5. Oſius Epiſcopus dixit: Si contigerit in vna prouincia, in qua plurimi fuerint Epiſcopi, vnum fortè remanere Epiſcopum, ille verò per negligentiam noluerit ordinare Epiſcopum, & populi conuenerint, Epiſcopos vicinæ prouinciæ debere illum priùs conuenire Epiſcopum, qui in ea prouincia moratur, & oſtendere quòd populi petant ſibi rectorem, & hoc iuſtum eſſe, vt & ipſi veniant, & cum ipſo ordinent Epiſcopum. Quòd ſi conuentus litteris tacuerit, & diſſimulauerit, nihilque reſcripſerit, ſatiſfaciendum eſſe populis vt veniant ex vicina Epiſcopi prouincia, & ordinent Epiſcopum.

CLII. *De non ordinandis Epiſcopis per vicos & modicas ciuitates.*

CONCIL. *Sard. tit.* 6. Licentia verò danda non eſt ordinandi Epiſcopum, aut in vico aliquo, aut in modica ciuitate, cui ſufficit vnus preſbyter; quia non eſt neceſſe ibi Epiſcopum fieri, ne vileſcat nomen Epiſcopi, & authoritas. Non debent illi ex alia prouincia inuitati facere Epiſcopum, niſi aut in his ciuitatibus quæ Epiſcopos habuerunt, aut ſi qua talis, aut tam populoſa ciuitas quæ mereretur habere Epiſcopum. Si hoc omnibus placet? Synodus reſpondit, placet.

CLIII. *De prouinciali ſynodo retractanda per vicarios Epiſcopi vrbis Romæ, ſi ipſe decreuerit.*

CONCIL. *Sard. tit.* 7. Placuit autem, vt ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint congregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo eum deiecerint; ſi appellauerit qui deiectus

eſt, & confugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ, & voluerit ſe audiri: ſi iuſtum putauerit vt renouetur examen, ſcribere his dignetur Epiſcopis, qui in finitima, & propinqua prouincia ſunt, vt ipſi diligenter omnino requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd ſi is qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo presbyterum mittat, erit in poteſtate Epiſcopi quid velit, & quid æſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe qui præſentes cum Epiſcopis iudicent, habentes eius authoritatem, à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio; ſi verò crediderit Epiſcopos ſufficere, vt negotio terminum imponant, faciet quod ſapientiſſimo conſilio iudicauerit.

CLIV. *Quando, & in quibus cauſis Epiſcopi ad comitatum ire debent.*

CONCIL. *ſupraſcripto titul.* 8. Oſius Epiſcopus dixit: Importunitates, & nimia frequentia, & *iuſtæ petitiones fecerunt nos non tantam habere vel gratiam, vel fiduciam: dum quidam non ceſſant ad comitatum ire Epiſcopi, & maximè Afri, qui ſicut cognouimus ſanctiſſimi fratris, & Coëpiſcopi noſtri Grati ſalutaria conſilia ſpernunt atque contemnunt, vt non ſolùm ad comitatum multas & diuerſas Eccleſiæ non profuturas perferant cauſas, vt fieri ſolet, & oportet, vt pauperibus, aut viduis, aut pupillis ſubueniatur: ſed & dignitates ſæculares, & adminiſtrationes quibuſdam poſtulent. Hæc itaque prauitas olim non ſolùm murmurationes, ſed & ſcandala excitat. Honeſtum eſt autem, vt Epiſcopi interceſſionem his præſtent qui iniqua vi opprimuntur, aut ſi vidua affligitur, aut pupillus expolietur. Si tamen iſta omnia iuſtas habent cauſas, aut petitiones. Si vobis ergo, fratres chariſſimi, placet, decernite, ne Epiſcopi ad comitatum accedant, niſi fortè hi qui religioſi Imperatoris litteris, vel inuitati, vel vocati fuerint. Sed quoniam ſæpe contingit, vt ad miſericordiam Eccleſiæ confugiant qui iniuriam patiuntur, aut qui peccantes in exilio, vel inſulis damnantur, aut certè quamcunque ſententiam ſuſcipiunt, ſubueniendum eſt his, & ſine dubitatione petenda indulgentia: hoc ergo decernite, ſi vobis placet. Vniuerſi dixerunt: placet, & conſtituatur.

* iniuſtæ *Dion. Exig*

Concil. Carthag. tit. 23. Item placuit vt Epiſcopi trans mare non proficiſcantur, niſi conſulto primæ ſedis Epiſcopo ſuæ cuiuſque prouinciæ: vt ab eo præcipuè poſſint ſumere formatam, vel commendationem.

Concil. ſupraſcripto tit. 28. Item placuit vt presbyteri & diaconi, vel cæteri inferiores clerici in cauſis quas habuerint, ſi de iudiciis Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini Epiſcopi eos cum conſenſu ſui Epiſcopi audiant, & inter eos definiant adhibiti ab eis Epiſcopi. Quòd ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent ad tranſmarina iudicia, ſed ad primates ſuarum prouinciarum, ſicut & de Epiſcopis ſæpe conſtitutum eſt. Ad tranſmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam ad communionem ſuſcipiatur.

Item Concil. vniuerſali Carthag. tit. 73. Placuit vt quicumque ad comitatum ire voluerit in formata, qua ad vrbis Romæ Eccleſiam mittitur, intimetur, vt vnde etiam ad comitatum formatam accipiat. quòd ſi accipiens ad Romanam tantummodo formatam, & tacens neceſſitatem qua ad comitatum illi pergendum eſt[a], à communione remoueatur: quòd ſi ibi Romæ ei repentina neceſſitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud Epiſcopum vrbis Romæ ipſam neceſſitatem, & de hoc ſcripta eiuſdem Romani Epiſcopi perferat. Formatæ autem quæ à Primatibus, vel aliquibuſcumque Epiſcopis clericis propriis dantur, habeant diem Paſchæ. Quòd ſi adhuc eiuſdem anni Paſchæ dies incertus eſt, ille præcedens adiungatur, quomodo ſolet poſt conſulatum in publicis geſtis aſcribi.

[a] *addit Dionyſ. Exig.* voluerit etiam ad comitatum pergere.

CLV. *De diaconis ad comitatum dirigendis.*

CONCIL. *Sardic. tit.* 9. Oſius Epiſcopus dixit: Hoc quoque prouidentia veſtra tractare debet, qui decreuiſtis ne Epiſcoporum improbitas nitatur, vt ad comitatum pergant. Quicumque ergo quales ſuperiùs memorauimus preces habuerint, vel acceperint, per diaconum ſuum mittant, quia perſona miniſtri inuidioſa non eſt, & quæ impetrauerit celeriùs poterit referre,

& hoe conſequens eſſe videtur, vt de qualibet prouincia Epiſcopi ad eum fratrem, & Coëpiſeopum noſtrum preces mittanr, qui in Metropoli conſiſtit, vt ille & diaconum eius, & ſupplicationes deſtinet, tribuens commendatitias epiſtolas pari ratione ad fratres & Coëpiſeopos noſtros, qui in illo tempore in his regionibus, & vrbibus morantur, in quibus felix, & [a] lætus Auguſtus rempublicam gubernat. Si verò habet Epiſcopus amicos in palatio qui cupit aliquid, quod tamen honeſtum eſt impetrare, non prohibeatur per diaconum ſuũ & rogare, ac ſignificare his, quos ſcit benignam interceſſionem abſenti poſſe præſtare, ſi tamen opportunum fuerit.

[a] beatus, Dionyſ. Exig.

CLVI. *Quòd pro pupillis & viduis, ac neceſſitatem patientibus ad comitatum eundum ſit.*

CONCIL. *Sardic. tit.* 10. Qui verò Romam venerint, ſicut dictum eſt, ſanctiſſimo fratri & Coëpiſcopo noſtro Romanæ Eccleſiæ preces quas habent tradant, vt ipſe priùs examinet ſi honeſtæ & iuſtæ ſunt, & præſtet diligentiam atque ſollicitudinem, vt ad comitatum perferantur. Vniuerſi dixerunt placere ſibi, & honeſtum eſſe conſilium. Alipius Epiſcopus dixit: ſi propter pupillos, viduas vel laborantes qui cauſas [b] non iniquas habent, ſuſceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid rationis. Nunc verò cùm ea poſtulent præcipuè, quæ ſine inuidia hominum & ſine reprehenſione eſſe non poſſunt, non neceſſe eſt ipſum ire ad comitatum.

[b] non deeſt in Dionyſ. Exig.

CLVII. *Vt qui in canali ſunt Epiſcopi, euntes ad comitatum ſollicitè diſcutiant.*

CONCIL. *Sard. tit.* 11. Gaudentius Epiſcopus dixit: Ea quæ ſalubriter prouidiſtis conuenientia, & æſtimationi omnium & Deo placitura tenere hactenus firmitatem poſſunt, ſi metus huic ſententiæ coniungatur. Scimus enim & ipſi ſæpiſſimè propter paucorum imprudentiam religioſum ſacerdotale nomen fuiſſe reprehenſum. Si igitur aliquis contra omnium ſententiam niſus voluerit ambitioni magis placere quàm Deo, is debet ſcire, cauſis redditis, honorem dignitatémque ſe amiſſurum: quod ita demum compleri poterit, ſi vnuſquiſque noſtrûm in canali conſtitutus eſt, cùm progredientem Epiſcopum viderit, inquirat tranſitum eius, cauſas videat, quò tendat agnoſcat, & ſi quidem cum inuenerit ire ad comitatum * [requirat & illud quod ſuperiùs comprehenſum eſt, ne fortè inuitatus eſt vt ei facultas eundi permittatur. Si verò, vt ſuperiùs memorauit ſanctitas veſtra, propter deſideria & ambitiones, ad comitatum] pergat, nec in literis eius ſubſcribatur, neque in communionem recipiatur. Si vobis placet, omnium ſententia confirmari debet. Vniuerſi dixerunt, honeſtum eſſe & placere ſibi hanc conſtitutionem.

* hæc deſunt in MS. Codice.

CLVIII. *De his qui ignorant, quid ſit in ſynodo conſtitutum.*

CONCIL. *Sard. tit.* 12. Oſius Epiſcopus dixit: Sed & moderatio neceſſaria eſt, dilectiſſimi fratres, ne ſubitò adhuc aliqui neſcientes quid decretum ſit in ſynodo, veniant ad ciuitates eas quæ in canali ſunt. Debet ergo Epiſcopus ciuitatis ipſius admonere eum, & inſtruere, vt ex hoc loco diaconum ſuum mittat, admonitus ipſe tamen redeat in parochiam ſuam.

CLIX. *Quandiu Epiſcopus in alia ciuitate debeat remorari.*

CONCIL. *Sardic. titul.* 14. Oſius Epiſcopus dixit: Et hoc quoque ſtatuere debetis, vt ex alia ciuitate cùm venerit ad aliam ciuitatem, vel ex alia prouincia ſua ad aliam prouinciam, & ambitioni magis, quàm deuotioni ſeruiens voluerit in aliena ciuitate multo tempore reſedere. Fortè enim euenit Epiſcopum loci non eſſe tam inſtructum, neque tam doctum. Is verò qui aduenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere ſermonem, vt dehoneſtet & infirmet eius perſonam: ita vt ex hac occaſione non dubitet relinquere adſignatam ſibi eccleſiam, & tranſeat ad alienam. Definire ergo tempus, quia & non recipi Epiſcopum inhumanum eſt, & ſi diutius reſedeat perniicioſum. Hoc ergo ne fiat prouidendum eſt. Memini autem ſuperiori Concilio fratres noſtros conſtituiſſe; vt ſi quis laïcus in ea, in qua

commoratur ciuitate, tres Dominicos dies, id eſt per tres ſeptimanas non celebraſſet conuentum, communione priuaretur. Si hæc circa laicos conſtituta ſunt, multo magis Epiſcopo nec licet, nec decet, ſi nulla ſit tam grauis neceſſitas quæ detineat, vt ampliùs à ſupraſcripto tempore abſens ſit ab eccleſia ſua. Vniuerſi dixerunt, placere ſibi.

Qui verò perſecutionis tempore in aliena ciuitate remorari voluerint, non prohibeantur.

CONCIL. *Sardic. tit.* 21. Oſius Epiſcopus dixit: Suggerente fratre, & Coëpiſcopo noſtro Olympio etiam hoc placuit, vt ſi aliquis vim perpeſſus eſt, & iniquè expulſus pro diſciplina & Catholica confeſſione, vel pro defenſione veritatis, effugiens pericula, innocens & deuotus ad aliam venerit ciuitatem, non prohibeatur immorari, quamdiu aut redire poſſit, aut iniuria eius remedium acceperit: quia durum eſt, eum qui perſecutionem patitur non recipi, etiam & larga beneuolentia, & humanitas ei exhibenda eſt.

CLX. *Quòd non liceat Epiſcopo à ſua eccleſia plus tribus hebdomadibus abeſſe.*

CONCIL. *Sardic. tit.* 15. Oſius Epiſcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet, ſunt quidam fratres, & Coëpiſcopi noſtri, qui non in ea ciuitate, in qua videntur Epiſcopi eſſe conſtituti, vel certè paruam rem illic habeant; alibi autem idonea prædia haberi cognoſcuntur, vel affectionem proximorum quibus indulgeant: hactenus permitti eis oportet, vt accedant ad poſſeſſiones ſuas, & diſponant vel ordinent fructum laboris ſui, vt poſt tres Dominicos, id eſt poſt tres hebdomadas ſi morari neceſſe eſt, in ſuis potiùs fundis morentur. Aut ſi eſt proxima ciuitas in qua eſt preſbyter, ne ſine eccleſia videatur facere diem Dominicum, illuc accedat, vt neque res domeſticæ [a] abſentiâ eius detrimentum ſuſtineant, & non frequenter veniendo ad ciuitatem, in qua Epiſcopus moratur, ſuſpicionem iactantiæ, & ambitionis euadat. Vniuerſi dixerunt, placere ſibi.

[a] per abſentiam *Dion. Exig.*

CLXI. *De his qui pro diuerſis erratis pœnitudinem ferventiùs gerunt.*

CONCIL. *Laodic. tit.* 2. De his qui diuerſis facinoribus peccauerunt, & perſeuerantes in oratione confeſſionis, & pœnitentiæ conuerſionem à malis habuere perfectam: pro qualitate delicti, talibus pœnitentiæ tempus impenſum propter clementiam, & bonitatem Dei communio concedatur.

CLXII. *De tempore ordinationis.*

CONCIL. *Laodic. titul.* 4. Quòd non oporteat ordinationes ſub conſpectu audientium celebrari.

CLXIII. *Non congruere preſbyteras in mulieribus ordinari.*

CONCIL. *Laodic. tit.* 11. Quòd non oporteat eas quæ dicuntur preſbyteræ, vel præſidentes, in eccleſia ordinari.

CLXIV. *Iudicio multitudinis ordinationem fieri non debere.*

CONCIL. *Laod. tit.* 13. Quòd non ſit permittendum turbis electiones eorum facere, qui ſunt ad ſacerdotium promouendi.

Quòd docendus ſit populus, non ſequendus.

EX *decretis Papæ Cæleſtini tit.* 22. Docendus eſt populus, non ſequendus; nóſque ſi neſciunt, eos quid liceat, quidve non liceat commonere, non his conſenſum præbere debemus. Quiſquis verò conatus fuerit tentare prohibita, ſentiet cenſuram Sedis Apoſtolicæ minimè defuturam. Quæ enim ſola admonitionis authoritate non corrigimus, neceſſe eſt, per ſeueritatem congruentem regulis [b] vindicetur.

[b] vindicemus *Dion. Exig.*

Et quòd non conueniat contemptis clericis eccleſiarum, de laïcis Epiſcopum ordinari.

EX *decretis Papæ Cæleſtini tit.* 21. Audiuimus quaſdam propriis deſtitutas rectoribus ciuitates Epiſcopos ſibi

petere velle de laïcis, tantúmque faſtigium tam vile credere, vt hoc iis qui non Deo, ſed ſæculo militauerint, æſtiment nos poſſe conferre: non ſolùm malè de ſuis clericis, in quorum contemptum hoc faciunt, iudicantes, ſed de nobis peſſimè, quos credunt hoc poſſe facere, ſentientes: Quod nunquam auderent, ſi non quorundam illicitis conſentiens ſententia conniueret. Ita nihil quæ frequentiùs ſunt decreta proficiunt: vt hoc quaſi nunquam de hac parte ſcriptum fuerit, ignoretur. Quid proderit per ſingula clericos ſtipendia militaſſe, & omnem egiſſe in dominicis caſtris ætatem: ſi qui his præfuturi ſunt ex laïcis requiruntur, qui vacantes ſæculo, & omnem eccleſiaſticum ordinem neſcientes, ſaltu præpropero in alienum honorem ambiunt immoderatâ cupiditate tranſcendere, & in aliud vitæ genus calcatâ reuerentiâ Eccleſiaſticæ diſciplinæ tranſire? Talibus itaque, fratres cariſſimi, qui iuris noſtri, id eſt canonum gubernacula cuſtodimus, neceſſe eſt obuiemus, hiſque fraternitatem veſtram epiſtolis commonemus, ne quis laïcum ad ordinem clericatus admittat, & ſinat fieri, vnde & illum decipiat, & ſibi cauſas generet, quibus reus conſtitutis decretalibus fiat.

CLXV. *Ad alias parochias, eulogias, quæ oblatæ ſunt, minimè deſtinandas.*

CONCIL. *Laod. tit.* 14. Quòd ſancta nullo modo cauſa eulogiarum tempore Paſchalis feſti ad alias parochias debeant deſtinare.

CLXVI. *De his qui debeant in ambone, id eſt in pulpito pſallere.*

CONCIL. *Laod. tit.* 15. Quòd non oporteat ampliùs præter eos, qui regulariter cantores exiſtunt, qui & de codice canunt, alios in pulpitum conſcendere, & in eccleſia pſallere.

CLXVII. *De lectionibus quæ debeant ſabbato recenſeri.*

CONCIL. *Laod. titul.* 16. Quòd in ſabbato Euangelia, cum aliis ſcripturis legi conueniat.

CLXVIII. *Quòd interſtitium pſalmorum debeat in congregationibus fieri.*

CONCIL. *Laodic. tit.* 17. Quòd in conuentu fidelium nequaquam pſalmos continuare conueniat, ſed per interuallum, id eſt per pſalmos ſingulos recenſeri debeant lectiones.

CLXIX. *De precibus nona & veſpera celebrandis.*

CONCIL. *Laod. titul.* 18. Quòd id ipſum ſemper officium precum nona, & veſpera ſemper debeat exhiberi.

CLXX. *De precibus poſt ſermones habitos ad plebem faciendis.*

CONCIL. *Laod. tit.* 19. Quòd oportcat ſeorſum primùm poſt allocutiones Epiſcoporum, orationem ſuper catechumenos celebrari; & poſtquam catechumeni egreſſi fuerint, ſuper eos qui ſunt in pœnitentia precem fieri. His etiam accedentibus ad manum ſacerdotis, & diſcedentibus tres orationes conſummari fidelium, ita vt prima quidem ſub ſilentio, ſecunda verò & tertia per exclamationes ſolitas expleantur, & ita demum pacem ſibi inuicem dabunt. Et poſteaquam dederit Epiſcopus preſbyteris oſculum pacis, tunc [a] laïci pacem ſibi tribuant, & ita ſancta celebrabitur oblatio: ſolis enim miniſterio ſacrò deditis ad altare ingredi & communicare ibidem liceat.

[a] laïci ſibi tribuent *Dion. Exig.*

CLXXI. *Quòd ſubdiaconi à diaconio ſint remoti.*

CONCIL. *Laod. tit.* 21. Quòd non oporteat ſubdiaconos habere locum [b] in diaconio, & dominica vaſa contingere.

[b] diaconico *Dion. Exig.*

CLXXII. *Subdiaconis cum orariis adſiſtere non licere.*

CONCIL. *Laod. tit.* 22. Quòd non oporteat ſubdiaconum vti orario; nec oſtia derelinquere.

CLXXIII. *Lectores & cantores cum orariis agere ſuum officium non licere.*

CONCIL. *Laod. tit.* 23. Quòd non oporteat lectores, aut cantores orariis vti, & ita legere vel pſallere.

CLXXIV. *Quòd ſubdiaconi non debent benedicere, nec benedictionem tribuere.*

CONCIL. *Laod. tit.* 25. Quòd non oporteat ſubdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.

CLXXV. *De exorciſtis, qui non ſunt ab Epiſcopo ordinati.*

CONCIL. *Laod. tit.* 26. Quòd hi qui non ſunt ab Epiſcopis ordinati, tam in eccleſiis, quàm in domibus exorciſare non poſſunt.

CLXXVI. *Quòd de conuiuiis quæ ex agape ſiunt, partes accipi non debeant.*

CONCIL. *Laod. tit.* 27. Quòd non oporteat ſacro miniſterio deditos clericos, aut laïcos ad agapem vocatos ciborum partes accipere, propterea quòd & Eccleſiaſtico ordini fiat hinc iniuria.

CLXXVII. *In eccleſiis prandia fieri non debere, præter neceſſitatem itineris.*

CONCIL. *Laod. tit.* 28 Quòd non oporteat in domiciliis diuinis, id eſt in dominicis & eccleſiis conuiuia quæ vocantur agapæ fieri, nec intra domum Dei comedere, vel accubitus ſternere.

Concil. Carthagin. tit. 9. Vt nulli Epiſcopi, vel clerici in eccleſia conuiuentur, niſi fortè tranſeuntes hoſpitiorum neceſſitate illic reficiant; populi etiam ab huiuſmodi conuiuiis, quantum fieri poteſt, prohibeantur.

CLXXVIII. *De viris cum mulieribus lauacra celebrantibus.*

CONCIL. *Laodicenſi tit.* 30. Quòd non oporteat ſacris officiis deditos, aut clericos, aut continentes, vel omnem laïcum Chriſtianum lauacra cum mulieribus celebrare, quia hæc apud gentes reprehenſio prima eſt.

CLXXIX. *Vt Epiſcopi ad ſynodum impretermiſſè occurrant.*

CONCIL. *Laod. tit.* 40. Quòd non oporteat Epiſcopos ad ſynodum vocatos omnino contemnere, ſed protinus ire, & docere, vel diſcere ea quæ ad correptionem Eccleſiæ, vel reliquarum pertinent rerum: ſe ipſum verò qui contempſerit accuſabit, niſi fortè per ægritudinem ire non poſſit.

Concil. Antioch. tit. 17. Si quis Epiſcopus manus impoſitionem Epiſcopatus acceperit, & præeſſe populo conſtitutus, miniſterium ſubire neglexerit, nec adquieuerit ire ad eccleſiam ſibi commiſſam: hunc oportet communione priuari, donec ſuſceperit coactus officium, aut certè de eo aliquid [a] decreuerit eiuſdem prouinciæ ſynodus ſacerdotum.

[a] integra; addit Dion. Exig.

CLXXX. *Quòd præter iuſſionem Epiſcopi clericus non debeat proficiſci.*

CONCIL. *Laod. tit.* 41. Quòd non oporteat ſacerdotem, vel clericum, ſine litteris proficiſci canonicis.

Item 42. Quòd non oporteat ſacerdotem, vel clericum præter iuſſionem ſui proficiſci Pontificis.

Et vt ſubdiaconi ad oſtia perſeuerent.

ITEM 43. Quòd non oporteat ſubdiaconos ſaltem paululum ianuas deſerere, & orationi vacare.

CLXXXI. *Vt ſacrarium mulieres non introeant.*

CONCIL. *Laod. tit.* 44. Quòd non oporteat mulieres ingredi ad altare.

Ex decret. Gelaſij Papæ tit. 26. Nihilominus impatienter audiuimus, tantum diuinarum rerum ſubiiſſe deſpectum, vt feminæ ſacris altaribus miniſtrare firmentur, cunctáque nonniſi virorum famulatui deputata ſexum cui non competit exhibere. Niſi quòd omnium delictorum quæ ſingillatim perſtrinximus, noxio-

Digitized by Google

noxiorum reatus omnis & crimen eos reſpicit ſacerdotes, qui vel iſta committunt, vel committentes minimè publicando, prauis exceſſibus ſe fauere ſignificant, ſi tamen ſacerdotum iam ſint vocabulo nuncupandi, qui delegatum ſibi religionis officium ſic proſternere moliuntur, vt in peruerſa quæque profanaque decliues, ſine vllo reſpectu regulæ Chriſtianæ, præcipitia funeſta ſectentur. Cùmque ſcriptum ſit: Minima qui ſpernit paulatim decidit, quid eſt de talibus æſtimandum, qui immenſis ac multiplicibus prauitatum molibus occupati, ingentem ruinam multimodis impulſionibus ediderunt, quæ non ſolùm ipſos videatur obruere, ſed eccleſiis vniuerſis mortiferam, ſi non ſanentur, inferre perniciem. Nec ambigant qui hæc exercere ſunt auſi, ſed etiam qui hactenus cognita ſiluerunt, ſub honoris proprij ſe iacere diſpendio, ſi non tantâ quâ poſſunt celeritate feſtinent, vt letalia vulnera competenti[a] medicamine ſaluentur. Quo enim more teneant iura Pontificum, qui Pontificalibus excubiis eatenus iniuncta diſſimulant, vt contraria domui Dei cui præſident potiùs operentur? Quantúmque apud Deum poſſent, ſi nonniſi conuenientia procurarent, tantùm quid mereantur aſpiciant, cùm execrabili ſtudio[b] ſectantur aduerſa; & quaſi magis hæc regula ſit, qua[c] eccleſiæ debeant gubernari, ſic quidquid eſt eccleſiaſticis inimicum regulis, perpetratur: cùm & ſi cognitos[d] habet canones vnuſquiſque Pontificum, intemerata debuerit tenere cuſtodia; & ſi forſitan neſciebat, conſulere fidenter oportuerit ignorantem. Quo magis excuſatio nulla ſuccurrit errantibus, quia nec ſciens propoſuit ſeruare quod nouerat, nec ignorans curauit noſſe quod gereret.

[a] medicatione curentur *Dion. Exig.*
[b] ſectentur *Dion. Exig.*
[c] eccleſia debeat *Dion. Exig.*
[d] habuit, *Dion. Exig.*

CLXXXII. *De his qui circa mediam ſeptimanam, ad baptiſma veniunt.*

CONCIL. *Laodicenſi tit.* 45. Quòd non oporteat ad baptiſma quemquam, poſt duas quadrageſimæ hebdomadas admitti.

CLXXXIII. *De perceptione fidei, & redditione eorum qui baptizantur.*

CONCIL. *Laodic. titul.* 46. Quòd oporteat eos qui ad baptiſma veniunt fidem diſcere, & quintâ feriâ ſeptimanæ maioris Epiſcopo, aut presbyteris reddere.

CLXXXIV. *Vt poſt baptiſma chriſma detur.*

CONCIL. *Laodic. titul.* 48. Quòd oporteat eos qui baptizantur, poſt lauacrum chriſma cæleſte percipere, & regni Chriſti participes inueniri.

CLXXXV. *Oblationes offerri in quadrageſima non oportere.*

ITEM *titul.* 49. Quòd non oporteat in quadrageſima panem benedictionis offerri, niſi ſabbato, & Dominico.

CLXXXVI. *Non debere ieiunium ſolui, in quinta feria ſeptimanæ maioris.*

CONCIL. *Laodic. titul.* 50. Quòd non oporteat in quadrageſima, in vltima ſeptimana quintæ feriæ ieiunium ſoluere, totámque quadrageſimam ſine veneratione tranſire; magíſque conueniat omnem quadrageſimam diſtricto venerari ieiunio.

CLXXXVII. *Non debere in diebus ieiuniorum commemorationes martyrum fieri.*

CONCIL. *ſupraſcripto tit.* 51. Quòd non oporteat in quadrageſima martyrum natalitia celebrari, ſed eorum ſancta commemoratio in diebus ſabbatorum, & dominicorum fieri conueniat.

CLXXXVIII. *Vt natalitia vel nuptiæ in quadrageſima non fiant.*

CONCIL. *Laodic. titul.* 52. Quòd non oporteat in quadrageſima, aut nuptias, aut natalitia celebrare.

Digitized by Google

CLXXXIX. *Vt in Chriſtianorum non ſaltetur nuptiis.*

CONCIL. *Laodic. titul.* 53. Quòd non oporteat Chriſtianos euntes ad nuptias plaudere, vel ſaltare; ſed venerabiliter cœnare, vel prandere, ſicut Chriſtianos decet.

CXC. *Non licere clericis, ludicris ſpectaculis intereſſe.*

CONCIL. *Laodic. titul.* 54. Quòd non oportet ſacerdotes, aut clericos quibuſcunque ſpectaculis in ſcenis, & in nuptiis intereſſe: ſed antequam thymelici ingrediantur, exurgere eos conuenit, atque inde diſcedere.

Item Concil. ſupraſcr. tit. 55. * Quòd non oporteat ſacerdotes, aut clericos ex collatis vel commeſſationibus conuiuia celebrare: hoc autem nec laïcis poſſe congruere.

Concil. Carthag. tit. 15. Vt filij ſacerdotum ſpectacula ſæcularia non exhibeant, ſed nec ſpectent, licèt hoc ſemper Chriſtianis omnibus interdictum ſit, & vbi blaſphemiæ ſunt non accedant.

* *Hic Canon non citatur à Creſconio, in ſuo breuiario ſuprà pag. 461. c. 1. & videtur per hallucinationem ab amanuenſe quodam pro textu Canonis 14. eiuſdem Concilij ſcriptus, qui non extat in MS. Claromontano, & quem repoſuimus ex Codice Dionyſij Exigui.*

CXCI. *Non licere preſbyteris introire ad altare, priuſquam ingrediatur Epiſcopus.*

CONCIL. *Laodic. titul.* 56 Quòd non oporteat preſbyteros ante proceſſionem Epiſcopi introire ſacrarium, & ſedere: ſed cum Epiſcopo debent ingredi, vel in ſubſelliis ſedere, niſi forſitan infirmitate detineatur, aut proficiſcatur Epiſcopus.

CXCII. *Qui in agris, vel poſſeſſionibus debeant ordinari.*

CONCIL. *Laodic. titul.* 57. Quòd non oporteat in villis, aut in agris Epiſcopos conſtitui: ſed viſitatores. Verumtamen iampridem conſtituti nihil faciant, præter conſcientiam Epiſcopi ciuitatis; ſimiliter & preſbyteri præter conſilium Epiſcopi nihil agant.

CXCIII. *Oblationem offerri in domibus non oportere, vel quæ pſallere in eccleſia conuenit.*

CONCIL. *Laodic. titul.* 58. Quòd non oporteat in domibus oblationem celebrari ab Epiſcopis, vel preſbyteris.

Concil. ſupraſcripto tit. 59. Quòd non oporteat plebeios pſalmos in Eccleſia cantari, nec libros præter canonem legi, ſed ſola ſacra volumina noui Teſtamenti, vel veteris.

CXCIV. *Quòd non oporteat Epiſcopos, clericos, & monachos prædia aliena conducere.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 3. Peruenit ad ſanctam ſynodum, quòd quidam qui in Clero videntur allecti, propter lucra turpia conductores alienarum poſſeſſionum fiant, & ſæcularia negotia ſub cura ſua ſuſcipiant; Dei quidem miniſterium paruipendentes, ſæcularium verò diſcurrentes domos, & propter auaritiam patrimoniorum ſollicitudinem ſumentes: decreuit itaque hoc ſanctum magnúmque Concilium nullum deinceps, non Epiſcopum, non clericum, vel monachum, aut poſſeſſiones conducere, aut negoriis ſæcularibus ſe miſcere, præter pupillorum, ſi fortè leges imponant inexcuſabilem curam, aut ciuitatis Epiſcopus eccleſiaſticarum rerum ſollicitudinem habere præcipiat, aut orphanorum, aut viduarum, earúmque, quæ ſine vlla prouiſione ſunt perſonarum, quæ maximè Eccleſiaſtico indigent adiutorio, propter timorem Domini, cauſa depoſcat. Si quis autem tranſgredi de cætero ſtatuta tentauerit, huiuſmodi eccleſiaſticis increpationibus ſubiacebit.

CXCV. *De honore monachis competente: & ne vllus eorum tentet eccleſiaſtica, aut ſæcularia inquietare negotia, nec alienum ſeruum præter conſcientiam domini ſui, ſuſcipere.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 4. Qui verè & ſincerè ſingularem ſectanrur vitam, competenter honorentur: quo-

niam verò quidam vtentes habitu monachi eccleſiaſtica negotia ciuiliáque conturbant circumeuntes indifferenter vrbes, necnon & monaſteria ſibi inſtituere tentantes: placuit, nullum quidem vſquam ædificare, aut conſtituere monaſterium vel oratorij domum, præter conſcientiam ciuitatis Epiſcopi: monachos verò per vnamquamque ciuitatem, aut regionem ſubiectos eſſe Epiſcopo, & quietem diligere, & intentos eſſe tantummodo ieiunio, & orationi, in locis quibus renuntiauerint ſæculo permanentes; nec Eccleſiaſticis verò, nec ſæcularibus negotiis communicent, vel in aliquo ſint moleſti propria monaſteria deſerentes, niſi fortè his præcipiatur, propter opus neceſſarium, ab Epiſcopo ciuitatis; nullum verò recipere in monaſteriis ſeruum obtentu monachi, præter ſui domini conſcientiam. Tranſgredientem verò hanc definitionem noſtram, excommunicatum eſſe decreuimus, ne nomen Domini blaſphemetur; verumtamen Epiſcopum conuenit ciuitatis competentem monaſteriorum prouidentiam gerere.

Ex decretis Papæ Leonis tit. 1. Leo Epiſcopus vrbis Romæ vniuerſis Epiſcopis per Campaniam, Picenum, Tuſciam, & per vniuerſas [a] prouincias conſtitutis in Domino ſalutem. Vt nobis gratulationem facit Eccleſiarum ſtatus ſalubri diſpoſitione compoſitus: ita non leui nos mœrore contriſtat, quoties & aliqua contra conſtituta canonum, & eccleſiaſticam diſciplinam præſumpta vel commiſſa cognoſcimus; quæ ſi non quali debemus vigilantia reſecemus, illi qui nos ſpeculatores eſſe voluit, excuſare non poſſumus, permittentes ſincerum corpus Eccleſiæ, quod ab omni putum macula cuſtodire debemus, ambientum improba contagione fœdari: cùm ipſa ſibi membrorum per diſſimulationem compago non congruat. Admittuntur paſſim ad ordinem ſacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas ſuffragatur; & qui à dominis ſuis libertatem conſequi minimè potuerunt, ad faſtigium ſacerdotij, tamquam ſeruilis vilitas hunc honorem capiat, prouehuntur, & probari [b] Domino Deo poſſe creditur, qui domino ſuo necdum probare ſe potuit. Duplex itaque in hac parte reatus eſt, quòd & ſacrum miniſterium talis conſortij vilitate polluitur, & dominorum, quantum ad inlicitæ vſurpationis temeritatem pertinet, iura ſoluuntur. Ab his itaque, fratres cariſſimi, omnes veſtræ prouinciæ abſtineant ſacerdotes, & non tantùm ab his, ſed ab aliis etiam qui originali, aut alicui conditioni obligati ſunt, volumus temperari, niſi fortè eorum petitio, aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eos vindicant poteſtatis. Debet enim eſſe immunis ab aliis qui diuinæ militiæ fuerit adgregandus, vt à caſtris Dominicis, quibus nomen eius adſcribitur, nullis neceſſitatis vinculis abſtrahatur.

[a] *deeſt in Codice Dionyſ. Exig.*

[b] *abeſt à Codice Dionyſ. Exig.*

Ex decretis Papæ Gelaſij tit. 14. Generalis etiam querelæ vitanda præſumptio eſt, qua propemodum cauſantur vniuerſi paſſim ſeruos, & originarios dominorum iura poſſeſſionúmque fugientes, ſub religioſæ conuerſationis obtentu, vel ad monaſteria ſeſe conferre, vel ad eccleſiaſticum famulatum, cohibentibus quoque præſulibus indifferenter admitti. Quæ modis omnibus eſt amouenda pernicies; ne per Chriſtiani nominis inſtitutum, aut aliena peruadi, aut publica videatur diſciplina ſubuerti: præcipuè cùm nec ipſam miniſterij clericalis hac obligatione fuſcari conueniat dignitatem, cogatúrque pro ſtatu militantium ſibi, conditionéque iurgari, aut videri, quod abſit, obnoxia. Quibus ſollicita comperenter interdictione prohibitis, quiſquis Epiſcopus, preſbyter, aut diaconus, vel eorum qui monaſteriis præeſſe noſcuntur, huiuſmodi perſonas apud ſe retinentes non reſtituendas patronis, aut deinceps, vel eccleſiaſticæ ſeruituti, vel religioſis congregationibus putauerint applicandas, niſi voluntate forſitan dominorum ſub ſcripturæ teſtimonio primitus abſolutas, aut legitima tranſactione conceſſas: periculum ſe honoris proprij non ambigant communioniſque ſubituros, ſi ſuper hac re cuiuſquam verax nos querela pulſauerit. Magnis quippe ſtudiis ſecundùm B. Apoſtolum præcauendum eſt, ne fides, & diſciplina Domini blaſphemetur.

CXCVI. *Quòd non oporteat abſolutè quoſlibet ordinari.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 6. Nullum abſolutè ordinari debere preſbyterum, aut diaconum, nec quemlibet

Digitized by Google

in gradu Eccleſiaſtico: niſi ſpecialiter eccleſiæ ciuitatis, aut poſſeſſionis, aut martyrij, aut monaſterij qui ordinandus eſt pronuntietur. Qui verò abſolutè ordinatur, decreuit ſancta ſynodus irritam haberi huiuſcemodi manus impoſitionem, & nuſquam poſſe miniſtrare ad ordinantis iniuriam.

CXCVII. *De clericis, qui ſunt in ptochiis, monaſteriis, atque martyriis, quæ ſub poteſtate Epiſcoporum vniuſcuiuſque ciuitatis exiſtunt.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 8. Clerici qui præficiuntur ptochiis, vel qui ordinantur in monaſteriis, & baſilicis martyrum, ſub Epiſcoporum qui in vnaquaque ciuitate ſunt, ſecundùm ſanctorum Patrum traditiones, poteſtate permaneant, nec per contumaciam ab Epiſcopo ſuo diſſiliant. Qui verò audent euertere huiuſcemodi formam quocumque modo, nec proprio ſubiiciuntur Epiſcopo: ſi quidem clerici ſunt, canonum correptionibus ſubiacebunt; ſi verò laici vel monachi fuerint, communione priuentur.

CXCVIII. *Quòd non oporteat clericos habentes aduerſus inuicem negotia, proprium Epiſcopum relinquere, & ad ſæcularia iudicia properare.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 9. Si quis clericus aduerſus clericum habeat negotium, non deſerat Epiſcopum proprium, & ad ſæcularia percurrat iudicia: ſed prius actio ventiletur apud Epiſcopum proprium, vel certè conſilio eiuſdem Epiſcopi apud quos vtræque partes voluerint, iudicium continebunt. Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis correptionibus ſubiacebit. Quòd ſi clericus habeat cauſam aduerſus Epiſcopum proprium, vel aduerſus alterum, apud ſynodum prouinciæ iudicetur: Quòd ſi aduerſus eius prouinciæ Metropolitanum Epiſcopus vel clericus habet querelam, petat Primatem diœceſeos, aut ſedem regiæ vrbis Conſtantinopolitanæ, & apud ipſum iudicetur.

CXCIX. *Quòd non liceat clerico in duarum ciuitatum miniſtrare eccleſiis.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 10. Non licere clericum in duarum ciuitatum conſcribi ſimul eccleſiis, & in qua initio ordinatus eſt, & ad quam confugit quaſi ad potiorem, ob inanis gloriæ cupiditatem. Hoc autem facientes reuocari debere ad ſuam eccleſiam, in qua primitus ordinati ſunt, & ibi tantummodo miniſtrare. Si verò quis iam tranſlatus eſt ex alia in aliam eccleſiam, prioris eccleſiæ, vel martyriorum, quæ ſub ea ſunt, aut ptochiorum, aut xenodochiorum rebus in nullo communicet. Eos verò qui auſi fuerint poſt definitionem magnæ & vniuerſalis huius ſynodi quicquam ex his quæ ſunt prohibita perpetrare, decreuit ſancta ſynodus à proprio huiuſmodi gradu recedere.

CC. *Vt nequaquam in duos Metropolitanos prouincia diuidatur.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 12. Peruenit ad nos quòd quidam præter Eccleſiaſtica ſtatuta facientes conuolarunt ad poteſtates, & per pragmaticam formam in duo vnam prouinciam diuiſerunt: ita vt ex hoc facto duo Metropolitani eſſe videantur in vna prouincia. Statuit ergo ſancta ſynodus de reliquo nihil ab Epiſcopis tale tentari, alioquin qui hoc anniſus fuerit, amiſſione gradus proprij ſubiacebit. quæcumque verò ciuitates litteris Imperialibus Metropolitani nominis honore ſubnixæ ſunt, honore tantummodo perfruantur, & qui eccleſiam eius gubernat Epiſcopus, ſaluis ſcilicet veræ Metropolis priuilegiis ſuis.

Ex decretis Papæ Innocentij tit. 46. Nam quod ſciſcitaris vtrum diuiſis Imperiali iudicio prouinciis, vt duæ Metropoles fiant: ſic duo Metropolitani Epiſcopi debeant nominari. Non [a] verè viſum eſt ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum Dei Eccleſiam commutari, honoréſque aut diuiſiones perpeti, quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator: ergo ſecundùm priſtinum prouinciarum morem, Metropolitanos Epiſcopos conuenit numerari.

[a] ergo, Dion. Exig.

CCI. *Quòd non oporteat peregrinos clericos, ſine commendatitiis miniſtrare.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 13. Peregrinos clericos, & lectores in alia ciuitate præter commendatitias litteras ſui Epiſcopi, nuſquam penitus miniſtrare debere.

CCII. *De diaconiſſis mulieribus.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 15. Diaconiſſam non ordinandam, ante annum quadrageſimum, & hanc cum ſummo libramine: ſi verò ſuſcipiens manus impoſitionem, & aliquantum temporis in miniſterio permanens ſemetipſam tradat nuptiis, gratiæ Dei contumeliam faciens, anathematizetur huiuſmodi, cum eo, qui eidem copulatur.

CCIII. *De parochiis.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 17. Singularum eccleſiarum ruſticas parochias, vel poſſeſſiones manere inconcuſſas illis Epiſcopis, qui eas retinere noſcuntur, & maximè ſi per tricennium eas abſque vi obtinentes ſub diſpenſatione rexerunt: quòd ſi intra tricennium facta fuerit de his, vel fiat altercatio, licere eis, qui ſe læſos aſſerunt, apud ſanctam ſynodum prouinciæ de his mouere certamen. Quòd ſi quis à Metropolitano læditur, apud Primatem diœceſeos, aut apud Conſtantinopolitanam ſedem iudicetur, ſicut ſuperiùs dictum eſt. Si qua verò ciuitas poteſtate Imperiali nouata eſt, aut ſi protinus innouetur, ciuiles diſpoſitiones, & publicas Eccleſiarum quoque parochiarum ordines ſubſequantur.

CCIV. *De coniurationibus, vel conſpirationibus.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 18. Coniurationis vel conſpirationis crimen, & ab exteris legibus eſt omnino prohibitum: multo magis hoc in Dei eccleſia ne fiat admonere conueniet. Si qui ergo clerici vel monachi reperti fuerint coniurantes, aut conſpirantes, aut inſidias ponentes Epiſcopis, aut clericis, gradu proprio penitus abdicentur.

CCV. *De Epiſcoporum, aut clericorum accuſationibus, quid debeat obſeruari.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 21. Clericos, aut laïcos accuſantes Epiſcopos, aut clericos paſſim, & ſine probatione, ad accuſationem recipi non debere, niſi priùs eorum diſcutiatur exiſtimationis opinio.

Concil. Carthag. tit. 8. Numidius Epiſcopus Maxulitanus dixit: Præterea ſunt quamplurimi non bonæ conuerſationis, qui exiſtimant maiores natu, vel Epiſcopos paſſim vagéque in accuſationem pulſandos, debent tam facilè admitti necne?

Aurelius Epiſcopus dixit: Placet igitur caritati veſtræ, vt is qui aliquibus ſceleribus irretitus eſt, vocem aduerſus maiorem natu non habeat accuſandi. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: ſi criminoſus eſt non admittatur, placet.

Item Concil. Carthag. tit. 95. Placuitque omnibus, quoniam ſuperioribus Conciliorum decretis, de perſonis quæ admittendæ ſunt ad accuſationem clericorum iam conſtitutum eſt, & quæ perſonæ non admittantur non expreſſum eſt: Ideirco definimus eum ritè ad accuſationem non admitti, qui poſtquam excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc excommunicatione conſtitutus, ſiue ſit clericus, ſiue laïcus, accuſare voluerit.

Titul. 96. Item placuit vt omnes ſerui, vel proprij liberti ad accuſationem non admittantur, vel omnes quos ad accuſanda publica crimina leges publicæ non admittunt, omnes etiam infamiæ maculis aſperſi, id eſt hiſtriones, ac turpitudinibus ſubiectæ perſonæ, hæretici etiam ſiue pagani, ſiue Iudæi. Sed tamen omnibus quibus accuſatio denegatur, in cauſis propriis accuſandi licentia non neganda.

Et vt qui vnum crimen non probauerit, ad aliud admitti non debeat.

CONCIL. *ſupraſcripto tit.* 97. Item placuit, quotienſcumque clericis ab accuſatoribus multa crimina obiiciuntur, & vnum ex ipſis de quo priùs egerit probare non valuerit, ad cætera iam non admittatur.

Digitized by Google

Item de hoc ipſo, tit. 98. Teſtes autem ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti præcepti ſunt, vel etiam quos ipſe accuſarot de ſua domo produxetit. Ad teſtimonium autem intra annos quatuordecim ætatis ſuæ non admittantut.

CCVI. *Quòd non liceat clericis poſt mortem ſui Epiſcopi, res ad eum pertinentes diripere.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 22. Non licere clericis poſt obitum ſui Epiſcopi, res ad eum pertinentes diſſipare, ſicut antiquis quoque eſt canonibus conſtitutum; quòd ſi hoc facere tentauerint, graduum ſuorum periculo ſubiacebunt.

CCVII. *Quòd non liceat clericis & monachis, abſque voluntate Epiſcopi ad vrbem regiam proficiſci.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 23. Venit ad aures ſancti Concilij, quòd quidam cletici & monacbi, quibus nihil ab Epiſcopo ſuo commiſſum eſt; eſt autem quando & communione ab eo priuantur, peruenientes ad vrbem regiam Conſtantinopolitanam in ea diutius immotentur, excitantes turbas, & ſtatum eccleſiaſticum commouentes, ſubuertentes etiam quorundam domos: decreuit ſancta ſynodus huiuſmodi primò quidem per defenſorem Conſtantinopolitanæ ſanctæ Eccleſiæ commoneti, vt egrediantut ab vrbe regia: quòd ſi iiſdem negotiis impudentet inſiſtant, etiam nolentes idem defenſor expellat, vt ad proptia loca perueniant.

CCVIII. *Quòd non liceat monaſteria, quæ conſecrata ſunt, diuerſoria ſæcularia fieri.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 24. Quæ ſemel dedicata ſunt monaſteria conſilio Epiſcoporum maneant perpetuò monaſteria, & res quæ ad ea pertinent monaſteriis teſeruari, nec poſſe ea vltrà fieri ſæcularia habitacula: qui verò hoc fieri permiſerint, canonum ſententiis ſubiacebunt.

CCIX. *Quòd non oporteat ordinationes Epiſcoporum diu differri.*

CONCIL. *Calchedonenſi tit.* 25. Quoniam quidam Metropolitani quantum comperimus, negligunt commiſſos ſibi greges, & ordinationes Epiſcoporum facere differunt: placuit ſanctæ ſynodo intra tres menſes ordinationes Epiſcoporum celebrari, niſi fortè neceſſitas inexcuſabilis præparet dilationis tempus extendi; quòd ſi hoc minimè fecerit, correptioni eccleſiaſticæ ſubiacebit: verumtamen redditus Eccleſiæ viduatæ penes œconomum eiuſdem eccleſiæ integri ſeruentur.

CCX. *De diſpenſatoribus ſingularum eccleſiarum.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 26. Quoniam in quibuſdam eccleſiis, vt rumore comperimus, præter œconomum Epiſcopi facultates eccleſiaſticas tractant: placuit omnem eccleſiam habentem Epiſcopum habere œconomum de Clero proprio, qui diſpenſet res eccleſiaſticas ſecundùm ſententiam Epiſcopi proprij; ita vt eccleſiæ diſpenſatio præter teſtimonium non ſit, ne ex hoc diſpergantur eccleſiaſticæ facultates, & ſacerdotio maledictionis derogatio procuretur. Quòd ſi hoc minimè fecerit, diuinis conſtitutionibus ſubiacebit.

CCXI. *De his qui raptum faciunt.*

CONCIL. *Calchedon. tit.* 27. Eos qui rapiunt mulieres ſub nomine ſimul habitandi, cooperantes, aut conniuentes raptoribus: decreuit ſancta ſynodus, vt ſi quidem clerici ſunt decidant gradu proprio; ſi verò laici, anathematizentur.

CCXII. *Vt præter Paſcha, & Pentecoſten baptiſma non celebretur.*

EX *decretis Papa Syricij titulo* 2. Sequitur de diuerſis baptizandorum temporibus, prout vnicuique libitum fuerit improbabilis, & [a] inemendata confuſio, quæ à noſtris ſacerdotibus (quod commoti dicimus) non ratione authoritatis alicuius, ſed ſola temeritate præſumitur, vt paſſim ac li-

[a] emendanda *Dionyſ. Exig.*

Digitized by Google

betè natalitiis Chriſti, ſeu apparitionis, nec non & Apoſtolorum, ſeu Martyrum feſtiuitatibus, innumeræ, vt aſſeris, plebes baptiſmi myſterium conſequantur, cùm hoc ſibi priuilegium, & apud nos, & apud omnes eccleſias Dominicum ſpecialiter cum Pentecoſte ſua Paſcha defendat: quibus ſolis per annum diebus ad fidem confluenribus generalia baptiſmatis tradi conuenit ſacramenta. His dumtaxat electis, qui ante quadraginta vel eo ampliùs, dies nomen dederint, & exorciſmis quotidianíſque orationibus, atque ieiuniis fuerint expiati, quatenus Apoſtolica illa impleatur præceptio, vt expurgato fermento veteri, noua incipiat eſſe conſperſio. Sicut etgo Paſchalem reuerentiam in nullo dicimus eſſe minuendam: ira in infantibus, qui necdum loqui potuerunt pet ætatem, vel his, quibus in qualibet neceſſitate opus fuerit ſacri vnda baptiſmatis, omni volumus celeritate ſuccurri; ne ad noſtrarum perniciem tendat animarum, ſi negato deſiderantibus fonte ſalutari, cxiens vnuſquiſque de ſæculo & regnum perdat & vitam. Quicunque etiam diſcrimen naufragij, hoſtilitatis incurſum, obſidionis ambiguum, vel cuiuſlibet corporalis ægritudinis deſperationem incidetint, & ſibi vnico creduliraris auxilio popoſcerint ſubueniri, eodem quo poſcunt momento temporis expetitæ regenerationis præmia conſequantut. Hactenus in hac parte erratum ſufficiat, nunc præfatam regulam omnes teneant ſacerdotes, qui nolunt ab Apoſtolicæ petræ, ſupet quam Chriſtus vniuerſalem conſttuxit Eccleſiam, ſoliditare diuelli.

Ex decretis Leonis tit. 7. Leo Epiſcopus vniuerſis Epiſcopis per Siciliam conſtitutis, in Domino ſalutem. Diuinis pręceptis, & Apoſtolicis monitis [a] informamur, vt pro omnium eccleſiarum ſtatu impigro vigilemus affectu, ac ſi quid vſquam teprehenſioni inuenitur obnoxium celeri ſollicitudine, aut ab ignorantiæ imperitia, aur à præſumptionis vſurpatione reuocemus. Manente enim Dominicæ vocis imperio, quo beatiſſimus Apoſtolus Petrus trina repetitione myſticæ ſanctionis imbuitur, vt Chriſti oues, qui Chriſtum diligit paſcat: ipſius ſedis, cui per abundantiam diuinæ gratiæ præſumus, reuerentia coarctamur, vt periculum deſidiæ quantum poſſumus declinemus, ne profeſſio ſummi Apoſtoli, qua ſe amatorem Domini eſſe reſtatus eſt, non inueniatut in nobis, quia negligentet paſcens toties commendatum Dominicum gregem, conuincitut ſummum non amare paſtorem. Cùm ergo mihi de caritatis veſtræ actibus fraterna affectione ſollicito certis indiciis innotuerit, vos in eo quod inter ſacramenta Eccleſiæ ptincipale eſt, ab Apoſtolicæ inſtitutionis conſuetudine diſcrepare, ira vt baptiſmi ſacramentum numeroſiùs in die Epiphaniæ, quàm in Paſchali tempore celebretur: mitor vos vel præceſſores veſtros tam inrationabilem nouitatem vſurpare potuiſſe, vt [b] confuſis temporibus vtriuſque myſterij nullam eſſe differentiam crederetis inter diem quo adoratus eſt Chriſtus à Magis, & diem quo reſurrexit Chriſtus à mortuis. Quam culpam nullo modo potuiſſetis incidere, ſi vnde conſecrationem honoris aceipitis, inde legem totius obſetuantiæ ſumeretis, & beati Apoſtoli Petri ſedes, quæ vobis ſacetdotalis matet eſt dignitatis, eſſet Eccleſiaſticæ magiſtra rationis, à cuius vos regulis receſſiſſe minore poſſet æquanimitate tolerati, ſi aliqua commonitionis noſtræ increpatio ptæceſſiſſet: nunc autem quia non deſperatut correptio, ſeruanda eſt manſuetudo, vt licèr vix ferenda ſit in ſacerdotibus excuſatio, quæ prætendat inſcientiam, [c] maluimus tamen & cenſuram neceſſariam temperare, & ratione vos apertiſſimæ veritatis inſtruere.

[a] incitamur *Dionyſ. Exig.*

[b] confuſo temporis vtriuſque myſterio, *Dionyſius Exig.*

[c] malumus, *Dion. Exig.*

Ex decr. Papa Leonis tit. 8. Semper quidem in æterno conſilio Dei manſit humani generis incommutabiliter prærordinata reparatio, ſed ordo rerum pet Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, temporaliter gerendatum, in Incarnatione Verbi ſumpſit exordium. Vnde aliud tempus eſt, [d] quando nuntianre Angelo beara Virgo Maria fœcundandam ſe pet Spititum ſanctum credidit, & concepit: aliud, quo ſaluâ inregritare virgineâ puer editus exulrante gaudio cæleſtium miniſtrorum paſtoribus indicatut: aliud, quo infans eircunciditur; aliud, quo hoſtia pto eo legalis offertur; aliud cùm tres Magi claritate noui ſideris [e] in ciuitatem Bethleem ab Oriente perueniunt, & adoratum paruulum, [f] myſtico munete oblato venerantur. Nec iidem ſunt dies, quibus impio Herodi,

[d] quo adnuntiante

[e] incitati in Bethleem *Dion. Exig.*

[f] myſtica munera oblatione *Dion. Exig.*

ordinata diuinitus in Ægyptum tranſlatione, ſubtractus eſt, vel quibus ab Ægypto in Galilæam, mortuo perſecutore, reuocatus eſt. Inter has autem diſpenſationum varietates accedunt augmenta corporea, creſcit Dominus, ſicut Euangeliſta teſtatur, profectibus ætatis, & gratiæ. Per dies Paſchæ in templum Ieruſalem cum parentibus venit, & cùm abeſſet à ſocietate redeuntium, ſedens cum ſenioribus, & inter admirantes magiſtros diſputans inuenitur, rationémque manſionis ſuæ reddens; Quid eſt, inquit, quod quærebatis me? neſciebatis quòd in his, quæ patris mei ſunt oportet me eſſe, ſignificans eius ſe eſſe filium cuius eſſet & templum. Iam verò cùm in annis maioribus apertiùs declarandus baptiſmum præcurſoris ſui Ioannis expetiit, quid dcitatis eius remanſit ambiguum, quando baptizato Domino Ieſu, Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie ſuper eum deſcendit, & manſit, audita de cælis Patris voce dicentis; Tu es filius meus dilectus, in te bene complacui? Quæ omnia ideo quantâ potuimus breuitare perſtrinximus, vt notum ſit dilectioni veſtræ, vniuerſos Chriſti dies innumeris conſecratos fuiſſe virtutibus, & in cunctis eius actionibus ſacramentorum myſteria coruſcaſſe; ſed aliter quidquid ſignis denuntiarit aliter rebus impleri, nec quæcumque numerantur in operibus ſaluatoris, ad tempus poteſt pertinere baptiſmatis. Nam ſi etiam illa quæ poſt beati Ioannis lauacrum à Domino geſta cognouimus, ſub indiſcreto honore colamus, omnia tempora continuatis erunt deputanda feſtis, quia omnia ſunt plena miraculis. Verùm, quia ſpiritus ſapientiæ, & intellectus ita Apoſtolos, & totius Eccleſiæ erudiuit magiſtros, vt in Chriſtiana obſeruantia nihil inordinatum, nihil pateretur eſſe confuſum: diſcernendæ ſunt cauſæ ſolemnitatum, & in omnibus inſtitutis Patrum, principúmque noſtrorum rationabilis ſeruanda diſcretio, quia non aliter vnus grex & vnus paſtor ſumus, niſi quemadmodum Apoſtolus docet, idipſum dicamus omnes: Simus autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſapientia.

Ex decretis Papæ Leonis tit. 9. Quamuis ergo & illa quæ ad humilitatem, & illa quæ ad gloriam pertinent Chriſti, in vnum concurrant, eandémque perſonam, totúmq; quod in illo & virtutis diuinæ eſt, & infirmitatis humanæ, ad noſtræ reparationis tendat effectum: propriè tamen in morte crucifixi, & in reſurrectione mortui potentia baptiſmatis nouam creaturam condit ex veteri; vt in renaſcentibus, & mors Chriſti operetur, & vita, dicente beato Apoſtolo: An ignoratis, quia quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte illius baptizati ſumus? conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in morte, vt quomodo ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus; ſi enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus, & cætera quæ latiùs magiſter gentium ad commendandum ſacramentum baptiſmatis diſputauit, vt appareret ex huius doctrinæ ſpiritu regenerandis filiis hominum, & in Dei filios adoptandis illum diem, & illud tempus electum, in quo per ſimilitudinem formámque myſterij, ea quæ geruntur in membris, his quæ in ipſo ſunt capite geſta congruerent: dum in baptiſmatis regula, & mors interuenit interfectione peccati, & ſepulturam triduanam imitatur trina demerſio, & ab aquis eleuatio reſurgentis inſtar eſt de ſepulchro. Ipſa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ diem legitimum eum eſſe in quo orta eſt, & virtus muneris, & ſpecies actionis ad cuius rei confirmationem plurimum valet, quod ipſe Dominus Ieſus Chriſtus, poſteaquam reſurrexit à mortuis, diſcipulis ſuis, in quibus omnes eccleſiarum præſules docebantur, & formam, & poteſtatem tradidit baptizandi dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; de quo vtique eos etiam ante paſſionem potuiſſet inſtruere, niſi propriè voluiſſet intelligi regenerationis gratiam ex ſua reſurrectione cœpiſſe. Additur ſanè huic obſeruantiæ, etiam Pentecoſtes ex aduentu ſancti Spiritus ſacrata ſolemnitas, quæ de Paſchalis feſti pendet articulo, & cùm ad alios dies alia feſta pertineant, hæc ſemper ad eum diem qui reſurrectione Domini eſt inſignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum ad eos, quos à die Paſchæ, aut moleſtia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis

nis difficultas interclusit, inuitans vt quibuslibet neceſſitatibus impediti deſiderij ſui effectum dono ſancti Spiritus conſequantur. Ipſe enim vnigenitus Dei in fide eredentium, & in virtute operum nullam inter ſe, & Spiritum ſanctum voluit eſſe diſtantiam; quia nulla eſt diuerſitas in natura, dicens: Rogabo ego Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt vobiſcum ſit in æternum, Spiritum veritatis: & itetum, Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater meus in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vniuerſa quæcumque dixi vobis: & iterum, Cùm venerit ille Spiritus veritatis, ille diriget vos in omnem veritatem. Cùm itaque veritas Chriſtus ſit, & Spiritus ſanctus, Spiritus veritatis, nomẽque Paracleti vtrique ſit proprium, non diſſimile eſt feſtum, vbi vnum eſt Sacramentum.

Ex decretis Papæ Leonis tit. 10. Hoc autem nos non ex noſtra perſuaſione defendere, ſed ex Apoſtolica authoritate ſeruare ſatis idoneo probamus exemplo, ſequentes beatum Apoſtolum Petrum, qui in ipſo die quo omnem eredentium numerum promiſſus ſancti Spiritus repleuit aduentus, trium millium populum ſua prædicatione conuerſum lauacro baptiſmatis conſecrauit. Quod ſancta Scriptura, quæ Apoſtolorum actus continet, fideli hiſtoria docet, dicens: His auditis compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & reliquos Apoſtolos: quid faciemus viri fratres? Petrus verò ad illos: Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Vobis enim eſt repromiſſio, & filiis veſtris, & omnibus qui longè ſunt quoſcumque aduocauerit Dominus Deus noſter; aliis etiam pluribus verbis teſtificatus eſt, & exhortabatur dicens, Saluamini à generatione iſta praua. Qui ergo receperunt ſermonem eius, baptizati ſunt, & appoſitæ ſunt in illa die animæ circiter tria millia.

Ex decretis Papæ Leonis tit. 11. Vnde quia manifeſtiſſimè pater baptizandis in Eccleſia electis hęc duo tempora, de quibus loquuti ſumus, eſſe legitima, dilectionem veſtram monemus, vt nullos alios dies huic obſeruantiæ miſceatis: quia ſunt alia quoque feſta, quibus multa in honorem Dei reuerentia debeatur, principalis tamen & maximi ſacramenti cuſtodienda nobis eſt myſtica & rationalis exemplatio: non interdicta licentia, quâ in baptiſmo tribuendo quolibet tempore periclitantibus ſubuenitur. Ita enim ad has duas ſolennitates connexas ſibimet atque cognatas incolumium, & in pacis ſecuritate degentium libera vota differimus: vt in mortis periculo, in obſidionis diſcrimine, in perſecutionis anguſtiis, in timore naufragij nullo tempore hoc veræ ſalutis ſingulare præſidium cuiquam denegemus. Si quis autem Epiphaniæ feſtiuitatem, quæ in ſuo ordine debito honore veneranda eſt, ob hoc exiſtimat priuilegium habere baptiſmatis, quia hoc quidam putant, quòd in eadem die Dominus ad baptiſmum ſancti Ioannis acceſſerit: ſciat illius baptiſmi aliam gratiam, aliam fuiſſe rationem, nec ad eandem pertinuiſſe virtutem, qua per Spiritum ſanctum renaſcuntur, de quibus dicitur: Qui non ex ſanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. *Ioan. 1.* Dominus enim nullius indigens remiſſione peccati, nec quærens remedium renaſcendi ſic voluit baptizari, quomodo & voluit circumcidi hoſtiámque pro ſe emundationis offerri, vt qui factus erat ex muliere, ſicut Apoſtolus ait, fieret & ſub lege, quam non venerat ſoluere, ſed implere, & implendo finire, & ſicut Apoſtolus prædicat dicens: Finis autem legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Baptiſmi autem ſui in ſe condidit ſacramentum, quia in omnibus primatum tenens, ſe docuit eſſe principium, & tunc regenerationis potentiam ſanxit, quando de latere ipſius profluxerunt ſanguis redemptionis, & aqua baptiſmatis. Sicut ergo verus Teſtamentum noui teſtificatio fuit, & lex per Moyſem data eſt, gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt; ſic diuerſa ſacrificia vnam hoſtiam reformarunt, & multorum agnorum occiſio illius immolatione finita eſt, de quo dicitur: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit [a] peccata mundi. *[a] peccatum Dionyſ. Ex.* Sic & Ioannes non Chriſtus, ſed Chriſti præuius, non ſponſus, ſed ſponſi amicus fuit adeò fidelis, & non ſua quærens, ſed quæ Ieſu Chriſti, vt ſe profiteretur ad ſoluenda calceamenta pedum eius indignum: quo-

m

niam ipſe quidem baptizaret in aqua, in pœnitentiam; ille autem baptizaturus eſſet in Spiritu ſancto, & igni, qui duplici poteſtate, & vitam redderet, & peccata conſumeret. His itaque, fratres chariſſimi, tot ac tantis exiſtentibus documentis, quibus omni ambiguitate ſubmotâ euidenter agnoſcitis, in baptizandis electis, qui ſecundùm Apoſtolicam regulam in exorciſmis ſcrutandi, & ieiuniis ſanctificandi, & frequentibus ſunt prædicationibus imbuendi, duo tantùm tempora, id eſt Paſcha & Pentecoſten eſſe ſeruanda. Hoc veſtræ indicimus charitati, vt ab Apoſtolicis inſtitutis nullo vlteriùs recedatis exceſſu, quia inultum poſt hæc eſſe non poterit, ſi quiſquam Apoſtolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

Ex decretis Papæ Gelaſij tit. 10. Baptizandi ſibi quiſpiam paſſim quocumque tempore nullam credat ineſſe fiduciam, præter Paſchale feſtum, & Pentecoſtes venerabile ſacramentum, excepto dumtaxat grauiſſimi languoris incurſu, in quo verendum eſt, ne morbi creſcente periculo ſine remedio ſalutari fortaſſis ægrotans & exitio præuentus abſcedat.

CCXIII. *De his qui pœnitentiam minimè ſeruauerunt.*

Ex decretis Papæ Syricij tit. 5. De his verò non incongruè dilectio tua Apoſtolicam Sedem credidit conſulendam, qui actâ pœnitentiâ tamquam canes, ac ſues ad vomitus [a] & volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & [b] lubricas voluptates, & noua coniugia, & inhibitos denuo appetiuere concubitus, quorum profeſſam incontinentiam generati poſt abſolutionem filij prodiderunt. De quibus, quia iam ſuffugium non habent pœnitendi, id duximus decernendum, vt ſolâ intra Eccleſiam fidelibus oratione iungantur, ſacræ myſteriorum celebritati, quamuis non mereantur, interſint: à Dominicæ autem menſæ conuiuio ſe ſegregentur, vt hac ſaltem diſtrictione correcti & ipſi in ſe ſua errata caſtigent, & aliis exemplis tribuant, quatenus ab obſcœnis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cùm ad Dominum cœperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubueniri. Quam formam, & circa mulieres, quæ ſe poſt pœnitentiam talibus pollutionibus [c] deuinxerunt, ſeruari decernimus.

[a] priſtinos addit Dion. Exig.
[b] ludicras Dionyſ. Ex.
[c] ſeruandam eſſe cenſemus. Dionyſ. Ex.

Ex decretis Papæ Innocentij tit. 7. De pœnitentibus autem, qui ſiue ex grauioribus commiſſis, ſiue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interueniat ægritudo, quintâ feriâ ante Paſcha eis remittendum Romanæ Eccleſię conſuetudo demonſtrat. Cæterum de pondere æſtimando delictorum ſacerdotis eſt iudicare, vt attendat ad confeſſionem pœnitentis, & ad fletus atque lachrymas corrigentis, ac tunc iubere dimitti, cùm viderit congruam ſatisfactionem. Sanè ſi quis in ægritudinem inciderit, atque vſque ad deſperationem deuenerit, ei eſt ante tempus Paſchæ relaxandum, ne de ſæculo abſque communione diſcedat.

CCXIV. *Quòd clericis non liceat pœnitentiam agere, & quòd poſt pœnitentiam nullus poſſit ad Clerum admitti.*

Ex decretis Papæ Syricij tit. 14. Illud quoque nos par fuit prouidere, vt ſicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum: ita & poſt pœnitudinem ac reconciliationem nulli vnquam laïco liceat honorem clericatus adipiſci; quia quamuis ſint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum ſacramentorum inſtrumenta ſuſcipere, qui dudum fuerint vaſa vitiorum.

Ex decretis Papæ Innocentij tit. 34. Innocentius Agapito Macedonio, & [d] Martiano Epiſcopis Apulis. Multa in prouincia veſtra contra canones Eccleſiaſticos, decretáque maiorum vſurpari à plurimis, & relationes diuerſorum & ſuggeſtiones fidiſſimæ retulerunt: quæ quidem poſſent facilè reſecari, ſi Epiſcopi in his non inuenirentur authores. Qui dum aut amicis, aut obſequentibus gratiam præſtare nituntur, religionem violant, ordinéſque corrumpunt: ac ſic euenit, vt indigni quique honores ſuſcipiant eccleſiaſticos, & admittantur ad Clerum, qui nec inter laïcos quidem dignum locum habere [e] merentur, ſicuti nunc dato nobis libello monſtratum eſt, Modeſtum quendam multis criminibus inuolutum, propter quæ

[d] Mariano Dionyſ. Ex.
[e] merentur. D. Ex.

etiam pœnitentiam egiſſe dicitur, non ſolùm clericum effectum, quod non licet, verùm etiam ad Epiſcopatus apicem tendere: cùm canones apud Nicæam conſtituti, pœnitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludant. Et ideo, fratres chariſſimi, perſpecto tenore libelli eum iubeatis præſentari, ac ſi verè conſtiterit [b] talis, qualem libellus affirmat, non ſolùm ab ambitione Epiſcopatus, ſed etiam à clericatus remoueatur officio.

[b] talem *Dion. Exig.*

CCXV. *Vt ſi per ignorantiam pœnitens digamus, vel viduæ maritus clericus factus fuerit, iam non promoueatur.*

EX *decretis Papæ Syricij tit. 15.* Et quia his omnibus, quæ in reprehenſionem veniunt, ſola excuſatio ignorationis obtenditur, cui nos interim ſolius pietatis intuitu neceſſe eſt clementer ignoſcere: quicumque pœnitens, quicumque bigamus, quicumque viduæ maritus ad ſacram militiam indebitè, & incompetenter irrepſit, hac ſibi conditione à nobis veniam intelligat relaxatam, vt in magno debeat computare beneficio, ſi ademptâ ſibi omni ſpe promotionis in hoc quo inuenitur ordine perpetuâ ſtabilitate permaneat: [c] ſciturí poſt hanc definitionem, quòd ſi vltra ad factos ordines quemquam de talibus crediderint aſſumendum, & de ſuo, & de eorum ſtatu, quos contra canones, & interdicta noſtra prouexerint, congruam ab Apoſtolica Sede promendam eſſe ſententiam.

[c] ſcituri poſthac omnium prouinciarum antiſtites. *Dionyſ. Exig.*

CCXVI. *De energumenis baptizatis.*

EX *decretis Papæ Innocentij tit. 6.* De his verò baptizatis, qui poſtea à dæmonio, aut vitio aliquo, aut peccato interueniente arripiuntur, quæſiuit dilectio tua, ſi à preſbytero, vel diacono poſſint, aut debeant conſignari: quòd hoc, niſi Epiſcopus præceperit, non licet: nam ei manus imponenda omnino non eſt, niſi Epiſcopus authoritatem dederit id efficiendi. Vt autem fiat, Epiſcopi eſt imperare, vt manus ei vel à preſbytero, vel à cæteris clericis imponatur. Nam quomodo id fieri ſine magno labore poterit, vt longè conſtitutus energumenus ad Epiſcopum deducatur, cùm ſi talis caſus ei in itinere acciderit, nec ferri ad Epiſcopum, nec referri ad ſua facilè poſſit.

CCXVII. *Quòd pro infirmis debeat ſacerdos orare, & iuxta præceptum ſancti Iacobi oleo perungere.*

EX *decretis Papæ Innocentij titul. 8.* Sanè quoniam de hoc, ſicuti de cæteris conſulere voluit dilectio tua, adiecit etiam filius meus dilectus Cæleſtinus diaconus in epiſtola ſua eſſe à tua dilectione poſitum illud, quod in beati Apoſtoli Iacobi epiſtola conſcriptum eſt. *Si * infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros, & orent ſuper eum vngentes oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & ſuſcitabit illum Dominus, & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei.* Quod non eſt dubium de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere, qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt, quod ab Epiſcopo confectum non ſolùm ſacerdotibus, ſed omnibus vti Chriſtianis licet, in ſua, aut ſuorum neceſſitate vngendum. Cæterum illud ſuperfluum videmus adiectum, vt de Epiſcopo ambigatur, quod preſbyteris licere non dubium eſt: nam idcirco preſbyteris dictum eſt, quia Epiſcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non poſſunt. Cæterum ſi Epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem à ſe viſitandum, & benedicere, & tangere chriſmate ſine cunctatione poteſt, cuius eſt ipſum chriſma conficere. Nam pœnitentibus iſtud infundi non poteſt, quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur, quomodo vnum genus poſſe putatur concedi?

Iacob. 5.14. * *infirmus aliquis in vobis eſt.* Dion. Exig.

CCXVIII. *Vt extra conſcientiam Metropolitani non ordinetur Epiſcopus.*

EX *decretis Papæ Innocentij tit. 9.* Primùm vt extra conſcientiam Metropolitani Epiſcopi nullus audeat ordinare; integrum enim iudicium eſt, quod plurimorum ſententiis confirmatur: nec vnus Epiſcopus ordinare præſumat, ne furtiuum beneficium præſtitum videatur: hoc enim à ſynodo Nicæna conſtitutum eſt, atque definitum.

Ex decretis Papæ Cæleſtini tit. 17. Primùm, vt iuxta decreta canonum vnaquæque prouincia ſuo Metropolitano contenta ſit, vt deceſſoris noſtri data ad Narbonenſem Epiſcopum continent conſtituta, nec vſurpationis locus alicui ſacerdoti in alterius concedatur iniuriam. Sit conceſſis ſibi contentus vnuſquiſque limitibus. Alter in alterius prouincia nihil præſumat, nec emeritis in ſuis eccleſiis clericis peregrini & extranei, & qui antè ignorati ſunt, ad excluſionem eorum, qui bene de ſuorum ciuium merentur teſtimonio, præponantur, ne nouum quoddam, de quo Epiſcopi fiant, inſtitutum videatur eſſe collegium.

Ex decretis Papæ Leonis tit. 32. Igitur ſecundùm ſanctorum Patrum canones ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia conſectatos, Metropolitanos ſingularum prouinciarum Epiſcopos, quibus ex delegatione noſtra, fraternitatis tuæ cura prætenditur, ius traditæ ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus: ita vt à regulis præſtitutis nullâ aut negligentia, aut præſumptione diſcedant.

CCXIX. *Vt ex curialibus non fiat clericus.*

Ex *decretis Papæ Innocentij titul.* 18. Præterea frequenter quidam ex fratribus noſtris curiales, vel quibuſlibet publicis functionibus occupatos clericos facere contendunt, quibus poſtea maior triſtitia cùm de reuocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quàm gratia naſcitur de aſcitis. Conſtat enim eos in ipſis muniis voluptates etiam exhibere, quas à diabolo inuentas eſſe non dubium eſt, & ludorum aut munerum apparatibus, aut præeſſe, aut forſitan intereſſe. Sit certè in exemplum ſollicitudo, & triſtitia fratrum, quam ſæpè pertulimus Imperatore præſente, cùm pro his ſæpiùs rogaremus, quam ipſe nobiſcum poſitus cognouiſti, quibus non ſolùm inferiores clerici ex curialibus, verùm etiam in ſacerdotio iam conſtituti, ingens moleſtia vt redderentur inſtabat.

CCXX. *De vltima pœnitentia non neganda.*

Ex *decretis Papæ Innocentij tit.* 22. Et hoc quæſitum eſt, quid de his obſeruari oporteat, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul, & reconciliationem communionis expoſcunt. De his obſeruatio prior, durior; poſterior interueniente miſericordiâ inclinatior eſt: nam conſuetudo prior tenuit, vt concederetur eis pœnitentia, ſed communio negaretur; nam cùm illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homines de reconciliatione ſecuros non reuocaret à lapſu, meritò negata communio eſt, conceſſâ pœnitentiâ: ne totum penitus negaretur, & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſiis ſuis reddidit, iam terrore depulſo communionem dari abeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam, quaſi viaticum profecturis, & ne Nouatiani hæretici negantis veniam, aſperitatem, & duritiam ſubſequi videamur. Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio, vt homines huiuſmodi, vel in ſupremis ſuis, permittente ſaluatore noſtro, à perpetuo exitio vindicentur.

Ex decretis Papæ Cæleſtini tit. 15. Agnouimus enim pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum deſideriis annui, qui obitus ſui tempore hæc animæ ſuæ cupiunt remedia ſubueniri: horremus (fateor) tantæ impietatis aliquem reperiri, vt de Dei pietate deſperet, quaſi non poſſit ad ſe quouis tempore concurrenti ſuccurrere, & periclitantem ſub onere peccatorum hominem perdere, quo ſe ille expedire deſiderat, & liberari. Quid hoc rogo aliud eſt quàm morienti mortem addere, eiúſque animam ſua crudelitate, ne abſoluta eſſe poſſit, occidere, cùm Deus ad ſubueniendum parati ſſimus, inuitans ad pœnitentiam, ſic promittat peccatori, inquiens: Quacumque die conuerſus fuerit, peccata eius non reputabuntur ei. & iterum: Nolo mortem peccatoris, ſed tantùm conuertatur, & viuat. Salutem ergo homini adimit quiſquis mortis tempore pœnitentiam denegarit: & de-

ſperat de clementia Dei, qui eum ad ſubueniendum morienti ſufficere vel momento poſſe non credit. Perdidiſſet latro in cruce præmium, ad Chriſti dexteram pendens, ſi illum vnius horæ pœnitentia non iuuiſſet; cùm eſſet in pœna pœnituit, & per vnius ſermonis promiſſionem habitaculum Paradiſi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conuerſio in vltimis poſitorum mente potiùs eſt æſtimanda quàm tempore, Propheta hoc taliter aſſerente: cùm conuerſus ingemueris, tunc saluus eris. Cùm ergo Chriſtus ſit cordis inſpector, quolibet tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti, cùm illi ſe obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

Ex decretis Papæ Leonis titulo 21. De his qui pœnitentiam agere differunt. Diſſimulatio hæc poteſt non de contemptu eſſe remedij, ſed de metu grauiùs delinquendi. Vnde pœnitentia quæ dilata eſt, cùm ſtudioſiùs petita fuerit, non negetur, vt quoquomodo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perueniat.

CCXXI. *De adminiſtrationibus ſæcularium iudiciorum.*

EX *decr. Papæ Innocentij tit.* 23. Quæſitum eſt etiam ſuper his qui poſt baptiſmum adminiſtrauerunt, aut tormenta ſola exercuerunt, aut etiam capitalem protulere ſententiam: de his nihil legimus à maioribus definitum. Meminerant enim à Deo poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter vindictam noxiorum gladium fuiſſe permiſſum, & Dei miniſtrum eſſe datum in huiuſmodi vindicem. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod authore Deo viderent eſſe conceſſum? De his ergo, vt hactenus ſeruatum eſt, ſic habeamus, ne aut diſciplinam euertere, aut contra authoritatem Domini venire videamur. Ipſis autem in ratione reddenda geſta ſua omnia ſeruabuntur.

CCXXII. *Quòd pro coniugali fœdere tam viro quàm feminæ non liceat in adulterium declinare, pro eo, quòd ſibi in hoc ipſo æquè debitores exiſtunt.*

EX *decretis Papæ Innocentij titul.* 24. Et illud deſideratum eſt ſciri, cur communicantes viri cum adulteris vxoribus non conueniant, cùm contrà vxores in conſortio adulterorum virorum manere videantur? Super hoc Chriſtiana religio adulterium in vtroque ſexu pari ratione condemnat; ſed viros ſuos mulieres non facilè de adulterio accuſant, & non habent latentia peccata vindictam: viri autem liberiùs vxores adulteras apud ſacerdotes deferre conſueuerunt: & ideo mulieribus prodito earum crimine communio denegatur; virorum autem latente commiſſo, non facilè quiſquam ex ſuſpicionibus abſtinetur, qui vtique ſubmouetur, ſi eius flagitium detegatur. Cùm ergo par cauſa ſit, interdum probatione ceſſante vindictæ ratio conquieſcit.

CCXXIII. *Quòd hi qui preces criminales dictant, ſine crimine ſint.*

EX *decretis Papæ Innocentij titul.* 25. Illud etiam ſciſcitari voluiſti, an preces dictantibus liberum concedatur, vtique poſt baptiſmi regenerationem, à Principibus poſcere mortem alicuius vel ſanguinem de reatu? quam rem Principes numquam ſine cognitione concedunt, ſed ad iudices commiſſa ipſa, vel crimina ſemper remittunt, vt cauſâ cognitâ vindicentur: quæ cùm quæſitori fuerint delegata, aut abſolutio, aut damnatio pro negotij qualitate profertur, & dum legum in improbos exercetur auctoritas, erit dictator immunis.

CCXXIV. *Quòd non liceat his qui intercedente repudio à ſe ſegregati ſunt, in aliam copulam pertranſire.*

EX *decretis Papæ Innocentij tit.* 26. De his etiam requiſiuit dilectio tua, qui interueniente repudio alij ſe matrimonio copularunt, quos in vtraque parte adulteros eſſe manifeſtum eſt. Qui verò vel vxore viuente, quamuis diſſociatum videatur eſſe coniugium, ad aliam copulam feſtinarunt, neque poſſunt adulteri non videri, in tantum vt etiam hæ perſonæ, quibus tales coniuncti ſunt, etiam ipſæ adulterium commiſiſſe videantur, ſecundùm illud quod legimus in Euangelio: *Qui dimiſerit vxorem ſuam, & duxerit aliam, mæchatur: ſimiliter & qui dimiſſam duxerit, mæchatur.* Et ideo omnes à communione fi- *Matth. 19.*

delium abſtinendos. De parentibus autem, aut propinquis eorum nihil tale ſtatui poteſt, niſi ſi incentores inliciti conſortij fuiſſe detegantur.

CCXXV. *Quòd ſi quis partem ſibi corporis volens amputauerit, clericus eſſe non poſſit.*

EX *decretis Papæ Innocentij tit.* 28. Qui igitur partem cuiuſlibet digiti ipſe volens abſcidit, hunc ad Clerum canones non admittunt: cui verò caſu aliquo contigit, dum aut operi ruſtico curam impendit, aut aliquid faciens ſe non ſponte percuſſit; hos canones præcipiunt & clericos fieri, & ſi in Clero fuerint reperti, non abiici. In illo enim voluntas eſt iudicata quæ ſibi auſa fuit ferrum iniicere, quod ſcilicet & alij id facere dubitare non poſſit; in iſtis verò caſus veniam meruit.

CCXXVI. *Si cuius vxor abducta in captiuitatem fuerit, & alteram maritus eius acceperit, reuertente primâ ſecunda excludatur. Quam diſpoſitionem in muliere quoque, ſi alium virum primo deſiſtente acceperit, conuenit obſeruari.*

EX *decretis Papæ Innocentij titul.* 37. Innocentius Probo. Conturbatio procellæ barbaricæ facultati legum intulit caſum, nam bene conſtituto matrimonio inter Fortunium & Vrſam, captiuitatis incurſus fecerat næuum, niſi ſancta religionis ſtatuta prouiderent. Cùm enim in captiuitate prædicta Vrſa mulier teneretur, aliud coniugium cum Reſtituta Fortunius memoratus iniiſſe cognoſcitur: ſed fauore Domini reuerſa Vrſa nos adiit, & nullo diffitente, vxorem ſe memorati eſſe perdocuit; Quare, domine fili merito inluſtris, ſtatuimus, fide Catholica ſuffragante, illud eſſe coniugium quod erat primitus gratiâ diuinâ fundatum, conuenrúmque ſecundæ mulieris priore ſuperſtite, nec diuortio eiectâ, nullo pacto poſſe eſſe legitimum.

Ex decretis Papæ Leonis tit. 42. Cùm ergo per bellicam cladem & per grauiſſimos hoſtilitatis incurſus ita quædam dicatis diuiſa eſſe coniugia, vt abductis in captiuitatem viris feminæ eorum remanſerint deſtitutæ, quæ viros proprios, aut interemptos putarent, aut nunquam dominatione crederent liberandos, & in aliorum coniugium ſolitudine cogente tranſierint: cúmque nunc ſtatu rerum, auxiliante Domino, in meliora conuerſo, nonnulli eorum qui putabantur periiſſe remearint, meritò caritas tua videtur ambigere, quid de mulieribus quæ aliis iunctæ ſunt viris, à nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus ſcriptum, à Deo iungitur mulier viro, & iterum præceptum agnouimus, vt quod Deus iunxit homo non ſeparet, neceſſe eſt vt legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis quæ hoſtilitas intulit, vnicuique id quod legitimè habuit, reformetur, omnique ſtudio procurandum eſt, vt recipiat vnuſquiſque quod proprium eſt.

Item de hoc ipſo, tit. 43. Nec tamen culpabilis dicitur & tamquam alieni iuris peruaſor habeatur, qui perſonam eius mariti qui iam non eſſe exiſtimabatur aſſumpſit: ſic enim multa, quæ ad eos qui in captiuitatem ducti ſunt pertinebant, in ius alienum tranſire potuerunt; & tamen plenum iuſtitiæ eſt, vt iiſdem reuerſis propria reformentur. Quod ſi in mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus ac poſſeſſionibus rite ſeruatur, quanto magis in coniugiorum redintegratione faciendum eſt, vt quod bellica neceſſitate turbatum eſt, pacis remedio reformetur?

Item tit. 44. Et ideo ſi viri poſt longam captiuitatem reuerſi, ita in dilectione ſuarum coniugum perſeuerent, vt eas cupiant in ſuum redire conſortium, omittendum eſt, & inculpabile iudicandum quod neceſſitas intulit, & reſtituendum quod fides poſcit.

Ex decretis Papæ Leonis tit. 45. Si autem aliquæ mulieres ita poſteriorum virorum amore ſunt captæ, vt malint his cohærere, quàm ad legitimum redire conſortium, meritò ſunt notandæ, ita vt Eccleſiaſticâ communione priuentur, quæ de re excuſabili contaminationem criminis elegerunt, oſtendentes ſibimet pro ſua incontinentia placuiſſe, quod iuſta remiſſio poterat expiare. Redeant ergo in ſuum ſtatum voluntariâ redintegratione coniugia, neque vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio neceſſitatis extorſit:

Digitized by Google

quia ſicut hæ mulieres quæ reuerti ad viros ſuos noluerunt, impiæ ſunt habendæ, ita illæ quæ in affectum ex Deo initum redeunt, meritò ſunt laudandæ.

CCXXVII. *De Catechumeno, qui priuſquam baptizetur vxorem amittit, & pòſt aliam accepit, quòd clericus eſſe non poſſit.*

EX *decretis Papæ Innocentij tit.* 52. Deinde ponitur, non dici oportere digamum eum qui catechumenus habuerit atque amiſerit vxorem, ſi poſt baptiſmum fuerit aliam ſortitus, eámque primam videri quæ nouo homini copulata ſit, quia illud coniugium per baptiſmi Sacramentum cum cæteris criminibus ſit ablatum: quod cùm de vna vtique dicitur, certè ſi tres habuerit in veteri poſitus homine vxores, erit ei quæ poſt baptiſmum quarta eſt, ſic interpretantibus prima, virginis æquè nomen accipiet quæ quarto ducta eſt loco. Quis, oro, iſtud non videat contra Apoſtoli eſſe præceptum, qui ait vnius vxoris virum oportere fieri ſacerdotem? Sed obiicitur quòd in baptiſmo totum quicquid in veteri homine geſtum eſt, ſit ſolutum. Dicite mihi (cum pace veſtra loquor) crimina tantùm dimittuntur in baptiſmo; an & illa, quæ ſecundùm Domini præcepta ac Dei inſtituta complentur? Vxorem ducere crimen eſt, aut non eſt crimen? ſi crimen eſt: ergo præfata venia dixerim, erit author in culpa qui vt crimina committerentur in paradiſo, cùm ipſe eos iungeret, benedixit; ſi verò crimen non eſt, quia quod Deus iunxit nefas ſit crimen appellari, & Salomon addidit, Etenim à Deo præparatur viro vxor, quomodo creditur inter crimina eſſe dimiſſum, quod Deo authore legitur conſummatum? Quid de talium filiis percenſetur, nunquid non erunt admittendi in hereditatis conſortio, qui ex ea ſuſcepti ſunt quę ante baptiſmum fuit vxor, erúntque appellandi vel naturales, vel ſpurij, quia non eſt legitimum matrimonium, niſi illud (vt vobis videtur) quod poſt baptiſmum adſumitur? Ipſe Dominus, cùm interrogaretur à Iudæis, ſi liceret dimittere vxorem, atque exponeret fieri non debere: addidit, Quod ergo Deus iunxit, homo non ſeparet. Ac ne de his copulis locutus eſſe credatur, quæ poſt baptiſmum ſortiuntur, meminerint hoc & à Iudæis interrogatum, & Iudæis eſſe reſponſum. Quæro, & ſolicitus quæro, ſi vna, eadémque ſit vxor eius, qui antè catechumenus, poſtea ſit fidelis, filióſque ex ea cùm eſſet catechumenus ſuſceperit, ac poſtea alios, cùm fidelis: vtrum ſint fratres appellandi an non? habeant poſtea defuncto patre herciſcundæ hereditatis conſortium, quibus filiorum nomen regeneratio ſpiritalis creditur abſtuliſſe? quod cùm ita ſentire, atque iudicare abſurdum eſt, quæ (malum) ratio eſt hoc defendi, & vacua magis opinione iactari, quàm aliquâ authoritate roborari? Cùm non poſſit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus iungit. Nunquid ſi quis catechumenus virtutibus ſtuduerit, humilitatem ſecutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemoſynas fecerit, morti deſtinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, caſtitatem tenuerit, quæro ſi hæc, cùm factus fuerit fidelis, amittit: quia per baptiſmum totum, quod vetus homo geſſerat putatur auferri? Aſpiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus, atque eleemoſynis vacantem, per reuelationem Angelum, Petrúmque ipſum vidiſſe, nunquid per baptiſmum hæc illi ablata ſunt, propter quæ ei baptiſmum videtur eſſe conceſſum? ſi ita creditur, mihi credite, non modicum erratur, quia quicquid bene geſtum fuerit, & ſecundùm legis præcepta cuſtoditum non poteſt facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non poteſt dici peccatum, & quod peccatum non eſt, ſolui inter peccata credi omnino non debet: eritque integrum æſtimare aboleri non poſſe prioris nomen vxoris, cùm non dimiſſum ſit pro peccato, quia ex Dei ſit voluntate completum.

CCXXVIII. *Quòd nolentibus clericis vel populis non debeat Epiſcopus ordinari: & quòd ab illicitis ſit ordinationibus abſtinendum.*

EX *decretis Papæ Caleſt. tit.* 18. Nullus inuitis detur Epiſcopus; cleri, plebis, & ordinis conſenſus, & deſide-

rium requiratur, tunc alter de altera eligatur eccleſia, ſi de ciuitatis ipſius clericis, cui Epiſcopus eſt ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus) poterit inueniri, primùm enim illi reprobandi ſunt, vt aliqui de alienis eccleſiis meritò præferantur. Habeat vnuſquiſque ſuæ fructum militię in eccleſia, in qua ſua per omnia officia tranſegit ætatem. In aliena ſtipendia minimè alter obrepat, nec alij debitam alter ſibi audeat vendicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, ſi ſe viderint prægrauari, & quos ſibi ingeri ex tranſuerſo cognouerint, non timeant refutare, qui ſi non debitum præmium, vel liberum de eo, qui eos recturus eſt, debent habere iudicium.

Ex decretis cuius ſuprà tit. 19. Abſtineatur etiam ab illicitis ordinationibus, nullus ex laicis, nullus digamus, nullus qui ſit viduæ maritus, aut fuerit, ordinetur, ſed irreprehenſibilis & qualem elegit Apoſtolus, fiat. Per Moyſem Dominus præcepit, *Virginem accipiat ſacerdos vxorem.* ſubſequitur, & ſupplet Apoſtolus eodem locutus ſpiritu, Vnius vxoris virum debere Epiſcopum conſecrari. Ad hanc ergo eligantur formulam ſacerdotes, & ſi quæ factæ ſunt ordinationes illicitæ, remoueantur, quoniam ſtare non poſſunt, nec diſcuſſionem noſtram ſubterfugere poterunt: quamuis latere ſe æſtiment, qualiter peruenerunt, vt nulla religionis reuerentia obſcuritate fuſcetur. Non ſit vana gloriatio palliatis, Epiſcopalem morem, qui Epiſcopi ſunt, ſequantur. Daniel, vt diximus, qui accuſationem Pontificali honore ſubterfugere ſe poſſe credidit, & ad faſtigium tantum accuſatores ſuos latendo peruenit, à ſanctitatis veſtræ cœtu interim ſe nouerit ſegregatum, qui ſe noſtro iudicio debet abiicere, ſi conſcientiæ ſuæ nouit confidentiam ſe obtinere. Maſſilienſis verò eccleſiæ ſacerdotem, qui dicitur (quod dictu nefas eſt) in necem fratris ſui taliter gratulatus: vt huic, qui eius ſanguine cruentatus aduenerat, portionem cum eodem habiturus, occurreret: ex veſtro eum audiendum collegio delegamus.

Ex decret. Papæ Leon. tit. 15. Nulla ratio ſinit vt inter Epiſcopos habeantur, qui nec à clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprouincialibus Epiſcopis cum Metropolitani iudicio conſecrati. Vnde cùm ſæpe quæſtio de malè accepto honore naſcatur, quis ambigat, nequaquam iſtis eſſe tribuendum, quod non docetur fuiſſe conlatum? Si qui autem clerici ab iſtis pſeudoepiſcopis in eis eccleſiis ordinati ſunt, quæ ad proprios Epiſcopos pertinebant, & ordinatio eorum conſenſu, & iudicio præſidentium facta eſt, poteſt rata haberi: ita vt in ipſis eccleſiis perſeuerent. aliter autem vana habenda eſt conſecratio, quæ nec loco fundata eſt, nec authoritate munita.

Cuius ſuprà titul. 35. Cùm ergo de ſummi ſacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponitur, quem cleri, plebiſque conſenſus concorditer poſtularint: ita vt ſi in aliam fortè perſonam partium ſe vota diuiſerint, Metropolitani iudicio is alteri præponatur, qui maioribus & ſtudiis iuuatur, & meritis, tantùm vt nullus inuitis, & non petentibus ordinetur, ne ciuitas Epiſcopum non optatum aut contemnat, aut oderit, & fiat minùs religioſa, quàm conuenit, cui non licuerit habere, quem voluit.

CCXXIX. *Quòd nulli ſacerdoti canones liceat ignorare.*

EX *decret. Papæ Cæleſt. tit.* 20. Cæleſtinus vniuerſis Epiſcopis per Apuliam, & Calabriam conſtitutis. Nulli ſacerdotum ſuos liceat canones ignorare, nec quicquam facere, quod Patrum poſſit regulis obuiare. Quæ enim à nobis res digna ſeruabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa, frangatur.

CCXXX. *Quòd aliud ſit vxor, aliud concubina; nec erret quiſquis filiam ſuam in matrimonio tradiderit concubinam habenti.*

EX *decret. Papæ Leonis tit.* 18. Non omnis mulier viro iuncta vxor eſt viri, quia nec omnis filius heres eſt patri. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos ſunt legitima, & inter æquales, & multo priùs hoc ipſum Domino conſtituente, quàm initium Romani iuris exiſteret. Itaque aliud eſt vxor, aliud con-

cubina:

cubina: ſicut aliud ancilla, aliud libera. propter quod etiam Apoſtolus ad manifeſtandum harum perſonarum diſcretionem, teſtimonium ponit ex Geneſi, vbi dicitur Abrahæ: Eiice ancillam, & filium eius, non enim heres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Vnde cùm ſocietas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit, vt præter ſexuum coniunctionem, quæ haberet in Chriſti, & eccleſiæ ſacramentum, dubium non eſt eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuiſſe myſterium. Igitur cuiuſlibet loci clericus ſi filiam ſuam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum eſt, quaſi eam coniugato dederit, niſi fortè illa mulier & ingenua facta, & dotata legitimè, & publicis nuptiis honeſtata videatur: paterno arbitrio viris iunctæ carent culpa, ſi mulieres quæ à viris habebantur, in matrimonio non fuerunt: aliud eſt nupta, aliud concubina.

CCXXXI. *Quòd non ſit coniugij duplicatio, cùm ancillâ expulſâ vxor intromittatur.*

EX *decretis Papæ Leonis tit.* 19. Ancillam [a] matrona accepta abiicere, & vxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio coniugij, ſed profectus eſt honeſtatis. Culpanda eſt ſanè talium negligentia, ſed non penitus [b] deſperanda, vt crebris exhortationibus incitari, quod neceſſariò expetiuerunt fideliter exequantur. Nemo enim deſperandus eſt, dum in hoc corpore conſtitutus eſt, quia nonnunquam quod diffidentiâ ætatis differtur, conſilio maturiore perficitur.

[a] à toro abiicere. Dion. Exig.

[b] deſerenda Dionyſ. Exig.

CCXXXII. *De communione priuatis, & ita defunctis.*

EX *decretis Papæ Leonis tit.* 20. Horum cauſa Dei iudicio reſeruanda eſt, in cuius manu fuit, vt talium obitus vſque ad communionis remedium non differatur; nos autem quibus viuentibus non communicauimus, mortuis communicare non poſſumus.

CCXXXIII. *Quòd oporteat eum, qui pro illicitis veniam poſtulat, etiam à licitis abſtinere.*

EX *decretis Papæ Leonis tit.* 22. Aliud quidem eſt debita repoſcere, aliud propria perfectionis amore contemnere; ſed illicitorum veniam poſtulantem oportet etiam à licitis abſtinere; dicente Apoſtolo: Omnia licent, ſed non omnia expediunt. Vnde ſi pœnitentes habent cauſam, quam negligere fortè non debeant, meliùs expetit quis eccleſiaſticum, quàm forenſe iudicium.

CCXXXIV. *Quòd pœnitenti nullâ lucra negotiationis exercere conueniat.*

EX *decr. Papæ Leon. tit.* 23. Qualitas lucri negotiantem aut excuſat, aut arguit, quia eſt honeſtus quæſtus, & turpis. Verumtamen pœnitenti vtilius diſpendia pati, quàm periculis negotiationis obſtringi; quia difficile eſt inter ementis vendentiſque commercium non interuenire peccatum.

CCXXXV. *Quòd ad militiam ſæcularem poſt pœnitentiam redire non debet.*

EX *decretis Papæ Leonis tit.* 24. Contrarium eſt omnino Eccleſiaſticis regulis, poſt pœnitentiæ actionem redire ad militiam ſæcularem, cùm Apoſtolus dicat: Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus. Vnde non eſt liber à laqueis diaboli, qui ſe militiæ mundanæ voluerit implicare.

CCXXXVI. *Quòd adoleſcens, ſi vrgente quolibet mortis periculo pœnitentiam geſſerit, & non ſe continuerit, vxoris debeat remedio ſuſtentari.*

EX *decretis Papæ Leon. tit.* 25. In adoleſcentia conſtitutus ſi vrgente, aut metu mortis, aut captiuitatis periculo pœnitentiam geſſit, & poſtea timens lapſum incontinentiæ venialis copulam vxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret, rem videtur feciſſe venialem, ſi præter coniugem nullã omnino cog-

n

nouerit. In quo tamen non regulam conſtituimus; ſed quid ſit tolerabilius æſtimamus; nam ſecundùm veram cognitionem nihil magis ei congruit qui pœnitentiam geſſit, quàm caſtitas perſeuerans & mentis & corporis.

CCXXXVII. *Quòd ſubdiaconis carnale connubium denegetur.*

EX *decretis Papæ Leon. tit.* 34. Nam cùm extra clericorum ordinem conſtitutis nuptiarum ſocietati, & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum arbitrium, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem; ne ſubdiaconis quidem connubium carnale conceditur, vt & qui habent, ſint tamquam non habentes, & qui non habent permaneant ſingulares. Quod ſi in hoc ordine, qui quartus ordo eſt à capite, dignum eſt cuſtodiri; quanto magis in primo, vel ſecundo tertióque ſeruandum eſt, ne aut leuitico, aut preſbyterali honore, aut Epiſcopali excellentia quiſquam idoneus æſtimetur, qui ſe à voluntate vxoria necdum frænaſſe detegitur.

CCXXXVIII. *Vt nulla pretia de baptizandis conſignandiſque fidelibus exigantur.*

EX *decretis Papæ Gelaſij titulo* 5. Baptizandis conſignandiſque fidelibus pretia nulla præfigant, nec illationibus quibuſlibet impoſitis exagitare cupiant renaſcentes, quoniam quod gratis accipimus, gratis dare mandamur; & ideo nihil à prædictis prorſus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente territi, vel indignatione reuocati redemptionis ſuæ cauſas adire deſpiciant: certum habentes quòd qui prohibita deprehenſi fuerint admiſiſſe, vel commiſſa non potiùs ſua ſponte correxerint, periculum ſubituri proprij ſint honoris.

CCXXXIX. *Preſbyterorum & diaconorum ordinationes certis debere celebrari temporibus.*

EX *decretis Papæ Gelaſij tit.* 11. Ordinationes etiam preſbyterorum, diaconorúmque, niſi certis temporibus & diebus exercere non debent; id eſt primi, & quarti menſis ieiunio, ſeptimi & decimi: ſed etiam quadrageſimalis initij, ac mediana quadrageſimæ die, ſabbati ieiunio circa veſperam nouerit celebrandas. Nec cuiuſlibet vtilitatis cauſa, ſeu preſbyterum, ſeu diaconum his præferre qui ante ipſos fuerint ordinati.

CCXL. *Vt conſtitutis diebus virgines ſacræ velentur.*

EX *decretis Papæ Gelaſij tit.* 12. Deuotis quoque virginibus, niſi aut in Epiphaniorum, aut in albis Paſchalibus, aut in Apoſtolorum natalibus, ſacrum minimè velamen imponant; niſi forſitàn, ſicut de baptiſmate dictum eſt, graui languore correptis, ne ſine hoc munere de ſæculo exeant, implorantibus non negetur.

CCXLI. *Vt viduæ non velentur.*

EX *decretis Papæ Gelaſij tit.* 13. Viduas autem velare Pontificum nullus attentet: quod nec authoritas diuina delegat, nec canonum forma præſtituit. Non eſt ergo penitus vſurpandum, eiſque ſic eccleſiaſtica ſunt inferenda præſidia, vt nihil committatur inlicitum.

Cuius ſuprà titulo 21. Nam de viduis ſub nulla benedictione velandis ſuperiùs latè duximus differendum. Quæ ſi propria voluntate profeſſam priſtini coniugij caſtitatem mutabili mente calcauerint, periculi earum intererit quali Deum debeant ſatisfactione placare. Sicut enim ſi ſe forſitan continere non poterant ſecundùm Apoſtolum, nullatenus nubere vetabantur; ſic habita ſecum deliberatione promiſſam Deo pudicitiæ fidem debuerunt cuſtodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus inijcere: ſed ſolùm hortationes præmij ſempiterni, pœnáſque proponere diuini iudicij, vt noſtra ſit abſoluta conſcientia, & illarum pro ſe rationem Deo reddat intentio. Cauendum eſt quippe, quæ de harum moribus actibúſque beatus Paulus teſtatur Apoſtolus, quod planiùs exponere prætерimus, ne ſexus inſtabilis non tam deterreri, quàm admoneri videatur.

Digitized by Google

CCXLII. *Quòd dæmoniis, aliiſque paſſionibus irretitis ſacra myſteria tractare non liceat.*

EX *decretis cuius ſuprà tit.* 19. Vſque adeò ſanè comperimus, inlicita quæque prorumpere, vt dæmoniis ſimilibúſque paſſionibus irretitos miniſteria ſacroſancta tractare tribuatur: quibus ſi in hoc opere poſitis aliquid propriæ neceſſitatis occurrat, quis de ſua fidelium ſalute confidet, vbi miniſtros ipſos curationis humanæ tanta perſpexerit calamitate vexari? Atque ideo neceſſariò remouendi ſunt, ne quibuſlibet, pro quibus Chriſtus eſt mortuus, ſcandalum generetur infirmis. Poſtremò, ſi corpore ſauciatum fortaſſis, aut debilem nequaquam ſancta contingere lex diuina permiſit; quantò magis doni cæleſtis diſpenſatores eſſe non conuenit, quod eſt deterius, mente perculſos?

CCXLIII. *Quòd ſecunda coniugia ſæcularibus non denegentur, quibus tamen pro hoc ipſo ad Clerum minimè conuenit aſpirare.*

EX *decret. Papæ Gelaſ. tit.* 22. Secundas nuptias ſicut ſæcularibus inire conceditur, ita poſt eas nullus ad clericale ſinatur venire collegium: alia eſt enim humanæ fragilitati generaliter conceſſa licentia, alia debet eſſe vita diuinarum rerum ſeruitio dedicata.

CCXLIV. *Vt ab Epiſcopis præceptione Papæ nouæ baſilicæ dedicentur.*

EX *decretis Papæ Gelaſij tit.* 4. Baſilicas nouiter inſtitutas non petitis ex more præceptionibus dedicare non audeant; non ambiant ſibimet vindicare clericos poteſtatis alienæ.

Et nulla baſilica ſub defunctorum constructa nomine dedicetur.

CVIVS *ſuprà titul.* 25. De locorum conſecratione ſanctorum, quamuis ſuperiùs ſtrictim fuerit comprehenſum, nobis quoque pareſactum eſt, quòd abſque præcepto Sedis Apoſtolicæ nonnulli factas eccleſias, vel oratoria ſacrare præſumant. Hoc ſumus tamen indicio deteſtabiliori permoti, quòd in quocumque nomine defunctorum, & quantum dicitur, nec omnino fidelium conſtructiones ædificatas ſacris profeſſionibus audacter inſtituere memorantur. Quæ quoniam tam acerba, tam dura ſunt, vt eadem vix noſter ferre poſſet auditus; ſi reuera Chriſtianitatis affectus in illis regionibus certus, & fixus eſt, & diſtrictiùs iſta quærantur, & à quibus fuerint geſta prodantur, quoniam ſicut latentibus in hac atrocitate nominibus, non extat, in quem ſententia debita proferatur, ita cùm manifeſtis fuerit documentis expoſitus, quam ſceleris tanti poſcit immanitas, non a vitabit vllatenus vltionem.

* effugiet *Dion. Exig.*

CCXLV. *Vt ſi quis Epiſcopus in crimine abſque tempore Synodi detentus fuerit, à duodecim Epiſcopis audiatur; preſbyter verò à ſex; diacones à tribus.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 12. Felix Epiſcopus dixit: Suggero ſecundùm ſtatuta veterum Conciliorum, vt ſi quis Epiſcopus (quod non optamus) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia neceſſitas non poſſe plurimos congregare: ne in crimine remaneat, à duodecim Epiſcopis, & preſbyter à ſex Epiſcopis cum proprio ſuo Epiſcopo audiatur, & diaconus à tribus.

Concil. ſupraſcript. tit. 20. Si autem preſbyteri, vel diaconi fuerint accuſati, adiuncto ſibi ex vicinis locis proprius Epiſcopus legitimo numero collegarum, quos ab eodem accuſati petierint, id eſt vnà ſecum in preſbyteri nomine ſex, in diaconi tres, ipſorum cauſam diſcutiant, eâdem dierum, & dilationum & à communione remotionum, & diſcuſſione perſonarum, inter accuſatores, & eos qui accuſantur formâ ſeruatâ. Reliquorum autem clericorum cauſas etiam ſolus Epiſcopus loci agnoſcat & finiat.

CCXLVI. *De diuerſis ordinibus Eccleſiæ ſeruientibus, vt ſi quis in cauſam incurrerit, & abnuerit Eccleſiaſticum iudicium, debeat periclitari.*

CONCIL. *Cart. tit.* 15. Item placuit, vt quiſquis Epiſcoporum, preſbyterorum, diaconorum, ſeu clericorũ, cùm in eccleſia ei fuerit crimen inſtitutum, vel

ciuilis cauſa fuerit commota, ſi relicto eccleſiaſtico iudicio, publicis iudiciis purgari voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat, & hoc in criminali; in ciuili verò perdat quod euicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit. Hoc etiam placuit, vt à quibuſcumque iudicibus eccleſiaſticis ad alios iudices eccleſiaſticos, vbi eſt maior authoritas, fuerit prouocatum, non eis obſit quorum fuerit ſoluta ſententia, ſi conuinci non potuerint vel iniquo animo iudicaſſe, vel aliquâ cupiditate vel gratiâ deprauati. Sanè ſi ex conſenſu partium electi fuerint iudices, etiam à pauciori numero quàm conſtitutum eſt, non liceat prouocari.

CCXLVII. *Vt clericus qui ordinatur, moneri debeat conſtituta paterna ſeruare; maximè verò vt corporibus mortuorum euchariſtia & baptiſma non dentur.*

CONCIL. *Carthaginenſ. titulo* 18. Item placuit, vt ordinatis Epiſcopis, vel clericis priùs ab ordinatoribus ſuis placita Conciliorum auribus eorum inculcentur, ne ſe aliquid contra ſtatuta Concilij feciſſe pœniteant. Item placuit, vt corporibus defunctorum Euchariſtia non detur: ſcriptum eſt enim: Accipite & edite. Cadauera autem nec accipere poſſunt, nec edere. & ne iam mortuos homines baptizari faciat preſbyterorum ignauia.

CCXLVIII. *Vt Epiſcopi, vel clerici in eos qui Catholici non ſunt nihil conferant.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 22. Et vt in eos qui Catholici Chriſtiani non ſunt, etiamſi conſanguinei fuerint, per donationes rerum ſuarum Epiſcopi vel clerici nihil conferant.

Item Concil. ſupraſcripti tit. 48. Item conſtitutum eſt, ſi quis Epiſcopus heredes extraneos à conſanguinitate ſua, vel hæreticos, etiam conſanguineos aut paganos Eccleſiæ prætulerit, ſaltem poſt mortem anathema ei dicatur, atque eius nomen inter Dei ſacerdotes nullo modo recitetur, nec excuſari poſſit ſi inteſtatus [a] defecerit, quia vtique debuit factus Epiſcopus, rei ſuæ ordinationem congruam ſuæ profeſſioni nequaquam differre.

[a] deceſſerit *Dion. Exig.*

CCXLIX. *De accuſato vel accuſatore.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 30. Item placuit, vt accuſatus vel accuſator in eo loco, vnde eſt ille qui accuſatur, ſi metuit aliquam vim temerariæ multitudinis, locum ſibi eligat proximum, quò non ſit difficile teſtes producere, vbi cauſa finiatur.

CCL. *Quòd clerici qui Epiſcopis ſuis non obediunt vt promoueantur, nec illic manere debeant, vnde recedere noluerunt.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 31. Item placuit, vt quicumque clerici, vel diaconi pro neceſſitatibus Eccleſiarum non obtemperauerint Epiſcopis ſuis volentibus eos ad honorem ampliorem in ſua eccleſia promouere; nec illi miniſtrent in gradu ſuo vnde recedere noluerunt.

CCLI. *Vt ſi quis clericorum pauper promotus in ordine aliquid poſtea habuerit, Eccleſiæ poteſtati ſubiaceat.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 32. Item placuit, vt Epiſcopi, preſbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Epiſcopatus vel clericatus ſui agros, vel quæcumque prædia ſuo nomine comparant: tamquam rerum dominicarum inuaſionis crimine teneantur, niſi admoniti in eccleſiam eadem ipſa contulerint. Si tamen ipſis propriè aliquid liberalitate alicuius, vel ſucceſſione cognationis obuenerit, faciant inde quod eorum propoſito congruit. Quòd ſi à ſuo propoſito retrorſum exorbitauerint, honore Eccleſiaſtico indigni, tanquam reprobi iudicentur.

Digitized by Google

CCLII. *Vt preſbyteri rem eccleſiæ, in qua ſunt conſtituti, non vendant, & nulli Epiſcopo liceat rem tituli matris Eccleſiæ vſurpare.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 33. Item placuit, vt preſbyteri non vendant rem Eccleſiæ, vbi ſunt conſtituti, neſcientibus Epiſcopis, quomodo & Epiſcopis non licet vendere prædia Eccleſiæ ignorante Concilio, vel preſbyteris ſuis. Non habente ergo neceſſitatem, nec Epiſcopo liceat matricis Eccleſiæ rem, nec preſbytero tituli ſui vſurpare.

CCLIII. *Vt paruuli qui apud Donatiſtas baptizantur, ſi conuerſi fuerint, ab ordinationibus non prohibeantur.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 14. De Donatiſtis placuit, vt conſulamus fratres, & conſacerdotes noſtros Syricium, & Simplicianum de ſolis infantibus, qui baptizantur penes eoſdem, ne quod ſuo non fecerunt iudicio, cùm ad Eccleſiam Dei ſalubri propoſito fuerint conuerſi, parentum illos error impediat, ne promoueantur ſacri altaris miniſtri.

** In Codice Can. Eccleſia Africana, & apud Dion. Exiguum ſunt Canones 56. & 57. nihil tamen emendandum.*

Concil. ſupraſcripto tit. * 23. & 24. Aurelius Epiſcopus dixit: Eccleſiarum Dei per Africam conſtitutarum neceſſitates mecum optimè nouit caritas veſtra, ſanctiſſimi fratres; & quoniam præſtitit Dominus, vt ex aliqua parte ſancti cœtus veſtri eſſet congregata præſentia, videtur mihi, vt has eaſdem neceſſitates, quas pro ſollicitudine noſtra indagare potuimus, in medium proferamus, quas cùm adprobauerit veſtra ſinceritas, ſit conſequens eligendum eſſe vnum à noſtro numero conſacerdotem, qui auxiliante Domino orationibus veſtris, & has ipſas neceſſitates ſuſcipere poſſit, & gnauiter peragendas implere, perrecturus ad tranſmarinas Italiæ partes; vt tam ſanctis fratribus, & conſacerdotibus noſtris, venerabili ſancto fratri Anaſtaſio Sedis Apoſtolicæ Epiſcopo, quàm etiam ſancto fratri Venerio ſacerdoti Mediolanenſis Eccleſiæ neceſſitatem ipſam, ac dolorem, atque inopiam noſtram valeat intimare; ex his enim ſedibus hoc fuerat prohibitum, quod nouerint communi periculo prouidendum maximè, quia tanta indigentia clericorum eſt, multæque eccleſiæ ita deſertæ ſunt; vt ne vnum quidem diaconum vel inliteratum habere teperiantur. Nam de cæteris ſuperioribus gradibus, & officiis tacendum arbitror, quia, vt dixi, ſi miniſterium diaconi facilè non inuenitur, multò magis ſuperiorum honorum inueniri non poſſe certiſſimum eſt: & quotidie nos planctus diuerſarum penè emortuarum plebium iam non ſuſtinemus, quibus niſi fuerit aliquando ſubuentum, grauis nobis, & inexcuſabilis innumerabilium animarum pereuntium cauſa, apud Deum manſura eſt. Vnde quoniam ſuperiori Concilio ſtatutum eſſe mecum recognoſcit vnanimitas veſtra, vt hi qui apud Donatiſtas paruuli baptizati ſunt, nondum ſcire valentes erroris eorum interitum, & poſteaquam ad ætatem rationis capacem peruenerunt, agnitâ veritate, falſitatem eorum abhorrentes ad Eccleſiam Dei Catholicam, per vniuerſum mundum diffuſam, ordine antiquo per manus impoſitionem recepti ſunt, debere talibus ſuſcipiendum munus clericatus nō impedire nomen erroris, cùm veram Eccleſiam illorum putauerint ad fidem accedendo, & ibi Chriſto crediderint, & Trinitatis ſacramenta perceperint: quæ omnia vera & ſancta, atque diuina eſſe certiſſimum eſt, & in his omnem animæ ſpem conſtitutam. Quanquam & hæreticorum præſumpta audacia veritatis nomine palliata hæc tradere audeat, quæ quoniam ſimplicia ſunt, & vt præmonet beatus Apoſtolus dicendo, Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma, & iterari non liceat, quod ſemel dari oportet, anathematizato nomine erroris recipiantur per manus impoſitionem in vnam Eccleſiam columbam, vt dictum eſt, & vnam matrem omnium Chriſtianorum, vbi omnia ſacramenta ſalubriter, & æternè, & vitaliter accipiuntur, quæ perſeuerantibus in hæreſi magnam damnationis pœnam conquirunt, vt quod eis in veritate ad æternam vitam conſequendam eſſet luminoſius, hoc in errore ſit tenebroſius, atque damnoſius. Quod fugientes nonnulli & matris Eccleſiæ Catholicæ vbera cognoſcentes, illa omnia ſancta myſteria amore veritatis crediderunt, atque perceperunt; quibus ſacramentorum rebus cùm vitæ bonæ

Digitized by Google

probitas acceſſerit, ſine dubio ad officium clericatus tales eſſe applicandos, maximè in tanta rerum neceſſitate, nullus eſt qui non concedat. Quamquam nonnulli eiuſdem ſectæ clerici cum plebibus, atque honoribus ſuis ad nos tranſire deſiderent, qui amore honoris, aut perſuadent ad vitam, aut retinent ad ſalutem. Sed hoc maiori fratrum ſupradictorum conſiderationi dimittendum cenſeo, vt prudentiori ſuo conſilio noſtræ ſuggeſtionis ſermonem cùm perpenderint, quid de hac re eis placeat nos informare dignentur. Tantùm de his qui infantes baptizati ſunt ſatagimus, vt noſtræ, ſi placet, in iiſdem ordinandis conſentiant voluntati. Omnia ergo quæ ſuperiùs comprehendimus, apud ſanctos Epiſcopos agenda eſſe mecum honorabilis fraternitas veſtra perpendat.

Item vt clerici Donatiſtarum in ſuis honoribus ſuſcipiantur.

CONCIL. *Carthag. tit.* 35. Deinde placuit, vt litteræ mittantur ad fratres & Coepiſcopos noſtros, & maximè ad Sedem Apoſtolicam, in qua præſidet memoratus venerabilis frater & collega noſter Anaſtaſius, quò nouerit habere Africam magnam neceſſitatem propter Eccleſiæ pacem, & vtilitatem, vt & de ipſis Donatiſtis, quicumque clerici correcto conſilio ad Catholicam vnitatem tranſire voluerint, ſecundùm vniuſcuiuſque Epiſcopi Catholici voluntatem, atque conſilium, qui in eodem loco gubernat Eccleſiam; ſi hoc paci Chriſtianæ prodeſſe viſum fuerit, in ſuis honoribus ſuſcipiantur, ſicut prioribus eiuſdem diuiſionis temporibus factum eſſe manifeſtum eſt; quod multarum, & penè omnium Africanarum eccleſiarum, in quibus talis error exortus eſt, exempla teſtantur, non vt Concilium, quod in tranſmarinis partibus de hac re factum eſt diſſoluatur, ſed vt illud maneat circa eos qui ſic tranſire ad Catholicam volunt, vt nulla per eos vnitatis compenſatio procuretur, per quos autem vel omnimodo perfici, vel adiuuari manifeſtis fraternarum animarum lucris Catholica vnitas in locis, quibus degunt, viſa fuerit: non eis obſit, quod contra honores eorum, quamuis ſalus nulli intercluſa ſit, in tranſmarino Concilio ſtatutum eſt, id eſt vt ordinati in parte Donati, ſi ad Catholicam correcti tranſire voluerint, non ſuſcipiantur in honoribus ſuis ſecundùm tranſmarinum Concilium: ſed exceptis his, per quos Catholicæ vnitati conſulitur.

CCLIV. *Vt Epiſcopi, vel clerici filios ſuos non facilè emancipent.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 2. Vt Epiſcopi, vel clerici filios ſuos à ſua poteſtate per emancipationem exire non ſinant: niſi de moribus eorum fuerint, & de ætate ſecuri, vt poſſint ad eos iam propria pertinere peccata.

CCLV. *Vt clerici, vel continentes ad virgines, & viduas non accedant.*

CONCIL. *Carthag. titul.* 5. Clerici, vel continentes ad viduas, vel virgines niſi ex iuſſu, vel permiſſu Epiſcoporum, vel preſbyterorum non accedant, & hoc non ſoli faciant, ſed cum clericis, vel cum his cum quibus Epiſcopus, aut preſbyter iuſſerit: nec ipſi Epiſcopi, aut preſbyteri ſoli habeant acceſſum ad huiuſmodi feminas, ſed vbi, aut clerici præſentes ſunt, aut graues aliqui Chriſtiani.

CCLVI. *Vt princeps ſacerdotum non appelletur Epiſcopus.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 6. Vt primæ ſedis Epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid huiuſmodi, ſed tantùm primæ ſedis Epiſcopus.

CCLVII. *Vt à ieiunis ſacerdotibus Deo ſacrificia celebrentur.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 8. Vt ſacramenta altaris non niſi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuerſario, quo cœna Domini celebratur: nam ſi aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, ſiue Epiſcoporum, ſiue cæterorum commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiat, ſi illi qui faciunt, iam pranſi inueniuntur

CCLVIII. *De ſollicitudine pro virginibus gerenda.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 11. Vt virgines ſacræ cùm patentibus, à quibus cuſtodiebantur, priuatæ fuerint, Epiſcopi, vel presbyteri, vbi Epiſcopus abſens eſt prouidentiâ grauioribus feminis commendentur, aut ſimul habitantes inuicem ſe cuſtodiant, ne paſſim vagando Eccleſiæ lædant exiſtimationem.

CCLIX. *Vt Epiſcopus non ordinetur in diœceſi, quæ Epiſcopum nunquam habuit, niſi cum voluntate Epiſcopi, ad quem ipſa diœceſis pertinet.*

CONCIL. *Carth. tit.* 20. Epigonius Epiſcopus dixit: Multis Conciliis hoc ſtatutum à cœtu ſacerdotali eſt, vt plebes quæ in diœceſibus ab Epiſcopis retinentur, quæ Epiſcopos numquam habuerunt, nonniſi cum voluntate eius Epiſcopi à quo tenentur, proprios accipiant rectores, id eſt Epiſcopos. At verò quia nonnulli dominatu quodam adepto communionem fratrum abhorrent, vel certè cùm deprauati fuerint, quaſi in quadam arce tyrannica ſibi dominatum vindicant, quod plerique tumidi, atque ſtolidi aduerſum Epiſcopos ſuos ceruices erigunt presbyteri, vel conuiuiis ſibi concinnantes plebem, vel certè perſuaſu maligno, vt inlicito fauore eoſdem vellent ſibi collocare rectores. Quod quidem inſigne mentis tuæ tenemus votum, frater religioſe Aureli, qui hæc ſæpe oppreſſiſti non curando tales petitores: ſed propter eorum malos cogitatus, & praua concinnata eorum conſilia hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebem, quæ in diœceſi ſemper ſubiacuit, nec vmquam proprium Epiſcopum habuit. Quapropter ſi vniuerſo ſanctiſſimo cœtui placet, hoc quod proſecutus ſum confirmetur. Aurelius Epiſcopus dixit: Fratris & conſacerdotis noſtri proſecutioni non obſiſto, ſed hoc me & feciſſe, & facturum eſſe profiteor circa eos ſanè qui fuerunt concordes, non ſolùm circa Eccleſiam Carthaginenſem, ſed circa omne ſacerdotale conſortium. Sunt enim plerique conſpirantes cùm plebibus propriis, quas decipiunt, vt dictum eſt, earum ſcalpentes aures, blandi ad ſeducendum, vitioſæ vitæ homines, vel certè inflati & ab hoc conſortio ſeparati, qui putant propriæ plebi incubandum, & nonnunquam conuenti ad Concilium venire detrectant; ſua fortè ne prodantur flagitia metuentes. Dico, ſi placet, circa hos non tantùm diœceſes non eſſe ſeruandas, verùm & de propria Eccleſia, quæ illis malè fauerit, omnimodo adnitendum vt etiam authoritate publica reiicianrur, atque ab ipſis principalibus cathedris remoueantur. Oportet enim vt qui vniuerſis fratribus, ac toto Concilio inhæſerit, non ſolùm ſuam[a] iure integro, ſed & diœceſes poſſideat. At verò qui ſibimet putant plebes ſuas ſufficere, fraterna dilectione contempta, non tantùm diœceſes amittant, ſed, vt dixi, etiam propriis publica careant authoritate, vt rebelles. Honoratus, & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: Summa prouiſio ſanctitatis tuæ cohæſit mentibus ſingulorum, & puto omnium reſponſione ea quæ proſequi dignatus es roboranda. Vniuerſi Epiſcopi dixerunt, placet, placet.

[a] integrè Codex Eccleſiæ Rom.

CCLX. *Vt qui Epiſcopi in diœceſibus fuerint ordinati, diœceſim ſibi nullam vſurpent.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 23. Honoratus, & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: Audiuimus conſtitutum, vt diœceſes non mereantur Epiſcopos accipere, niſi conſenſu eius ſub quo fuerunt conſtitutæ: ſed in prouincia noſtra cùm aliqui fortè in diœceſi, concedente eo Epiſcopo, in cuius poteſtate fuerant conſtitutæ, ordinati ſunt Epiſcopi, etiam diœceſes ſibi vindicāt, hoc & corrigi caritatis veſtræ iudicio, & inhiberi de cætero debet. Epigonius Epiſcopus dixit: Singulis Epiſcopis ſeruatum eſt quod decebat: vt ex maſſa diœceſium nulla carperetur, vt proprium Epiſcopum habuiſſet, niſi ipſe conſenſum adhibuiſſet concedendi. Sufficiat enim ſi conceſſerit, vt eadem diœceſis permiſſa proprium tantùm Epiſcopum habeat, & cæteras ſibi non vindicent diœceſes: quia exempta de faſce multarum ſola meruit honorem Epiſcopatus ſuſcipere. Aurelius Epiſcopus dixit: Non dubito

caritati veſtræ omnium placere, eum qui in diœceſi, concedente Epiſcopo, qui matricem tenuit, ſolam eandem retinere plebem, in qua fuerit ordinatus. Quoniam igitur vniuerſa arbitror fuiſſe tractata, ſi omnia cum animo veſtro conuenerunt, ſermone veſtro cuncta roborate. Vniuerſi Epiſcopi dixerunt: omnibus nobis hæc placuerunt, & hæc noſtrâ ſubſcriptione firmamus.

CCLXI. *De reliquiis idolorum, vel templis ab Imperatoribus abolendis.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 25. Inſtant etiam aliæ neceſſitates à religioſis Imperatoribus poſtulandæ; vt reliquias idolorum per omnem Africam iubeant penitus amputari: Nam pleriſque in locis maritimis, atque poſſeſſionibus diuerſis adhuc erroris iſtius iniquitas viget, vt præcipiantur, & ipſa deleri, & templa eorum, quæ in agris, vel in locis abditis conſtituta nullo ornamento ſunt, iubeantur omnimodo deſtrui.

CCLXII. *Vt clerici de iudicij ſui cognitione non cogantur in publico dicere teſtimonium.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 26. Petendum etiam, vt ſtatuere dignentur: vt ſi fortè in Eccleſia quamlibet cauſam iure Apoſtolico Eccleſiis impoſito, agere voluerint, & fortaſſe deciſio clericorum vni parti diſplicuerit, non liceat clericum in iudicium ad teſtimonium deuocari eum, qui cognitor, vel præſens fuit, vt nulla ad teſtimonium dicendum Eccleſiaſtici cuiuſlibet perſona pulſetur.

CCLXIII. *De paganorum conuiuiis auferendis.*

CONCIL. *Carth. tit.* 27. Illud etiam petendum, vt quæ contra præcepta diuina conuiuia multis in locis exercentur, quæ ab errore gentili attracta ſunt, ita vt nunc à paganis Chriſtiani ad hæc celebranda cogantur, ex qua re temporibus Chriſtianorum Imperatorum perſecutio altera fieri occultè videatur: vetari talia iubeant, & de ciuitatibus, & de poſſeſſionibus impoſita pœna prohiberi: maximè cùm etiam in natalibus beatiſſimorum martyrum per nonnullas ciuitates, & in ipſis locis ſacris talia committere non reformident. Quibus diebus etiam, quod pudoris eſt dicere, ſaltationes ſceleratiſſimas per vicos, atque plateas exerceant, vt matronalis honor, & innumerabilium feminarum pudor deuotè venientium ad ſacratiſſimum diem iniuriis laſciuientibus appetatur: vt etiam ipſius ſanctæ religionis penè fugiatur acceſſus.

CCLXIV. *De ſpectaculis, vt in die Dominico, vel cæteris Sanctorum ſolemnitatibus minimè celebrentur.*

CONCIL. *Carth. tit.* 28. Necnon & illud petendum, vt ſpectacula theatrorum cæterorúmque ludorum, die Dominica, vel cæteris religionis Chriſtianæ diebus celeberrimis amoueantur, maximè quia ſancti Paſchæ octauarum diebus populi ad circum magis, quàm ad eccleſiam conueniunt, debere transferri deuotionis eorum dies, ſi quando occurrerint, nec oportere etiam quemquam Chriſtianorum cogi ad hæc ſpectacula: maximè quia in his exercendis, quæ contra præcepta Dei ſunt, nulla perſecutionis neceſſitas à [a] quocumque adhibenda eſt: ſed vti oportet hominem libera voluntate qua ſubſiſtit, ſibi diuinitus conceſſa: corporatorum enim maximè periculum conſiderandum eſt, qui contra præcepta Dei magno terrore coguntur ad ſpectacula conuenire.

[a] quoquam *Dionyſ. Ex.*

CCLXV. *De hiſtrionibus Chriſtianis factis.*

CONCIL. *Carthag. titul.* 30. Et de his etiam petendum, vt ſi quis ex qualibet ludicra arte ad Chriſtianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere, non eum liceat quoquam iterum ad eadem exercenda reduci.

CCLXVI. *De manumiſſionibus in Eccleſia celebrandis.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 31. De manumiſſionibus ſanè in Eccleſia dicendis, ſi id noſtri conſacerdotes per Italiam facere reperiuntur, noſtræ etiam erit fiduciæ iſtorum ordinem ſequi: data planè licentia miſſo legato vt quæ-

cum-

Digitized by Google

cumque digna fide pro ſtatu Eccleſiæ, & ſalute animarum agere potuerit, nos laudabiliter in conſpectu Domini accepturos. Quæ omnia ſi ſanctitati veſtræ placent, edicite, vt & meam ſuggeſtionem ratam eſſe vobis aduertant, & noſtram omnium conſenſionem ſinceritas eorum libenter accipiat. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placent hæc quæ iniuncta ſunt peragenda, & prudenter à tua ſanctitate enarrata.

CCLXVII. *Ne interuentor Epiſcopus cathedram, vbi interuentor eſt ſedeat.*

CONCIL. *Carthag. titul* 41. Item conſtitutum eſt, vt nulli [a] interuentori licitum ſit cathedram, cui intercesſſor datus eſt, quibuſlibet populorum ſtudiis, vel ſeditionibus retinere: ſed dare operam, vt intra annum eiſdem Epiſcopum prouideat: quod ſi neglexerit anno exempto, interuentor alius tribuatur.

[a] *interceſſori Dion. Ex. & Cod. Eccl. Rom.*

CCLXVIII. *De Epiſcopis qui ad Concilia non occurrunt.*

CONCIL. *ſupradicto tit.* 43. Item placuit, vt quotieſcumque Concilium congregandum eſt, Epiſcopi, qui neque ætate, neque ægritudine, neque aliquâ grauiore neceſſitate impediuntur, competenter occurrant, & Primatibus ſuarum quarumque prouinciarum intimetur, vt de vniuerſis Epiſcopis, vel duæ, vel tres turmæ fiant, ac de ſingulis turmis viciſſim, quotquot electi fuerint, ad diem Concilij inſtantiſſimè occurrant. Quòd ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas in tractoria conſcribant; vel ſi poſt aduentum tractoriæ aliquæ neceſſitates repentè forſitan ortæ fuerint, niſi rationem impedimenti ſui apud ſuum Primatem reddiderint, Eccleſiæ ſuæ communione debere eſſe contentos.

CCLXIX. *Vt de alieno monaſterio ſuſceptos, nec præpoſitos monaſterij, nec clericos liceat ordinari.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 47. Item placuit, vt ſi quis de alterius monaſterio repertum, vel ad clericatum promouere voluerit, vel in ſuo monaſterio maiorem conſtituerit: Epiſcopus qui hoc fecerit, à cæterorum communione ſeiunctus, ſuæ tantùm plebis communione contentus ſit, & ille, neque clericus, neque præpoſitus perſeueret.

CCLXX. *Vt Epiſcopi qui ordinantur, ab ordinatoribus ſuis epiſtolas accipiant, quæ diem & Conſulem præferant.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 56 Deinde placuit, vt quicumque deinceps ordinantur per prouincias Africanas, litteras accipiant ab ordinatoribus ſuis manu eorum ſubſcriptas, & continentes Conſulem & diem, vt nulla altercatio de poſterioribus, vel anterioribus oriatur.

CCLXXI. *De his qui ſemel in Eccleſia legerint, ab aliis non poſſe promoueri.*

CONCIL. *Carthag. titul.* 57. Item placuit, vt quicumque in eccleſia vel ſemel legerit, ab alia eccleſia ad clericatum non teneatur.

CCLXXII. *Concilium vniuerſale, non niſi neceſſitate faciendum.*

CONCIL. *Carthag. titul.* 62. Placuit, vt non ſit vltrà fatigandis fratribus anniuerſaria neceſſitas: ſed quoties cauſa communis exegerit, id eſt toties Africæ, vndecunque ad hanc ſedem de hac re datæ literæ fuerint, congregandam eſſe ſynodum in ea prouincia, vbi opportunitas perſuaſerit: cauſæ autem quæ communes non ſunt, in ſuis prouinciis iudicentur.

CCLXXIII. *Vt ab electis iudicibus prouocare non liceat.*

CONCIL. *ſupraſcripto tit.* 63. Si autem fuerit prouocatum, eligat qui prouocauerit iudices, & cum eo & ille contra quem prouocauerit, vt ab ipſis deinceps nulli liceat prouocare.

Item de hoc ipſo, tit. 89. A iudicibus autem, quos communis conſenſus elegerit, non liceat prouocare. Et quiſquis prouocatus repertus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus,

cùm hoc primæ ſedis Epiſcopo fuerit probatum, det literas, vt nullus ei communicet Epiſcoporum, donec obtemperet.

CCLXXIV. *De plebibus, quæ nunquam Epiſcopos habuerunt.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 65. Placuit & illud, vt plebes quæ numquam habuerunt proprios Epiſcopos, niſi ex Concilio plenario vniuſcuiuſque prouinciæ, & Primatis, atque conſenſu eius, ad cuius diœceſim eadem eccleſia pertinebat, decretum fuerit, minimè accipiant.

CCLXXV. *De plebibus, vel diœceſibus ex Donatiſtis conuerſis.*

CONCIL. *ſupraſcripto tit.* 66. Sanè, vt [a] plebes quæ conuerſæ ſunt à Donatiſtis, & babuerunt Epiſcopos, ſine dubio, inconſulto Concilio habere mereantur. quæ autem plebes habuerunt Epiſcopum, & eo defuncto voluerint non Epiſcopum proprium habere, ſed ad alicuius Epiſcopi diœceſim pertinere, non eis eſſe denegandum. Nec non & illud ſuggeſtum eſt, quòd plebes ante legem Imperatorum de vnitate latam, quicumque conuerterentur Epiſcopi ad Catholicam, ipſi eas obtinere debeant; verùm à lege vnitatis, & deinceps oporteat vniuerſas eccleſias vindicare ſibi Epiſcopos Catholicos eorum locorum, ad quæ loca ſub hæreticis pertinebant, vel conuerſorum ad Catholicam, vel non conuerſorum hæreticorum, & diœceſes, & ſi qua fortè ſunt inſtrumenta eccleſiæ, vel ad eius ius pertinentia. Qui verò aliqua vſurpauerint, poſt legem vſurpata [b] conuerſis reſtituant.

[a] illæ plebes *Dion. Exig. & Cod. Eccl. Rom.*

[b] conuenti *Dionyſ. Ex. & Cod. Eccl. Rom.*

CCLXXVI. *De precibus ad altare dicendis.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 70. Placuit etiam hoc, vt preces quæ probatæ fuerint in Concilio, ſiue præfationes, ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino contra fidem proferantur, ſed quæcumque à prudentioribus fuerint collectæ, dicantur.

CCLXXVII. *De his qui cùm in Africa non communicant, voluerint trans mare ſubripere.*

CONCIL. *Carth. tit.* 72. Quicumque autem non [c] communicat in Africa, ſi in tranſmarinis ad communicandum [d] obrepſerit, iacturam clericatus [e] excipiat.

[c] communicans *Dionyſ. Ex.* communicant *Cod. Eccl. Rom.*

[d] obrepſerint *Cod. Eccl. Rom.*

[e] excipiant *Cod. Eccl. Rom.*

CCLXXVIII. *De plebibus conuerſis à Donatiſtis.*

CONCIL. *Carthag. titul.* 84. Item placuit, quoniam quidem ante aliquot annos in hac eccleſia plenario Concilio conſtitutum eſt, vt quæcumque eccleſiæ in diœceſi conſtitutæ, ante leges de Donatiſtis datas Catholicæ factæ ſunt, ad eas cathedras pertineant, per quarum Epiſcopos factum eſt, vt Catholicæ vnitati communicarent; poſt leges autem, quæcumque communicauerunt, illuc pertineant, quò pertinebant, cùm eſſent in parte Donati. Sed quia multæ controuerſiæ poſtea inter Epiſcopos de diœceſibus ortæ ſunt, & oriuntur, quibus tunc minùs videtur eſſe proſpectum, nunc iſto ſancto Concilio placuit, vt vbicumque Catholica fuit, & pars Donati, & ad diuerſas cathedras pertinebant, quocumque tempore illic vnitas facta eſt, vel facta fuerit, ſiue ante leges, ſiue poſt leges, ad eandem cathedram pertineant, ad quam Catholica quæ iam ibi fuerat, pertinebat.

CCLXXIX. *De diœceſibus qualiter eas diuidant inter ſe Epiſcopi, tam Catholici quàm qui ex Donati parte conuerſi ſunt.*

CONCIL. *Carthag. titul.* 85. Ita ſanè, vt ſi Epiſcopus ex Donatiſtis ad Catholicam vnitatem conuerſus eſt, æqualiter inter ſe diuidant eas, quæ ſic fuerint inuentæ, vbi ambæ partes fuerunt, id eſt vt alia loca ad illum, alia ad illum pertineant; ita vt ille diuidat, qui ampliùs temporis in Epiſcopatu habet, & minor eligat. Quòd ſi fortè vnus fuerit locus, ad eum pertineat, cui vicinior inuenitur. Quòd ſi ambabus cathedris æqualiter vicinus eſt, ad eum per-

Digitized by Google

tineat quem plebs elegerit. Quòd ſi fortè antiqui Catholici ſuum voluerint, & illi ſuum, qui ex Donati parte conuerſi ſunt, plurimorum voluntas paucioribus præferatur: ſi autem partes æquales ſunt, maioris temporis Epiſcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerunt, vt non poſſint æqualiter diuidi, velut ſi impari numero fuerint, diſtributis eis locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanſerit, hoc in eo ſeruetur quod ſuperiùs dictum eſt, cùm de vno tractaretur loco.

CCLXXX. *Vt ſi quam diœceſim Epiſcopus ab hæreſi liberans, triennio poſſederit, nullus eam repetat.*

CONCIL. *Carth. tit.* 86. Item placet, vt etiam ſi quiſquam poſt leges aliquem locum ad Catholicam vnitatem conuerterit, ſi eum per triennium nemine repetente continuit, vlteriùs ab eo non repetatur. Si tamen per ipſum triennium fuit Epiſcopus, qui poſſet repetere, & tacuit, præiudicium patietur. Si autem non fuit, non præiudicetur matrici, ſed liceat cùm locus acceperit Epiſcopum, qui non habebat, ex ipſo die intra triennium repetere. Itémque ſi fuerit Epiſcopus ad Catholicam ex Donati parte conuerſus, non ei præiudicet præfinitum tempus: ſed ex quo die conuerſus eſt, habeat per triennium poteſtatem repetendi loca, quæ ad ipſam pertinebant cathedram.

CCLXXXI. *De his qui in plebes, quas ad ſe putant pertinere, inconuentis his, à quibus tenentur, irruerint.*

CONCIL. *Carth. tit.* 87. Item placuit, vt quicumque Epiſcopi, plebes quas ad ſuam cathedram æſtimant pertinere, non ita repetunt, vt cauſas ſuas Epiſcopis iudicantibus agant, ſed alio retinente inruerint, ſiue volentibus, ſiue nolentibus plebibus, cauſæ ſuæ detrimentum patiantur. Et quicumque iam hoc fecerunt, ſi nondum eſt inter Epiſcopos finita contentio, ſed adhuc contendunt, ille inde diſcedat quem conſtiterit prætermiſſis iudiciis eccleſiaſticis inruiſſe. Nec ſibi quiſque blandiatur, ſi à Primate vt retineat, literas impetrarit, ſed ſiue habeat literas, ſiue non habeat, conueniat eum qui tenet, & eius literas accipiat, vt eum appareat pacificè tenuiſſe eccleſiam ad ſe pertinentem. Si autem aliquam quæſtionem retulerit, per Epiſcopos iudices cauſa finiatur: ſiue quos eis Primates dederint, ſiue quos ipſi vicinos ex conſenſu elegerint.

CCLXXXII. *De his qui plebes ad ſe pertinentes negligunt.*

CONCIL. *Carthag. titul.* 88. Item placuit, vt quicumque negligunt loca ad ſuam cathedram pertinentia in Catholicam vnitatem lucrari, conueniantur à diligentibus vicinis Epiſcopis, vt id agere non morentur. Quòd ſi intra ſex menſes à die conuentionis non effecerint, qui potuerit ea lucrari ad ipſum pertineant. Ita ſanè, vt ſi ille ad quem pertinuiſſe videbantur, probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hæreticis, vt impunè ibi ſint, & ſuam diligentiam fuiſſe præuentam, vt eo modo eius cura ſollicitior vitaretur. Cùm hoc iudices Epiſcopi cognouerint, ſuæ cathedræ loca reſtituant. Sanè ſi Epiſcopi, inter quos cauſa verſatur, diuerſarum ſunt prouinciarum, ille Primas det iudices, in cuius prouincia eſt locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut vnus eligatur, aut tres: vt ſi tres elegerint, aut omnium ſententiam ſequantur, aut duorum.

CCLXXXIII. *Vt ſi Epiſcopus negligat ſuam diœceſim, communione priuetur.*

CONCIL. *Carthag. titul.* 90. Si in matricibus cathedris Epiſcopus negligens fuerit aduerſus hæreticos, conueniatur à vicinis Epiſcopis diligentibus, & ei ſua negligentia demonſtretur, vt ſe excuſare non poſſit. Quòd ſi ex die quo conuenitur, intra ſex menſes, ſi in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatem Catholicam conuertendos curarit, non ei communicetur, donec adimpleat: ſi autem executor ad loca non venerit, non aſcribatur Epiſcopo.

CCLXXXIV. *De Epiſcopis qui Donatiſtas communicaſſe mentiti fuerunt.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 91. Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuiſſe mentitum, dicendo eos communicaſſe, quos eo ſciente non communicaſſe conſtiterit, etiam Epiſcopatum amittat.

CCLXXXV. *De preſbyteris & clericis, vt non appellentur niſi Africana Concilia.*

CONCIL. *Carthag. tit.* 92. Item placuit, vt preſbyteri & diaconi, vel cęteri inferiores clerici in cauſis quas habuerint, ſi de iudiciis Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini Epiſcopi eos audiant, & inter eos quidquid eſt finiant adhibiti ab eis ex conſenſu Epiſcoporum ſuorum. Quòd ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent, niſi ad Africana Concilia, vel ad Primates prouinciarum ſuarum; ad tranſmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam in communionem ſuſcipiatur.

CCLXXXVI. *De virginibus, etiam minoribus velandis.*

CONCIL. *Carth. tit.* 93. Item placuit, vt quicumque Epiſcoporum neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis, cùm & vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur: vel ſi etiam aliquo mortis periculoſo ſcrupulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velauerit virginem, ſeu velauit intra viginti quinque annos ætatis, non ei obſit Concilium, quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt.

CCLXXXVII. *De Epiſcopo qui excommunicat eum, quem ſibi ſoli crimen dicit eſſe confeſſum.*

CONCIL. *Carthag. titulo* 99. Item placuit, vt ſi quando Epiſcopus dicit, aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget, non putet ad iniuriam ſuam Epiſcopus pertinere, quòd illi ſoli non creditur, etſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare.

Vt non temerè quemquam communione priuet Epiſcopus.

CONCIL. *Carth. tit.* 100. Quamdiu excommunicato non communicauerit ſuus Epiſcopus, eidem Epiſcopo ab aliis non communicetur Epiſcopis, vt magis caueat Epiſcopus, ne dicat in quemquam quod aliis documentis conuincere non poteſt.

CCLXXXVIII. *Contra impugnatores gratiæ Dei, & calumniatores ſancti Auguſtini.*

EX *decretis Papæ Cæleſtini tit.* 1. Dilectiſſimis fratribus Venerio, Marino, Leoncio, Auxonio, Arcadio, Filtanio, & cæteris Galliarum Epiſcopis, Cæleſtinus. Apoſtolici verba præcepti ſunt apud Iudæos, atque gentiles, ſine offenſione nos eſſe debere; hoc quiſquis Chriſtianus eſt, tota animi virtute cuſtodit. Quod cùm ita ſit, non parum periculi illum poterit manere ante Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos qui neminem petire volumus, iſta contriſtent, quæ authoribus Chriſtianis percellunt animos Chriſtianos, dominicus in Euangelio ſermo teſtatur: ait enim ipſe Saluator, quòd expediat ſcandalizanti vnum de puſillis in maris profunda demergi, & ideo quæ ſit eius iam pœna quæramus, cui tale ſupplicium legimus expedire. Filij noſtri præſentes Proſper & Hilarius, quorum circa Deum noſtrum ſollicitudo laudanda eſt, tantùm neſcio quibus preſbyteris illic licere, qui diſſenſioni Eccleſiarum ſtudeant, ſunt apud nos proſecuti, vt indiſciplinatas quæſtiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare aduerſantia veritati: ſed veſtræ dilectioni iuſtius imputamus, quando illi ſupra vos habent copiam diſputandi. Legimus ſupra magiſtrum non eſſe diſcipulum; id eſt non ſibi debere quemquam ad iniuriam doctorum vindicare doctrinam; nam & hós ipſos à Deo noſtro poſitos nouimus ad docendum, cùm ſit dicente Apoſtolo eis tertius locus intra Eccleſiam deputandus. Quid illic ſpei

eſt, vbi magiſtris tacentibus, hi loquuntur, qui, ſi ita eſt, eorum diſcipuli non fuerunt? Timeo ne conniuere ſit hoc tacere, timeo ne magis ipſi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus cauſis non caret ſuſpicione taciturnitas, quia occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Meritò namque cauſa nos reſpicit, ſi ſilentio faueamus errori. Ergo corripiantur huiuſmodi, non ſibi ſit liberum habere pro voluntate ſermonem; deſinat, ſi ita res ſunt, inceſſere nouitas vetuſtatem, deſinat Eccleſiarum quietem inquietudo turbare. Conantur ſæpe naufragio mergere, quos intra portum ſtantes ſtatio faciat fida ſecuros; fida quippe eſt omnium ſtatio, quorum perfectis greſſibus veſtigia non mouentur. Recurrerunt ad Apoſtolicam prædicti ſedem, hæc ipſa nobis quæ tentat perturbatio conquerentes. Habetote, fratres chariſſimi, pro Catholicæ plebis pace tractatum, ſciant ſe (ſi tamen cenſentur presbyteri dignitate) vobis eſſe ſubiectos, ſciant quòd ſibi omnes qui malè docent, diſcere magis ac magis competat quàm docere; nam quid in eccleſiis vos agitis, ſi illi ſummam teneant prædicandi? niſi fortè illud obſiſtat, quod non authoritate, non adhuc ratione colligitur, vt aliqui è fratrum numero nuper de laïcorum conſortio, in collegium veſtrum fortaſſis admiſſi, neſciant quid ſibi debeant vindicare. Super his multa iam dicta ſunt eo tempore, quo ad fratris Tuenti demus ſcripta reſponſum; nunc ª autem repetentes ſæpius admonemus, vt vitentur huiuſmodi qui laborant per terras aliud, quàm ille noſter iuſſit agricola, ſeminare. Nec tamen mirari poſſumus ſi hæc erga viuentes ij nunc tentare audent, qui nituntur etiam quieſcentium fratrum memoriam diſſipare.

ª tamen *Dion. Exig.*

Ex decret. Papæ Caleſt. tit. 2. Auguſtinum ſanctæ recordationis virum, pro vita ſua, atque meritis in noſtra communione ſemper habuimus, nec vnquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor aſperſit: quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, vt inter magiſtros optimos, etiã à meis ſemper deceſſoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune ſenſerunt, vtpote qui vbique cunctis & amori fuerit, & honori: vnde reſiſtatur talibus, quos malè creſcere videmus. Nefas eſt hæc pati religioſas animas, quarum afflictione, quia membra noſtra ſunt, nos quoque conuenit macerari, quamuis maneat hos beatitudo promiſſa, quicumque probantur perſecutionem propter iuſtitiam ſuſtinere. Quibus quid promittat Dominus in futurum, ſequens ſermo declarat. Non eſt agentium cauſa ſolorum; vniuerſalis Eccleſia quacumque nouitate pulſatur. Intelligamus hæc ipſa vobis, quæ nobis non placent, diſplicere. Quod ita demum probare poterimus, ſi impoſito improbis ſilentio de tali re impoſterum querela ceſſauerit. Deus vos incolumes cuſtodiat, fratres chariſſimi.

CCLXXXIX. *Quòd Adam omnes homines læſerit, & nec quemquam niſi Chriſti gratiâ poſſe ſaluari.*

Ex *decretis Papæ Cæleſtini titulo* 4. In præuaricatione Adæ omnes homines naturalem poſſibilitatem, & innocentiam perdidiſſe; & neminem de profundo illius ruinæ, per liberum arbitrium poſſe conſurgere, niſi eum gratia Dei miſerantis erexerit, pronuntiante beatæ memoriæ Papa Innocentio, atque dicente in epiſtola ad Carthaginenſe Concilium: Liberum enim arbitrium ille perpeſſus, dum ſuis inconſultiùs vtitur bonis cadens, in præuaricationis profunda demerſus eſt, & nihil quemadmodum exinde ſurgere poſſet inuenit, ſuâque in æternum libertate deceptus huius ruinæ latuiſſet oppreſſu, niſi eum pòſt Chriſti pro ſua gratia releuaſſet aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationem omne præteritum vitium ſui baptiſmatis lauacro purgauit.

CCXC. *Quòd nemo ſit bonus ſuis viribus, niſi participatione eius qui ſolus eſt bonus.*

Ex *decretis Papæ Cæleſtini tit.* 5. Neminem eſſe per ſemet ipſum bonum, niſi participationem ſui ille donet, qui ſolus eſt bonus; quod in eiſdem ſcriptis eiuſdem Pontificis ſententia proteſtatur, dicens; Nunquid nos de eorum poſt hæc rectum mentibus æſtimemus, qui ſibi ſe putant deberi, quòd boni ſunt, nec illum conſiderant, cuius quotidie gratiam conſequuntur, qui ſine illo tantum ſe aſſequi poſſe confidunt.

Digitized by Google

CCXCI. *Quòd niſi gratiâ Dei continuâ iuuemur, inſidias diaboli ſuperare non poſſumus.*

EX *decretis ſupraſcripti tit.* 6. Neminem etiam baptiſmatis gratia renouatum idoneum eſſe ad ſuperandas diaboli inſidias, & ad vincendas carnis concupiſcentias, niſi per quotidianum adiutorium Dei, perſeuerantiam bonæ conuerſationis acceperit: quod eiuſdem Antiſtitis in iiſdem paginis doctrina confirmat, dicens: Nam quamuis hominem redimeret à præteritis ille peccatis, tamen ſciens iterum poſſe peccare, ad reparationem ſibi, quemadmodum poſſet illum, & poſt iſta corrigere, multa ſeruauit. Quotidiana præſtat ille remedia, quibus niſi freti confiſique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores: neceſſe eſt enim, vt quo auxiliante vicimus, eo iterum non adiuuante vincamur.

CCXCII. *Quòd per Chriſtum libero bene vtamur arbitrio.*

EX *decretis Papæ Cæleſt. tit.* 7. Quòd nemo niſi per Chriſtum libero bene vtatur arbitrio, idem magiſter in epiſtola ad Mileuitanum Concilium data prædicat, dicens: Aduerte tandem ô prauiſſimarum mentium peruerſa doctrina, quòd primum hominem ita libertas ipſa decepit, vt dum indulgentiùs frænis eius vtitur, in præuaricationem præſumptione concideret; nec ex hac potuit erui, niſi ei prouidentiâ regenerationis ſtatum priſtinæ libertatis Chriſti Domini reformaſſet aduentus.

CCXCIII. *Quòd omnia Sanctorum merita, dona ſint Dei.*

EX *decretis Papæ Cæleſt. tit.* 8. Quòd omnia ſtudia, & omnia opera ac merita Sanctorum ad Dei gloriam laudémque referenda ſint, quia nemo aliunde ei placet, niſi ex eo quod ipſe donauerit. In quam nos ſententiam dirigit beatæ recordationis Papæ Zoſimi regularis authoritas, cùm ſcribens ad totius orbis Epiſcopos ait: Nos autem inſtinctu Dei, omnia enim bona ad authorem ſuum referenda ſunt, vnde naſcuntur, ad fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum conſcientiam vniuerſa retulimus. Hunc autem ſermonem ſinceriſſimæ veritatis luce radiantem, tanto Afri Epiſcopi honore venerati ſunt, vt ita ad eundem virum ſcriberent: Illud verò quod in literis quas ad vniuerſas prouincias curaſti eſſe mittendas, poſuiſti dicens: Nos tamen inſtinctu Dei, & cætera, ſic accipimus dictum, vt illos qui contra Dei adiutorium extollunt humani arbitrij libertatem diſtricto gladio veritatis, velut curſim tranſiens amputares; quid enim tam libero feciſtis arbitrio, quàm quod vniuerſa in noſtræ humilitatis conſcientiam retuliſtis? & tamen inſtinctu Dei factum eſſe, fideliter ſapienterque vidiſtis, veraciter fidenterque dixiſtis. Ideo vtique, quia præparatur voluntas à Domino, & vt boni aliquid agant, paternis inſpirationibus ſuorum, ipſe tangit corda filiorum; quotquot enim ſpiritu Dei aguntur, ij filij Dei ſunt, vt nec noſtrum deeſſe ſentiamus arbitrium, & in bonis quibuſque voluntatis humanæ ſingulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium.

CCXCIV. *Quòd omnis ſancta cogitatio, & motus piæ voluntatis ex Deo ſit.*

EX *decretis Papæ Cæleſt. tit.* 9. Quòd ita Deus in cordibus hominum, atque in ipſo libero operetur arbitrio, vt ſancta cogitatio, pium conſilium, omniſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit, quia per illum aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus. Ad hanc enim nos profeſſionem idem doctor inſtituit, qui cùm ad totius orbis Epiſcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur; quod ergo, ait, tempus interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, cauſiſque, cogitationibus, motibus adiutor, & protector orandus eſt. Superbum eſt enim vt quicquam ſibi humana natura præſumat clamante Apoſtolo: Non eſt vobis conluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed contra principes & poteſtates aëris huius contra ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus. & ſicut ipſe iterum dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. & iterum: Gratia Dei ſum id

Digitized by Google

quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed plus omnibus illis laboraui; non ego autem, ſed gratia Dei mecum.

CCXCV. *Quòd gratia Dei non ſolùm peccata dimittat, ſed etiam adiuuet, vt nec committantur, & lex impleatur, non ſicut ait Pelagius, facilè, quaſi ſine gratia Dei difficiliùs poſſit impleri.*

EX *decretis Papæ Caleſt. tit.* 10. Illud etiam, quod inter Carthaginienſis ſynodi decreta conſtitutum eſt, quaſi proprium Apoſtolicæ Sedis amplectimur, quod ſcilicet tertio capitulo definitum eſt; Vt quicumque dixerit gratiam Dei, qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema ſit: & iterum quarto capitulo, Vt quiſquis dixerit, gratiam Dei per Ieſum Chriſtum, propter hoc tantùm nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus quid apperere, & quid vitare debeamus; non autem per illam nobis præſtari, vt quod faciendum cognouimus etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema ſit. Cùm enim dicat Apoſtolus: ſcientia inflat, caritas verò ædificat, valde impium eſt, vt credamus ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Chriſti, & ad eam quæ ædificat non habere, cùm ſit vtrumque donum Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus, vt ædificante caritate, ſcientia non poſſit inflare. Sicut autem de Deo ſcriptum eſt; Qui docet hominem ſcientiam: ita etiam ſcriptum eſt, Caritas ex Deo eſt. Item quinto capitulo: Vt quiſquis dixerit, ideo nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere iubemur per liberum arbitrium, faciliùs poſſimus implere per gratiam, tamquam etſi gratia non daretur, non quidem facilè, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa implere diuina mandata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait, Sine me difficiliùs poteſtis facere: ſed ait, Sine me nihil poteſtis facere.

CCXCVI. *Quòd Sedis Apoſtolicæ omnes orationes Chriſti gratia reſonent, qua genus humanum ab æterna damnatione reparatur.*

EX *decretis Papæ Caleſt. tit.* 11. Præterea beatiſſimæ & Apoſtolicæ Sedis inuiolabiles ſanctiones, quibus nos piiſſimi patres peſtiferæ nouitatis elatione deiectâ, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis vſque in finem perſeuerantiam, ad Chriſti gratiam referre docuerunt. Obſecrationum quoque ſacerdotalium ſacramenta reſpiciamus, quæ ab Apoſtolis tradita, in toto mundo, atque in omni Catholica Eccleſia vniformiter celebrantur, vt legem credendi lex ſtatuat ſupplicandi. Cùm enim ſanctarum plebium præſules mandatâ ſibimet legatione fungantur, apud diuinam clementiam humani generis agunt cauſam, & totâ ſecum Eccleſiâ congemiſcente poſtulant, & precantur vt infidelibus donetur fides, vt idololatræ ab impietatis ſuæ liberentur erroribus, vt Iudæis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, vt hæretici Catholicæ fidei perceptione reſipiſcant, vt ſchiſmatici ſpiritum rediuiuæ caritatis accipiant, vt lapſis pœnitentiæ remedia conferantur, vt denique catechumenis ad regenerationis ſacramenta perductis cæleſtis miſericordiæ aula reſeretur. Hæc autem non perfunctoriè, neque inaniter à Domino peti rerum ipſarum monſtrat effectus; quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de poteſtate tenebrarum transferat in regnum filij caritatis ſuæ, & ex vaſis iræ faciat vaſa miſericordiæ. Quod adeò totum diuini operis eſſe ſentitur, vt hæc efficienti Deo gratiarum ſemper actio laudiſque confeſſio pro inluminatione talium, vel correctione referatur.

CCXCVII. *Quòd gratiam Dei, etiam baptizandorum teſtetur inſtituta purgatio, cùm exorciſmis, & ſupplicationibus ſpiritus ab eis abigantur immundi.*

EX *decr. Papæ Caleſt. tit.* 12. Illud etiam quod circa baptizandos in vni-

Digitized by Google

uerſo mundo, ſancta Eccleſia vniformiter agit, non otioſo contemplamur intuitu. Cùm ſiue paruuli, ſiue iuuenes ad regenerationis veniunt ſacramentum, non priùs fontem vitæ adeunt, quàm exorciſmis, & exſufflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur, vt tunc verè appareat, quomodo princeps mundi huius mittatur foras, & quomodo priùs alligetur fortis, & deinceps vaſa eius diripiantur, in poſſeſſionem tranſlata victoris, qui captiuam ducit captiuitatem, & dat dona hominibus. His ergo Eccleſiaſticis regulis, & ex diuina ſumptis authoritate documentis, ita adiuuante Domino confirmati ſumus, vt omnium bonorum affectuum atque operum, & omnium ſtudiorum, omniúmque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profiteamur authorem, & non dubitemus ab ipſius gratia omnia hominis merita præueniri, per quem fit, vt aliquid boni & velle incipiamus, & facere. Quo vtique auxilio & munere Dei non aufertur liberum arbitrium; ſed liberatur, vt de tenebroſo lucidum, de prauo rectum, de languido ſanum, de [a] improuidente ſit prouidum. Tanta enim eſt erga omnes homines bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita quæ ſunt ipſius dona, & pro his quæ largitus eſt, æterna præmia ſit donaturus. Agit quippe in nobis, vt quod vult & velimus & agamus, nec otioſa eſſe in nobis patitur, quæ exercenda non negligenda donauit, vt & nos cooperatores ſimus gratiæ Dei, ac ſi quid in nobis ex noſtra viderimus remiſſione langueſcere, ad illum ſollicitè recurramus, qui ſanat omnes languores noſtros, & redimit de interitu vitam noſtram, & cui quotidie dicimus: Ne inducas nos in tentationem, ſed libera nos à malo.

[a] imprudente Dion. Exig.

CCXCVIII. *Quòd profundiores quæſtiones nec contemnendæ ſint, nec penitus aſtruendæ.*

Ex *decret. Papæ Cæleſt. titul.* 13. Profundiores verò, difficilioréſque partes incurrentium quæſtionum, quas latiùs pertractarunt, qui hæreticis reſtiterunt, ſicut non audemus contemnere, ita non neceſſe habemus adſtruere. Quia ad confitendam gratiam Dei, cuius operi ac dignationi nihil penitus ſubtrahendum eſt, ſatis ſufficere credimus quicquid ſecundùm prædictas regulas Apoſtolicæ Sedis, nos ſcripta docuerunt; vt prorſus non [b] æſtimemus Catholicum, quod apparuerit præfixis ſententiis eſſe contrarium.

[b] opinemur Dionyſ. Ex.

CCXCIX. *Vt præter ſcripturas canonicas, nihil in Eccleſia legatur.*

Concil. *Carthag. tit.* 24. Item placuit, vt præter ſcripturas canonicas, nihil in Eccleſia legatur, ſub nomine ſcripturarum diuinarum; ſunt enim Canonicæ ſcripturæ, id eſt Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu Naue, Iudicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob, Pſalterium, Salomonis libri quinque, liber duodecim Prophetarum, Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Heſter, Heſdræ libri duo. Noui Teſtamenti Euangeliorum lib. quatuor, Actuum Apoſtolorum liber vnus, Epiſtolæ Pauli quatuordecim, Petri Apoſtoli duæ, Ioannis Apoſtoli tres, Iacobi Apoſtoli vna, Iudæ Apoſtoli vna, Apocalypſis Ioannis liber vnus.

CCC. *Vt Epiſcopi, & clerici non ordinentur, niſi omnes ſuos fecerint Chriſtianos.*

Concil. *Carthag. titul.* 3. Vt Epiſcopi & preſbyteri, & diaconi non ordinentur, priuſquam omnes qui ſunt in domo eorum, Chriſtianos Catholicos fecerint.

EXPLICIT LIBER CANONVM.

ANT 1.310.16

Digitized by Google

HJ B77.

Google

Digitized by Google